64.

A
13
232

21. a. 5. 15.

23-6-15
1
6-232

del Coll.o de la Comp.a de Jesus de granada ... 1646

# SERMONES SPIRITVALES

## TOTIVS ANNI,

## Diuiſi in duas Partes.

AVTHORE

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,

MONACHO CASINENSI,

Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo.

*Cum Indice duplici, vno Sermonum, altero Sententiarum omnium, quæ in hoc volumine continentur.*

CVM PRI-  VILEGIO.

GRANADA

VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium. MDXCVI.

# REVERENDIS
## ADMODVM PP. ABBATIBVS CONGREGATIONIS CASINENSIS,

*M. Antonius Zalterius æternam felicitatem.*

MAGNVS ille Plato (Admodum Reuerendi Patres) qui ob rerum Diuinarum ſtudium, inter philoſophos Diuinus appellari meruit, duo hominum genera Reipublicæ, non vtilia ſolum, verumetiam neceſſaria eſſe affirmauit: vnum eorum, qui non modo ipſi pietatem colerent, & obſeruarent, ſed aliorum etiam animos ad amorem erga Deos immortales excitarent, & incenderent: Alterum uero, qui huiuſmodi pietatis, & religionis cultores, pro uiribus celebrare, alijsque notos facere curarent; Hac enim ratione fieri poſſe ſapienter ille iudicauit, vt qui nondum a vitijs, & paſſionibus omnino mentes ſedatas haberent, breui tamen virtutis amatores redderentur, dum virtutem ipſam, & per ſe ſatis laudabilem, & ab alijs etiã celebratam conſpicerent. Ea enim eſt virtutis, & veræ pietatis vis, vt eos omnes, ad quos peruenit, ad ſe amandum alliciat, ſibique ita aſtrictos, & obligatos reddit, vt ab eis amorem ſimul, & imitationem, tacita quadam ratione, ſuo quaſi iure repoſcat. Ex quo præterea factum eſſe videmus, vt in omni benè inſtituta Republica, non modo qui virtute ipſa ſunt ornati, ſummis laudibus celebrati ſint, ſed etiam ij, qui ſtudioſorum hominum amatores extiterint, maximam apud omnes gloriam ſint conſecuti. Qua ſanè de cauſa, cum religioſos omnes ſumma ſemper in veneratione habuerim, illorumque mores, & pietatis ſtudia, ſi non (vt decuit) pro viribus imitari, ſuis tamen debitis laudibus celebrare ſemper ſtuduerim, tum in primis Reuerendus Pater D. Ia-

cobus de Graffijs à Capua ( vt de alijs quamplurimis Congregationis Caſinenſis, ordinis S. P. Benedicti Religioſiſſimis, pijſſimisque viris taceam) omni amore, & honore dignus, ſemper mihi viſus eſt; Quem cum multos iam annos priuatim noſſem, in eoque non modo inchoatam quandam, verumetiam propemodum abſolutam, & perfectam, virtutem, & pietatem perſpexiſſem, & multum amare, & obſeruare cępi, plurimumque me illi debere virtutis ergo ſenſi. Videbam ſiquidem eius in bonis litteris diligentiam, & aſſiduitatem, morum ſuauitatem, ſenilem quandam in ætate quaſi iuuenili prudentiam, in pietate colenda ſtudium, in colloquiis, & ſermonibus de rebus Diuinis frequentiã, & quod in paucis videri licet, cum quid diuinum ſit, ſummã animi moderationem, & humilitatem, cum ſumma ac multiplici ſcientia & doctrina coniunctam. Quia uero fieri non poterat, ut quem plurimum amarem, & colerem, non ſæpius viſerem & ſalutarem, accidit, vt dum quodam die, celebre illud S. Georgij Maioris monaſterium, in quo ipſe commoratur, conſilij capiendi cauſa adirem, librum quendam manuſcriptum, legentem illum offendi; Quo uiſo, non parum tacitus intra me lætatus ſum, adeo vt, poſt negotiorum meorum expeditionem, percontari diligenter cęperim, quidnam eſſet, quod legerat, & quid liber ille contineret ( iam tunc enim ſuſpicabar, quod res erat, opus aliquod ab eo elaboratum fuiſſe) Reſpondit tandem, ſe ſermones quoſdam, ſeu homelias per totius anni curriculum ſtudii ſui cauſa, dum adhuc iuuenis eſſet, compoſuiſſe, quas tunc temporis, relegere propoſuerat. Quod cum audiſſem, maiori quam prius gaudio & lætitia affectus ſum, multisque precibus, & ſuaſionibus cum illo egi, vt mihi pro ſingulari ſua erga me humanitate, librum illum legendum concederet. Quem cum ipſe poſtea nonnullis familiaribus meis doctis viris legendum tradidiſſem, illumque tam uaria, ac multiplici doctrina, & pietate refertum comperiſſent, in hanc omnes ſentẽtiam deuenerunt, dignum planè eſſe, vt in multorum vtilitatem, & profectum diuulgaretur. Vnde inſtare vehementius apud me cœperunt, vt opus hoc tam pium, tam eruditum, & hiſce noſtris temporibus, ad pietatem in Catholicorum mentibus excitandam, neceſſarium, quàmprimum imprimere curarem. Quorum uotis & petitionibus eo libentius annui, quo Chriſtianæ Reipublicæ rem gratam, & ferè neceſſariam hac ratione facturum me conſpicerẽ, aliquam erga authorẽ ipſum, & vniuerſam Cõgregationem Caſinenſem, amoris, & obſeruantiæ ſignificationẽ darem. Cęterũ cum ſtatim multi præclari uiri occurrerent, quibus hoc tã inſigne pietatis, & eruditionis opus merito dicare potuiſſem, nolui tamen, nec quẽuis

uis alium. Vos tamen ſimul & omnes ſapientiſſimos, religioſiſſimos, doctiſſimosque uiros ex omni numero, potiſſimum delegi, quibus, & Authoris, & meipſius nomine, iuſtiſſimis de cauſis, dedicatum hoc, conſecratumque eſſe volui; ut ſic unico officio, duplici ſimul debito ſatisfacerem. Si enim, tacito quodam, & innato naturæ impetu, è loco unde exeunt flumina, reuertuntur, vt ſuo modo, hac ſaltem ratione, & refluxu, ſe exinde penitus, unde prius fluxerint, dependere ſignificent: & notum præterea ſit, & ab ipſa natura profectum, quod filii, ſicut bonorum fortunę, parẽtum ſuorum per naturam ſunt hæredes, ita ob collata illis beneficia, & uitæ ip ſius, parentibus ipſis uerè redduntur debitores. Hinc planè ſi authoris ratio habenda ſit, uobis, prę cæteris mortalibus, hoc ipſum, quantum, quantumcunque ſit, deberi omnes facile intelligunt, cum ueſter ſit, Religionis, & Congregationis ueſtræ, & patrum ueſtrorum filius, qui a uobis piis moribus imbutus, litteris inſtructus, quicquid uirtutis, pietatis & eruditionis habet, hoc totum à uobis acceperit: & proinde hoc ipſum, & ſeipſum totum, poſt Deum, uobis deberi fateatur. Quod ſi iſtis, (ut de meipſo hoc unum dicam) addatur, ſumma affectio, & obſeruantia, quam non ego ſolum, ſed etiam Magnificus uir Lucas Antonius Iunta, cuius ego ſum impreſſor, pater, & auus eius, erga uniuerſum D. Benedicti ſanctiſſimum ordinem ſemper habuerunt, multa, & maxima beneficia a uobis, ueſtraque Congregatione Caſinenſi diuerſis temporibus ab illis, & a me recepta, cogitem, ob quæ tum meo, tum Iuntarum nomine, longè plura quam valeam vobis debere fateor, ſub nullius, meliori iure, quam ſub ueſtro nomine, qui eius ordinis principem locum obtinetis, ſanctitatem moribus exprimitis, & religionẽ dignitate ornatis, librũ iſtum typis meis euulgare potuiſſe, aut certè debuiſſe putaui. Maximè cũ nullus ferè reperiatur, qui ſanctiſſimi veſtri ordinis amator, uobisque aliquo ſingulari beneficio obſtrictus non ſit, quorum opera, diligentia, & inſigni quadam in gubernando prudentia effectũ eſſe, uniuerſa Italia uidet, & admiratur, vt Sanctiſſimi Patris Benedicti ordo, nõ modò priſtinũ ſplẽdorem, & gloriam cõſecutus ſit, ſed etiam auxerit, & ſuperauerit, dum in eo multi, ijdẽq; doctiſſimi, ſanctiſſimiq; viri quotidiè florentes, non ſolum ſibijpſis ſanctitate conuerſationis, ſed etiam populis, & uniuerſæ eccleſiæ doctrina, eruditione, & librorum multiplicium editione proficere ſtudent, alijsque tum exemplo, & ſanctiſſima uita, tum verbo, & ſcriptis prælucent, & ad pietatis, uirtutumque ſtudia, & imitationem alios, cum duplici ipſorum merito, ſumma totius ordinis laude, & fidelium fructu excitant, & hortantur. Plura in patrum veſtrorum, ipſius

ipſius operis, & authoris laudem, totiuſque Congregationis Caſinenſis Diuinas propè uirtutes, & profectum dicerem, niſi illum in portis laudarent ſatis opera eius, & mores, & modeſtiam ueſtram talem eſſe cognoſcerem, quæ nihil minus appetere, quam ut apud homines laudem, conſueuit. Hoc enim inſtitutum, & ſinceri & religioſi animi ueſtri ſtudium eſt, calcare mortalia, & quæ alii mirantur, & ambiunt, vel nulla ducere, uel quaſi viliſſima contemnere, quandoquidem, ut ueri Chriſti milites intelligitis omnia vana eſſe, præter Chriſtum redemptorem noſtrum, & quæ in illius gloriam, & honorem diriguntur. Quę cum ita ſint, reliquum eſt (Admodum R. Patres) ut doctiſſimas has, vtiliſſimasque filii ueſtri lucubrationes, quas multis uigiliis, & lectionum aſſiduitate, ad Dei gloriam, & religionis Chriſtianæ profectum, totiusq; ordinis veſtri laudem elaborauit, quibus nihil uobis antiquius, aut celebrius eſſe debet; & hunc meum ſimul laborem, quo ego cum rem vtilem ad augmentum Catholicæ religionis præſtare, tum meũ erga Patres ueſtros Reuerendos, atque adeo erga uniuerſum Sancti Patris Benedicti, & Congregationis Caſinenſis Sanctiſſimum ordinem, declarare volui, benigne, & humaniter (ut ſoletis) excipiatis. Tenue quidem munuſculum, ſed utrique noſtrum conueniens, in quo & filij veſtri pietatem, & eruditionem non uulgarem, & meæ ſimul perpetuæ, familiæque Iunctarum, cuius ego impreſſor, erga uos, ordinemq; veſtrum obſeruantiæ pignus, & monumentum habetis. Deus Opt. Max. qui vos ad hoc honoris, & dignitatis culmen euexit, veræ religionis zelum ſemper uobis tribuat, & uos patres nobis, & religioni Chriſtianæ quam diutiſſimè incolumes conſeruet. Valete.

Venetijs ſeptimo Calendas Septembris. 1595.

# PRAEFATIO AVTHORIS
## ad pium Lectorem.

NON *te fugit ſtudioſe, atque diligens lector, ſolum hominem inter animantia loqui; maximique fieri eum, qui in ea re, in qua ceteris animantibus, ipſi quoque homini præſtat. Ideo non immerito ponitur in primis vir ille magnus, & ſapiens, qui homines in agris belluarum more vitam degentes in vnum locum blando ſermone congregauit, vnde ciuitates conſtitutæ, pietas, religio, firmæ ſocietates, cæteraque huius generis profecta ſunt. Hinc fit, vt exorta ſeditione in media turba (quod mirum eſt quidem) alicuius grauiſſimi viri conſpectu ſileat vulgus, eique dicenti aures præbeat attentas. Ille vero dictis animorum impetum retardat, corda placat, & quo vult nec inuitum perducit. Hoc ſpectant Poetæ, cum dulci nonnullorum cantu, flumina ſtetiſſe, feraſque mitiores eſſe redditas fingant. At contra prauorum hominum ſermo quantum ſoleat eſſe pernitioſus, vrbes erutæ, Reſpublicę extinctæ, quamplurima virorum incommoda teſtantur. Nos etiam quotidie paſſim experimur, quantum clandeſtina colloquia damni hominibus afferant, quantum obſcæni ſermones detrimenti pariant, quod iure nonnullis bonorum lingua cum ea, quæ Telephi vulnera ſanauit, haſta comparari poſſe videtur. Malorum autem non ſolum cum eadem, quæ mortiferum hoſti vulnus imponebat, ſed cum venenata philoctetis ſagitta, quæ inſanabilem gerenti plagam inflixit. Mihi vero lingua in ore bonorum poſita, plectri, quod varios, & dulces efficit concentus; in ore malorum Viperinæ venenum euomentis linguæ ſimilis videtur. Quare videns (quod non ſine moleſtia cogitare poſſum) quot præcipuè incautos iuuenes verborum aucupatio vitioſa decipiat, quorundam ſermonum, quos a diuino eloquio, ſanctiſque patribus excerpſit author, domicilium in auribus tuis collocandum cenſui. Sed cum hos coram habere non poßem, meas eſſe partes arbitratus ſum, vt imprimendos curarem. tuas autem, vt eos, quam primum in manibus habeas, ac ſæpius oculis, ac mente percurras. quod magno tibi, atque alijs emolumento fore cognoſces. Tu enim meditatione beatæ vitæ, pacato, tranquilloque animo ſemper eris, tuique ſermones his ſermonibus conformati, perditorum hominum ſermones repriment, bonorum laceſſent cupiditatem in cœlum aduolandi, vt ſempiterno æuo fruantur mortalium animo parient: hoc enim eſt ſemen illud diuinum, quod terræ bonæ mandatum fructus vberrimos feret. Vale.*

# INDEX OMNIVM SERMONVM.

## QVI CONTINENTVR IN PRIMA PARTE.

*DOMINICA I. Aduentus Domini exponitur Salutatio Angelica, in tribus ſermonibus.*
*Sermo j.* fol. 1
*Sermo ij.* 7
*Sermo iij.* 10
*De reſponſione Virginis ad Angelum.*
*Sermo iiij.* 13
*De Aduentu Domini in carnem.*
*Sermo v.* 17
*Dominica ij. Aduentus Domini.*
*De iudicio vniuerſali.*
*Sermo vnicus.* 21
*Dominica iij. Aduentus Domini.*
*De Aduentu Sanctiſſimæ Trinitatis in animam.*
*Sermo j.* 28
*Sermo ij.* 33
*Dominica iiij. Aduentus Domini.*
*De memoria mortis.*
*Sermo vnicus* 35
*In feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*
*Sermo j.* 37
*Sermo ij.* 42
*Dominica infra octauam Natiuitatis Domini.*
*De circunciſione.*
*Sermo vnicus.* 46
*In Feſto Epiphaniæ Domini.*
*Sermo vnicus* 51
*Dominica infra octauam Epiphaniæ.*
*De plenitudine gratiæ in Chriſto.*
*Sermo vnicus* 55
*Dominica j. Poſt Epiphaniam.*
*De mutatione aquæ in vinum.*
*Sermo j.* 60
*Sermo ij.* 64
*In Feſto purificationis Beatæ Virginis.*
*Sermo vnicus* 68
*Dominica ij. Poſt octauam Epiphaniæ.*
*De mundatione leproſi.*
*Sermo vnicus* 73
*De laudibus Centurionis.*
*Sermo vnicus* 77
*Dominica iij. Poſt octauam Epiphaniæ.*
*De nauicula.*
*Sermo vnicus* 80
*In ſeptuageſima.*

*Sermo vnicus* 84
*In ſexageſima.*
*Sermo vnicus.* 87
*In quinquageſima.*
*De dilectione Dei, & proximi.*
*Sermo j. ij. & iij.*
*Dominica j. in quadrageſima.*
*Sermo j.* 90
*Sermo ij.* 96
*De peruigili circumſpectione monachorum aduerſus iacula diaboli.*
*Sermo i j.* 98
*Dominica ij. in quadrageſima.*
*Sermo j.* 104
*De frequenti oratione.*
*Sermo ij.* 108
*De fructibus orationis.*
*Sermo iij.* 111
*De Domini transfiguratione.*
*Sermo iiij.* 115
*De vita contemplatiua.*
*Sermo v.* 120
*De vtilitate contemplationis.*
*Sermo vj.* 124
*Dominica iij. in quadrageſima.*
*Sermo j.* 129
*Sermo ij.* 137
*Dominica iiij. in quadrageſima.*
*Sermo j.* 135
*Sermo ij.* 140
*Dominica de Paſſione Domini.*
*De precioſiſſimo Chriſti ſanguine.*
*Sermo vnicus* 145
*Dominica in Palmis.*
*Sermo j.* 150
*Sermo ij.* 155
*De Chriſti Reſurrectione.*
*Sermo vnicus.* 160
*Dominica infra octauam Paſchæ.*
*De pace, & pulchritudine pacis.*
*Sermo vnicus* 164
*Dominica ij. poſt Paſcha.*
*De vero paſtore.*
*Sermo j.* 168
*De qualitatibus prælatorum.*
*Sermo ij.* 170
*Dominica iij. poſt Paſcha.*
*De peregrino. Manſionario, & Aduena.*
*Sermo vnicus.* 173
*Dominica iiij. poſt Paſcha.*
*De ſilentio.*
*Sermo vnicus.* 177
*Dominica v. poſt Paſcha.*
*De laudibus orationis.*
*Sermo j.* 182
*De oratione vocali.*
*Sermo ij.* 187
*De Aſcenſione Domini.*
*Sermo vnicus* 191
*Dominica inf. octauã Aſcenſionis* 195.
*De Miſſione Spiritus ſancti in die Pentechoſtes.*
*Sermo vnicus* 195
*In Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis.*
*De diuinis nominibus.*
*Sermo j.* 198
*Sermo ij.* 205




# INDEX SERMONVM, QVI CONTINENTVR IN SECVNDA PARTE.

## In Feſto Corporis Chriſti.


*DE præparatione ad Sanctam Euchariſtiam. Ser. j.* f. 1
*Item alius* 7
*De Excellentia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. Ser. iii.* 12
*Ser. iiii. De eadem materia* 16
*De admirabili fructu, & vſu huius ſacramenti. Ser. v.* 20
*De fructibus Euchariſtiæ. Ser. vi.* 25
*De pœna indigne ſumentium Corpus Chriſti. Ser. vii.* 29
*Dominica ii. poſt Pentecoſten.*
*De multiplici vtilitate dilectionis. Ser. vnicus.* 34
*Dominica iii. poſt Pentecoſten. vide ſupra. Ser. xxv.*
*Dominica iiii. poſt Pẽtecoſten. ex Euãg.*
*De Miſericordia.* 36
*Dominica Quinta poſt Pentecoſten. De paupertate. Ser. i.* 38
*Item de eadem materia. Ser. ii.* 40
*Dominica vi. poſt Pentecoſten. Ex Euãlio. Si offers &c. vide Ser.* 52
*In viſitatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ ad Eliſabet. vide ſupra. Ser. 11.*
Dominica *vii. poſt Pentecoſten. Ex Euangelio quot panes habetis. vide Ser.* 34
Dominica *viii. poſt Pentecoſten.* De *fructibus charitatis. Ser. vnicus.* 43
Dominica *ix. poſt Pentecoſten.* De *Crapula. & Ebrietate. Ser. i.* 49
*De diſciplina habenda circa cibum, & potum. Ser. ii.* 53
Dominica *x. poſt Pentecoſten. De fletu* Domini *ſuper Hieruſalem. Ser. vnicus.* 58
Dominica *xi. poſt Pentecoſten. Qui ſe humiliat exaltabitur. Vide in Feſto omnium Sanctorum. Ser. iii.* 59
Dominica *xii. Ex Euangelio. Vide Ser. 32* 59
Dominica *xiii. Ex Euang. Ser. i.* 60
Dominica *xiii. Ser. ii.* 65
*De* Dilectione *proximi, & circunſtantiis, quibus proximus diligi debet. Ser. iii.* 69
Dominica *xiiii. ex Epiſt.* De *Caſtitate.* 73
Dominica *xv. Ex Epiſt.* De *ſeminibus, ſupra. Ser. xxi.*
*Item ex Euangelio. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.* 80
Dominica *xvi. Ex Epiſtola. De renouatione Spiritus* 83
Dominica *xvii. vid. ſupra* Dominica *xi.*
Dominica *xviii.* De Dilectione Dei. *Vide Ser. 67.*
Dominica *xix.* De *Renouatione ſpirituali. Ser. vnicus.* 89
*Dominica xx. Ex Epiſtola.* De *diſciplina pſallendi.* 93
Dominica *xxi. Ex Epiſtola.* De *Armis, quibus vincitur* Diabolus*. Sermo vnicus.* 98
Dominica *xxii. Ex Euangelio.* De *ſer-*

*uo debente decem millia talenta. Sermo j.* 102
*De remiſſione peccatorum. Ser. ij.* 105
*Dominica xxiij. Ex Epiſtola. De prælatis. Sermo j.* 107
*Item alius ſermo de vero paſtore* 41
*Item de qualitatibus prælatorum Sermo.* 42
*Item Ex Euangelio. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari* 110
*Dominica xxiiij. poſt Pentecoſten. Vide Sermo 34. & 35.*
*In feſto omnium Sanctorum. Ser. i.* 113
*Item Sermo ii.* 117
*Item Sermo iii.* 120
*Item Sermo iiii.* 123
*Item Sermo v.* 125
*De Horto delitiarum Maria* 127
*De ſingulari dormitione Virginis Mariæ.* 136
*Contemplationes ſuper orationem Dominicam.* 142



# INDEX OMNIVM SENTENTIARVM,

## QVAE HISCE DVOBVS LIBRIS CONTInentur, locupletiſſimus, atque abſolutiſſimus.

*P. 1. ſignificat partem primam. f. folium. c. columnam. p. 2. partem ſecundam.*

### A

ABEL manifeſta eſt figura paſſionis Chriſti, parte 1. fol. 148. columna 1.
Abigail deſignatur per Mariam, p. 1. 3. c. 2.
Abſtinentia quotuplex, & circa quæ conſiſtat, p. 1. 50 c. 1. & 2
Abundantia temporalium multa mala parit. p. 1. 43. c. 1
Acedia procul debet eſſe a Religioſis, ex qua naſcitur ſomnolentia, p. 2. 97. c. 2
Actiua vita, & contemplatiua indiget purgatione, p. 1. 69. c. 1
Actiua verb. contemplatiua.
Accubitus filii Dei triplex, f. 15. c. 1
Aduentus Sanctiſſimæ Trinitatis in animã explicatur, p. 1. 28. c. 2
Aduentus in iudicio, f. 21. c. 2
Aduentus Sanctiſſimæ Trinitatis in anima præſtat fortitudinem, illuminationem & charitatem, f. 28. c. 2
Ad illam Præparatio. Solitudo, Cõtemptus terrenæ voluptatis, Refrenatio carnalium deſideriorum, & feruens deſiderium charitatis, & humilitas, p. 1. 29. c. 2
item, f. 30. c. 1. & 2
Aduentus Domini in animam ſigna, par. 1. 33. c. 1
Bona conſcientia, Auditus verbi Dei, Guſtus internus Domini, pœnitentiæ ſignum, humilitas, p. 1. 33. c. 2. 34. c. 1
Aduentus Domini in anima nunc ut Sponſus, nunc vt medicus, nunc vt Rex, nunc ut facundus comes, nunc ut pater familias, nunc ut magiſter, nunc vt Paſtor venit, p. 1. 34. c. 2. & 35. c. 1
Aduentus in carne mirabilia, p. 1. 42. c. 2
Adorandus quomodo Deus, p. 1. 52. c. 2
Aduena in hoc mundo quis, p. 1. 174. c. 1
Agnus ſignificat innocentiam, p. 1. 70. c. 1. & 2.
Agnus Paſchalis digniſſima figura Euchariſtiæ, p. 1. 13. c. 2. vbi multa de Agno
Alba a ſacerdote cur præcingatur, p. 2. 3. c. 2.
Altare capitur pro memoria, p. 1. 146. c. 1
Amaritudo nunquam eſt ſine conſolatione, p 1. 139. c. 1
Amor carnalis excęcauit Samſonem, deiecit Dauid, infatuauit Salomonem, p. 1. 132. col. 2
Amore nihil uiolẽtius, Amor ſolus de Deo triumphat, p. 1. 61. c. 2
Angelicæ oportet eſſe puritatis qui uult ſalutare Mariam, p. 1. 1. c. 2
Angelum faciunt tria, Puritas, Charitas, & Humilitas, p. 1. 1. c. 2
Angelica Salutatio uide in verb. Salutatio.
Angelus quare Mariæ nomen taceat, par. 1. 2. c. 2
Angelus quare prius dixit Aue gratia plena. & poſtea expreſſit nomen Mariæ, p. 1. 3. c. 2
Angelorum opus eſt laudare Deum, par. 1. 96. c. 1

Angeli

Angeli quare appareant præcincti, p. 1. 100. col. 2

Angeli cur in humana ſpecie appareant & cum alis, p. 1. 147. c. 2

Angeli munus, p. 1. 147. c. 2

Anima ad imaginem Sanctiſſimæ Trinitatis, p. 1. 57. c. 1

Antecedit unus alium tribus de cauſis, p. 1. 33. c. 2

Antichriſtus primum ſignum iudicii uniuerſalis, p. 1. 22. c. 2

Antichriſtus ubi naſcetur, & qualis erit, p. 1. 22. c. 2. & 23. c. 1

Armabitur contra hoſtes callida perſuaſione miraculorum falſa perſuaſione, Largitate donorum, & tormentorum exhibitione, p. 1. 23. c. 1

Occidet Eliam, & Enoch, quem uero interficiet Chriſtus, p. 1. 23. c. 1

Aquam in uinum mutauit Chriſtus, p. 1. 67. c. 1. 68. c. 1

Aquæ in vinum mutationis myſterium, p. 1. 67. c. 2

Aqua in calice quare a Sacerdote ponitur una gutta, vel duæ, p. 1. 23. c. 2

Aqua quid ſignificet, p. 1. 67. c. 2

Aquæ diuitiarum, & voluptatis quo plus potę ſunt, eo magis ſitim accendunt, par. 1. 137. c. 1

Aſcendere cupientes ad montem Chriſtum, Leues a peccatis oportet eſſe, par. 1. 76. col. 2

Aſcenſiones Chriſti octo, p. 1. 116. c. 1

Aſcenſio, Euolatio, & Aſſumptio qualiter differant, p. 1. 192. c. 1

Aſcenſio Chriſti qualis, & qualiter ab aliis differat, p. 1. 192. c. 1

Aſcenſio Chriſti omnem hominis tranſcendit ſcientiam, & ideo dicitur aſcendere ſuper Cherubin, p. 1. 193. c. 1

Aſcendit Chriſtus quo, & quare, p. 1. 192. c. 1 & 2. & 193. c. 1

Aſcenſio pernitioſa multiplex, par. 1. 194. col. 1

Aſcenſio Chriſti multiplex, p. 1. 195. c. 1

Aſſuerus interpretatur Beatus, par. 1. 15. col. 2

Aſſumptio Mariæ explicatur, p. 1. 138. vſque in finem.

Auaritia ſpina dicitur multipliciter, p. 1. 88. col. 1

Auroræ proprietates, p. 1. 5. c. 2

Aurum, quod eſt fulgidum, & rubeum, & incorruptibile quid ſignificet, p. 1. 81. c. 2. & 82. c. 1

Aue eſt Euæ nominis conuerſio, p. 1. 2. c. 2

B

BACVLVS neceſſarius eſt ad pugnam contra diabolum, & baculi diuerſi, f. 100. c. 1

Baptiſmus, & Euchariſtia ſunt potiſſima ſacramenta, p. 2. 12. c. 2

Baptiſmus licet omnia peccata donet, tamen fomes in carne retinet, p. 2. 17. c. 1

Baptiſmus dicitur ſacramentum renouationis, p. 2. 91. c. 2

Baptiſmi effectus eſt tegere peccata, ornare conferendo gratiam, & calefacere per opera, p. 2. 91. c. 2

Benedici ſi volumus a Domino, ſolitudo, & gratia, atque humilitas requiritur, par. 1. fol. 7. c. 1

Benedicta tu in mulieribus pulchrè explicatur, p. 1. 8. c. 1

Beatitudines octo, quibus aptentur, par. 2. f. 117. c. 2. & 118. c. 1

Beatitudo Qui eſuriunt. Exprimitur multipliciter, p. 2. 118. c. 1. & 2

Beatitudo. Beati miſericordes explicatur, p. 2. 119. c. 1

Beatitudini. Mundo corde correſpondet donum intellectus, & Adueniat regnum tuũ, p. 2. 119. c. 1

Beati pacifici explicatur, & correſpondet donum ſapientiæ, atque Sanctificetur nomen tuum, p. 2. 119. c. 2

Beatitudines vij. perficiſit hominem, & octaua glorificat, p. 2. 119. c. 2

Beatitudo. Beati pauperes explicatur, p. 2. fol. 120. c. 1. & 2

Beneficio indigni aſſiduis precibus digni efficiuntur, p. 1. 67. c. 1

Beneficium impendens dicitur proximus, p. 1. 69. c. 2

Beneficia quatuor explicantur recepta a Beata Virgine, p. 2. 87. c. 1

Beneficia a Deo in nos collata nonnulla manifeſtantur, p. 2. 103. c. 1. & p. 2. 153. c. 2

Bellum gerens aduerſus diabolum quib. armis indui debeat, p. 2. 98. per totum Ser.







Bona terrena quare electis, & non impijs negantur, p. 1. 174. c. 2

Bona tria habet homo in poteſtate, parte 1. fol. 74. c. 1

Bona ſpiritualia quæ, p. 2. 87. c. 1

Bonitatis inter Deum, & hominem pergrande diſcrimen, p. 2. 143. c. 1

Bonitas Dei maximè cognoſcitur ex eo, quod creaturis communicauit quicquid eſt communicabile, p. 2. 152. c. 1. & 2

Brachia duo, quibus Deus tenetur, par. 1. fol. 104. c. 1

Butyrum deſignat incarnationem, & humanam naturam ſine peccato, p. 1. 19. c. 2

C

CADVNT boni in faciem impij retro, p. 1. f. 119. c. 2

Cadere a conſtantia in bonis operibus faciunt ſex, p. 2. f. 161. c. 1. & 2

Cantici Nunc dimittis expoſitio, p. 1. 73. c. 1

Cantica tria. Nunc dimittis, Magnificat, & Benedictus, quare dicantur ſtando, p. 1. fol. 73. c. 1

Capharnaum interpretatur ager pinguedinis, quia in pinguedine temporalium animus impinguatur, p. 1. 77. c. 2

Caput dicitur Chriſtus, conſiderando tria, quæ ſunt in capite, p. 1. 89. c. 1

Carnis mortificatio triplex, p. 1. 54. c. 2

Caro nobis data eſt quaſi animæ bellum, p. 2. 51. c. 2

Caro quo magis infirmatur, eo magis ſpiritus corroboratur, p. 2. 83. c. 2

Caro, quæ ſatiatur, hortatur omnia mala facere, p. 2. 83. c. 2

Caro quare coercenda.

Caro concupiſcit aduerſum ſpiritum, & econtra, p. 2. 99. c. 1

Caro, quæ ſpiritui dominatur facit monſtrum, p. 2. 84. c. 1

Carnis mortificatio tria bona facit, & non mortificata tria mala, p. 2. 85. c. 1

Caſtitas coniugalis bona, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, p. 1. fol. 60. c. 2

Caſtitatis puritatẽ conſequi deſiderans quid agat, p. 2. 73. c. 2

Caſtus nemo eſſe poteſt, niſi Deus det, p. 2. 73. c. 2

Caſtitas præcipuè conuenit clauſtralibus, p. 2. 74. c. 1

Caſtitas licet Monachis ſit perneceſſaria, maximè tamen miniſtris Chriſti, p. 2. 74. c. 2

Caſtitatis comites ieiunium, & oratio, p. 2. fol. 75. c. 1

Caſtitas ſine bonis operibus, & præcipuè charitate nullum habet meritum, p. 2. 75. c. 2

Caſtitatis amator ſenſus refrænare compeſcat, p. 2. 75. c. 2

Item animæ paſſiones, p. 2. 75. c. 2

Rurſum ſatietatem cibi, & potus, parte 2. fol. 78. c. 2

Item animæ motus, p. 2. 78. c. 1

Item animæ perturbationes, p. 2. 79. c. 1

Item otioſitatem, p. 2. 79. c. 1

Item lectio Sacræ ſcripturæ neceſſaria ad caſtitatem, p. 2. 79. c. 2

Item cogitationes cordium patefacere, p. 2. fol. 79. c. 1

Caſtitas comendatur, p. 2. 76. c. 1. & 2

Caſtitatem ad aſſequendam remedia neceſſaria, & præcipuè fornicatio fugienda, p. 2. fol. 76. c. 2

Item occaſiones ad caſtitatem violandam inducentia, p. 2. 77. c. 1

Caſtitatem præſumentes inter occaſiones accuſare tripliciter apud Deum rei ſunt, p. 2. 78. c. 1

Caſtitas, p. 73. per totum Sermo.

Cena in patria, & miniſtrorum, & multiplicitas cibos miniſtrantium explicatur, p. 2. fol. 53. c. 2

Centurionis virtutes explicantur, parte 1. fol. 77. c. 2

Chananæa interpretatur commutata, par. 1. fol. 104. c. 2

Chananeæ prudentia, fides, & prudentia, p. 1. 105. c. 2. 107. c. 2

Chanaam quid ſignificet, p. 1. 38. c. 1. 61. c. 1

Charitas conſiſtit in communione, & abijcit concupiſcentiam oculorum, parte 1. fol. 1. c. 1

Charitas permaxima oſtenditur in Incarnatione, p. 1. 20. c. 1. & 2

Charitas a Theologis vocatur dilectio amicitiæ, p. 1. 172. c. 1

Charitas nimia Dei in multis figuris præſignatur, p. 1. 37. c. 2. 38. c. 1

Charitas, ut in aliquo ſit, quod ſignum principale, p. 2. 47. c. 1

Charitas nutritur lignis beneficiorum Dei, parte 1. fol. 146. col. 1. & p. 2. 49. c. 1
Charitas Deus dicitur, p. 2. 43. c. 2
Charitatem Deus ijs, quos diligit donat, ſed alia dona etiam reprobis, parte 2. folio 43. c. 2
Charitas transformat cor amãtis in Deum, vnde dicitur ignis, p. 2. 44. c. 1
Cauſat infirmitatem valde vtilem, parte 2. columna 2
Eſt radix omnium virtutum, & fundamentum, p. 2. c. 2
Cauſat vitam ſpiritualem, p. 2. 45. c. 1
Facit omnia opera meritoria, parte 2. fol. 41. c. 1
Facit obſeruare diuina mandata, p. 2. 45. c. 1
Omnia leuia facit, p. 2. 45. c. 2
Operatur aduentum Sanctiſſimæ Trinitatis in animam, p. 2. 45. c. 1
Coniungit hominem Deo, p. 2. 46. c. 1
Secundum charitatem attenditur magnitudo præmij eſſentialis, p. 2. 47. c. 2
Efficit peccatorum remiſſionem, parte 2. fol. 48. c. 1
Intellectum illuminat, p. 2. 48. c. 1
Dat pacem perfectam, ibidem.
Perficit lætitiam perfectam, ibidem.
De ſeruo fit liber, & amicus, immo filius, item ſponſa Chriſti, ibidem.
Charitas Dei ſingularis erga genus humanum, p. z. 1. c. 1
Charitas comparatur igni, & diuerſa genera ignis, p. 2. 67. c. 1
Charitatis perfectio dupliciter conſiderari poteſt, p. 2. 68 c. 2
Charitas Chriſti eſt in his, qui habitant in vnum, nõ autem in his, qui ſunt in vnum, p. 1. 166. c. 1
Charitas. Verb. Dilectio.
Chorum ingredientes quid agant, p. 2. 94. c. 1
Chriſtus quos ſaltus fecerit veniẽdo in mundum, p. 1. 6. c. 2. 19. c. 1
Chriſtus quare dicatur Benedictus fructus ventris tui, p. 1. 8. c. 2
Chriſtus dicitur vermis, qui de ſola terra naſcitur, p. 1. 9. c. 1
Chriſtus dicitur fructus dulcis, dulcior, & dulciſſimus, p. 1. 9. c. 1. & 2
Chriſtus dicitur ſaccus cilicinus in Incarnatione, p. 1. 16. c. 1
Chriſtus ſuſcepit naturales defectus, & indetractabiles paſſiones, non autem defectus peccati, nec defectus contrariantes perfectioni ſcientiæ, & gratiæ, parte 1. fol. 16. columna 1
Chriſtus qualiter perficiebat gratia, & ſapientia, p. 2. 59. c. 2
Chriſtus quòd tria refugia habuerit, ſignificatio, p. 1. 83. c. 1
Chriſtus dicitur fluuius, p. 1. 17. c. 2
Chriſtus tribus nominibus appellatus eſt, Salomon, Eccleſiaſtes, & Idida, parte 1. fol. 18. c. 2
Chriſti corpus qualiter formatum, parte 1. fol. 19. c. 2
Chriſtus accepit de quinq; ſtatibus, qui fuerunt in primo parente, p. 1. 19. c. 2
Chriſtus eſt Lapis abſciſſus ſine manibus vide Verbo. Lapis.
Chriſtus quibus viatoribus appropinquet, p. 1. 35. c. 1
Chriſtus quibus ex cauſis diſcedat a nobis, p. 1. 33. c. 1
Chriſtus dicitur candidus, & rubicundus, & electus ex millibus, p. 1. 41. c. 2. 42. c. 1
Chriſtus elegit in natiuitate quod moleſtius eſt, id ergo vtilius, p. 1. 44. c. 2
In Chriſto Deitas, caro, & anima, parte 1. fol. 45. c. z
Chriſtus dicitur manus habens quinque digitos, p. 1. 45. c. 2
Chriſtus vbique nobis poſitus eſt in ſignum, p. 1. 134. c. 1
Chriſtus ſemper fuit in tranſitu maris huius ſeculi, p. 1. 136. c. 2
Chriſtum multi ſequuntur ob varias cauſas, p. 1. 136. c. 2
Chriſtus via eſt ne aberremus, vita, ne moriamur, veritas ne decipiamur, p. 1. 153. c. 1
Chriſtus pro vna anima bibiſſet calicem ſuæ paſſionis, p. 1. 63. c. 1
Chriſtus dicitur Pelicanus, & columba, p. 1. 149. c. 1
Chriſtus ſingularis Dei filius, alij per adoptionem, p. 1. 119. c. 2
Cibi, & potus diſciplina, p. 2. 53. c. 2
Cibum ſumendi regula, quæ dari poſſit, p. z. 55. c. 1
Ciborum abundantia multa mala parit, p. z. 49. c. z. 50. c. 1
Cinis in principio Quadrageſimæ quare ponitur, p. 1. 36. c. z







Cinis dicitur impius, p. 1. 37. c. 1
Circunciſio triplex, & quid., p. 1. 46. c. 2
Circunciſio clauſtralium, & Martyrum, p. 1. 47. c. 2. 48. c. 1
Circunciſionem quare oportebat fieri in membro genitali, p. 1. 48. c. 1
Et quare in die octauo, ibid.
Circunciſionis dies octo qui, p. 1. 48. c. 1
Clauſtrum dicitur cella uinaria, par. 1. 63. col. 1
Cognitio illuminat intellectum, & dilectio inflammat affectum, p. 1. 139. c. 2
Cognitio ſui eſt ſuæ ſalutis initium, p. 1. 29. col. 2
Cognitio Dei, ſui, & proximi quæ operetur, p. 1. 120. c. 1
Cognitionis ſuiipſius effectus, p. 1. 29. c. 2
Coniunctio hominis ad Deum multipliciter, p. 1. 56. c. 2
Columba uitam actiuam, & turtur contemplatiuam ſignificat, p. 1. 70. c. 1
Columba fugit aquam myſtice quid, p. 1. 29. c. 2
Confeſſionis integre fructus triplex, par. 1. 77. c. 1
Comeſtio qualiter debeat eſſe moderata, p. 2. 53. c. z. per totum Sermo.
Comedendum ita eſt ut poſt cibum lectio ſequatur & oratio, p. 2. 52. c. 2
Comeſtionis occultæ peccatum fugiendũ, p. 2. 56. c. 2
Comprehenſio patriæ duplex, p. 2. 68. c. 2. & 69. c. 1
Comprehenſio dupliciter capitur, parte 2. fol. 46. c. 2
Conceptus Mariæ quid ſignificet, p. 1. 68. columna 2
Conſcientia bona ſignum eſt aduentus Domini in animam, p. 1. 33. c. 1
Conſcientiæ bonæ duplex eſt teſtimonium, p. 1. 33. c. 1
Conſcientia bona non eget defenſione uerborum, p. 1. 82. c. 1
Conſcientia bona quando dicitur ad recipiendam Euchariſtiam, p. 2. 4. c. 1
Conſuetudo ab infantia quam utilis, ſi eſt bonorum, p. 1. 48. c. 1
Conſolatio diuina, & mundana ſimul haberi non poteſt, p. 2. 80. c. 2
Conſolationes mundi dicuntur ciſternæ diſſipatæ, p. 2. 154. c. 1
Contemplatio cella vinaria, p. 1. 63. c. 2
Conſtantiam in bonis operibus faciunt ſex, p. 2. 161. c. 2. & 161. c. 1
Contemplatiua uita, & actiua indiget purgatione, p. 1. 69. c. 1
Contẽplatiuorũ gemitus duplex, p. 1. 70. c. 2
Contemplatiui in montes contemplationis aſcendentes ſemper uelint perſeuerare, p. 1. 120. c. 2
Sed quinque oportet ad actiuam deſcendere, p. 1. 128. c. 1
Contemplationis definitio, & in quo conſiſtat, p. 1. 120. c. 2
Contemplationis, admirationis, ſpeculationis, & meditationis diſcrimen, p. 1. 121. c. 1
Contemplationum gradus ſex, p. 1. 122. c. 1. 125. c. 2
Contemplationem quæ præcedere debent, p. 1. 122. c. 2
Contemplatiua magis a Deo dilecta, quam actiua, p. 1. 122. c. 2
Contemplatio menti perturbatæ non coniungitur, p. 1. 122. c. 2
Cõtemplationẽ quæ impediunt, p. 1. 124. c. 1
Contemplatiuæ uitæ dignitas, p. 1. 124. c. 1
Contemplationis utilitates, & fructus deſignantur per montium proprietates, p. 1. 124. c. 1. 125. c. 1
Contemplationis dulcedo oſtenditur, p. 1. 126. c. 1
Contemplatiua abundat cognitione, protectione, mentis tranquillitate, & charitate, p. 1. 125. c. 1. & 2. 126. c. 1
Contẽplatiuæ uitæ ſuauitas multis ex cauſis aufertur, p. 1. 126. c. 1. & 2
Contemplatiuæ uitæ gratiam, ut quis recuperare valeat, p. 1. 127. c. 1
Contemplationis ſuauitas modo guſtus, modo ebrietas appellatur, p. 1. 127. c. 1
Contemptus terrenæ uoluptatis præparatio eſt ad recipiendum Deum, p. 1. 29. c. z
Contumeliæ multæ contra Dominum illatæ, p. 1. 133. c. 1
Contumelias, quando homines inferunt Domino, p. 1. 133. c. 1
Conuiuium a Deo nobis præparatum habet xij. fercula, p. 1. 123 c. 1
Cor totũ Deo dandum, p. 2. 66. c. z
Corde toto Deus diligẽdus, p. z. ſer. z. 65. c. z
Cordis proprietates quinque approprientur dilectioni, p. z. 67. c. z

Corde toto cur precipiat Deus amari, cum corde, ore, & opere contingat mœreri, p.2. 68. c.1

Cor vt Deo ſit gratum debet eſſe ad inſtar cœli, & templi eſſe depictum, & ornatum, p.2. 68. c.1. & 2

Cor vti aſſimiletur, p. 2. 64. c.1

Corona triplici fuit Chriſtus coronatus a matre, a iudæis, & a patre, p.1. 160. c.1

Corona in capite monachi explicatur, parte 1. 180. c.2

Correctionis negligentia quæ mala operetur, p.2. 97. c.2

Correctio ſæpe culpam detegit, quam qui neſcit perpetrauit, p.1. 179. c.2

Correctio eſt amplectenda propter quinque, p.1. 71. c. 2. 105. c.2

Correctio deſignabatur per baculum, quo comedebatur agnus paſchalis, parte 2. 9. columna 2

Corpus Chriſti multis nominibus appellatur, p.2. 23. c.1.& 2. & 24. c.1

Corpus Chriſti in verb. Euchariſtia, & in verb. Sacramentum.

Corpore, & ſanguine Chriſti veſci deſiderans debet tranſire de vitijs ad virtutes, p.1. 137. c.1

Corporis cura neceſſario habenda, par. 2. 54 columna 1

Corpus ſuum nimia inedia affligentes valde ſunt reprehenſibiles, p.2. 57. c.2

Corpus Chriſti myſticum quid, parte 2. 20. columna 2

Corpus Chriſti pulchre deſignatur per archam, p.2. 22. c.1

Item per panem triticeum, p. 2. 22. c.1

Corporis caſtigatio deſignatur per myrrã, p.2. 2. c.2

Crapula quid, & in quibus accidat, p. 2. 54. c.2

Creatura vbique ſeruit creatori, par.1. 55. columna 2.

Crux Chriſti trophæum eſt victoriæ, par.1. 143. c.2

Crux Chriſti quid in nobis ſignificet, p. 1. 145. columna 2

Crux dicitur clauis Dauid, quia per illam intratur ad uitam, p.1. 146. columna 1. 156. c.1

Crux gloria Chriſtiani, p.1. 150. c.1

Crux habet omnia, de quibus homines ſolent gloriari, p.1. 151. col.2. & 152 columna 1.& 2

Crux ſchola, in qua diſcuntur ſeptem vitia mortalia ſuperare, p. 1. 151. c. 2.

Crux eſt ſchala, qua ad cœlum aſcendimus, figurata per ſchalam Iacob, parte 1. 152. columna 2

Crucis figura præcipua eſt ſerpens æneus, p.1. 153. c.1

Crucifixi imago cur in vijs erigitur, par. 1. 153. c.1

Cur morituris, aut morte plectendis oſtenditur, p. 1. 153. c.2

Crucis laudes, par. 1. 153. columna 2. 154. 155. columna 2

Crucis ſignum quare fit in fronte, p.1. 154. columna 1

Crucis mortem, & non aliam quare Dominus elegerit, p.1. 154. c.1

Crucis ſignatio ubique adhibenda, par. 1. 154. c.1

Crucis ſigno omnia dœmonum præſtigia propelluntur, p.1. 154. c.2.

Crucis efficacia, p.1. 155. c.1

Crux, qua diabolus eſt victus, multipliciter fuit figurata, p. 1. 156. c.2

Crucis myſterium, parte 1. 156. col.2. 157. c.1.& 2.

Per Crucem totus mundus ad Chriſti notitiam fuit reuocatus, p. 1. 156. c. 2.

Crux iacens quatuor mundi partes appetit, p.1. 157. c.1

Crux deſignabat ſignum Tau, par.1. 157. columna 2.

Crucis latitudo, longitudo, profunditas, & ſublimitas, p.1. 157. c.2

Ad Crucis ſignum dœmones tremunt, & contremiſcunt, p. 1.157. c.2.

Crucis myſterium deſignatur per virgam Moyſis, & Aaron, par. 1. 157. c.2. 158. columna 1

Item per eleuationem mannum Moyſis, p.1. 158. c.2.

Crucis ſignum quam excellens oſtẽdit Ambroſius, p.1. 159. c.1. & 2.

Crucem deſignat inceſſus hominis, p.1. 159. columna 2.

Cruci ſemper baptiſma iungitur, p. 1. 160. columna 1

Per Crucem tranſiuit Ieſus ex hoc mundo ad patrem, p.1. 136. c.2.







In cruce ſeptem remedia cõtra ſeptem peccata mortalia, p. 1. 87. c.1

Crucis ſigna quid, p.1. 20. c.1

Cupiditas, quam mala, p.2. 43. c.1

Curſus multiplex, malus, & bonus, p.1. 86. columna 2

Curſus bonus qualiter fiat, p.1. 87. c.1

In curſu ſpirituali qui ſtat, dignus non eſt accipere præmium æternum, par. 1. 86. columna 1

Curatio leproſi, Paralytici, & Socrus Symonis Petri quid ſignificent, p.1. 73. c.2


## D


Debitum dupliciter capitur, par. 1.f. 55. col.2

Decalogi tranſgreſſio capitur, pro debito decem millium talentorum, p.2. 103. c.1

Delectatio præſens deſignatur per vuam acerbam, p. 1. 30. c.1

Delectatio ſpiritualis cum terrena miſceri nequit, par. 1. 11. c.2

Delectatio in verb. Euchariſtia.

Dæmonia in eiiciendo frequentia Domini, p. 1. 129. c.2

Dæmon multipliciter vexat homines ob multas cauſas, p. 1. 129. c.1

Dæmonium eiiciendi differentia ab hominibus vel a Deo, p. 1. 130. c.1

Dæmon tanto grauius hominem dimittit, quanto diutius poſſedit, ibid.

Demon nocumentum inferre obſeſſo ſolet quando compellitur exire ab homine, ſecus ſi a Deo, p. 1. 130. c.1

Dæmonis vij. effectus in peccatorem, p. 1. 130. c.2

Dæmonis vij. nomina, p. 1. 130. c.2. & 131. col.1

Dæmonem qualiter eiicere debemus, par. 1. 131. c.1

Dæmon tripliciter dicitur mutus, & ita facit homines mutos, p. 1. 131. c.2

Dæmon imitatur lupum rapientem ouem, & furem claudentem hoſtiũ domus, p.1. 131. c.2.& 132. c.1

Dæmon facit peccatorem cæcum, & ſurdũ, p.1.132. c.1

Dæmon per crucem fuit victus, p. 1. 136. c.1. & 2.

Deſertum clauſtrum dicitur, p.1. 92. c.1

Deſiderium hominis qualiter in patria adimplebitur, p.1. 167. c.2

Detractio vi prælatos quam mala oſtenditur, p. 1. 181. c.1

Detractores canibus, & porcis aſſimilantur, ibid.

Detrahere, vel detrahentem audire non multum differt, par.1. 181. c.2

Detractionibus, & opprobriis ſatiabantur antiqui ſancti, p. 2. 90. c.1

Dei Eſſentia, præſentia, & potentia, par. 2. 163. c.2

Deus Pater veniendo in animam conforta. filius illuminat, & Spiritus Sanctus ignem charitatis accendit, p. 1. 28. c.2

Deus quomodo adorandus, p. 1. 52. c.2

Deum diligi ex toto corde an poſſit adimpleri, p.2. 68. c.2

Deus multis nominibus appellatur, p.1. 168. 169. 170.& 198

Deus eſt nobis omnia, par. 2. 66. c.2

Deus a nobis quinque modis cognoſci poteſt, p. 1. 198. c.1

Deus Pater tradidit filium ſuum pro omnibus & ipſe ſeipſum multipliciter, par. 1. 152. c.2

Deo proprie conuenit Verbum eſt, p. 1. 203. col. 1

Deus cum ſit immutabilis cur dicatur aſcendere, tranſire, & ſtare &c. par.1. 204. c.2.& 208. c.1.& 2

Dei ſingularis Charitas explicatur erga genus humanum, p.2. 1. c.1.

Deus cur homo factus, ibid.

Deus tuus dicitur multipliciter, p.1. 61. c.2

Deus ſolus poteſt ſatiare animam, p. 2. 154. c. 1.& 2

Deuotio matutina impeditur per vigiliam veſpertinam, p. 1. 93. c.2

Dextere nomine tria ſignificantur, p. 1. 193. col.1

Diabolus non vincitur niſi contemnatur, p.1. 67. c.2

Diaboli ſollicitudo ad perdendas animas deſignatur per feſtinationem Regis Hai, p.1. 87. c.1

Diabolus illos acrius tentat ad meliora tendentes, p.1. 91. c. 1.& 92. c. 1 & 2

Diabolo tria reddenda, p. 2. 111. c.1

Diabolus hominem præcipitare non poteſt, ſed perſuadere, p. 1. 96. c.2. 102. c.2

Diabolus a leuioribus tentationibus ad grauiores deſcendit,p. 1. 97. c. 1
Diabolum vincentes homines merentur auxilium Angelorum,p.1.97.c.2
Diabolus in his vincitur a Chriſto,in quib. vicit Adam,ibid.
Diabolus fur,Leo,Serpens,& homicida dicitur,p. 1.99.c.1.p.2.98
Diabolus quos præcipitare tentat,ibid.
Diaboli victores qui cupiunt eſſe , quæ obſeruare debet,p. 1. 100. c. 2
Diadema quo coronauit eũ Mater ſua,quid p.1.18.c.2
Dies iudicii quam admirabilis,p. 1.22.c.1
Dies tertius Natiuitatis dicitur; conuerſionis,& mortis,p. 1. 37.c.2
Dies quare in Natiuitate Domini dicantur impleti,& in circuncisione conſumati,p.1 4.c.2
Dies octo in circuncisione ſignificant octo virtutes,p.1.48.c.1
Dies tres, quibus nuptiæ fiunt, par. 1. 62. col.2
Dies poſt octo,quibus transfigurato eſt Dominus,qui.p.1. 115.c.2
Dignitas hominis notatur ibi faciamus hominem Gen. 1.p.1.56.c.2
Dilectio Dei , & proximi facit abnegare ſe, ſua,& ſuos,p.1.69.c.2
Dilectio amicitiæ,& concuciſcentiæ, par. 2. 152.c.2.&153.c.1
Diliges Dominum Deum tuum &c. explicatur,p.1.65.ſer.2.c.2
Dilectio ſimulata triplex,p.1.71.c.2
Diligenda quatuor ſunt,p.1.72.c.2
Ad dilectionem monitio,ibid.
Dilectioni comparatur ignis,p. 1.67.c.1
Dilectionis multiplex vtilitas,par.1. 34.ſer. vnic.per totum.
Certificat de uita æterna, p.1 34. c.1
Legem adimplet . acquirit delectationem affectus,& uitam æternam,p.1. 34. c.2
Operit culpam, inde dicitur pallium,& amictus,p.1.34.c.1.& 33.c.1.
Illuminat intellectum,p.1.35.c.1
Habet uerum teſtimonium eſſe diſcipulum Chriſti,& filium Dei,p.1.35.c.2
Auget gratiam,p.1.36.c.1
Dilectione duplici diligendus Deus, par.2. 60.c.1
Dilectio concupiſentiæ duplex, par. 2. 60. columna 1.
Dilectio concupiſcentiæ quinque parit,p.2. 60.c.1
Dilectione amicitiæ quãdo diligatur Deus, p.2.61.c.1
Diligere vt Deum debemus pulchra conſideratio,p. 2.61.c.1
Diligendus Deus vt uerus amicus, par.2. 61.c.2
Quia quinque mala pro nobis ſubſtinuit, p.2.62.c.1
Quia fidelis,Quia pulcher,affabilis,& mãſuetus,p.2.62.c.2.63.c.1
Quia Pater,Frater, & Mater, & Sponſus, p.2.63.c.2.& 64.c.1
Diligendus qualiter Chriſtus a nobis, p.2. 64.c.2
Diligendus proximus exemplo Chriſti, & qualiter, p. 2.71.c.1
Dilectio Dei in genus humanum pulcherrime exprimitur,p.2. 146.c.2
Diſcretio deſignatur per digitos,par. 2.112. col. 1
Diſcuſſio in iudicio qualis,p.1.26.c.1
in Diuitiis non eſt gloriandum, par. 1.151. col.1
Diuitiæ dicuntur laquei diaboli multipliciter,p.1.110.c.2.& 101.c.1
Diuitiæ quare ſint datæ,p.1.101 c.1
Diuinitas nunquã a carne , & anima ſeparata fuit,p.1.161.c.1
Diuitiarum aquę quo plus potæ ſunt,eo magis ſitim generant,p.1.137.c.1
Diuitiæ ueræ quæ,p.1.43.c.1
Dolores quinque in cruce deſignantur per quinque panes ordeaceos, p.1.142.c.2
Domus Dei triplex,p. 2. 46.c.2
Domus vij.columnæ quæ,p.1.30.c.2
Dominus tecũ exponitur, p.1.6.c.2.& 7.c.1
Dominus tecum quare ponitur in medio gratiæ,& benedictionis,p.1.7.c.2
Dominum a domo quæ expellunt, par. 1. 31.c. 1
Dominus in quibuſdam venit, ſed non facit manſionem,ibid.
Manſionis effectus Sanctiſſimæ Trinitatis, p.1.31.c.2
Dormit quare Dominus in naui, par. 1.80. col.2
Dotes corporis an Dominus ab initio habuerit,p.1.116.c.1

Ductus

Index Sententiarum.

Ductus quando dicitur Ieſus,p. 1.91.c.1
Dulcedo ſpiritualis impeditur memoria delectationum carnalium,p.1.30.c.1
Dulcedo diuina vocatur Manna, par.1. 31. col. 2
Item pluribus aliis nominibus,par.1.31.c.2 f.32.c.1
Dulcedini de interno guſtu poteſt eſſe frequens lætitia,ſed non copia,par.1.33.c.1.
Dulcedo contemplationis quam maxima, p.1.127.c.1.& 2
Dulcedo diuina cur per odorem, & non per ſaporem,aut viſum accipitur, p.1. 128.c.1
Dulcedo interna, quæ habetur ex digna Chriſti manducatione pulchre figuratur per illud Eccl. Memoria Ioſie, par.2. 10. col.2
Dulcedo ſpiritalis opprimit trinam delectationem mundanam falſam,p.2.10.c.2
Ductus dicitur Ieſus a Spiritu Sancto, p. 1. 91.c.1
Ducere dicitur dupliciter,p.1.91.c.2
Ducere,Agere,& Expellere quid, par.1.91. col.2

## E

EBrietatis mala,par. 1. fol. 50. col.2. & 51.c.1
Eccleſia quando dicitur commutata, par.1. 105.c.1
Eccleſia capitur pro muliere, par. 1. 104. col.2
Eleemoſina comparatur ſemini, par.1. 90. col. 1
Elatio quoslibet ad captum faciles reddit, p.1.99.c. 2
Electi dicuntur comprehenſores, par. 2.46. col.2
Epiphania manifeſtatio dicitur, par. 1. 51. col.1
Epitafia quare fiunt,p. 1.36 c.1
Eternitati quæ Deus eſt nil competentius quam verbum Eſt,p.2.158.c.1
Eua habuit triplicem maledictionem,par.1. 2 c. 2
Euchariſtiæ prima præparatio fides, p. 2. 2. c.2.& f.3.c.1.& 2
Munditiæ magnitudo. 3.c.2
Sui ipſius diſcuſſio,4.c.1
Humilitas Dicens Domine non ſum dignus,5.c.2
Diſcretio ut cibus a cibo diſcernatur,6.c.2
Vnio, quia in ſciſſura mentius Deus non inhabitat,6.c.2.
Euchariſtia ſumenda cum maximo deſiderio,p.2.8.c.1
Euchariſtia ſumpta quid agendum p.2.7.c.1
in Euchariſtia tria conſiderentur,p.2.2.4.c.1 13.c. 1.22.c.1
Euchariſtiam percipiens in peccato mortali,quam peccet,p.2.4.c.2
Euchariſtia ſumenda cum feruore charitatis,p.2.8.c.2
Item debemus maſtigare membro,Nos,caput Chriſtum,8.c.2.9.c.2
Magiſtrationis effectus eſt liberatio a vij. peccatis mortalibus,9.c.2.10.c.1
Euchariſtiam digne percipiens opprimit trinam falſam delectationem mundanam, p.2.10.c.2
Euchariſtiam ſumentes quare aliquando non delectentur,11.c.2
Euchariſtiæ impedimentũ vt non digne percipiatur impedit delectationem terrenã, p.2.112.c.1
Item vitia,p.2.112.c.1
Euchariſtiæ ſacramentum cæteris excellentius,p.2.4.c.1.&12.c.2
Vocatur ſacrificium,& Euchariſtia,ibid.
Euchariſtia ut Sacramentum digniſſima figura Agni paſchalis,p.2.13.c.1
Euchariſtia ut ſacrificium ex tribus pretioſiſſimis rebus conſiſtit,p.2.15.c.2
Eſt Deo acceptum,Angelis reuerẽdum,hominibus adorandum,p.2.15.c.2
Eius virtus extenditur in mundo, in purgatorio,& in cœlo,p. 2.16.c.2
Eſt idem ſacrificium,quod in cruce eſt oblatum,17.c.2.
Euchariſtia vnde nomen accepit,& de diuerſis nominibus,p.2.32.c.2
in Euchariſtię eleuatione quid agendum, p.2.18.c.1
Euchareſtiæ effectus enumerantur in pane materiali,p.2.22.c.1
Euchariſtia panis eſt dulciſſimus, Mundus, & ſuperſtantialis,22.c.2.23.c.1
Cur inſtitutum hoc ſacramentum, par. 2. 24.c.2
Eius fructus explicantur, p. 2. 25.ſer.vj.
Eſt uita bonis, mors malis,p.2.29.c.2

Eucha-

Euchariſtiam manducantes ſunt in quadruplici diſcrimine, p.2. 29. c.2
Item manducantes ſacramentaliter tripliciter manducare poſſunt, 30.c.1
Euchariſtiam indigne ſumentes qualiter peccent, p. 2. 31. c.1
Pœnas xij. merentur, 31.c.2.32. c.1
Euchariſtiam cõtra indigne ſumentes exaggeratio, 33.c.1.& 2

F

FACIEI claritas in transfiguratione quid ſignificet, p.1. 17.c.1
Feſtum nobis eſſe debet quando patimur, p.1. 137. c.1
Feſtum faciunt tranſeuntes de uitijs ad uirtutes per pœnitentiam Deo, ſibi, Angelis, & Eccleſiæ, p.1. 137. c.2
Fides Mariæ, p.1.14. c.2
Fides vicit omnia, quæ ſunt in mundo, p.1. 101. c.2
Filius Dei, qui eſt Chriſtus, & nos, filij dicimur, ſed magnum diſcrimen, p.1. 150. columna 2
Fleuiſſe ter Dominum dicitur, & quare, p. 2. 58. c.1. & 59. c.1
Flere peccata, verb. peccatorum.
Floris campi proprietates Chriſto aſſimilantur, p.1. 42. c.1
Fluuius dicitur Chriſtus, p.1. 17. c.2
Fluuius, qui diuiditur in quatuor capita, deſignat quatuor beneficia, p.1. 18.c.1
Fons occultus, & patens vocatur Chriſtus, p.1. 169. c.1
Fortitudo hominis vt eſt fragilis, De ea nõ gloriandum, p.1. 151. c.1
Fortitudo, quæ danda eſt Deo, nonnunquã datur ad peccandum, parte 1. 66. c.1. 91. columna 1.
Fratres ſacra ſcriptura uocare ſolet omnes eiuſdem cognationis, p.1. 65. c.1
Fratres ſunt Chriſti omnis cõſanguinei Mariæ, p.1. 65.c.1
Fraternitas multiplex, p.1.33. col. 1.& 156. columna 1
Fragmenta myſtice quæ, p.1.140. c.1
Fructus ventris tui quare dicitur Chriſtus, p.1. 8.c.2
Fructus benedictus in valore, & odore, ſapore, & ſpecie Chriſtus, p.1. 9.c.2.
Fructus huius quanta ſit efficatia oſtenditur, ibid.
Fructus, Chriſtus dicitur a fruendo, quo fruuntur ſancti, ibid.
Fructus centeſimus, ſexageſimus, & trigeſimus, par.1.88. col.2
Fructus terræ ſublimis eſt filius Virginis p.1. 132.c.1
Furori cœdendum, p.1. 136. c.1
Fundamentum ſpirituale quotuplex, p.1. 105. c. 2.& 206.c.1
De fundamento cogitandum, ſi ſtabiles eſſe cupimus, p.1. 205. c.1
Fundamenta ſpiritualia quæ, par.1. 162. c.1. & 2

G

GABRIELIS exemplum nos inuitat ad ſalutandam Mariam, par.1. folio 1. columna 1.
Gaudere gaudio magno quid, p.1. 53.c.2.
Gaudendum non eſt in quantumcunq; gloria, p.2. 58.c.1
Gaudium de mundo malum, quia in Domino gaudendum, p.2. 117. c.1
Gaudium in Domino multa bona parit, ibidem. c.1. & 2
Gaudium in æterna patria erit ſempiternum, æternum, & plenum; parte 2. fol.124. c.1
Gaudia interiora animæ in patria conſiſtunt in quatuor, p.2. 124. c.1. & 2
Item Gaudium exterius circa corpus, folio 124.
Gaudium de ruptione vij. neceſſitatum corporis, p. 2. 124. c.2
Geon fluuius deſignat beneficium incarnationis, p.1. 18. c.1
Giezi miſſus ab eo, qui non potuit ſuſcitare filium Sunnamitis, p.1. 20. c.2
Gloria Mariæ in quibus conſiſtat, parte 1. folio 2. c.2.
Gloria Chriſtiani Crux Chriſti, parte 1. folio 150. c.1
Gloriandum quare non ſit gloriãdum in bonis animæ, vt ſapientiæ, aut corporis, uel exterioribus, p.1. 151. c.1
Gloria plena exponitur, p.1. 2. c.2. 3. c.1. & 2. 5. c.1. 6. c.2
Gratia plena dicitur Maria, qui Eccleſiam trium-


Index Sententiarum.


triumphalem reparauit, & militantem reſuſcitauit, p.1. 2. c.2
Gratia plena quare prius dicitur, & poſtea ab Angelo Mariæ nomen exprimatur, p.1. 3. c.1
Gratia plena dicitur Maria magis, quàm Stephanus, & minus quam Chriſtus, p.1. 3. c.1
Gratiæ plenitudo triplex copiæ, & ſufficientiæ, & efficientiæ, p.1. 3. c.1. 58.c.1
Gratiæ plenitudo una plenior eſt altera, p.1. 3. c.1
Gratiam vt quis obtineat, quinque neceſſaria, p.1. 12. c.2
Gratia dicitur hos, p. 1. 16. c.1
Gratia Dei replet receptacula munda, & vacua a peccatis, p.1. 29. c.2. & 30. c.1
Gratia Dei tripliciter antecellit nos, parte 1. fol.13. c.2
Gratiæ nomen dupliciter capitur, parte 1. fol.55. c.2
Gratia duplex. gratis data, & gratum faciẽs, p.1. 55. c.2
Gratia gratis data, quæ, ibidem.
Datur peccatori, aſſimilatur rori, parte 1. folio 56. c.1
Gratia gratum faciens, quæ, & multis aſſimilatur, p.1. 56. c.1. & 2
Gratiæ in Chriſto triplex plenitudo inuenitur, p.1. 57. c.2.
Vnionis, habitualis, & capitis, parte 1. folio 58. c.1. & 2
Gratiarum recurſus ceſſat, vbi non fuerit recurſus laudis in Deum, p.1. 77. c.1
Gratia duplex, p.1. 79. c.1
Gradus quartus meditationum ſunt exercitia paſſionis Chriſti, p.1. 122. c.1
Gula libidinem inflammat, & concupiſcentias carnis nutrit, p.2. 49. c.2
Gulæ multa mala, parte 2. folio 49. col.2. fol.50. c.1. 53. c.1
Gulæ multæ ſpecies, p.2. 56. c.1
Guſtus bonitatis diuini exprimi non poteſt. Hinc vocatur manna, p.1. 31. c.2

H

HABITARE fratres in vnum qualiter, p.2.154.col.2. & 155. columna 1. & 2.
Habitare in unum quam utile, par. 2. 145. columna 2
Habitant multi in unum corpore, ſed non ſpiritu, p.2.155.c.2
Hæres proprie quis dicitur, & quis legatarius, p.2.151. c.1
Hæres Dei qualiter ſit homo, parte 2. 151. columna 1
Hæreditas Dei multum differt ab illa hominis, p.2.147. c.2.& 151.c.1
Habitat Chriſtus cum humilibus, parte 1. 104. col. 2
Habitare Deum cum Sanctis dicitur multipliciter, p.2.46.c.1
Habitationem cum Deo faciamus, quæ neceſſaria, p.2.80.c.1
Heſter aſſimilatur Beatæ Virgini, p.1. 1.c.2
Heſter interpretatur exaltata, parte 1.15. columna 2
Hippocrita aliud habet in ore, & aliud in corde, p.1.53.c.1
Homo debet ſe exiſtimare cinerem quo ad animam, & corpus, p.1. 36.c.2
Hominis dignitas, p.1. 56. c.2
Hominem producendi modi quatuor, p.1. 21.c.1.& 2
Homo languidus ſignificat genus humanũ, p.1.140.c.2
Homo quid commune habeat cum creaturis, p.1.157. c.1
Hominum poſitiones ſunt quatuor, & quæ ſignificent, p.1.176.c.1
Homines quare fuerint creati recti, p.2.57. columna 2
Honorandus Deus a nobis, quia pater, p.1. 145. c.2
Honor conſiſtit in ſacrificiis laudis, ibi.
Homo tria habet in poteſtate bona exteriora, animæ, & corporis, p.1. 74. c.1
Honorificat Deus ſe diligentes, ut non ſerui, ſed filii ſint, p.2.66.c. 2.154.c.2
Homini omnia ſeruiunt, p. 2.1.c.2
Horæ canonicæ debent ore proferri, p.1. 179.col.2
Horis in canonicis quæ meditanda, p.1.94. columna 1
Horis canonicis qui aſtringantur, p.1. 187. columna 1
Horæ canonicæ quare introductæ, p.2.19. columna 2
Hortus delitiarum Maria, parte 1. 128. c.1.& 2


Hoſtia

Hoſtia quare diuiditur in tres partes, p. 1. 16. c.1
Humilita probatur in obedientia, & abiicit ſuperbiam, p. 1. 2. c. 1
Humilitas Mariæ, quàm eximia, parte 1. fol. 14. c. 2. 15. c.1
Humilitas haurit aquam gratiæ, ut uas inclinatum, p.1. 30. c.z
Humilitatis laus, p.1. 79.c.z
Humilitate nihil potẽtius contra diabolum, p.1. 99. c.z
Humilitas admirabilis in Chriſti paſſione, p.1. 144. c.1
Humilitas Chriſti per ualde inflammat animam ad amandum, parte 1. fol. 184. c.z. fol. 185. c.1
Humilitas iniqua, quæ, p.z. 5. c.2
Humiles eſſe oportet ad aſſequendam caſtitatem, p.z. 74. c.1
Humilitas grata, & formoſa eſt in oculis omnium, p.2. 85. c.2
Humilitas ut in nobis excitetur multa conſideranda, p.2. 85. c.2. & 86. c. 1
Humilitatis emolumenta, 86. col 2. 87. & 88
Ob humilitatem Maria benedicitur ab omnibus generationibus, 86. c.2
Humilitas eo Deo gratior quo maior eſt ſe humilians, p.2. 87. c. 1. & 2
Humilitas receptaculum omnium gratiarũ, p.2. 88. c. 1. & 2
Eſt fundamentum ædificii ſpiritualis, ibid.
Vincit homo per humilitatem, ibidem.
Humilis dicitur ab humo, ibidem.
Humilitas triplex, p.2. 1:0. c.1
Humilitas Mariæ deſignatur per nardum, p. 2. 129. c.1
Multum comendatur, p.2. 138. c.2

I

IAcere ſpiritualiter quid, p. 1. 78.c.1
Ieiunium quare fit in Sabatho in honorem Virginis, p.1. 11.c. 1
Ieiunium quare inſtitutum, p 1. 93. c. 2
Ieiuuauit quare Chriſtus 40. diebus, & noctibus, p. 1. ibid.
Ieiunare quare uoluit vltra 40. dies, p. 1. 94. col. 2
Ieiuniis triduanis præfertur parcus cibus, p.2. 51. c.2
Ieſum duos præceſſiſſe legimus, p.1. 41. c.1. f.49.c.1
Ieſus nomeo recte vocatur, ibid.
Ieſus habet tria nomina, ibid.
Ieſus vere Saluator, Alii non, p. 1. 49.c. 2
Ieſus nominis dignitas, i bid.
Ieſus nomen dicitur oleum, p.1.50.c.1
Ieſus nominis efficacia, ibid.
Ieſus quinque litteræ, ibid.
Ieſus eſt in ore, corde, aure, manu, & in fronte ſcribendum, ibid.
Ieſus nomen inferi debent formidare, terreſtes laudare, f. 50.c. 2.
Ieſus in qua domo inuenitur, par. 1. 54. col. 1
Ieſus in quinque in locis portatur, p. 1. 70. col. 1
Ieſus quare dicitur puer, p. 1. 72.c.1
Ieſus quando dicitur ductus, p.1. 91.c. 1
Ieſus eſt omnibus ſufficientia, par. 1. 119. col. 2
Ignis multiplicia genera, p. 1. 67.c.v
Impletionis verbo ſcriptura vtitur in pluribus locis, p. 1. 69.c. 2
Impunitas eſt inſolentiæ mater, par.2. 97. col. 1
Incarnationis dominicæ Sacramentum in reſponſione Virginis conſumatum, par. 1. 15.c. 1
In incarnatione mirabilia, p. 1. 14. c. 2
Incarnationis beneficium deſignatur per Gene. p.1. 18.c. 1
Incarnationem qui apti ad contemplandum, p. 1 18.c. 1
Incarnationis tempus nouiſſimum, par. i. 18.c. 2
Incarnationis in myſterio fuit concurſus Angeli nunciantes, Virginis, conſentientis, & verbi Dei carnem aſſumentis, par.1. 19. col. 1
Incarnationis myſterium deſignatur per butyrum, p 1 19.c. 2
Incarnationis ſeptuplex vtilitas, par. 1. 19. & 20.
In incarnatione per verba illa. Sic Deus dilexit & 1. exprimitur nimia charitas Dei, p.1. 20.c.1
Incarnationis mirabilia in matre, prole, & modo producendi, p. 1. 20 c.z. z1. c.1
Incarnationis Ieſu Chriſti teſtes, parte 1. folio 71. col.z

Ingratitudo



Ingratitudo eſt ventus vrens, parte 1. folio 52. columna 2
Infirmitates proueniunt ex decem cauſis, p. 1. 74. c. 1
Indumentum vt tegit, ornat, & calefacit, ita & baptiſmus, p. 2. 91. c.2
Induere Ieſum qualiter debemus, parte 2. folio 92. c. 1. & 2
Iniquitas quando incipiat, creſcat, abundet, & ſuperabundet, p.2. 67. c.2
Iniurias ſi ex corde remiſerimus, multa bona conſequemur, p.2. 206. c. 1
Iniurias noſtras ſubſtinere, Dei autem nequaquam debemus, p.1. 97. c.2
Infernus dicitur lacus tripliciter, parte 1. folio 147. c.2
Introitus regni cœleſtis fit per ſanguinem Chriſti, p.1. 146. c.1
Inuenitur melius Ieſus per laborem, quam per contemplationem, p.1. 128. c. 2
Inuidia peſtis maxima, parte 1. fol. 132 columna 2
Inuidiæ malum oſtenditur, parte 1. 132. columna 2
Inuidia ſimilis ſcaraboni, parte 1. fol. 34. columna z
Ioſeph miſſus a patre de valle Ebron ſignificat Chriſtum, p.1. 120. c. 2
Iubilus mentis effectus, parte 1. folio 127. columna 2
Iubilatio ſciri, ſed verbis exprimi non poteſt, p.1. 127. c. 2
Iudicij dies quàm admirabilis, p.1. 20z. c.1. fol. 23. c.1. & 26. c.1
Dicitur dies, & nox, parte 1. fol. z7. colum. 2
Iudicio in futuro omnia obſeruantur, quæ in iudicio ſeculari, p.1. 22. c.2
Iudicij ſigna antecedentia ſignificantur per Dani. c. 7. vide ban. &c. p.1. 22. c. 2
Eſt Antichriſtus. ſigna cum horribili corruſcatione, & igni, p.1. 23. c.1. & 2
Iudicij ſigna concomitantia, quæ, parte 1. fol. 23. c.2
In iudicio iudicabuntur quidam, & quidam non iudicabuntur, p.1. 24. c. 1
Iudicium multiplex, parte 1. folio 24. columna 1
Iudicabit quare Dominus in natura aſſumpta ab hominibus, p. 1. 25. c.1
In iudicio qualiter veniet Dominus. & in nube, parte 1. folio 25. columna 1
Nubes quid, ibidem.
Iudicio in futuro erant duæ portæ. Vbi explicatur nobilis in portis, p.1. 25. c.2
Iudicij ſigna victoriæ, parte 1. 25. c.2. fol. 26. c.1
In iudicio hominibus qualiter Dominus apparebit, p 1. 25. c.2. z6. c.1
In iudicio planctus impiorum, parte 1. 26. columna 1
In iudicio Crux, quæ apparebit quid ſignificet, p.1. 26. c.1
Fiet diſcuſſio meritorum mentalis, par. 1. fol. 26. c.1
Teſtes qui, p.1. 26. c.2
Vociferationes impiorum, quæ, parte 1. fol. 26. c.2
Iudicis poteſtas quam magna, parte 1. 26. col.2. 27. c. 1
Iudicij ſententia præfigurata apud Danielem, ibidem.
Qualiter vocetur, ibidem.
Iudicium deſignatur per arcum, p.1. 28. c.1
Iumentum debet eſſe homo quo ad patientiam, ſed non quo ad inſipientiam, p. 2. fol. 146. c.1
Iuſtus, vt accuſet ſe qualiter intelligatur, p.2. 148. c.1
Iuſtum, & inter peccatorem maximum diſcrimen, p.2. 165. c.1

L

LACRYMAE de peccatis proprijs, compaſſionis, deuotionis, & contritionis ſunt, parte 2. f. 58. c.2. 59
Lachrymarum quinque gña, p.2. 116. c.1. & 2
Lachrymarum effectus quinque, ibidem.
Lachrymantes ſi beati, ergo miſeri luſores, p.2. 116. c.z. 117. c.1
Lachrymaſſe ter Dominus legitur, ſed nunquam riſiſſe, p. z. 117. c.1
Lachrymandi hic eſt tempus, ibi ridendi, parte z. ibidem.
Luctus Beatitudo cui petitioni Dominicæ aptetur, p. z. 115. c.z
Quibus aſſimilatur, p. z. 115. c.z
Lapis de monte abſciſſus, ſine manib. Chriſtum ſignificat, p.1. 39. c z
Lapides cur non mutentur in panem, ſed ſic aqua in vinum, p.1. 67. c.1

d Lapides

Lapides qui vertunt in panem, p.1.95.c.2
Lapides in panem cur Dominus mutare noluerit, p.1.95.c.1
Latria ſoli Deo debetur, p.1.97.c.1
Laudare Mariam qui digni, p.1.12.c.1
Laus uteri Mariæ, p.1.16.c.1
Laudis ſacrificium per utile, cum ſit opus Angelorum, p.1.93.c.1.& 2.
Laudes matutinales cur diluculo decantantur, p.1.162.c.1
Laudes ut ſine Deo gratæ, debent laudãtes eſſe virtutibus ornatos, p.1.94.c.1
Leproſi fides, p.1.73.c.2
Feruor ſpiritus, & prudẽtia, p.1.74.c.1.& 2
Lepræ variæ ſpecies diuerſa peccata, ibid.
Lepra propriæ dicitur peccatum carnis, p.1.175.c.1
In leproſo quatuor notantur quæ requiruntur in pœnitente, ibi.
Lætitiæ ſpiritualis effectus explicantur, p.2.97.c.2
Libido tranſacta nunquã ſatiatur, p.2.51.c.1
Lingua multiplex, p.1.178.c.1
Linguam qui cuſtodierit, multa conſequitur bona, p.1.178.c.2.
Linguæ cuſtodia triplex, p.1.179.c.1
Lingua ad loquendum quãdoq; aperienda, p.1.179.c.1
Quæ præparatio adhibenda, p.1.182.c.1
Lingua facilis ad loquendum multa mala parit, p.1.177.c.2.178.c.1.
Lingua, verb. Detractor.
Loquendum raro, & cum quibus, p.1.14.c.1
Lumbi qualiter præcingendi, & duo genera, p.2.99.c.1
Lumborum cinctorum aſſidua meditatio legis diuinæ, p.2.99.c.2
Lumbi ut ſint præcincti tria neceſſaria, ibi. & 100. c.1
Lumen gloriæ duplex, p.2.127.c.2
Lunæ proprietates, p.1. 4.c.1. & 2.


M


MAGI vnde dicuntur qui venerunt adorare Dominum, p.1. 51.c.1
Magi Domini in quibus differant a magis diaboli, p.1.51.c.2
Magorum fides, p.1.51. c.2.52.c.1
Magorum ſtella differt a ſtellis cæleſtium orbium in ſex, p.1.52.c.1. & 2
Magorũ munera quid ſignificent, p.1.54.c.1
Maledictio triplex in Eua, p.1.2.c.2
Manducare corpus Chriſti, in verb. Euchariſtia.
Mandata quædam ſunt affirmatiua, & quædam negatiua, p.2.64.c.1
Manna, quod mane colligebatur, ſignificat gratiam diuinam, p.1.85.c.1
Manna quare Iudæi non receperunt durante farina, p.1.30.c.1
Manna dicitur dulcedo diuina, p.1. 31.c.2
Mare huius ſæculi quando tranſiuit Ieſus, p.1.136.c.1
Mariæ reſalutationis in nos eſt gaudium in mente noſtra, p.1.1.c.1
Maria ſalutanda fideliter, ſapienter, frequenter, & Angelicæ, p.1.1.c.1
Maria ſalutanda corde, ore, & opere, p.1.1. col. 2
Angelicæ oportet eſſe puritatis, 1.c.2
Maria in uerbo Angelicæ.
Mariæ in ſalutatione triplex prærogatiua, p.1.2.c.1
Maria fuit ſine omni ve.
Maria gratia plena quo ad Deum per humilitatem, quo ad Angelos per puritatem, quo ad homines per fœcunditatem, p.1. fol.2.c.2.
Mariæ gloria in quibus conſiſtat, p.1.2.c.2.
Maria a magis prophetata, ab hominibus prædicata, ab omnibus generationibus beatificata, p.1.2.c.2.
Mariæ nomen quare tacet Angelus, 2.c.2
Maria illuminatrix interpretatur, & illuminata, p.1.3.c.1.10.c.2.
In Maria triplex gratiæ plenitudo, p.1. 3. columna 1
Maria puteus aquarum, & ſignum fœderis, p.1.3.c.2.
Maria quia mediatrix inter membra nos, & caput Chriſtum, dicitur collũ, p.1.3.c.2.
Maria deſignatur per Abigail, 3.c.2.
Maria aſſimilatur mari, p.1.4.c.1
Maria ob plenitudinem gratiæ omnibus nobilibus rebus aſſimilari poteſt, p.1.4.c.1
Maria comparatur Lunæ, p.1. 4.c.1. & p.2. 133.c.2.
Maria flos, ros, thalamus, & calamus dicitur, p.1.4.c.2.
Maria balſamo, clibano, monti libano, & riuo comparat, p.1. 5.c.1
Maria quare tota pulchra dicatur, p.1.5.c.1







Mariæ natiuitas deſignatur per Auroram, p.1.5.c.2.6.c.1
Maria arca fœderis, & quare, p.1.6.c.1
Maria terribilis paganis, Iudæis, & hæreticis, p.1.6.c.1
Maria honoris titulis decorata, p.1.6.c.2
Maria vniuerſos ſanctos uirtutibus ſuperegreditur, p.2.137.c.2
Maria interpretatur Domina, p.1. 7.c.1 & 2. c.1. & 2
Maria gratia plena ob humilitatem, Dominus tecum propter ſolitudinem, p.1.7.c.2
Maria quare benedicta, p.1.7.c.2
Maria non ſolum inter mulieres benedicta, ſed maiori benedictione inſignis, p.1.8.c.1
Maria terra dans, & non reddens fructum ſuum, p.1.9.c.1. ver. terra.
Maria apis de ſe tantum generans, p.1.9.c.1
Maria quantum diligenda, & honoranda oſtenditur, p.1.9.c.2
Maria ſoli, lunæ, & ſtellæ comparatur, p.1.11.c.1. p.2.133.c.2
Maria dicitur mare amarum, & quare, p.1.11.c.1
Maria multis rebus comparatur, p.1.11.c.2
Maria beata, beatior, & beatiſſima, par. 2. 139.c.2
Mariæ aſſumptio explicatur, p.2.138. c.2. per totum ſermo.
Maria per quinque literas deſignat quinq; virtutes, p.1.11.c.2.12.c.1
Mariam laudare qui digni, p.1.13.c.1
Maria quod dicatur thronus Salomonis pulchre explicatur, p.1.13.c.1
Maria, quæ verba dixit, p.1.13.c.2.& in verb. verba.
Mariæ obedientia, humilitas, charitas, & fides, p.1.14.c.2
Maria archa teſtamenti, p.1.15. c.2
Maria aeri, & aquæ aptiſſime comparatur, p.2.135.c.1
Maria porta, hortus concluſus, fons ſignatus, & nubes, p.1.17.c.1
Mariæ comendatio, p.2.136.c.1
Maria in verb. virga.
Maria dicitur ſuum, & quare, p.1.17.c.1
Maria ſpeculum dicitur, parte 2.fol.136.columna 1
Maria virgulæ fumi aptæ comparatur, p.2.136.col.2
Mariam matrem Chriſtus non contempſit, Dicens. Quid mihi, & tibi, &c. p.1.65 c.1. & 2
Maria ſignificat actiuam, & contemplatiuã, p.1.69.c.1
Maria, & Ioſeph portantes Ieſum in Hieruſalem, p.1.70.c.1
Maria fons frugifer dicitur, p.2.139.c.2.& 140.c.1.& 2
Maria ab omnibus generationibus beata, & quæ iſte generationes, parte 1. fol.87. columna 1
Maria dedit nobis quatuor beneficia, p.1.87. columna 1
Maria hortus omnium delitiarum, p.2.128. columna 2
Quibus delitiis repleta, p.2.128.c.2
Maria Virgo, & mater, hinc caſtellum ſingulare dicitur, p.2.128.c.2
Maria hortus, & præcipue in ea vernabat nardus humilitatis, lilium caſtitatis, & roſa charitatis, parte 2.129.columna 1. &. 130.c 1
Mariæ caſtitas per lilium deſignatur, par.2.129.c.1
Maria paradiſus, ex quo per quatuor flumina, ideſt uirtutes deſignatur, p.2.fol.130. columna 1
Temperies magna in hoc paradiſo inuenitur, p.2.130.c.2
In medio eius eſt lignum uitæ, & ſufficiens cibus omnium inuenitur, p.2 130. columna 1
Suntque in eo multa animalia occulta, p.2.131.c.2
Et diuerſæ arbores aromaticæ, par.2.130. columna 2
Maria eſt lignum, cuius proprietates adaptantur, p.2.131.c.2
Maria uitis dicitur, & campus, p.2.132 columna 2
Hortus, & ſtella, p.2.132.c.2
Hunc ſenſibili mundo adaptatur, parte 2 133.c.1
Dicitur cœlum uariis ſtellis, ſole, & luna ornatum, p.2.133.c.1. & 2.134.c.1.& 2
Dicitur Aurora, & Nubes, de qua omnes exceperunt, p.2.133. c.2.134.c.2.135.c.1
Mariæ uidetur ab Eccleſia attribui quod eſt creatoris, p.2.140.c.1
Maria deſignata per uirgam Aaron, p.1.43 columna 1

Maria a ſanctis patribus multimodis figuris præfigurata, p.1.39.c.1
Maria deſignatur per mulierem fortem, p. 1.43.c.1
Item per virgam Ieſſe florentem, & floridam, p.1.43.c.2
Maria cum Angelis virginitatem accepit, & cum hominibus fœcunditatẽ, p.1.43.c.1
Maria dicitur nauicula parua per humilitatem, p.1.83.c.1
Matrimonii tria bona, p.1.64.c.1
Manſionarii in mundo ſunt mali, p. 1.173. columna z
Medicus ſanat per contraria, & ſimilia, ſic Chriſtus, p.1.75.c.2
Medicus animarum uerus Chriſtus, p.1. 129.c.1
Meditationum plures gradus, p.1.121.c.1
Meditanda quæ de paſſione Domini, p.1. fol.143. c.1.& 2
Memoria paſſionis Chriſti multum vtilis, par.1. 144.c.2.p.2.220.c.2
Mentis quies multum deſiderabilis, p. 1. 125.c.1
Meretrix quare non concipit, p.1.88.c z
Meſopotania interpretatur leuata, ſignificãs humanam naturam, p.1.38.c.1
Menſa in illa æterna patria methaphorice, quid, p.2.123.c.z
Miniſtri Chriſti quales eſſe debeant, p.2. 74.c.z.81.c.1
Miſericordia ut Deo ſit grata, quæ neceſſaria, p.2.36.c.2
Miſericordia multiplex, ibidem, & fol. 119. colum.1
Miſericordia Dei patris in genus humanũ in vij. conſiſtit, p.z.37.c.1
Miſericors, & miſerator qualiter differant, ibidem.
Miſericordes quales nos eſſe oportet, p.z. 37.c.1.& z
Miſericors multa bona conſequitur, p.2.37. columna z
Miſericordia eſt pons, quo nobis donantur peccata, p.2.106.c.z
Miſſæ officium quare officiat a cornu dextro, p.1.36.c.2
Miſſa quare celebretur pro viuis, & defunctis, & pro ſanctis, p.2.16. c.2
Mititas quæ, & eius comendatio, par.z.115. c.1.& z
Mititas, & manſuetudo qualiter differant, p. 2.115.c.1
Mites poſſidere terram multipliciter exponitur, ibid.
Mitis quis, p.2.114. c.2
Moſes quare fuit impeditioris linguæ, p.1. fol. 78. c. 1
Mons, qui aptus eſt refectioni deſignat perfectionem iuſtitiæ, p.1.136.c.2
Monachi ethimologia, par.2. 180. columna 1. & 2
Mons capitur pro iuſtitia, & Eccleſia, p.2. 113. c.2
Montes ſunt contemplatiui, parte 1. fol. 124. columna 2
Mortis memoria quam laudabilis, p.1. 35. columna 2
Multas producit vtilitates, p.1. 35. c.2. 36. c.1. 37. c.1
Eius definitio, p.1. 36. c.1
Mors amara quinque generibus hominum, p.1.36.c.2
Mors Chriſti dicitur exceſſus, par.1. fol.118. columna 2
Mortem crucis quare Dominus elegerit, p. 1. 154. c.1
Mors Chriſti opus eſt ſine exemplo, humilitas ſine modo &c. p. 2. 19. c.1
Mundicia mentis, & corporis deſignatur per duo brachia cinguli, parte 2. folio 4. columna 1
Item per vrnam auream, ibi.
Munditia cordis in duobus conſiſtit, p.z. 159.col.1
Mundo quod ſit mortuus ſignum, p.1.123. columna 1
Mundum ingrediens dolorem habet in ingreſſu, progreſſu, & egreſſu, p.1. fol. 175. columna 1
Mundo mortui, & crucifixi qui, parte 1. 176. c.1
Mundus mari aſſimilatur, parte 1. 176. columna z
Motus a Domino curatus ſignificatur per populum gentilem, parte 1. folio 132. colum.z
In muto vniuerſitas peccatorum deſignatur, p.1. 130. c.1
In muto a Domino ſanato, quinque miracula oſtenduntur, p.1. 129. c.1

Na-



N

NATIVITAS Mariæ deſignatur per Auroram, p.1.5.c.2
Natiuitas duplex in vtero, & ex vtero, p.1. 19. col.2
Natiuitas Domini, p.1. 37. ſer.1.& 2
Natiuitas Domini eſt inenarrabilis, p.1.38. columna 2
Humilis, & excelſa, p.1.39.c.1
Circa Natiuitatem Domini multi errores deſtruuntur, p.1.39.c.z
Natiuitas Domini triplex, p.1.40.c.1.
Natiuitates tres repreſentat Eccleſia, p.1. 40. c.1
Natiuitatis Mirabilia, ibi Et factus eſt principatus eius, p.1. 40.c.2
Naſci quare voluit paruulus in ciuitate parua, &c. p.1. 40. c.z
Nati dignitas, p.1. 41. c.1
Nati nobilitas in multis explicatur, p.1.41. c.1. & z
Naſcitur Chriſtus in Bethleem, parte 1.42. columna 1
Natiuitas Chriſti mirabilis, p.1. 42. c.z. 43. c.1
Naſcitur ex Maria maſculus, parte 1. 42. columna z
In via diuerſorio, in medio duorum animalium, & tacendo, p 1. 44. c.z
Natiuitatis Chriſti deuotæ meditationes, p.1.44.c.1.& 2.
In Natiuitate præſepe, ſtabulum, duo animalia &c. ſignificant eius paſſione, p.1. 45. col. 1
Natiuitatis ſigna fuerunt immutata mirabiliter in paſſione, p.1.44.c.1
Natum Chriſtum inueniendi ſigna, par.1. 46. c.1
Nauicula Eccleſia. Crux Corpus Chriſti. Homo pœnitentia Sancta conuerſatio, & Maria, dicitur, p.1. 81. c.1. 83. c.2
Nauiculam, per quam Chriſtus aſcendit, ſignificat arborem crucis, p.1. 81. c.1
Nauis uelum, humanitas, ventus perſecutio Iudæorum, ibid.
Nauis religio, Gubernaculũ, Remi, Velum, Cordæ quæ, p.1. 81. c.1. 82. c.z
Nauis fluctuans, quæ debet exonerari, ſignificat purgationem conſcientiæ per confeſſionem, p.1. 82. c.2
Negligentia multum Deo abominabilis, p.1. 97. c.1
Nomen Ieſus, in verbo Ieſus.
Nouiciis quare Dominus ab initio ſoleat dare magnã dulcedinem, & poſtea dura certamina, p.1.93.c.1
Nominibus multis vocatur Deus, p. 2.168. 169. c.1.& z. 170. c.1
Nomen Dei qualiter ſanctificetur, & cognoſcatur, p.2.168.c.2.& 169.c.1
Nobilitas quæ amplectenda, p.2. 66. c.2
Nubes in iudicio vniuerſali tripliciter capitur, p.1.25.c.1.& 2
Nubes in transſiguratione quid ſignificet, p.1. 119.c.1.& z
Numeri quinarii myſterium, p.1. 141. c.2
Nuptiæ celebratæ in vtero Virginis, p.1.15. colum.z
Nuptiæ plures, p.1.60.c.z
Nuptiis quare Dominus interfuit, p.1.60.c.1
Nuptiæ a Dño ordinatæ, confirmatæ, decoratæ, & illuſtratæ, p.1.60.c.z
Initiatæ, ratificatæ, & confirmatæ quando fuerint, & ubi factæ, p.1. 61.c.1
Nuptiæ inter Chriſtum, & Eccleſiam quando deſignatæ, initiatæ, ratificatæ, & conſumatæ, p.1.61.c.2
Nuptiæ tria bona, p.1. 63. c.1
Nuptię inter Chriſtũ, & religiosũ, p.1.63 c. 2.
Factæ die tertia. Quando initiatæ, ratificatæ, & conſumatæ, p.1. 63. c.z

O

OBEDIENTIA Mariæ, p. 1. 14. c.z
Obedientia Magorũ velox, p.1.53.c.z
Obediendum quouſque parentibus, par. 1. fol.65. c.z
Obediendi formam quando Chriſtus dederit, p.1. 67. c.1
Obediendum ſuperiori ſecundum Deũ, & non contra Deum imperanti, p.1. 96. c.z
Obedientia, & reuerẽtia debetur a ſubditis prælatis, p.1. 100. c.1
Obedientia triplex voti, conformitatis, & vnionis, p.1. 120. c.z
Ad hanc multum ſcriptura admonet, p. 1. fol. 121. c.1. & z
Obedientiæ commendatio, ibidem.
Obedientiæ ſeptem ſunt laudabiles conditiones, p.1. 122. c.1

Oblatio

Oblatio arietum, bouis, vituli, Hirci, ſalis, vini, olei, & incenſi quid ſignificent, p. 1. 70.c.2
Oblatio columbę & Agni, & turturis quid ſignificet, p.1.70.c.1
Ocium excutiendum eſt, ſi diaboli victores eſſe cupimus, p.1.100.c.2
Oculi Domini myſtice ſunt dona ſpiritualia, quæ ſuis electis concedit, p.1.138.c.1
Oculum exteriorem quæ impediunt, ne videat, p.1.172.c.1.& 2
Odium homines rodit, cor cruciat, p.1.34. col. 2
Opera vt ſint meritoria a peccato ſurgendũ p.1.86.c.1
Opera Sanctiſſimæ Trinitatis indiuiſa. 91. col.1
Oliua dicitur iuſtus, p.1.32.c.2
Oratio, & fletus duo brachia, quibus tenetur Deus, p.1.104.c.1
Oratio deſignatur per incenſum, par.1.71. col.2
Oratione ſola Deus placatur, par.1.76. col.2
Orationi tria neceſſaria, p.1.82.c.2
Oratio matutina multum utilis, p.1.84.c.2. 85.c.1
Oratio quæ digna Chriſto, p.1.105.c.2
Orationes noſtras quare Deus non ſtatim exaudiat, p.1.106.c.2.112.c.2
in Oratione ſex neceſſaria, par.1.107.col.1. 185.c.2
Orandum ſemper exemplo Chriſti, par.1. 108.c.1
Orare ſine intermiſſione qualiter intelligatur, p.1.109.c.2
Oratio nocturna, & matutina quam utilis, p.1.110.c.1.& 111.c.1
Oratio frequens multum vtilis, cum ſit cũ Deo colloquium, p.1.111.c.2
Oratio quandoque intermittenda, par.1. 111.c.1
Orando quinque petenda, p.1.112.c.1
Orando quandoque exaudit Deus, licet exaudire non uideatur, p.1.113.c.1
Orando non exaudimur, quia non perſeueramus, p.1.113.c.1
in Oratione qualiter videtur recedere ſponſus a nobis, ibid.
Orationes quare differre uideatur Deus, p.1.113.c.2
Oratio neceſſaria, & ſi ſciat Deus quod ſit nobis neceſſarium, p.1.114.c.1
Oratio aliter indicta ab hominibus ad homines, aliter hominibus ad Deum, par.1. 114.c.1
Orationis effectus p.2.190.c.1.p.1.114.c.2. 183.c.1.& 2.188.c.2
Orationis importunitate uincitur Deus, p.1.114.c.2
Orationis laudes, p.1.182.c.2
Oratio debet fieri cum perſeuerantia, p.1. 185.c.2
Oratio uocalis quid, & quotuplex, p.187.c.1
Orationi adiũgitur vox pluribus ex cauſis, p.1.187.c.1
Oratio mixta uocalis, & mentalis perfectiſſima eſt omnium, p.1.187.c.1
Orationis proprius locus eſt eccleſia ob plures cauſas, p.1.187.c.2
in Orationes modus, & præparatio, p.1.187 c.2.& 188.c.1.& 189.c.1
Oratio habet quatuor modos ingrediendi ad Deum, p.1.190.c.1
Oratio quare aliquando uertitur in nauſeã, p.1.189.c.1.& 2
in Oratione multiplex regula datur obſeruanda, p.1.191.c.1
Oratio in prima intentione poteſt tota fieri meritoria, p.1.94.c.1
Oratio Dominica, & Aue Maria quare dicitur in principio pſalmodiæ, p.1.94.c.2
Oratio communis debet eſſe uocalis, & alta, p.1.94.c.2
Oratio publica quare incipiat Deus in adiutorium, ibid.
Orando quis modus obſeruandus, par.2. 142.c.1
in Oratione dominica captatur prius Dei beneuolentia ex quatuor, p.2.142.c.2
Orandi forma tradita a Chriſto maximam fiduciam præſtat oranti, p.2.143.c.1
ab Oratione non ceſſandum, licet non exaudiamur, p.2.143.c.2
Oratio dominica breuis, ſed omnia continens, ibid.
Oratio dominica incipi a uerbis amoris, & non timoris, p.2.144.c.1
Orando quare ariditas quandoque accidat, p.2.145.c.2
Oratio dominica Pater docet nos habere os ſpirituale, p.2.149.c.1





Oratio dominica pater habet quinque literas, p.2.149.c.1
Oratio exemplo Chriſti debet eſſe communis, p.2.157.c.1
Oratorium cur dicitur, parte 1.97. columna 2
Otioſitas quam mala demonſtratur, p.1. 79.c.2
Ouum dicitur Maria, p.1.17.c.1

P

Panes quinque miſtice qui ſint exponuntur quintupliciter, p.1.138.c.2.139. c.1.& 2.
Panis quare appellatur Chriſtus. p.1.169.c. 1.& 2
Pannum quatuor genera aſſimilantur quatuor expoſitionibus ſacræ ſcripturæ, p.1. 170.c.1
Panis dicitur Chriſtus, & quinque panes, qui, p.2.14.c.2
Pannus lineus, quo utuntur ſacerdotes in ſacramento altaris quid ſignificet. p.2.4.c.2
Parentibus quouſque obediendum. p.1.65. colum.2
Parentum cura nõ debet ſollicitare nouiter conuerſos. p.1.65.c.2
Paralyſis quid ſignificet. p.1.78.c.2
Parentes debent filios Domino offerre, p.1. 69.c.2
Paſcha interpretatur tranſitus Domini. p.1. 137.c.1
Paſſionis calicem Chriſtus pro uno ſolo bibiſſet. p.1.63.c.1
Paſſionis Domini exercitia ſunt in quarto gradu meditationum, p.1.122.c.1
Paſſio Chriſti ualidiſſima armatura contra dæmonem, p.1.101.c.2
Paſſio Chriſti ſemper commorari debet inter ubera. i. in corde, p.1.139.c.1
De paſſione Domini quæ meditanda, p.1. 143.c.1
Paſſio Chriſti fuit turpis, turpior, & turpiſſima. p.1.143.c.2
Paſſio Chriſti comprehendit omnem perfectionem, p.1.144.c.1
In paſſione commendatur patientia, in opere humilitas, &c. p.1. ibi.
Paſſionis Chriſti memoria quam utilis, p. 1.144.c.2
Paſſio Chriſti expreſſius habetur ex conſideratione ſanguinis, quam corporis, p.1. 145.c.2
Paſſionis meditatio accendit ad amorem, p. 1.147.c.2
Maxima figura eſt Abel, p.1.148.c.1
Per paſſionem peruenitur ad regnum dupliciter, p.1.149.c.2
Pasſionis meditatio omnia aduerſa facit æquanimiter ferre, p.1.158.c.1
Quam efficax ad expellendam triſtitiam, p.1.185.c.1.& 2
Quam ſuauis, & fructuoſa eſt memoria, p. 2.19.c.1
Paſtor uerus Chriſtus, p.1.35.c.2.& 169.c. 2.& 170.c.2
Paſtoris, quæ ſunt tria officia adaptantur Chriſto, p.1.169.c.2.& 176.c.2
Paſtoris boni qualitates numerantur, p.1. 170. Ser.2. per totum.
Patrem Deum dicendo multa confitetur, p.2.149.c.1
Patientia auro aſſimilatur, p.2.101.c.1
Pater dicitur Deus tripliciter, p.2.147. columna 2
Paupertas quo ad religioſos quæ, p.2.41. columna 2
Contra paupertatis transgreſſores inuectio, p.2.42.c.2
Pauperes dicuntur etiam diuites, ibi.
Paupertas Chriſti quam maxima, ibi.
Paupertatis quinque genera, p.2.38.c.1.& 2.& 40.c.1
Paupertate ceſſante fruſtra quis perfectionem attingit, p.2.38.c.1
Paupertas uoluntaria non omnis Deo grata, p.2.38.c.2
Paupertas Apoſtolorum Deo accepta relinquentium retinentia, retardantia, & retrahentia, p.2.82.c.2
Paupertatis commendatio, p.2.c.2
Paupertas Spiritus quæ, & in quibus conſiſtat, p.2.114.c.1.& 2.
Illam operatur donum timoris, p.2.114. colum.2
Pax Chriſti fit per eius ſanguinem, p.1.148. colum.2
Item reuiuificatio, atque itineris ad cęlum oſtenſio, p.1.148.c.1
Pacis commendatio 1.p.164 c.2
Pax quid, & quotuplex, p.1.165.c.1

Pax vt cum Deo habeatur, multa neceſſaria p.1.165.c.2
Item pax nobiſcum,p.1.166.c.1
Pax quomodo conſeruetur,p.1.166.c.1
Pacis pulchritudo eſt in patria, & in quo cõ ſiſtat,p.1.166.c.2
Pax in patria nulla modo impedietur, par. 1. 167.c.1
Eſt multiplex,p.1.168.c.1
Peccator tot Dæmoniorum ſeruus eſt,quot vitiorum,p.1.77.c.2
Peccator impotens eſt ad faciendum, opus meritorium,p.1.78.c.1
Peccatum ſignificatur per vuam acerbam, p.1.30.c.1
Contra Peccata mortalia remedia in cruce,p.1.87.c.1
Peccata ad recogitanda documentum, p.1. 121.c.2
Peccatorum commemoratio quotidiana qualiter fieri debeat,p.1.121.c.2
Peccata flere qualiter quis debeat, p.1.121. col.2
Peccata venialia quæ detrimenta pariant, p.1.123.c.2
Peccati detrimentum recte deſignatur per Samſonem, cui fuerunt tonſi vij. crines, p.1.129.c.1
Peccator perſeuerans difficilius ex parte hominis ſanatur,p.1.130.c.1
in Peccatorem diabolus vij. effectus habet, p.1.130.c.1
Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur,ſuo pondere ad aliud trahit, par.1. 130 c.2.
Peccatorum vniuerſitas in muto oſtenditur,p.1.130.c.2
Peccata mortalia vij. nominibus dæmonum conueniunt,p.1.131.c.1
Peccator recidiuans aſſimilatur ſtatuæ ſalis, & quare,p.2.101.c.1
Peccata in Deum multa grauiora, quam in proximum,p.2.103.c.1
Peccata quare dicantur debita, par.2. 106. col.1
Peccata per accidens, vel ex malitia qualiter dignoſcatur,p.2.105.c.1
Pellicanus dicitur Chriſtus,p.1.91.c.2
Illius natura,p.1.149.c.1
Peregrinos ſe eſſe vere confitentur vt reficiantur quid faciant,p.1.137.c.1
Peregrini multi ſunt corãm mundo, ſed nõ coram Deo,p.1.176.c.1
Peregrinus,Manſionarius, & Aduena, p.1. 137.ſer.vni.
Peregrinos eſſe oportet, ut intremus ad regnum,p.1.149.c.2
Peregrini tria ſigna,p.1.175.c.1
Peregrinus dicitur Chriſtus, p.1.176.c.2.& 177.c.1
Perſeuerandum in bonis operibus, par. 1. 85.c.2
ad Perſeuerantiam tria excitare debent,p.1. 86.c 1
Perſeuerantiam quæ dant,p.1.100.c.1
Perſeuerantia eſt tunica talaris Ioſeph, p.1. 102.c.1
Pœnitenti quatuor neceſſaria, par. 1. 76. col.1
Petri,Iacobi,& Ioannis prærogatiuæ,par. 1. 116.c.1
Petrus quare uolebat remanere in monte, p.1.118.c.1
Pietas in tribus conſiſtit,p.1.186.c.1
Piſces duo exemplum Confeſſorum,& Martirum,vel fides,& ſpes,p.1.139.c.2
Porta ſemper clauſa ſignificat Mariam ſemper intactam,p.1.39.c.1
Poteſtatis Dei excellentia exprimitur in oratione dominica. verb. in cœlis, par.2. 161.c.2
Pratum, quo paſcuntur oues triplex eſt. Scripturæ, gratiæ, & gloriæ, par.1.170. col.1
Preces noſtras quare ſtatim Deus non exaudiat,p.1.67.c.1
Prædicator nonnunquam ad villas accedere non vult,vel ſtatim diſcedit, par.1.89. col.2
Prælati quicquid iuris in alios ſtatuunt, illo vti debent,p.1.69.c.2
Prælati vita qualis,p.1.207.c.2
Prælatus comparatur militi,agricolæ,& paſtori p.1.207 c.2
Item Vinitori,p.1.108.c.1
Prælatus ſubditis debet eſſe forma bene uiuendi,p.2.109.c.1
Prælatus debet defendere oues, ab Vrſis, Leonibus,& Lupis,ibid.
Prælatus malus quibus aſſimiletur,p.2.109. c.2.& 89.c.1
Prælatus debet eſſe Angelus,p.1.171.c.2
Com-



Comparatur ſtellæ matutinæ ob multa, ibid.
Debet eſſe oculus ob quatuor,ibid.
Debet alios præire uita,doctrina, & ſubſidio,p.1.172.c.1
Debet eſſe liber ſubditorum in quinque, p.2.34.c.2
Prærogatiua in Maria triplex, par.1. fol.2. col.1
Præmium vitæ æternæ.Verbo,Curſus.
Prodigus,& paraliticus dant exemplum ſurgendi,p.1.86.c.1
Proximus quo fine, & qualiter diligendus, p.2.69.c.1
Proximus diligendus exemplo Chriſti,p.2. 69.c.1.& 2
Proximi ſubuentio debet eſſe reciproca,p.1. 156.c.2
Proximus dicitur quadrupliciter, par.2.69. col.1
Proximi appellatione non comprehenditur damnatus,p.2.69.c.2
Proximi mandatum dicitur latum, & non profundum,ibid.
Pſallere debemus voce, & alte, par. 2. 99. col.2
Pſalmus quare terminatur cum gloria patri,p.2.95.c.1
Contra pſallentes inuectio, ibi per totum.
Pſalmodiæ tempore Angeli aſſiſtunt uerba deſcribentia.p.2.97.c.1
Puer vnus eſt hic exponitur, par. 1. 139. col.1
Puer quis,ibi.& 140.c.1
Pueri qualitates bonæ perfectiſſime in Ieſu inueniuntur,p.1.141.c.1
Puer Ieſus unus dicitur ob excellentiam, quia ſecundum non habet, par.1.141.c.2
Puer Ieſus dicitur electus, & dilectus ex millibus,p.1.141.c.2
Pugna quæ a diabolo fit,eſt pro cœleſtibus, p.1.99.c.1
ad Pugnam apti ſunt ſtantes,& qui,p.1.160. col.1
Purgatione non indigens Beata Virgo, voluit purificari,p.1.68. c.2
Purgatio cogitationum, verborum, & operum ſignificat ſuſcitationem trium mortorum,p.1.69.c.1
Qualiter fiat purgatio,ibi.
Puritas conſiſtit in carnis munditia, & abiicit concupiſcentiam carnis,p.1.2.c.1
Pulchritudines duæ ſponſi,& etiam aliæ,p.1 171.c.2

Q

Quadrageſimo fuit a Chriſto exemplata,p.1.94.c.1
Quadrageſimæ numerus miſtice quid, p.1. 49.c.1
Quies mentis multum deſiderabilis, par.1. 123.c.1
Quinarii numeri myſterium, p.1.141.c.2

R

Reddenda quæ diabolo, Deo, & conſcientiæ,p.2.110.c.2.& 111.c.1. & 2. & 112.c.1
Redemptor quatuor operatus eſt cauſa noſtræ redemptionis,p.1.76.c.1
Redemptio facta a Chriſto fuit pretio, quo nullum pretioſius,myſterium, quo nullũ profundius,p.1.143.c.1
Redemptio Chriſti quare dicatur copioſa, p.1.147.c.1
Refectio cibi quæ laudabilis, par. 2. fol.51. col.2
Refectio ſpiritualis multa bona parit,par.2. 53.c.1
Regnum cælorum capitur pro cognitione gratiæ,p.1.141.c.1
Religioſi Deum laudantes ſint virtutibus ornati,p.1.94.c.1
Religio clauſtralis uitam angelicam repreſentat,p.1.2.c.2
Religioſus qualiter occupari debeat in cella, p.1.29.c.2
Religioſus debet habere ſex ad inſtar Simeonis,p.1.72.c.1
Religioſi tria vota explicantur. Ibi Qui vult venire poſt me, p.1.82.c.1. par.2.74. col.1
Religioſus deſerens ſeculum variis tentationibus agitatur,p.1.82.c.2
Religioſus quis effici poteſt ob multas cauſas,p.1.92.c.1.& 2
Religioſi multi ſunt propinquiores pfectioni primo anno ſui ingreſſus, p.1.92.c.1
Religioſi debent lucere per ſcientiam,& ardere per charitatem,p.1.118.c.1
e Reli-

Religioſi erubeſcant,qui tanta auiditate ceruicalia mollia quęrunt,p.1.124.c.1
Religionis monte aſcendentem ſequitur multitudo magna,intellectus, & effectus in Ieſum,p.1.137.c.2
Religionem non ſolum ingredi,ſed perſeuerare oportet,ibid.
Religioſi dicuntur filiæ Sion,& non filii,p.1.160.c.1
Religioſi quandoque ſubito mutantur de bono in malum,p.1.205.c.2.
Religioſi debet vacare a tribus,par.2.60.c.1
Religioſus, qui non uult peccare debet ponere voluntatem ſuam in manu prælati, p.2.71.c.1
Religioſi debēt amplecti correctionem propter quinque,p.2.71.c.2
Religioſi in ſacris dupliciter ad caſtitatem obligantur,p.2.74.c.2.
Religioſos præcipue deces eſſe carne mortificatos,p.2 84.c.2.
Religioſus debet ſe crucifigere in religionē ob quatuor cauſas,ibid.
Religioſus tepidus aſſimilatur diabolo,ibid.
Religioſus quibus armis indui debeat cōtra diabolum. Vide in verb. Bellum.
contra Religioſos falſos inuectio,par.2.103. col.2
Religioſus nil poſſident habet dotes animę, & corporis,p.2.114.c.1
Religioſus beatus eſt, qui eſt pauper ſpiritu & quæ paupertas ſpiritus,explicatur,ibid.
Relinquere debent omnia Chriſtum ſequētes duplici ex cauſa.p.1.39.c.1
Qualiter Chriſtus ſequendus ſit,p.1.39.c.z.
Renouatio ſpiritualis qualiter facienda,p.z.89.c.z
Primo ut ſerpens multipliciter,p.z.89.c.1
Secundo ut Accipiter,cui coreſpondet progreſſio uirtutum,ibid.
Tertio vt Aquila, quæ renouatur percutiendo labium ad petram,ibid.
Item ut ceruus, Aurum, & ut terra, ibid. c.1.& z.
Reſurrectio mortuorum in iudicio qualiter fiat,p.1.z3.c.1
Reſurrectione facta omnes ſeparabuntur in quatuor ordines,p.1.z4.c.1
in Reſurrectione caro Chriſti refloruit,quę in natiuitate floruit, & in paſſione aruit, p.1.160.c.1
Reſurrectionis tempore flores rubet, nigri, & candidi,ibi.c.z
Reſurrectio Chriſti quare tertia die facta, p.1.160.c.2
Reſurrectio Chriſti multum differt a reſurrectionibus aliorum, ibid.
Reſurrectio Chriſti fuit propria virtute, p.1.161.c.1
Reſurrectio Chriſti,qui nunquam moritur quid ſignificet,ibi.
Reſurgentes cum Chriſto non fuerunt amplius mortui,ibi.c.z.
Reſurrectionis dies tertia quid ſignificet, ibi.c.z.
Qua hora facta,p.1.16z.c.1
Probatur per multa ſigna,ibi.c.z
Reſurgendo Chriſtus quinquies apparuit, p.1.163.c.1
Et quinquies inter reſurrectionem, & aſcēſionem,ibid.
Reſurrectio ſpiritualis qualiter probetur,p.1 16z.c.z.
Reſurrectio Domini qualiter fuerit, par.1. 163.c.1.& z.164.c.1
Reſurrectionis dies dicitur admirabilis, & quare,p.1.164.c.1.
in Reſurrectione Chriſti debemus intra, & extra gaudere,p.1.164.c.1
Reuerentia,quæ ſuperioribus debeatur, p.1. 156.c.z.
Riſus quam malus,p.z.59.c.1
Ros dicitur Maria,p.1.4.c.z
Roſæ proprietates deſignantur per Mariā, p.z.1z9.c.z.

S.

Sacerdotis manus, qualiter inimicitiæ, p.z.108.c.z
Sacerdos debet ſex habere ad inſtar Simeonis,p.1.7z.c.1
Sacerdos in miſſa bis manus abluens quid ſignificet,p.z. z. c.1
Sacramētū incarnationis, ver. Incarnationis.
Sacramenta quādo profluxerunt, p.1.6z.c.1
Sacramenta Eccleſiæ gemina ſanguis, & aqua,ibid.
in Sacramento quolibet tria ſunt. Origo, perfectio,& finis,p.z.1z.c.1
Sacramentum Euchariſtiæ habet plura nomina,ibid.c.z.





Vocatur ſacrificium,Euchariſtia. Communio,viaticum. vide in verb. Euchariſtia.
In ſacramento Euchariſtiæ ſunt quatuor, quæ conſiderantur in ſacrificio,p.z.15.c.z
Sacrificij veteris legis, & nouæ diſcrimen, p.z. 17. c.z
Sacrificium quid, ibidem.
Sacrificia, quæ Deo antiquitus offerebantur, p.1. 70. c.z
Sacramenta non ſuſcipientes ad vitam ingredi non valent, p.1. 159. c.1
Saccus cilicinus dicitur Chriſtus, parte 1. fol.16. c.z
Sanguinis Chriſti efficacia oſtendit ad Hęb. Chriſtus aſſiſtens,&c. p.1. 146. c.1
Sanguis Chriſti dicitur ianua vitæ,quia per ipſum intratur ad vitam, ibidem.
Fit oblatio peccatorum, ibid. c.z
Prouocat ad amorem, p.1. 147. c.1
Eſt ſanctorum de limbo eductio, ibid.c.z
Eſt noſtri tuitio, atque defenſio, parte 1. fol.148. c.1
Clamat ad Deum veniam, & vt ſimilia rependamus, ibid. c.z
Ad Deum confœderatio, ibidem.
Per illum factum eſt fędus inter Deum, & hominem. Hinc dicitur ſanguis fœderis, ibidem.
Item reuiuificatio,atque itineris oſtenſio, p.1.148. c.1
Sanguis Chriſti ſepties effuſus eſt contra ſeptem peccata mortalia, p.1. 146. c.z
Signatur per mare rubrum, quia in colore fuit rubēs,& in paſſione amarus, 147. c.z
Sanguinem Chriſtus quare effudit de ſanguine lateris, p.1. 149. c.1
Salutari digna eſt Maria non ſolum ab Angelo,ſed etiam ab homine, p.1.1. c.1
Ad ſalutationem Mariæ tria inuitant, ibid. c.z
Salutanda eſt Maria frequenter, fideliter, ſapienter,& Angelicæ, ibi. c.1
Corde, ore, & opere, ibidem, c.z
Salutatio Angelica tanto precioſior,quanto rarior, p.1. z. c.1
Præcellit omnes alias, quæ in ſacra Scriptura inueniuntur, ibid. c.z
Illam fecit Angelus, Maria, & Eliſabeth, p.1. z. c.z
Sed pro maiori parte fecit Angelus, quam Eliſabeth, p.1. 10. c.z
Aſſimilatur Lilio, p.1. 1z. c.z
Salomon appellatus eſt Eccleſiaſten. & Idida. & quare, p.1. 18. c.z
Saltus Chriſti venientis in mundum, p.1. fol.6. c.z. 19. c.1
Sanctitatis exterior conuerſatio ſummopere laudanda, p.z. 90. c.z
Sancti ſciunt petitiones aliorū, p.z.1z6.c.z
Sancti dicuntur cœlum, p.z.166.c.z.166. col.1. & 2
Sanctificari dicitur dupliciter, p.2.169.c.1.
Sanctificatio in via qualiter fiat, ibid.
Sanctificatio in uia duplex communis, & ſpecialis, p.2. 169. c.2
Sanctificatio in patria qualis, ibi.
Sanctificationis nomen qui violant, par.2. 174. c.1
Sanctum nomen quæ faciunt, p.2.174.c.2
Sanctus dicitur quadrupliciter, ibi.
Sanctitas in tribus,conſiſtit, p. 2. 177. c.2. 148. c.2
Scriptura ſacra qualiter dicatur paſcua, p.1. 138. c.1
Scriptura ſacra habet quatuor expoſitiones ut quatuor fercula,p.1.170.c.1
Scientia eſt laborioſa, & quandoque nociua,& ideo non gloriandum,p.1.151.c.1
Schala Iacob eſt Sancta oratio, parte 1.183. col.2
Sedere Ieſum quid ſignificet, & quare cum diſcipulis ſedet, & cum turbis ſtat, p.2. 113. c.z
Sedere Ieſum ſignificat maturitatem, p.1. 138. c.1
Seductio quandoque bona, p.1.133.c.1
Scutum quid, p.2. 101. c.1.& 2
Semen multiplex dicitur, p.1. 87. c.1. 89. c.1.& z
Seminator dicitur Deus,quando dicitur exiſſe,p.1 89.c.1
Seminator diabolus, & quæ ſeminat, p.1. 89.c.1
Seminator homo ſeminat in carne, uento, Spiritu, & in ueritate, parte 1. folio 89. col. z
Seminum tres partes pereunt, & quarta pars fructificat,ibi.
Semen inſpiratum,& cooperatum,oratio,& eleemoſyna, p.1. 90. c.1
Semen quare æquiparetur eleemoſynæ, ibidem.

Semen materiale ne fructiſicet ſunt tria impedimenta,ibi.
Senſus quinque qui bene reguntur figurantur pleriq; in ſacra ſcriptura,p.1.140.c.1
Satiatio fere quinque millia hominum, quinque panibus,& quatuor millia ſeptẽ quid ſignificet,ibi.
Poſt ſatietatem quandoque confitetur Domino,ibi. c.2
Serpens æneus dicitur Chriſtus,parte 1.87 colum.1
Seruire quare Deo debemus, p.2.85.c.2
Seruitium Dei,& diaboli in quo conſiſtat, p.2.81.c.2
Seruire Deo quam vtile, ibi.c.2
Seruire Deo,& diabolo quis non poteſt, & quare, ibi.c.1
Seruiendum Deo non ex timore, ſed amore,p.2. 143.c.2
Seruus debens decem millia in quatuor laudatur,p.2.104.c.1
Seruus nequam quare Domino non reſpondeat, ibi.c.2
Sequela ad Chriſtum fit ob multas cauſas, p.1.136.c.2
Sententia iudicii in verb.iudicium.
Signa, quibus fideles ab infidelibus diſtinguuntur quæ, p.1.34.c.1
Signa diaboli rapacitas, luxuria, & ſuperfluus, ornatus mulierum, p.1.34 c.1.& 46. c.1
Signa iudicii uniuerſalis antecedentia quæ, p.1.22.c,2
In ſignum ubique poſitus Chriſtus, p.1. 134. c.1
Silentium quam ſit comendabile oſtenditur,p.2.177.ſer.vni.
Silentii efficacitas, & vtilitas feruor eſt deuotionis, p.2.177.c.2.178.179. c.1
Sobrietas quæ,p.2.51.c.1
Solitudo ad contemplationem apta, par. 1. 137.c.1
Somnum multipliciter accipitur, p.1. 84.c. 1.& 2
Pro ſomno naturæ,& mortis, ibi.c.1
Item pro torpore negligentiæ, pro culpa, & contemplatione,ibi.
Solitudo apta ad ueniendum Dominum,in animas,p.1.29.c.1
In ſomno corporali multa reprehenſibilia,p.1.84.c.2
A ſomno negligentiæ reſurgendum, p.1. 85.c.1
Spiritus ſanctus deſignatur per fluuium violentum,p.1.91.c.2
Spiritus Sanctus ubi habitat, p.1. 92.c.1
Spiritus ſancti dona ſeptem,p.1. 195
Spiritus ſancti ſeptiformis gratia multa deſignat, p.1.195.c.2.196.c.1. & 2
Spiritus ſanctus dicitur flumen multipliciter,p.1.196.c.1
Dicitur digitus, 196.c.2
Ignis, 197.c.1
Diuerſis nominibus vocatur, par.1.196.c.1. 197.c.1.& 2
Quare fuerit datus in quadrageſimo die, p.1.197.c.2
Spiritualia,& non terrena ſatiant, p.1.137. col.1
Sponſus Chriſtus quando aſcendit thalami ſui lectum,p.1.62.c.1
Stella Magorum differt in multis ab aliis ſtellis,p.1. 52.c.1.& 2
Stella gratia dicitur, ibi. c.2
Item hominem interiorem ſignificat,ibid.
Stellæ proprietates,p.1.11.c.1
Steriles ſeptem matres ſacra ſcriptura commemorat, p.1.38.c.2
Student, & ueniunt ad doctrinam alii ob quinque cauſas,p.1.136.c.2
Subditi quandoque ſuperiores contemnũt, p.1.156.c.2
Superbiæ alæ ſunt præcipitatio,& præſumptio, p.1.125.c.2
Superbi incidere ſolent in incendium libidinis,p.2.74.c.1
Superbiæ locus, p.2.114.c.2
Saltitatio triplex,p.1.161.c.1


## T


TAciturnitas quandoque reprehenſibilis, p.1.179.c.2
Taciturnitas maxime ædificat hominem, p.1. 180.c.2
Multa bona parit, p.1.182.c.1
Tenebra ſpiritualis quæ operetũ,p.1.171.c.2
Temperantiæ circa cibum optima regula, p.2.55.c.1.& 2
Tempeſtas maris quare non fuit Domino vigilante,p.1.80.c.1
Tentationes quare eueniant Religioſis, p. 1.82.c.2


Ten-




Tentatur quare Dominus a diabolo in fine p.1.92.c.2.& 93.c.1
Tentari cur uoluit Chriſtus,p.1.93.c.1
Tentat Deus. Homo, & diabolus, p.1.93.c 2.138.c.1
Tentare diabolus non ceſſat illum, qui deſerit,p.1.93.c.2
Tentationum omnium genera aſſumpit diabolus contra Chriſtum, p.1.94.c.2
Tentare quare prius uoluit diabolus Chriſtum de gula,p.1.95.c.1
Tentationem gulæ ſæpe diabolus proponit religioſis,ibi.c.2
Contra tentationis recurrendum ad ſcripturas,p.1.96.c.1
Tentat diabolus non quantum uult,ſed quantum Deus permittit,p.1.97.c.2
Tentatio omnis uincitur, cum diabolus uincitur de gula,auaritia, & ſuperbia,ibi.
Tentatio hæc trina explicatur per ternariũ ſaltum, per ſartaginem,Murum Dauid, & Nubem Hieremiæ,p.1.98.c.1
Tentationes contra has tres datur Ieiuniũ, Oratio,& Eleemoſina,ibi.c.2
Tentatione una ſuperata ſuccedit alia, ibi.
In tentando uerſutia diaboli,p.1.99.c 1
Tentationes diaboli multiplices, p.1. 101. colum.1.
Contra tentationes remedia.ibi.c.2
Tentationes multæ inſerpunt tempore pſalmodiæ,p.2.93.c.1.
Terra dans fructum,& non reddens eſt Beata Maria,& quare, p.1.9.c.1
Terra noſtra dicitur Maria, p.1.9. c.1. p.2. 135.c.2
Terra germinans Saluatorem. Lacte,& melle manans, Et terra optima eſt Maria,p.1. 9.c.1
Terræ medium dicitur Maria, p.1.17.c.1
Terra deſerta ſignificat animam, quæ deſerit.uitia,p.1 29.c.1.& 2
Terra lutoſa,& gula,& luxuria,p.1.88. c.1
Terra bona vir Sanctus,ibi.
Teſtamentum Chriſti factum in Cruce, p. 2.20.c.1
Timor Domini magnopere neceſſarius,p.1. 205.c.2. & 206.c.1
Timor multum neceſſarius ad caſtitatem conſeruandam,p.2.74 c.1
Timoris Domini effectus, p.1.173.c.1.& 2
Transfiguratio Domini longe glorioſior illa Moysè,p.1.115.c.1
Transfiguratio Verb.Dies.
In transfiguratione quid ſignificent Petrus,Iacob.& Ioãnes, p.1.115.c.2.116.c.8
Transfiguratus qualiter eſt Ieſus,p.1.116.c.2
Quare in teſtes uoluit habere homines, & non Angelos,p 1.117.c.1.p. .117.c.1
Facies clara ſicut Sol,& Veſtimenta candida ut nix,quid.117.c.1 & 2 118.c.1.p.2 117
In transfiguratione duplicem pulchritudinem,p.1.117.c.2
Adducuntur in medium Moyſes, & Elias ob multas rationes. 118.c.1
Nubes lucida, quæ apparuit multa ſignificat.119.c.2
In transfiguratione tota Trinitas apparuit. ibidem
Voluit Dominus in transfiguratione habere teſtimonium ubique,159.c.2
Vt transfiguremur quæ neceſſaria, p.1.120. colum.1
Tribulationes quare Dominus plus dat electis,quam conſolationes,parte 1.139. columna 1
Trinitatis Sanctiſſime manſionem cupiens quæ fuggere debet, parte 1. 32. columna 2
Trinitas ut ueniat in animam quæ neceſſaria,p.1.29.Ser.1. per totum.
Thronus Salomonis dicitur Maria, p.1. 13. colum.2
Item præcipua figura iudicii uniuerſalis, p.1.21.c.2
Tuba in iudicio multipliciter exponitur; p. 1. 23. c.2


## V


VAcandum eſt a tribus,p.2.60.c.1
Vaſti regina deſignatur p inſigne accedentes ad Sanctã Euchariſtiã,p.2.2.c.2
Venator dicitur Chriſtus,p.1.104.c.1
Veniam cupiens a Deo conſequi, indulgeat proximo,p.2.105.c.1
Venia proximo ex corde danda, vt illam conſequatur a Deo, parte 2.folio 105 col.2
Veniam ſi petierit offenſor, an ſit in ſtatu ſaluationis,p.2 107.c.1
Veniendi ad locum duplex modus,& qualis Deo conueniat,p.2.47.c.1


Ven-

Vētrem quare nobis Deus dedit anguſtum, p.2 52.c.1
Ventris repletio multa mala operatur, p.z. fol.54. c.1
Venter eburneus diſtinctus ſaphiris eſt venter Mariæ Virginis, p.1. 10.c.z
Idem eſt aceruus tritici vallatus liliis, ibi. & 43.c.z
Venter Virginis dicitur beatus ob tria miracula in eo facta, ibi.
Venter Mariæ dicitur caſtellum, part.1. 16. columna 1
Ventris Mariæ Laus, p.1.16. c.1.134. c.z. p.z. 137. c.z
In Vētre Virginis nuptiæ celebratæ. p.1.15.
Verba ſeptem Beatæ Virginis, p.1.13.c.z
Verbum Beatæ Virginis quid dulcius, p.1. fol.14. c.1
Verbum Dei audientes beati, p.1. 66.c.1
Verbum Dei qualiter ſeruetur in corde, ibi.
Verbum Dei ſeruatur tripliciter in ore, corde, & opere, p.1.134.c.z
Verbum Dei eſt a nobis ſuſcipiendum in corde quinque modis, p.1.135.c.1
Verbum Dei qualiter ſeruetur in ore, & opere, ibi.c.2
Verbi ocioſi reddenda ratio, p.1. 175.c.2
Verba multa minora dicere, quam audire natura docet, p.1.177.c.2
Verbum Dei armatura contra diabolum, p.2. 102. c.1
Veſtium nomine quid ueniat, p.1.117. c.1.& 118. c.1
Veſtes variæ ſignificant varias virtutes, p.2. 92. c.2
Vexatio mala, & multiplex dicitur, p.1.106. c.1.& 2
Vexat corporaliter homines diabolus multis ex cauſis, p.1. 129.c.z
Victoriæ ſigna in iudicio quæ, p.1. 25. columna z
Victoriam vt conſequamur aduerſus dœmones quæ neceſſaria, p.z. 99. c.z
Vigiliæ indiſcretæ quæ mala pariat, p.2. 93. c.2
Vigiliæ matutinæ faciunt orationes citius, & læuius exaudiri, p.1. 84.c.z
Viatoribus quibus apptopinquet Chriſtus, p.1. 35. c.1
Vini proprietates quę ſint explicantur, p.1. 64. c. 1
Vinum bonum in principio ponere, & in fine deterius quid ſignificet, p. 1. 68.c.1
Vinum qualiter in potando exigere debemus, p.z. 52. c.1
Virga Aaron ſignificat Beatam Virginem, p.1. 17. c.1
Virtutes per vnguentum nardi miſtici deſignantur, p.1.123. c.1
Viſitate quos Chriſtus dignetur, par.1. 35. col.z
Viſitat nos Dominus multipliciter, p.2.59. colum. 2
Viſio Dei mundo corde tantum conuenit, vbi duæ quæſtiones explicantur, par.z. 125. col.1. & 2
Viſio Dei multiplex, & ita etiam in corpore de gentibus competit, p.z. 125. c.z
Viſionis duplex eminētia Moyſi aſcribitur, ibid. & 126.c.1
Videre Deum per eſſentiam nemo poteſt in hac vita, ibi.
Videbunt Sancti Deum, ſed non comprehē dent, ideſt totaliter videbunt, part.1. 126. colum. 1
Videndo Sancti Deum omnia, & non omnia videbunt, & quæ, ibi. c. z. & 127.c.1
Viſio Dei eſt eius cognitio, 127.c.1
Eſt uita æterna, ibi.
Videre vt quis poſſit Deum requiritur lumen gloriæ, ibi.c.z
Videndo Deum erit abundantia omnis boni, & ſubtractio omnis mali, parte z. 166. col.z
Vita actiua, & contemplatiua indiget purgatione, p.1. 69. c.1
Vita actiua, & contemplatiua ſignificatūr per columbam, & turturem, p.1.fol. 70. columna z
Vita actiua quandoque præeminet contemplatiue, p.1. 112. c.z. 128. c.1
Vitæ actiuæ operibus eſt occupādum prius, qui vult venire ad contemplatiuam, p.1. 122. col.1
Neceſſe eſt quandoque ad actiuam deſcendere propter proximi, p. 1.120.c. 2
Vita contemplatiua melior eſt, ſecurior, ac ſuauior actiua, p.1.128. c.1
Vitæ præſentis longitudo dicitur punctus, par. 1. 174.c.1.
Vita præſens dicitur mala, & quare, p. z. 99. col.1

Vita



Vita iſta terrena quam contemnenda, & cœleſtis amplectenda, parte z.folio 167. col.1.& z
Voluntas religioſi eſt ponenda in manu prelati, ſi non vult peccare, parte z. fol.71. columna 1
Vota tria religioſorum, parte z. fol. 74. colum.1
Vox Chtiſti dicitur tuba in iudicio, par.1. 24. col.1
Vuluam adaperire quid, parte 1. fol. 69. colum.z
Vulnera Chriſti ſunt magnum refugium animæ Chriſtianæ, p.1.83.c.1
Vulnera quinque Chriſti deſignantur per quinque panes ordeaceos, p.1. 142.c.1.

F I N I S.

# CONCIONUM SPIRITUALIUM TOTIUS ANNI,

## D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPUA MONACHO CASINENSI,

Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo. Authore.

---

### *De Salutatione Angelica. Sermo I.*

Sermo I.

DIGNA eſt (dilectiſſimi Fratres) ſalutari Beata Virgo, non ſolum ab Angelo, ſed etiam ab homine magis, qui per ſe perditus per eam ſalutem inuenit. Inuitant autem nos ad eius ſalutationem Gabrielis exemplum, qui eam primitus ſalutauit, etiam antequam eſſet mater Domini, Ioannis tripudium, reſalutationis lucrum. Nam ſi eã ſalutauerimus, cum ſit clementiſſima, reſalutabit nos. Quod ſi fecerit, exultabit in gaudio infans, ideſt gaudium ineffabile in vtero mentis noſtræ, vt uere poſſimus dicere, Ecce vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo, &c. Sed qualiter ſalutabimus? Frequenter, fideliter, ſapienter, & Angelicè.

Qualiter ſalutãda B. Virgo.

A

Frequenter, quia tota pulchra eſt. (Cant. 4.) Fideliter, ut corde, ore, opere ſalutetur, ne merito poſſit dicere Beata Virgo illud Eſa. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. (Eſa. 29.) Sapienter, vt recta intentione ſalutetur. Angelicè; Nam qui non eſt angelicæ conuerſationis, fruſtra, vel temere præſumit ad eam ingredi ſalutandam. Quomodo enim Luxurioſus virginem, uel Superbus humilem ſalutabit? Et ſi forte ſalutauerit, non reſalutabitur, quia indignus eſt.

B

Vnde dicitur quòd Heſter erat formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omniumq; oculis gratioſa, & amabilis uidebatur; ducta eſt itaque ad cubiculum regis Aſſueri. (Heſt. 2.) Heſter interpretatur abſcondita, & de Beata Virgine dicitur. Hortus concluſus ſoror mea. Et ideo non patuit ad eam ingreſſus

 niſi

niſi nuncio deſuper de cœlo uenienti, A ideſt Angelo. Quare ſi uolumus ad Virginem ingredi,& eã ſalutare, oportet nos eſſẽ Angelos. Angelos, Angelos autem nos faciunt potiſſimè puritas, charitas, humilitas. Puritas in carnis mundicia. Vnde Hiero. In carne prẹter carnem uiuere angelicum eſt, non humanum. Charitas in communione uitæ probatur: quia ſupernæ ciuitatis participatio eſt in idipſum. Humilitas angelica probetur in obedientia, & miniſterio. Et in his tribus clauſtralis B religio uitam angelicam reprẹſentat. quia per hæc tria de mundo exitur. Puritas enim abijcit concupiſcentiam carnis. Charitas concupiſcentiam oculorum. Humilitas ſuperbiam uitæ. Et qui hæc abiecit, iam ingreſſus ad Virginem in cellam uinariam, ſecure poteſt dicere. Aue gratia plena. Huius ſalutationis forma tanto eſt mirica,& precioſior, quanto rarior. Reperiuntur. n. plures ſalutationes in ſacra ſcriptura. Quædam optatiuæ ſalutis ut illa. Salue C rex. Quædam benedictionis, ut meſſores ad Booz. Benedicat tibi Dominus, qui prius ſalutando dixerat eis Dominus uobiſcnm. Inueniuntur etiam aliæ duæ ſalutationes delatæ ab Angelo uiris. Vt illa. Dominus tecum uirorum fortiſſime. Et alia. Gaudium ſit tibi ſemper. Necnon & illa optatiua gratiæ, ſicut Apoſt pluribus in locis. Gratia uobis,& pax. Hæc autem ſalutatio Angeli ex omnibus conflata uidetur, & ideo eſt dignior. Continet enim ſalutem, cum dicit. Aue. Sine uę.i. ſine dolore. Ecce ſalutatio Tobiæ. Gaudium ſit tibi. Gratia plena. Ecce ſalutatio Apoſtoli. Dominus tecum. Ecce ſalutatio ad Gedeonem facta. Benedicta tu. Ecce ſalutatio Booz ad Ruth. Bene autem præmittitur Aue. quia prius eſt prærogatiua naturæ, poſtea gratiæ, deinde gloriæ. Ad deſignandas igitur has tres prærogatiuas in Beata Virgine, dicit Angelus Aue, quod eſt naturæ. Gratiæ, cum dicit, Gratia plena. Gloriæ. cum dicit, Benedicta tu in mulieribus. Et nota quòd in hoc nomine Aue, fit nominis Euæ conuerſio. Vnde canit Eccleſia, mutans Euæ nomen. Triplicem quidẽ habuit Eua maledictionẽ. Corruptionis in conceptu, grauitatis, poſt conceptum, doloris in partu. At Maria fuit ſine uæ corruptionis, grauitatis, & doloris. quia ſine corruptione fẹcunda, ſine grauedine grauida, ſine dolore puerpera. Item ſine uẹ concupiſcentiẹ B propter bonum continentiæ, ſine culpa nata, ſine peccato uiuens, ſine uæ mundi, quæ ſoli Deo uacabat, ſine corruptione obdormiẽs, ſine mora reſurgẽs. Gratia plena. Eccleſia addit, Maria. Eliſabeth ſubiungit, Et benedictus fructus uentris tui. Et quid ſignificat hoc, niſi quod in ſalutatione Virginis Mariẹ cõueniunt, Eccleſia triumphans & militans,& Sinagoga, quẹ per Eliſabeth deſignatur. Gratia plena. Et meritò quia quo ad Deum plena per humilitatem, C quo ad Angelos per puritatem, quo ad homines per fœcunditatem. De hac dicitur in Prouer. Mulier gratioſa. i. gratia plena inueniet gloriam illam. de qua dicitur. Gloria Patris, Filius ſapiens. Et uere hanc gloriam inuenit Maria; quia eundem Filium cum Deo Patre communicauit, quòd fuit ſingularis gratiæ plenitudo. Item fuit a Magis prophetata, iuxta illud. Orietur Stella ex Iacob. Ab hominibus prædicata. Hinc Eſa. Egredietur uirga &c. Et ab D omnibus generationibus beatificata. Vnde de ſeipſa dicit. Beatam me dicent omnes generationes. Item, Gratia plena. Benedicitur ab Angelo; quia triumphalem eccleſiam reparauit, generando eum, qui reparauit. Benedicitur ab eccleſia; quia iam eccleſiam militãtem ferè mortuam ſuſcitauit. Vnde Apoſt. inquit. In quo propoſuit reparare ſiue quæ in cœlis ſunt, ſiue quæ in terra. Gratia plena. Forſitan nomen Mariæ tacet Angelus, ut oſtendat ſe ei nouum nomen

Quẹ faciũt hoĩem Angelum.

Religio clauſtralis uitam angelicam reprẹſentat.

Plures ſalutationes.

2. Reg. 16.

Ruth 2.

Tob. 1.

Prærogatiua triplex in Maria. Naturæ Gratiæ, & Gloriæ.

Maledictio triplex in Eua.

Gratia plena.

Quod ſalutationẽ Angeli. Angelus. Eliſabeth, & eccleſia fecẽrunt, quid ſignificet.

Gloria Mariæ in quibus conſiſtat.

Iſa. 15.

Luc. 1.

Epheſ. 1.

Nomen Mariæ quare tacet Angelus.



nomen imponere, ſcilicet gratia plena. A Vnde Eſa. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit per Angelum uidelicet. Et recte primo gratia plena dicitur, & poſtea Mariæ nomen expreſſit Angelus, Dicens, Ne timeas Maria, quia hoc habuit ex gratia, ut Mariæ nomen. i. illuminatrix interpretetur in nobis. In hoc autẽ quòd dicit plena, Interior, non exterior gratia commendatur. Exterior enim uana eſt, ut eſt nobilitas, pulchritudo, &c. Vnde Salom. Fallax gratia &c. Rurſum, Gra- B tia plena, Sed magis quàm Stephanus, de quo dicitur, Stephanus plenus gratia,& fortitudine, Et minus quàm Chriſtus, de quo dicitur, Plenum gratiæ, & ueritatis. Stat igitur in medio Virgo Maria. Vnde dicit Eccl. In me gratia omnis uię, & ueritatis. Hoc cum Chriſto communicat. In me omnis ſpes uitæ,& uirtutis, hoc cum Stephano. Stephanus fuit plenus plenitudine copiæ. Non enim fuit ſolum plenus plenitudine ſufficiẽti ad uitam æternam prome- C rendam, qua communiter ſunt pleni omnes ſancti, quæ in plena Dei fruitione conſiſtit; ſed etiam habuit gratiam ſufficientem ad actus excellentes faciendos; quia fuit idoneus miniſter,& teſtis Dei, ad quod erat electus. Et hæc dicitur plenitudo copiæ, cuius una eſt plenior altera, ſecundum quod aliquis eſt diuinitus præordinatus ad altiorem, uel inferiorem ſtatum. In Maria uero eſt plenitudo gratię redundantis, qua excellit omnibus ſanctis propter eminen- D tiam,& abundantiam meritorum. Fuit enim electa a Deo, ut eſſet mater vnigeniti eius. Sed in Chriſto eſt plenitudo efficiẽtiæ,& effluentiæ, quæ ſoli homini Chriſto competit, ut authori gratiæ. Sic enim Beata Virgo redundauit gratiam in nos, ut tamen autrix gratiæ nequaquam eſſet, ſed ab anima eius gratia redundauit in carnem. Nam per Spiritus ſancti gratiam non ſolum mens Virginis fuit Deo per amorem perfectè unita, ſed eius vterus Spiritu ſancto eſt ſupernaturaliter impregnatus. Et ideo ſtatim cum dixiſſet Gabriel. Aue gratia plena. Subiunxit, dicens, Dominus tecum. Rurſum. Gratia plena. Hæc eſt enim Heſter gratioſa, quæ aſtat a dextris, i. a potioribus bonis æternis, exaltata ſuper choros Angelorum in veſtitu deaurato, ſ. cum ſtola animæ, & corporis, circundata uarietate omnium gratiarum. Hinc uocatur puteus aquarum uiuentium, quæ in cœlo poſita eſt in ſi- B gnum Fẹderis & pacis inter Deum & homines, de qua ſic legitur. Ponam arcum meum, i. Beatam Virginem in nubibus cœli, & erit ſignum Fẹderis inter me, & terram. Per hanc diuinam clementiam impetramus, vt per Heſter. Vnde Aſſuerus i. Chriſtus, Beatitudo noſtra, oſtendit Heſter virgam, per quam ſignum clementiæ oſtendebatur. Hinc etiam dicitur collum. Nam ſicut illud eſt medium inter caput,& membra, ſic ipſa ut uere mediatrix,& mater miſeri- C cordiæ homines Deo unit per reconciliationem. Hinc deſignata eſt per Abigail, vxorem prius Nabal Carmelitæ, quæ placauit iram Dauid, uolentis uirum ipſum interficere, quæ mortuo uiro ſuo iuncta eſt Dauid in matrimoniũ, diciturque mulier prudentiſſima, & ſpecioſa. Sic Beatiſſima Virgo Maria prudẽtiſſima, & pulcherrima uere Dauid placauit, cũ Deus in ea factus ſit homo, & generi humano fuerit reconciliatus, & eum denique nobis quotidie D placat. Item, gratia plena. Nam adeò hæc Beatiſſima Virgo delicijs affluit, vt inde alijs abundanter effundat, ut non iam mulieris Euæ filij amplius cibo arido ſuſtententur, humore ſcilicet gratiæ carente, ſed cum plena ſit gratia, eam in cæteros deriuare non ceſſat, a Filio gratiarum datore obtinens, quicquid petit. Hinc propterea tanto tempore fluenta gratiæ defluerunt, quia nondum interceſſerat aquæductus, qui totam Eccleſiam irrigaret, & fẹcundaret, de quo dicitur

Eſai. 62.

Prou. ult.

Act. 6.

Ioan. 1.

Plenitudo gratię multiplex in Maria.

Eccl. 24.

Cant. 4.

Maria ſignum Fẹderis.

Gen. 9.

Maria collum.

Maria Abigail.

1. Reg. 25.

citur. Ego quaſi fluuius dorix, quod interpretatur medicamentum, & aquæductus exiui de Paradiſo. Quare rectè per collum deſignatur. nam ſicut per illud membra capiti vniuntur, ſic per ipſam a capite Chriſto veniunt diuinæ influentiæ gratiarum in corpus ipſius Eccleſiæ.

Maria dicitur mare.

Hinc etiam merito Maria interpretatur mare, quod inexhauſtabiliter abũdat in aqua; quia videlicet iſta eſt mare pleniſſimum, in quo Deus propoſuit omnium plenitudinem gratiarum, ut per iſtam ad alios transfundantur. Vnde Hiero. Decebat, inquit Mariam gratia plenam eſſe, quæ cęlis dedit gloriam, terris Deum, pacemq́; hominibus refudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. Et breuiter ſicut videmus quòd fons, quando eſt plenus, neceſſe eſt, vt per diuerſos riuulos exterius transfundatur, ſic verè beatiſſima Virgo eſt, & fuit aquis gratiarum totaliter, ita plena, vt per riuulos ſuæ dulciſſimę pietatis continuo transfundatur ad deuotos. Iſta eſt enim ille fons, qui aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ; quia vt inquit Hiero. Cęteris per partes, Mariæ autem ſe tota ſimul infudit gratiæ plenitudo. Et quid plura? ratione ſuę plenitudinis gratiarum iſta poteſt omnibus rebus nobilibus comparari.

Maria ratione plenitudinis gratiarum poteſt omnib. nobilib. rebus comparari.

Et inde eſt, quòd in ſcriptura comparatur Lunæ, quæ eſt mater roris, rori, qui eſt mater floris, flori, qui eſt mater fructus. Item eſt ſicut thalamus ſecreti pudoris, calamus fragrantis odoris, balſamus precioſi liquoris. Item eſt ſicut clibanus ardens per charitatem, libanus candens per caſtitatem, riuulus fluens per pietatem. Et breuiter tanta eſt in Virgine plenitudo, quòd res naturales non ſuppetant, quibus debeat comparari.

Maria aſſimilatur Lunæ.

Comparatur igitur Lunæ; nam Luna eſt decor noctis, mater roris, humoris miniſtra, æmulatrix ſolis, mutatrix aeris, lumen a ſole mutuans, ipſumq; modo ſpeculari ad nos reijciens, & refundens. Talis eſt B. Virgo; quia ve-

A rè luminarium cœli, ideſt omnium ſanctorum Eccleſiæ eſt principalior, ac ſoli, ideſt Chriſto filio ſuo benedicto, ſimilior quantum ad perfectionem. Decor noctis, ideſt peccatorum, ſpes, ſolatium, atque decor; vnde ſcriptura. Pulchra, inquit, vt Luna.

Cant. 6.

Mater eſt etiam roris gratiæ, & humoris deuotionis miniſtra. Dominatur etiam mari, ideſt peccatoribus tumultuoſis, & fluctuoſis, ipſos ad miſericordiam reducendo, vel mari, id eſt mundo, ac vitijs ſuperando. Vnde Eccleſ. In fluctibus maris ambulaui.

Eccleſ. 24.

Solem Chriſtum æmulatur, & amat. vnde

B Lucas. Fili quid feciſti nobis? ecce, ego, & pater tuus dolentes quærebamus te?

Luc. 2.

Aerem, ideſt conſcientiam peccatorum, de malo in bonum commutat. Lumen etiam, ideſt gratiarum plenitudinem a Sole Chriſto acquirit, & tandem ad nos peccatores iter deriuat, & refudit. Nam & hic viuentes, & in purgatorio lugentes luce ſuæ miſericordiæ, & gratiæ recreat, atque lenit. vnde ipſa poteſt dicere. Penetrabo omnes partes terræ, & illuminabo omnes ſperantes in Domi-

Eccleſ. 24.

C no. Eſt etiam ros.

Maria dicitur Ros.

Ros enim de alto aſcendit, eiuſque deſcenſus noſtris aſpectibus eſt occultiſſimus. nocte namque deſcendit, & terram reficit, atque fęcundat. Sic Chriſtus per virtutem cœleſtem, ſcilicet per virtutem Spiritus ſancti occultè, & inuiſibiliter fęcundauit Beatam Virginem. Item comparatur flori, qui eſt mater fructus.

Maria flos.

Flores enim ſine arboris corruptione de ipſa oriuntur, & cum orti fuerint, arbor per ipſos decoretur. Sic flos eſt B. Virgo, ex qua Chriſtus fuit

D natus, qui ipſam non corrupit, vel violauit, ſed perfecit, & decorauit. Item comparatur thalamo, de quo pſal. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Maria thalamus.

Pſal. 16.

Item calamo aromatico, qui eſt ſuauis odoris, & eſt concauus, de quo Iſai.

Maria calamus aromaticus.

Iſai. 43.

Sic Beata Virgo fuit concaua per humilitatem, & adeo ſuauis in odore, vt fragrantia illius odoris deſcenderit filius hominis in eius vterum.

Com-



Maria balſamus.

Comparatur etiam balſamo ob ponderoſitatem humilitatis, & odorem bonæ famæ.

Maria clibanus.

Iſta etiam eſt ſicut clibanus ardẽs per charitatem, in quo coctum fuit ſacrificium. nam clibanus eſt vterus eius, in quo formatus eſt Chriſtus virtute Spiritus ſancti.

Maria mõs libanus.

Comparatur etiam monti libano, qui interpretatur candidatio, eo quòd perpetuis niuibus candidatur hyeme, & æſtate. Hic mons eſt Beata Virgo, quæ niue, i. candore caſtitatis candidatur, nec in hyeme aduerſitatis, nec in æſtate proſperitatis eam perdidit quoquo modo. Ideo de ea dicitur. Ferculum fecit ſibi, i. corpus rex Salomon Dei filius de lignis libani, i. de puriſſimis ſanguinibus Virginis. Mons iſte eſt fęcundus, quia gratijs, & virtutibus opulenta.

Maria riuus.

Comparatur etiam riuo; quia gratia a Chriſto, vel a Virgine nobis infunditur. Merito igitur, inquit, Angelus. Gratia plena. Inſuper, Gratia plena. Fuit enim diuinis, Angeliciſquẽ laudata præconijs, atque prędicata a Patriarchis, ſiquidem & figuris, & ænigmatibus pręſignata, a Prophetis prænuntiata, ab Angelo nunciata, a Spiritu ſancto obumbrata, a virtute diuina grauidata, & repleta gratia non communi, ſed ſpeciali peperitque filium, ſine dolore ſeruato clauſtro virginitatis, ſemper procedens vltra naturæ leges.

Gratia plena.

Item, gratia plena. Notatur in hoc Maria virginitas, charitas, & humilitas. Gratia enim balſamum, & ideo purum, ſolidum, & profundum vas requirit. Et quid purius Mariæ virginitate? Fuit enim Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. Quid ſolidius Mariæ charitate? Dilexit enim continuè, & perſeueranter toto corde, tota anima, tota virtute. Quid profundius Mariæ humilitate? Hinc propter hæc tria dicitur. Tota pulchra es amica mea.

Cant. 4.

Interius per humilitatem, exterius per virginitatem, & macula non eſt in te propter perfectam charitatem. Et alibi dicitur. Pulchra es amica mea, ideſt animi cuſtos, ſiue cor-

A dis, quo omnia verba conſeruabat, conferens in corde ſuo.

Luc. 2.

Pulchra per humilitatem, in qua ſibi in ipſa complacuit filius Dei. Vnde Lucas. Reſpexit, inquit, humilitatem ancillæ ſuę. Suauis miſericordiæ, vnde & Regina miſericordiæ dicitur. Decora plenitudine gratiarum.

Iudith 10.

Hinc decor Iudith Beatæ Virginis decorem indicat. Sic decor Eſter. Vnde adeo decora dicitur, vt Angeli eius pulchritudinem admirantes dicant.

Eſter 2.

Quæ eſt iſta, quæ progredi-

Cant. 6.

B tur quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Progreſſa eſt hæc Beata Virgo, quaſi aurora conſurgens in ſui natiuitate. Aurora enim dicitur, quaſi aurea hora, pro eo, quòd Sol illa hora aurei videtur eſſe coloris, vel dicitur quaſi aura rorans; quia tunc ros generatur, a quo terra infunditur, & humectatur. Iſta noctem terminat, Solem præſentat, & a Sole lumen recipit, lucem declarat, in eius ortu ſolent aues

C diurnæ canere, & aues immundæ fugere, infirmitantes autem alleuiari, ſolent etiam flores, qui erant clauſi, ſe aperire, ſolet etiam tunc ſomnus dulcior pręſentiri, & tandem eius ortus omnia ſolet decorare. Quid per hanc auroram intelligitur, niſi natiuitas Virginis glorioſæ?

Per auroram, natiuitas Mariæ deſignatur.

quæ fuit nobis principium diei, legis gratiæ, & noctis extitit finis, ideſt legis antiquæ, & peccatorũ. Dicitur quaſi aurea hora, quia quaſi aurum per ſanctitatis gratiam rutilauit. Dicitur ẽt qua-

D ſi aura rorãs; quia rore ſuæ miſericordię totum ſęculum irrorauit, & peccatorum animas per deuotionem, & compunctionem ſpiritualiter humectauit. Solem iuſtitiæ Chriſtum quaſi mater filium præceſſit, & tamen ab ipſo charitatem, & dignitatem recepit. In ortu huius auroręi. Virginis glorioſę aues mundę. i. iuſti, & Angeli ſancti exultant, & cõcinnunt. Herbæ. i. uiri humiles, qui per peccatum clauſi fuerant, per ipſius affluentiam ad ſolem Iuſtitiæ ſe aperiunt ip-

ſum

ſum contemplando, & ob dominium A
ſanguinis .i. memoriam dominicæ paſ-
ſionis per contemplationem dormiſit,
& requieſcunt; latrones uero. i. dęmo-
nes, quoties iſtam auroram. i. B. Virginē
vidēt adeſſe, ſolent proculdubio formi-
dare. Sic etiam aues immundæ. i. Carnis
tentationes, uiſa aurora. i. deuotione ad
illam, & cognito eius auxilio ſtatim fu-
giunt, ſicque omnes ægri, ideſt peccato-
res ſpiritualiter lætificantur, & tribu-
lationibus & tentationibus alleuian-
tur. Hinc legitur quòd Angelus dixit B
Iacob, qui cum eo luctabatur. Iam
aſcendit aurora dimitte me; ac ſi
diceret, Iam eſt tempus quòd omnis
luctatio tribulationis & tentationis ceſ-
ſet, quia aurora. i. B. Virgo appropin-
quat. Iſta ergo eſt aurora oriens, in nati
uitate expellens tenebras. i. peccata, &
tentationes lætificans iuſtos, conſolās
afflictos. i. tribulatos, & omnia decorās.
Pulchra, ut luna in Chriſti natiuitate, ele
cta, ut ſol in ſua aſſumptione, ubi ad fi-
Pſal. 44. lii dexterā eſt collocata. iux. illud pſal. C
Aſtitit regina &c. Terribilis, poteſtati-
bus æreis, ut caſtrorum acies ordinata.
Nam bene ſciunt quòd quicquid pro
3. Reg. c. 2. peccaroribus petierit, impetrabit. Vn-
de dixit Salomon matri ſuæ. Pete ma-
ter mea, neq;.n. fas eſt, ut auertam fa-
Maria ar- ciem meam. Hæc eſt arca fœderis, in
ca fęderis. qua reſponſa accipimus. de qua dixerūt
Acharonitæ. Adduxerunt ad nos arcam
Dei Iſrael &c. quę habuit intra ſe verbū
carne indutum, & fuit Sacrarium Spiri-
tus ſancti, & intus, ac foris Sanctitate, & D
virginitatis nitore fulgebat, auro ornata
cęleſti. Hæc continet manna, & conſer-
uat, qua paſcimur in deſerto huius ſe-
culi uagantes uſq; dum ueniamus ad
terram promiſſionis. Hæc ergo eſt terri-
Eccl. 43. bilis inimicis, ut caſtrorum acies ordina
Maria ter- ta, de qua dicitur. Vas caſtrorum in excel
ribilis, pa- ſis in firmamento cęli reſplendens. Ordi
ganis hęre nata tripliciter contra tres acies inimi-
ticis, & Iu- corū, paganos, hæreticos, & iudæos. Con
dęis. tra paganos, ordinata eſt, Latriam exhi-
bēs Deo uero cum dixit Magnificat aīa
mea Dominum. Contra hęreticos, cum
dixit, Et exultauit ſpiritus meus &c. Cō
tra Iudęos, cū dixit, Suſcepit Iſrael pue
rum ſuum. Inſuper gratia plena, quia Gratia ple
mare nobis diuiſit. i. mundū, ut tranſea- na.
mus. De hac dicitur. Tu leua uirgam, &
percuties &c. De Petra Chriſtus nobis ꝓ Exod. 14.
duxit aquā gratiæ, ut bibamus. De hac
etiam intelligitur. Tolle uirgam, & lo- Num. 20.
quere ad petram &c. Mel dat nobis de-
uotionis, ut reficiamur. Vnde dr̄, cumq; 2. Reg. 27.
deſcendiſſet ad eum in uirga, ui extorſit
haſtā de manu Aegypti. i. diaboli. Per eā Pſal. 109.
etiam de manibus inimicorū oīum libe
ramur. Vnde proph. Virgam uirtutis
tuæ emittet Dominus ex Sion. Sequi- Dominus
tur, Dominus tecum. præmiſit Domi- tecum.
nus Gabrielem, ſed pręuenit Virgi-
nem. Vnde ſponſa. Ecce iſte uenit Sa- Cant. 2.
liens in mentibus tranſiliens colles; Ac
ſi dicat, Iſte formoſus in ſtola ſua uenit
de cœlo in mundum, de ſinu patris
in uterum Virginis ouem quęrere quæ
perierat. Saliens in montibus, ideſt de
monte ſaliēs in montem, & pertranſiēs
Colles, deſiderio ueniēdi. de ſinu patris
uenit in montem Seraphin, & de mon-
te Seraphin, Salijt in montem Cheru-
bin. Et de illo in montem Throno-
rum, deinde Salijt in monte Domina-
tionum, & de illo in montem Princi-
patuum, deinde in montem Poteſta-
tum, de illo in montem Virtutum, de-
inde in montem Archangelorum, &
tunc tranſilijt colles, ideſt montes Ange
lorū, & ſalijt exultanter, ac feſtinanter
in yterum Virginis. Quod attendens Ga-
briel non dixit, Dominus meus uenit,
præpara ei hoſpitium, ſicut ſolent alij
nuncij dicere, ſed hoſpitium præpara-
tum inueniens, & Dominum præueniſ-
ſe, dixit, Dominus tecum. In hoc etiā
quòd dicitur. Dominus tecum, uide Maria ho-
quòd Beata Virgo fuerit honoris titulis noris titu-
decorata. Inter cæteros enim honores, lis decora-
quos poteſt pauper homo habere, præci ta.
puus eſt, quòd Dominus ſuus ſecum co-
habitare,



habitare, conuiuari, & conuerſari di- A
gnetur. Sic quia Dominus eſt Creator
Virginis, cum ipſa cohabitauit per car-
nis in ipſa aſſumptionem, per gratiæ
plenam infuſionem, per æternam in pa
radiſo manſionem, & conuerſationē,
Eccleſ. 24. ſicut ipſa dixit: Qui creauit me, requie-
uit in tabernaculo meo. Bene igitur di-
ci potuit honorata, Dominus, inquit,
tecum. Et ideo Maria interpretatur,
Domina, quia ex quo fuit ſponſa Regis
Chriſti, facta eſt Angelorum Domina,
& magiſtra, & totius cęli Imperatrix, & B
Regina. Vnde de ea canitur, Regina cœ
li &c. Hinc inquiens Angelus, Domi-
nus tecum. Eſt, ac ſi diceret, Ideo ti-
bi reuerentiam exhibeo, quia tu fami-
liarior es Deo quàm ego. Nam tecū, ut
filius, mecum, ut Dominus. Tecum igi-
tur Dominus pater, cum eodem filio;
quod nullus Angelus, nec aliqua crea-
Eſa. 12. tura habuit. Tecum Deus filius in utero.
Quare inquit Eſa. Exulta, & Lauda ha-
bitatio Syon, quia magnus in medio tui
ſanctus Iſrael. Tecū Dominus Spiritus C
Sanctus ſicut in templo. Vnde dicitur,
Tēplum Domini, Habitaculum Spiritus
ſancti, quia concepit de Spiritu ſancto.
Eccl. 24. Vnde Lucas. Spiritus ſanctus ſuperue-
niet in te. Hinc cantatur de ea, Totius
Trinitatis nobile triclinium. Rurſum,
Dominus tecum. In mente, ſublimiores
inſprians cogitationes. In corde, ſpiri-
tualibus abundare faciēs deliciis. In ani
ma, cunctis ipſam locupletās bonis. Te-
cum in utero, intra uirginea clauſtra,
uelut inter lilia formam ſerui acci-
piens. Tecum in gremio, lac de caſtis
uberibus ſugens, & pro lacte gratiam D
infundens. Tecum Domi, tibi obtempe-
rans, tecum in uia, te comitans. Tecum
in cūctis tuis actionibus, illuſtrē ac lau-
dabilem reddens. Tecum in morte, glo-
rioſam ad uitam te reuocans. Tecum in
cœlo, apud ſeipſum in perpetuum te
coronans. Tecum in petitionibus, te ſē-
per exaudiens & gratiis, & miraculis
te dignam, ſibique gratiſſimam omni-
bus oſtendens. Hæc ſunt quæ dicit Ange
lus ad Mariam. Aue gratia plena, Domi
nus tecum. Primum meruit humilitas
Mariæ. Humilitas enim quaſi uas ua-
cuū eſt, & ideo impleri meruit, maxime
cum eſſet mundum, quia virginitas ſo-
cia fuit humilitatis Sic Heliſęus imple-
ri fecit uaſa uacua. Solitudo meruit ha-
bere Dn̄m, quia uæ ſoli. Sic igitur gra- 4. Reg. c. 4.
tia plena propter humilitatem. Domi- Eccl. 4.
nus tecum, propter ſolitudinem. Sed mo
do ſermonem concludamus.

*Dominica Prima Aduentus Domini.*
*Sermo II.*

EXplicauimus huc uſq; pri Sermo 2.
mam partem Salutatio-
nis Angelicæ, Gabrielis
inquam dicentis ad Bea-
tam Virginem. Aue gra-
tia plena, Dominus tecum. Modo ſuper
eſt ut deueniamus ad ſecundam ipſius
ſalutationis partem, quæ addita eſt ab
eccleſia, & facta, fuit ab Eliſabeth. Nā Luc. 2.
ut inquit. Lucas. Vt audiuit Salutatio-
nem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans
in utero eius, & repleta eſt Spiritu ſan-
cto Eliſabeth. Et exultauit uoce magna,
& dixit. Benedicta tu inter mulieres Maria qua
& benedictus fructus uentris tui. Bene- re benedi-
dicta tu inquit propter uirginitatem. cta.
Et hoc merito, quia amore uirginitatis
maledictum legis contempſit. Sic Do-
minus uacuos replet gratia. Solitarios
comitatur. Eis, qui maledicta hominum Dominus
uilipendunt, reddit benedictionem pro tecum qua
maledictione. Bene autem, Dominus re ponitur
tecum, ponitur in medio, quia gratiam in medio
conſeruat ad Deum, & fructificare fa- gratię, &
cit ad proximum. Nos autem ſi uolu- benedictio
mus à Domino benedici, cuſtodiamus nis.
humilitatem, ſolitudinem, & caſtitatē.
Humilitatem, ut gratia repleamur. Vn-
de Domina noſtra inquit. Eſurientes Luc. 2.
impleuit bonis. Item Solitudinem, ut Exod. 3.
Dominum comitem habeamus. Vnde le Gen. 3.
gitur, quod Moſes ſolus erat, quando ei
Domi

3. Reg. 19. Dominus apparuit. Et Agar. Et Elias. A
Item caſtitatem, cuius amore debemus
contemnere maledicta hominum, ut à
Pſal. Domino benedicamur. Vnde pſal. Ma
Benedicta ledicent illi, & tu benedicas. Item Be-
tu in mu- nedicta tu inter mulieres, & ſuper mu-
lieribus. lieres. Imo non ſolum inter mulieres,
ſed inter benedictas maiori benedictio-
ne inſignis. Quędam enim ſunt mulie
res benedictę, & uirgines, ſed infęcun-
dę, quædam benedictæ, & fęcundæ, ſed
non virgines. Sola Maria benedicta vir-
go, & fœcunda; & ideo inter mulieres be B
nedicta. Ipſa enim optimam partem ele
git, ideſt fęcunditatem, & virginitatem,
quæ nunquam pacem habuerunt, nunc
in Virgine concordes fuerunt. Vnde qui
dam, partus, & integritas diſcordes tem
pore longo, Virginis in gremio fędera
Prou. 31. pacis habent. Hoc eſt illud preciũ, quod
mulier hæc fortis inuenit, quod eſt pro-
cul, & de vltimis finibns terræ. Quid.n.
tam procul quàm cœlũ a terra, hoc pre-
cium coniunxit hæc Beata Virgo; quia
Virginitas, quæ eſt Angelis cognata, fuit C
coniuncta cum fęcunditate, quæ eſt ho-
minum. Inſuper ſuper omnes mulieres
benedicta, quia præ omnibus prolis no-
bilitate glorificata, quia Virgo peperit,
patrem ſuum genuit, portantem ſe por-
tauit, nutrientem lactauit, vacua eſt, &
plena, humilis & ſublimis, diues, & pau
per. In vna fuit, quod antea in nulla
muliere inueniri potuit. Nam multæ fi-
Prou. vlt. lię congregauerunt diuitias, ipſa autem
ſupergreſſa eſt vniuerſas. Imo in vnico
filio ſuo mater effecta eſt ſpecialiter om D
nium electorum, quorum primogenitus
Maria ab Chriſtus. Vnde Lucas inquit. Peperit fi-
omnib⁹ be lium ſuum primogenitum. Poſtremo, be
nedicta. nedicta tu in mulieribus. A Deo patre,
Luc. 2. quia in eodem filio ſecum communicat,
à filio, quia dignum habitaculum ei præ
parat. A Spiritu ſancto cuius operatio-
Luc. 1. ne ſaluatorem mundi generat. De his
tribus inquit Luc. Spiritus ſanctus ſu-
perueniet in te. Ecce quo ad Spiritũ ſan-
ctum, virtus altiſſimi, quo ad patrẽ. Ideo-
que quod naſcetur ex te ſanctum, quo ad
filium. Benedicta ab Angelis, quia eorũ
vitam in terra inchoauit. Nam teſte Hie
ronimo. Virginitas ſoror eſt Angelorũ.
Et in carne præter carnem viuere non
eſt terrena vita, ſed cęleſtis. Eorum rui-
nam reparauit, quod factum fuit Dei fi-
lium generando, & eorum ſe alluſioni-
bus humiliauit, quando dixit. Ecce An
cilla Domini &c. Benedicta etiam a pec
catoribus, quia eos de anguſtia liberat.
Vnde Ber. Ille taceat tuas laudes Virgo
Beata, qui te in ſuis neceſſitatibus inuo-
cans ſe ſenſerit deceptam. In periculis
adiuuat. Hinc Ber. In periculis, in rebus
dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca.
Et de peccatis veniam importat. Vnde
recordare Theophilum liberatum. Item Spe. exem.
exemplum fratris Martini Cirtenſienſis d. 4. c. 24.
Benedicta a iuſtis, quia exaudit in pre- d. 5. c. 64.
cibus, liberat in tentationibus, & aug-
mentat gratiam in uirtutibus. Hinc di-
citur in hymno. Pia mater, & humilis,
naturæ memor fragilis in huius uitæ flu
ctibus nos rege tuis precibus. Et Bern.
O homo ſecurum habes acceſſum ad
Deum, &c. Item benedicta a mulieri-
bus, quia ſi per eam mors, per Ma-
riam vita, ſi illa occidendo obfuit, Ma-
ria viuificando profuit. Vnde ſi per mu-
lierem homines damnabantur, modo
per mulierem ſaluantur. nam ſi ma-
ter generis noſtri pœnam intulit mun-
do, genitrix Domini noſtri ſalutem edi-
dit mundo. Eſt ergo benedicta à mulie-
ribus. Benedicta etiam ab omnibus crea
turis, quia filius, quem genuit, creaturas
omnes creauit, eas ſanguine ſuo munda
uit, ipſas renouauit. Hinc dicitur per
Ioan. Et dixit qui ſedebat in throno, ec- Apoc. 21.
ce noua facio omnia. Benedicat ergo te
Virgo beata Deus pater, Deus filius,
Deus Spiritus ſanctus. Benedicant te An
geli, peccatores, iuſti, mulieres, & creatu
ræ omnes. Et benedictus fructus ventris Benedict⁹
tui. Vbi nota quòd dicit ventris tui, quia fructus vẽ-
de fœmina tantum natus eſt Chriſtus, tris tui, &
ad quam uir non acceſſit. Vnde pſalm. quare tui.
inquit.



Pſal. 85. inquit. Terra noſtra dabit fructum A
ſuum, & iterum, terra dedit fructum
ſuum, & de fructu ventris tui, ponam
ſuper ſedem tuam. Aliæ terræ reddunt
fructum, & non dant propriè loquen
do, quia ſemen recipiũt, ſed Beata Vir
go ſemen non recepit, vnde rectè dici-
tur non reddidiſſe, ſed dediſſe fructum
ſuum. Totum ſuum, quia non ex com
mixtione ſeminis natum, ſed tantum
ex Virginis carne formatum opere Spi
Maria dici ritus ſancti. Hinc Beata Virgo dicitur
tur Apis. Apis, quæ de ſe tantum generat, vt in- B
Chriſtus di quit Auguſt. Ob hoc etiam Chriſtus
citur ver- dicitur vermis, quia de ſola terra na-
mis. ſcitur, ut ibidem. Et dicitur Beata Vir-
Maria dici go terra noſtra, quia nobis data, vn-
tur terra de in multis locis promiſit Dominus.
noſtra. Hanc figurabat terra illa promiſſio-
Num. 13. nis, quæ protulit botrum, ideſt Chri-
Iſa. 45. ſtum. Hæc eſt terra germinans Salua-
Gen. 2. torem. Et terra, quam fons paradiſi ri
gat. Et terra ſitiens, aut inuia, unde a-
ſcendit virgultum, eſt Maria, quæ ſi-
tiebat ad Deum fontem viuum, & non C
fuit peruia alicui, ſed ſemper clauſa.
Hæc etiam eſt terra illa, quam promi
ſit Dominus. Dabo vobis rerram la-
cte, & melle manantem, ideſt B. Virgi-
nem, a qua fluxit, i. natus eſt Chriſtus,
in quo eſt mel diuinitatis, & lac hu-
Deut. c. 8. manitatis. Hæc eſt terra illa optima,
de qua ſic dicitur. Benedictus Domino
Deo tuo pro terra optima, quam de-
dit tibi, quæ inculta, ideſt intactà, & il
libata, ſine humano adminiculo, non
ſeminata ab aliquo, non defoſſa ſarcu D
lo, non impinguata fimo dedit nobis
fructum, de quo hic dicitur. Benedi-
ctus fructus ventris tui. Vnde dicitur.
Benedicta, quia ille eam præuenit in
benedictionibus dulcedinis, ideo bene
dicta. Et vere benedictus fructus ven-
tris tui, in quo benedictæ ſunt omnes
gentes. Hic eſt fructus ille arboris pul-
cherrimæ, & dulcis gutturi, quem qui
plus comedit, plus eſurit. Iſte fructus
dulcis eſt in ore prædicãtium, dulcior
in palato cordis meditantibus, dul-
ciſſimus in gutture guſtantibus, bene-
dictus ergo fructus ventris tui. Benedi
ctus, vt inquit Bernard. in odore, bene
dictus in valore, benedictus in ſapore,
benedictus in ſpecie. Et certè huius
fructus odoriferi fragrantiam ſentie-
bat Iſaac, cum dicebat. Ecce odor agri Gen. 27.
pleni, cui benedixit Dominus. Valo-
rem huius fructus nouerat. Dauid cũ Pſal. 126.
dicebat. Filij merces fructus ventris,
nonne tibi videtur ſublimis, & potens
iſte fructus, qui cum ſit dulcis, per ip-
ſum tamen nobis terrena amareſcũt?
Qui cum ſit ſapientia, facit nos inſi-
pientes? Qui cum ſit virtus, debilitat?
Eſt pax, & ponit bellum cum mundo,
carne, & dæmonibus? Vita eſt, & oc-
cidit? Qui cum ſit Sol, & illuminet om
nem hominem in hunc mundum ve-
nientem, tamen excęcat? Salus eſt, &
tamen languidos facit amore? Satie-
tas eſt eſurientium, & ſitire facit? Qui
cũ ſit amor, & charitas, odiũ generat?
Eſt ignis, & frigidos facit? Fons eſt, &
tamen exſiccat? Sublimis eſt, & humi-
liat? O vere benedictus fruct⁹ cuius tan
tus eſt fructus illis, inquam, qui guſtãt,
& uident ſuauitatem huius fructus, ſi-
cut guſtauerat ille, qui dixit. Guſtate, Pſal. 33.
& videte quam ſuauis eſt, & omni ſua
uitate odoriferus, aſpectu, & ſpecie
decorus, in quem deſiderant Angeli
reſpicere, tactu ſuauis, olfactu delecta
bilis. Benedictus fructus ventris tui.
Fructus dicitur a fruendo, vnde Dei fi-
lius, & Virginis filius bene dicitur fru
ctus, quia ipſo fruuntur ſancti. Vnde
pſal. Cum dederit dilectis ſuis ſom- Pſal. 126.
num, ecce hæreditas Domini filij mer
ces fructus ventris. Si quis multis de-
bitis eſſet obligatus, & haberet vnam
terram, quæ ſine omni ſemine, & labo
re in vno anno tãtam fructus copiam
afferet, quòd poſſet ſolueret omne de-
bitum, & bene viuere de reliquo mul-
tum diligeret terram illam. Ita fratres
diligere debemus, & honorare Beatam

Virginem, quæ dedit nobis fructum, de quo redempti ſumus ab obligatione gehennę, & de quo viuemus in æternum omni abundantia, & ſuauitate. Benedictus ergo fructus ventris tui. Fructus corporis prius videtur, & poſtea tangitur. At iſte prius guſtatur, & poſtea videtur. Guſtate, inquit, & videte. Nam ex guſtu peruenitur ad cognitionem. Sic Sancti Martyres ex huiuſmodi guſtu adeo Deum cognouerunt, vt omnia contemnentes mortem hilari animo ſuſceperint. Sic lapides Stephano dulces fuerunt, & Laurentio craticula? Et quomodo religioſi relictis omnibus ſecuti fuiſſent in religione Redemptorem, niſi guſtaſſent? Quomodo tot virgines, ſenes cum iunioribus carnem maceraſſent ieiunijs, & vigilijs, niſi hunc fructum guſtaſſent? Igitur ſi tantus eſt guſtus, quod facit ſponſam currere in odorem, quid erit quando erit fruitio, quando ſatiabimur? Benedicta ergo tu Maria a Domino, quia per te fructum talem habuimus. Ventris tui, qui etiam beatus dicitur, teſtante illa muliere de turba, quæ dixit ad filium. Beatus venter, qui te portauit, &c. Sed non a ventre filius, ſed venter a filio beatificationis nomē ſuſcepit, ſicut vas nouum a bono vino ſaporem, & odorem accipit, non uinum a vaſe. De hoc ventre dicitur. Venter tuus eburneus diſtinctus ſaphiris, quia venter Virginis glorioſæ, quæ eburnea dicitur, pro eo quòd caſtitatis nitoribus candidatur, diſtinctus eſt ſaphiris, quia ſemper ſplendet precioſis virtutibus. Appellatur & crater tornatilis, propter ornamentum virtutū, & quia in ea requieuit ſapientia propter excellentiam caſtitatis mentis, & corporis. Dicitur etiam aceruus tritici vallatus lilijs. Aceruus, quia prægnans tritici, quia nobis protulit Chriſtum, qui eſt granum frumenti. Niſi granum frumenti, &c. Vallatus lilijs duplici caſtitate, interiori, & exteriori. Dicitur autem beatus venter Virginis propter tria miracula, quæ in eo facta ſunt. Primò, quia Deus ibi factus eſt homo, Verbum infans, æternus temporalis, immortalis mortalis, Creator creatura. De hoc inquit Hieremias. Nouum creauit Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum, ſcilicet perfectum ſcientia, & virtute. Secundò, quia qui fecit ventrem, factus eſt in eodem ventre. Sicut ſi quis ædificaret domum, & poſtea naſceretur in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus, Quis audiuit vnquam tale, aut quis audiuit huic ſimile? Tertiò, quia venter ille maius ſe continuit, id eſt Deum, quem totus non capit orbis. Rurſum nota ſalutationem Virginis Beatæ, quia pro maiori parte Angelus fecit, & pro minori Eliſabeth, quia acceptior eſt illi laus caſtorum, quàm coniugatorum, & etiam ipſi Filio. Vnde nemo, inquit Ioannes, poterat dicere canticum iſtud, niſi centum quadraginta quatuor millia, qui ſunt de terra, hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

Pſalmus.

Cant.

Vēter Mariæ beatus.

Cant. 5.

Cant. 7.

Ioan. 12.

Vēter beatus ꝓpter tria.

Pſal. 86.

Iſa. 66.

Salutationem Virginis pro maiori parte fecit Angelus, quàm Eliſabeth.

## *Dominica Prima Aduentus Domini. Sermo III.*

ET ſi ad laudem huius nominis Maria, mea debilis potentia pertimeſcat, cum nō ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, tamen quia iſta laudes peccatorum non abhorret, cum & ipſa propter peccatores fuerit facta mater Dei. Ideo ipſam Virginem laudandi audaciā nunc aſſumo. Dicens illi humiliter verbum illud. Dignare me laudare te Virgo ſacrata. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Ad laudē igitur MARIAE intendo aliquid dicere de eius nominis expoſitione. Maria (Dilectiſſimi) illuminata in ſe, interpretatur & illuminatrix

Sermo 3.

Maria illuminata interpretat̄, & illuminatrix.



minatrix in alios, quantum ad totum mundum. Et ideo aſſimilatur Soli, Lunæ, & Stellæ. Stella enim fuit in filij Natiuitate. Tunc enim emiſit radium, totum mundum illuminantem. De quo dicit B. Bernar. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec Virgini filius ſuam integritatem. Hæc rectè ſtellę comparatur. Primò, quia cum magna eſſet, ad inſtar ſtellæ modica apparebat per humilitatem. Secundò, quia ſicut ſtella de nocte lucet, ſic Maria peccatores illuminat. Exemplum de Theophilo. Tertiò, quia ſicut per ſtellam maris nauigantes, diriguntur ad portum, ita Chriſtiani diriguntur ad portum ſalutis. Quartò ſicut ſtella maris ſtat in cœli medio immobilis, & cunctis ſtellarum motis ipſa ſolummodo non mouetur, & ideo ad iſtam (vt diximus ſupra) nautæ reſpiciunt, vt ad portum dirigantur: ſic B. Virgo verè fuit ſtella immobilis per fidem, quia in paſſione filij alijs ſtellis, ideſt diſcipulis fluentibus, & dubitantibus iſta immobilis columna fidei ſemper permanſit. Et quid in illa die Sabbati illa fuit vnica columna fidei Chriſtianæ, hinc eſt, quòd dies Sabbati ad illam applicetur, & in honorem ipſius ieiunatur. Vnde de illa ſua immobilitate dicitur. Maria ſtabat ad monumentum. Item Maria interpretatur Domina, quia protegit. Item amarum mare, quia aqua eius ſalſa eſt, & ſitim prouocat. Vnde Eccl. Qui bibunt me, adhuc ſitient. Dicitur etiā mare, in quod deſcendit filius Dei, ſicut Ionas ad Niniuitas, vt mundū illuminaret. Roganda eſt ergo Maria, ut nomen ſuum interpretetur in nobis. Vt ſtella, quæ nomen eſt claritatis, & prudētiæ, illuminet tenebras noſtras. Vt mare amarum, quod nomen eſt pœnitentiæ, amarificet noxias delicias noſtras. Vt Domina, quod nomen eſt authoritatis, & excellentiæ, comprimat, & compeſcat aduerſarios noſtros.

Maria dicitur Stella.

Quare in honorem Virgines ieiunat̄ die Sabbati.

Maria mare amarū.

Maria dicitur Domina.

Habet enim hæc Beata Virgo authoritatem inſuperabilem, & poteſtatem in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abiſſis. Iſta enim ſicut lapis, qui dicitur alectoria, cuius præſentia terret leonem. Eſt ſicut arbor, quæ dicitur cedrus, quæ ratione altitudinis regina arborum dicitur, cuius fragrantia fugat ſerpentes. Iſta eſt, ſicut Ebur, quod pannum lineum poſitum ſuper prunas comburi prohibet, & pruinā extinguit. Iſta eſt ſicut arbor fraxinus ſic dictus, quia in aſperis, & incultis locis naſcitur, ſub cuius vmbra ſerpētes dæmones venire neſciunt, neque poſſunt. Iſta eſt ſicut ſaphirus, in cuius medio generatur carbunculus, Chriſtus ſemper ſplendens, & noctem illuminans. Iſta eſt ſicut animal pulcherrimum, quæ dicitur panthera, cuius vox, & eloquentia conturbat dæmones. Et procul dubio cariſſimi per iſtā fugantur, & terrentur, & ſuperantur inimici noſtri dæmones, quamuis ipſi ſint leones per ſæuitiam, ſerpētes per malitiā & fallacitatem, dracones per inuidiam & malignitatem. Et breuiter nullus hoſtis poteſt lædere, ubi beata Virgo eſt in auxilio. Ideo ſub tuum præſidium confugimus ſancta Dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus, ſed a periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa, & benedicta. Rurſum nomen iſtud MARIA quinque literis figuratur, quarum figuratio quinque virtutes deſignat. M quæ tres pedes habet, ſignat quòd habuerit fidem perfectā ſanctiſſimæ Trinitatis A, quæ eſt interiectio dolentis, deſignat quòd habuerit quamdiu vixit dolorē pęnę, & aſperitatis. R. quæ eſt ramoſa, ſicut arbor, ſignat quòd habuerit more arborum rectitudinē ſanctitatis, pulcherrima folia dulcium verborum, & flores deſiderabilium morū, & ſingulares fructus omnium virtutū. Vnde de his omnibus habetur, ꝙ ferculum fecit

Maria multis rebus cōparatur.

Maria quinque literis figuratur.

ſibi rex Salomon de lignis libani, co- A
lumnas eius. Ecce rectitudo Sanctita-
tis argenteas, quæ cantum dulcem red
dunt, ecce dulcedo verborum aſcēſum
purpureum, Ecce honeſtas morum. De
lignis libani, Ecce candor puritatis;
fuit enim ſingularis virgo. Reclinato-
rium aureum. Ecce humilitas. Media
charitate conſtrauit. Ecce charitas.
Vnde dicitur mater pulchræ dilectio-
nis. I. quæ eſt modica litera, ſignat ꝙ
hæc habuit modicitatem paupertatis,
& humilitatis. A. quæ eſt prima litera- B
rum, ſignat quòd habuerit charitatē,
quæ eſt caput, & principium totius bo-
Alia expoſitio huius nominis Maria. nitatis. Vel aliter. In hoc nomine Ma-
ria ſunt quinque literæ, quæ poſſunt eſ
ſe initia iſtarum dictionum. M. Mater
Dei mater noſtra. A. Aduocata pecca
torum. R. Regula viatorum. Hinc di-
citur Stella maris. & in hymno. Iter
para tutum. I. Iaculum inimicorum.
Eſth. 2. Hinc Eſther ideſt abſcondita, ſiue oc-
culta, quæ liberauit populum Iudęorū
ab interitu, crucifixo Aman, qui eum C
perdere volebat, tempus eſt Beatiſſimę
Virginis Mariæ, quæ victo diabolo li-
Iudith 9. berat peccatores. Sic euertens Iudith
Holofernem, eſt Beatiſſima Virgo con
terens Satanam. A. Armonia Spiritus
Spe. exem. d. 9. c. 9. ſancti. Legitur ꝙ quidam, qui ſingula-
ri deuotione Dominam noſtram ve-
nerebatur, pro qualibet litera Pſal-
mum legere dietim conſueuerat. Pro
prima M. Magnificat. Pro A. Ad Do-
minum cum tribularer. Pro R. Retri-
bue. Pro I. In conuertendo. Pro A ad D
te leuaui oculos meos. & ad quemli-
bet Pſal. Ver. poſt partum Virgo. &
oratio. Cōcede nos famulos tuos, qui
mortuus inuentus eſt quòd ex ore eius
roſa miræ pulchritudinis excreuiſſet.
ſimilem quoque roſam ex quoli-
bet oculorum ſuorum, atque aurium
excreuiſſe. ſuper primam autem in ore
radicatā habebatur inſcripta prima li
tera nominis Maria. & primus verſus
huius Cantici Magnificat. ſuper roſam

A autem in dextro oculo ad Dominum.
ſuper ſiniſtrum. Retribue. ſuper roſam
dextræ auris. In conuertendo. ſuper
ſiniſtrā ad te leuaui. Sic (fratres) Deo,
ac Beatæ Virgini ſeruientes deuote ſo
lent remunerari. Miles etiam ille vete Spe. exem.
ranus, qui non poterat aliud memoriæ d. 5. c. 58.
retinere quā Aue Maria gratia plena.
poſt illius obitum ex eius tumulo non
multo poſt a parte capitis uiſa eſt ar-
bor naſci ignoti generis, cuius folijs li
teris aureis inſignita Aue Maria gratia
B plena notabiliter ſingula continebāt.
Quicunque ergo matri Chriſti cupit
eſſe deuotus, ſalutationem iſtam fre-
quenter, & deuotè ingeminet, nec cre-
do illi quicquam gratius vocalis lau-
dis afferri. Nec etiam latere nos debet Spe. exem.
exemplum aliud de Maria, quæ mili- d. 8. c. 60.
tem quorundam quotidie dicentem
Aue Maria a ſeruo dæmonę 14. annis
cuſtodiuit. Igitur cariſſimi frequenter nō
recedat a corde, non ab ore hæc ſalu-
tatio Angelica. Nam ſicut in terra ut
C aliquis obtineat gratiam nobiliū puel
larum, quinque ſummopere ſuffragan
tur, videlicet curialis ſalutatio, ſuæ
pulchritudinis commēdatio, ſui ami-
ci nominatio, ſuæ famæ recitatio, ſui
generis magnificatio. ſic proculdubio
quia gratiam Beatæ Virginis neceſſe
eſt habere in præſenti. Ideo ſalutemus
ipſam. Dicentes. Aue Maria. Commē-
demus. Gratia plena. Amicum ſuum
ſcilicet filium Dei nominemus. Domi-
nus tecum. Famam ipſius recitemus.
D Dicentes Benedicta tu in mulieribus.
genus ipſius magnificemus. Dicentes
Benedictus fructus vētris tui. Rurſum,
inter cętera virginib. grata eſſe ſolent
flores, & potiſſime flores roſarū, & li-
lia cōuallium, quæ uirginibus propriè
adaptantur, ſic & nos pro impetranda
gratia Beatæ Virginis offeramus florē Salutatio
illum, quē attulit Gabriel de uiridario Angelica
paradiſi. Aue gratia plena. in iſto enim aſſimilatā li-
flore ſunt ſex folia ſecūdum ſex folia lio.
lilij materialis. Flos enim lilij pollet
candore



candore, caret ſapore, abundat humo- A
re, claret regio honore, fragrat odore,
præcellit ualore. ſic Beata Virgo pol-
let candore per puram continentiam,
ideo dicitur Aue ideſt ſine uæ. Caret
ſapore per pœnitentiam. Ideo dicitur
mare ideſt amara. abundat humore ꝑ
clementiam. Vnde dicitur Regina mi
ſericordiæ. Hinc dicitur Gratia plena,
quia eſt aquarum ideſt gratiarum, &
beneficiorum continue diffuſiua. Cla
ret regio honore, quia lilium eſt ſignū
Regis Franciæ. & hi, qui portant li- B
lium, demonſtrant eſſe vel de familia,
vel de genere Regis. Hinc per excellē
Luc. 10. tiam dicitur. Dominus tecum. Fragrat
Amos 2. odore per famæ redolentiam. Ideo di
citur. Benedicta tu. præcellit ualore, ꝑ
eminentiam. Ideo dicitur Benedictus
fructus ventris tui. Hæc ſunt Virgo Bea
tiſſima quæ ad laudem tuam diximus,
Adiuua etiam nos tuis precibus, vt &
digni inueniamur in tuis laudibus, qđ
tunc digne fit, quando non extra uaga
mur. Nam tales indigni ſunt tua ſalu C
tatione. Vnde Dominus. Neminem in
uia ſalutaueritis. & p Amos dicitur. In
cunctis, quæ foris ſunt dicetur væ, væ.
Ambitioſi amant ſalutationes forēſes.
Eſau, quia foris erat, amiſit benedictio
nem paternam. Vnde precamur te Do
mina, adiuua imbecillitatem noſtram
vt digne te laudare mereamur, & ora
pro nobis peccatoribus, vt ego miſer
ſum, ut cito ſe corrigant, pro bonis,
& mediocribus, ut meliores
fiant, pro fidelibus defun-
ctis, ut requiem ha-
beant ſempiter-
nam per æter-
na ſęcula.
Amen.

## *De reſponſione Virginis ad Angelum, & de Domini Aduentu in carnem.*

## *Ser. IIII.*

A SCriptura teſtatur quòd Sermo 4.
fecit Rex Salomō Thro- 3. Reg. 10.
num de ebore grādem,
quem veſtiuit auro ful-
uo nimis, & circa eum
erant duodecim leunculi. Quid Thro Thron⁹ Salomonis Maria dicitur.
B nus iſte dilectiſſimi, niſi Virgo, Beata?
Quid Rex Salomon, niſi Chriſtus? qui
Thronum ſuum ſcilicet Virginem be-
nedictam, quę quodam ſingulari priui
legio thronus ideſt ſedes regia dicitur?
nam regem regum concepit in vtero
portauit, & peperit. Ex ebore mirabi-
liter fabricauit, quia in Virginis caſtita
te ſibi complacuit. Ebur enim eſt os
elefantis candidum carne, & cute ca-
rens. Sic Beata Virgo cute carens ina-
nis gloriæ, & carne carnalis concupi-
C ſcentiæ, tota cādida fuit per omnimo-
dam caſtitatem, grandis apud Deum,
licet apud ſe modica. Et ueſtiuit eum
auro fuluo nimis, ideſt charitate exi-
mia decorauit. Et circa eam duode-
cim Leunculi, ideſt Apoſtoli fuerant
conuerſati. Et habebat ſex gradus, nē-
pe ſex virtutes, quæ notātur apud Euā
geliſtam Lucam. Verecundiam, cum
turbatur in ſermone Angeli, pruden- Luc. 3.
tiam, cum tacens cogitat quid dicat,
aut quid reſpondeat modeſtiam ſermo
nis, dum dixit. Quomodo fiet iſtud?
Immobile Virginitatis propoſitum, cū
D dixit. Quoniam uirum non cognoſco.
Humilitatem. Dicens. Ecce ancilla Do Septē uerba locuta eſt Beata Virgo.
mini fidei magnitudinem. Fiat mihi ſe
cundum verbum tuum. Hæc ſunt ver-
ba, q̄ Virgo Beatiſſima Angelo reſpon
dit. & omnia breuia ſunt, ſiue cum
Angelo loquitur, ſiue cum Eliſabeth,
ſiue cū filio ſuo, ſiue cū miniſtris. Pri-
mum, Quomodo fiet iſtud. Secun-
dum, Ecce ancilla Domini. Tertium
quando

quando Eliſabeth ſalutauit. Quartum Magnificat anima mea Dominum. Quintum, fili quid feciſti nobis ſextum. Vinum non habent. Septimum miniſtris. Quodcumque dixerit uobis, facite. Primum fuit diſcretionis. Secundũ humilitatis. Tertium cõſolationis. Quartum orationis, & gratiarum actionis. Quintum charitatis. Sextum pietatis. Septimum inſtructionis. Et nota quod omnia fuerunt breuia præter quartum. Et hæc uerba fuerunt uel cum Angelo, **B** uel cum Eliſabeth, aut filio, uel cum miniſtris, ad ſignificandum quòd puella, uel iuuenis, aut ſanctimonialis, uel quilibet clauſtralis rariſſime debet loqui, & tunc aut cum Deo in oratione aut ſacrarum literarum lectione, aut cum Angelo, ideſt Sacerdote Angelicæ conuerſationis in confeſſione, aut cum Eliſabeth uetula, ideſt cum matura uel ſancta muliere in mutua, ſed rara conſolatione, aut cum miniſtris in neceſſariorum poſtulatione. **C** Sed quamuis omnia, & Beatę Virginis eloquia meliflua ſint dulcia, atque caſta, illud tamen mihi uidetur dulcius, & propterea conſiderandum, quod tanti priſci patres, & prophetæ deſiderabant Dicentes. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant te, fac me audire uocem tuam. Ac ſi dicat uniuerſalis Eccleſia ad Beatam Virginem, Te qui habitas in hortis, quorum unum eſt propoſitum uirginale, aliud fędus coniugale, **D** quorum utrumque hortus concluſus, & non expoſitus, Amici auſcultant, Patriarchæ deſiderant, Prophetæ anunciant, Angeli expectant, ſcilicet tam Angeli, quàm fideles, Angeli ſuam expectantes reſtaurationem, fideles, ſuam præſtolantes redemptionem, fac me igitur audire uocem tuã uocem nempe plenam gratiæ, & medicinæ, charitatis, & conſolationis, prudentiæ, & iuſtitiæ, dulcedinis,

Raro loquendum. & cum quibus.

Can. ult.

**A** ueritatis, & lętitię, ut exultent oſſa humiliata. Ecce tibi offertur precium ſalutis noſtrę. Ex ore tuo pendet cõſolatio miſerorũ, redemptio captiuorum, liberatio damnatorũ, & denique uniuerſorum filiorum adã totius generis tui. Vſque quo moraris? ò virgo, reſponde uerbum, & ſuſcipe filium. Vitam quid tricas mundo? Da fidem, & ſenti uirtutem. Pande ſinus roſeos virgo perpetua. Fides tua modo aut aperit cœlum, aut claudit. Ecce inquit ancilla Domini. **B** Introeat Rex in cubiculum ſuum. Fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Ecce notatur perfecta obedientia, ò felix obedientia, ò inſignis gratia, quæ dum fidem dedit, humiliter in ſe cœli opificem corporauit. Impleuit in ea Dominus quod duduum prędixerat. Obedientiam inquit malo, quàm ſacrificium & ſcientiam Dei plusquam holocauſta. Hęc fuit uera obedientia, omnique ſacrificio gratior, hæc uoluntas **C** cunctis hoſtiis acceptior, Hinc promeruit gloriam, quam ipſa poſtmodum hauſit. Ecce, ait ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ancila Domini. Humilitas perfecta, ſemper ſolet eſſe gratię diuinæ familiaris uirtus humilitas. Quę eſt hæc tam ſublimis humilitas? Mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat? Vere beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, uitam mortalibus ædidit, cœlos innouauit, mundum puriſi**D**cauit, paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Fiat mihi charitas ignita. Cum magna deuotione promiſſum, Angeli optat adimpleri. Quod autem optando deſiderabat, ſecundum promiſſum Angeli uoluntatem Dei in ſe adimpleri, ex charitate proceſſit. Vnde Ber. Maria uehementia deſiderii, ſeruore dilectionis puritate orationis fontem attingit ſublimen ſecundum uerbum tuum. Fides deuota. Magna

Obedientia Mariæ.

Oſæ.6.

Humilitas Marię.

Charitas Mariæ.

Fides Mariæ.

fuit



fuit iſta credulitas, & ideo magna apud Deum promeruit. Vnde dictum eſt ei. Beata quę credidiſti, quoniam perficientur in te &c. Hinc Aug. Beatior fuit Maria concipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti. Materna propinquitas nihil in carne profuiſſet, niſi felicius corde Chriſtum quàm carne geſtaſſet. Vnde ſtatim ut aperuit Virgo cor fidei labia confeſſioni. Ecce ancilla Domini fiat mihi &c. adimpletum fuit illud quod dicitur. **B** Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis, qa dicẽs Ecce ancilla Domini adeo aſcẽdit fumus humilitatis ꝙ dei filium extraxit de ſinu patris. Nam cum eſſet Dei filius excelſo habitaculo ſuo, reſpexit non ſapientiam, aut pulchritudinem, aut nobilitatem, aut etiam uirginitatem, ſed humilitatem ancillæ ſuæ, ita ut accumberet in utero Virginis Marię, accubiturus poſtea in patibulo crucis, deinde in ſolio patris. **C** Tunc Sacramentum dominicę Incarnationis, quod primo fuit ab æterno præordinatum, in ueteri lege præfiguratum, a Prophetis præconizatum, a ſanctis Patribus deſideratum, ab Angelo nunciatum, fuit in Beata Maria conſumatum Tunc Deus, qui ſcripſit mirabilia in lege ſua, ipſe fecit mirabilia in coniuge ſua. Quid autem ſunt mirabilia, niſi quæ hominibus ſunt impoſſibilia? Et quę ſunt hominibus impoſſibilia, niſi quæ ſunt ſupra naturæ ordinem? **D** hæc inueniunt in hoc ſacratiſſimo myſterio. nam quædam ſupra naturæ ordinem quædã naturę ui effecta animaduertimus. Etenim quòd ex puriſſimo Virginis matris ſanguine corpus Chriſti formatum naturam humanam agnoſcimus, Quod uero & naturæ ordinem, & humanam intelligentiam ſuperat illud eſt, ſimul atq; Virgo ſanctiſſima Archangeli dictis dans fidem dixit. Ecce Ancilla Do-

Luc.2.

Cant.1.

Accubitus Fili Dei triplex.

Sacramentum Dominicę. Incarnationis, in reſponſione Virginis conſumatum

Mirabilia Dei inueniuntur in myſterio Incarnationis cũ theologis dicimus

**A** mini, fiat mihi ſecundum uerbum, tuum Subito Santiſſimum Chriſti corpus formatum, eiuſque anima rationis compos coniuncta eſt, atque ita in ipſo temporis articulo perfectus Deus, & perfectus homo fuit, quod quidem admirabile ſpiritus Sancti opus nouum fuiſſe nemo dubitare poteſt; cum ſeruato ordine naturę nullus corporis niſi intra præſcriptũ temporis ſpacium anima informari queat. Vnde illud fuit maxima admiratione **B** dignum, quod ut primum cum corpore anima coniuncta eſt, ipſa etiam Diuinitas cum corpore, & anima copulata fuit, quare ſimul corpus formatum, atque animatum eſt, corpori, & animę. Diuinitas eſt coniuncta. ex quo fit vt eodem temporis momento perfectus Deus, & perfectus homo eſſet, & Virgo Sãctiſſima & uere, & proprie mater Dei, & hominis diceretur, quod eodem inſtanti Deum, & hominẽ concepiſſet. Hæc erat (fratres) arca teſta**C**menti, quæ virgã Aaron, tabulas Moyſi, & manna, quod de cœlo datum eſt continebat, quia Virgo glorioſa, dato aſſenſu, cõcepit Chriſtum benedictum fructum uentris ſui, in quo fuerunt manna, ideſt Deitas dulciſſima anima ſapientiſſima per tabulas lege Dei digito ſcriptas, figurata. Caro mundiſſima, quæ morte non aruit, quando die tertia reſurrexit, per uirgam Aaron, quæ fronduerat deſignata. Tunc in utero Virginis fuerũt celebratę nuptię **D** ueluti in thalamo, quia ibi fuerunt coiuncti duo. Sponſus, & ſponſa. Sponſus uerbum, Sponſa caro, quia Deus naturæ humanæ tanquam ſponſus ſponſę copulatus eſt. Hoc figurabatur per cõiunctionem Heſther, quæ interpretatur exaltata, cum Aſſuero, qui interpretatur Beatus. Tunc Maria Deum, per quẽ pauet cœlũ, tremunt Angeli, creatura nõ ſubſtinet, ſic ĩ ſui pectoris, & receptiſſimũ oblectauit hoſpicio, ut Deũ dederit terris, cęlis gloriam, ſalutem

Maria arca teſtamẽti.

Nuptiæ celebratæ in utero Virginis.

per-

Vterus Mariæ dicitur caſtellum.

perditis, vitam mortuis. Vterus Mariȩ factus eſt in caſtellum quoddam, ideſt ſingulare, in quod intrauit Ieſus, ideſt Saluator, & quia intrauit Ieſus, ideſt Saluator, ſalua ſibi fuerunt clauſtra virginalia, quia genuit Ieſum omniũ Saluatorem.

Laus vteri Mariæ.

O fȩlix vterus cœlis diffuſior, terriſque amplior, capacior elementis, qui totum clauſit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur. O beatus venter, in quo tanquam voluptatis loco cumulauit Dominus omnes delicias deliciarum, de cuius delicijs Spiritus ſanctus admiratorio ſermone in amoris cantico ſic prorupit.

Cantica.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit delicijs affluẽs. Fȩlix Martha, ſed quanto fȩlicior Maria, & omni laude digniſſima, quando Deus, quem ferre non poteſt mundus, neque videre aliquis, vt uiuere poſſit, ſic ingreſſus eſt hoſpitium ventris, vt corporis clauſtrum neſciret, ſic geſtatus, vt totus Deus ĩ eo eſſet, & exiuit inde, vt Ezec. fatetur, porta omnino clauſa. Tunc fuit illud adimpletum.

Iſa. 45.

Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Ros inuiſibilis eſt gratia, quando ante Angeli miſſionem Mariam illuſtrauit, ſed nubes iuſtum pluit, quãdo Angelus nunciauit filium incarnandum, terra ſe aperuit, cum Maria conſenſit, & Saluatorem germinauit, quando concepit. Tunc mulier circundedit virum. O admirabile myſterium. nam hæc fœmina ſuper fœminas benedicta, & virum non cognouit, & virum in vtero circundedit, quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carneo flore de ſpiritali ſemine gratulatur. O dies dierum omnium nouitas, in qua æternus Sol, de ſumma altitudine claritatis æternæ deſcẽdens, vuluȩ virginali aditum intrauit, & totius mundi caliginem fulgida corruſcatione repreſſit. O fȩlix Maria, cuius viſceribus author cȩli, terræq; committitur. Tunc fuit illud adimpletum quod dicitur per Ioan.

Apoca 1.6.

Sol factus eſt niger, quaſi ſaccus cilicinus. Dicitur autem Sol Chriſtus, qui fuit factus tanquam ſaccus in incarnatione, quia Deus Pater omnes theſaurus ſuos recondidit in eo, ſicut bonus mercator in vili ſacco reponit merces ſuas precioſas.

Chriſtus dicitur in Incarnatione ſaccus ciliciuus.

Cilicinus autẽ dicitur propter vitæ aſperitates, & vilitates aſſumptas. Suſcepit enim Chriſtus defectus, quos Damaſcenus uocat naturales defect⁹, & indetractabiles paſſiones, ſicut mors, fames, & ſitis, & huiuſmodi.

D. Thom. opuſ. 60. artic. 3.

Non autem ſuſcepit defectus peccati, teſte Petro.

1. Pet. 2.

Qui peccatum non fecit, &c. Neque defectus contrariantes perfectioni ſciẽtiæ, & gratiæ, cum de eo dicatur, plenum gratia, & veritate.

Ioan. 1.

Saccum Chriſti qui conſueuerunt.

Iſtum ſaccum conſueuerũt Angelus, Maria, & ipſe Chriſtus. Primum punctum fecit Angelus, dicens. Aue gratia plena. Secundum addidit Maria reſpondens. Quomodo fiet iſtud. Tertium ſuperaddidit Angelus, quaſi acum reddens Mariæ. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi, &c. Et ipſa illi acum reijciens appoſuit quartum. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et ſtatim Dominus appoſuit manum, vniens ſibi ſaccum humanitatem, & cõſutus eſt ſaccus. Vnde Iob.

Iob.

Saccum, inquit, conſui ſuper cutȩm meam. Non dixit ſui, ſed conſui, ideſt inſeparabiliter mihi vniui. Diuinitas enim nec a corpore, nec ab anima ſeparata eſt in limbo, iſte ſaccus fuit poſtea diruptus, atque percuſſus in Chriſti paſſione, vt theſauri in eo abſconditi, & aromata ibi repoſita largiter effunderentur in nobis, iuxta illud.

Pſal. 29.

Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia, quia in reſurrectione poſtea fuit iſte ſaccus omnino ablatus. Neque.n.erat fas ſacco indutum in palatio regis intrare.

Heſt. 4.

Sed indutus eſt noua ueſte glorificationis. Tunc præſtito aſſenſu panem in eremo terra no-





ra noſtra produxit, cuius ſemen arrator in terra nullus induxit. Tunc Virga Aaron, ſine germine in templo floruit, deniq; nuces produxit, quas clauſa ſub tecto produxit. Tunc intemerata Dei genitrix ſeptem Spiritus ſancti donis dotata, tanquam domus ſeptem columnis excisa, & incomparabilibus illuſtrata meritis, Dei vnigenito, in quo recũberet, digna fuit ſacrũ præparare vterum.

Maria domus Dei.

Tũc adimpletũ eſt illud, pſal.

Pſalmus.

Deus operatus eſt ſalutem in medio terræ, ideſt in vtero Virginis, quæ mirabili proprietate mediũ terræ appellatur.

Maria medium terræ.

Ad ipſam enim reſpiciunt, & qui in cœlis habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos, qui ſumus, & qui ſequuntur, & nati eorũ, & qui naſcentur ex illis. Qui ſunt in cȩlo, vt reſarciantur. Qui in inferno, ut eripiantur. Qui præceſſerunt Prophetæ, ut fideles inueniantur. Qui ſequuntur, ut glorificentur. Tunc adimpleta fuit prophetia, de qua per Ezech. Porta clauſa erit, & non aperietur.

Maria porta.

Bona porta Maria, quia per eam trãſiuit Chriſtus, ſed non aperuit.

Hortus cõcluſus.

Hortus concluſus, vt neſciat violari. Fons ſignatus ſigillo totius Trinitatis.

Nubes leuis.

Nubes, quia carnem gerebat, leuis, quia virgo nullis grauata oneribus coniugij, quæ fontem intra ſe genuit, quo rigauit orbem terrarum. Leuis ſine peccati pondere, ſuper quam aſcendit Dominus, quum incarnatus eſt. Nigra, ſed formoſa. Nigra, quia carnem geſtabat, Formoſa, quia Virgo, & de Spiritu ſancto, ſiue corruptione concepit. Tunc adimpletum fuit id quod dicitur per Luc.

Luc. 11.

Maria dicitur ouum.

ſcilicet quòd ouum ſit petendum a patre. ouum enim eſt ubi ſemen aliquorum animalium præcipue auium continetur, vnde animal fouendo producunt. Talis dici poteſt Virgo Beata intra cuius vterũ formata eſt auis Chriſtus, fouente Spiritu ſancto. Sed quid amplius dicam de te ego pauper ingenio o Virgo Beata? Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluere poteſt, quæ ſolo tuo commercio recuperãdi aditum inuenit? Accipe igitur quaſcunque exiles, quaſcunque meritis tuis impares gratiarum actiones. Et cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Tu enim es ſpes vnica peccatorum. Per te ſperamus veniam delictorum, & in te Beatiſſima noſtrorum eſt expectatio prȩmiorum. Succurre precor miſeris, iuua puſillamines, refoue flebiles. Ora pro populo, intercede pro Monaſticis ordinibus, & præſertim Benedictionis, & in primis pro hac domo D. Seuerini. Sentiant tandem omnes tuum iuuamen ò benedicta, quæ meruiſti ferre Redemptorem mundi, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

## DOMINICA PRIMA
## Aduentus Domini.

### *De Aduentu Domini in carnem. Sermo V.*

Sermo 5.

Gen. 2.

REGITVR in Geneſi quòd poſtquam perfecti ſunt cȩli, & terra, omniſque ornatus eorũ, nõ eſſet homo, qui operaretur terram, ſed aſcendebat fons de terra, irrigans ſuperficiem terræ vniuerſam, & poſtea ſubditur. Et Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Terra ipſa Beata Virgo eſt, quam operatus non eſt homo, de qua ſine virili ſemine aſcendit Chriſtus fons gratiæ. Ipſa etiã locus eſt voluptatis, & totius calamus voluptatis delectabilis, de qua egreſſus eſt fluuius miſericordiæ, Chriſtus irrigans ſuis beneficijs Paradiſum, id eſt Eccleſiam.

Chriſt⁹ fluuius.

Ipſe enim eſt torrens voluptatis, & flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, qui irrigat paradiſum Eccleſiam verbo prædicationis,

nis,&gratia baptiſmi,& ſacramento-
rum, & in fœlicitate tranſiens mini-
ſtrat. Qui fluuius dicitur diuidi in qua
tuor capita, propter quatuor benefi-
cia ab eo collata, quæ quatuor flumi-
nibus paradiſi deſignãtur. Beneficium
incarnationis ſignificatur per Geon,
qui interpretatur terrenus. Tunc enim
terrenus factus eſt, quando in terris
viſus eſt, & cum hominibus conuerſa-
tus. Iſte eſt Nilus, qui fęcundat Aegy-
ptum, ideſt mũdum, & circuit Aethio-
piam, quæ interpretatur caligo, vel te-
nebræ, quia Dei filius carnem aſſumẽs
factus eſt terrenus, ut animam ſterilẽ
fęcundaret, & mẽtis noſtræ caliginem
illuminaret. Vnde Ioan. Fecit lutum
ex ſputo, ideſt ſaliuam terræ miſcuit,
diuinitatem humanitati vniuit, & ſic
totum genus humanum illuminatum
eſt. Saliua enim eſt Dei ſapientia, quæ
ex ore altiſſimi prodiuit. Terra eſt ca-
ro Chriſti, lutũ ex ſputo & terra, Chri
ſtus eſt ex utraq; natura Deus, ſcilicet
& homo. Tigris ſignificat beneficium
paſſionis. Tigris animal raptos ſibi ca
tulos tanto amore requirit, quòd nõ
veretur inſilire in ſpiculum venato-
ris, ſic Chriſtus pro nobis ſe expoſuit
ſpiculo mortis. Iſte fluuius uadit con-
tra Aſſyrios, quia paſſio Chriſti dęmo
nes debellauit. Phiſon autem ſigni-
ficat beneficium noſtræ renouationis,
quæ fit per pœnitentiam. nam anima
peccatis deformata indiget renouatio-
ne. hanc autem turpitudinẽ lauat abyſ
ſus miſericordię Dei, qui eã renouat,
qui circuit terram Euilath, ideſt men
tem pœnitentis. Eufrates deſignatur
multiplicationem virtutis, & bonorũ
operum. Interpretatur enim fructifi-
catio, quæ quidem eſt a gratia Dei.
Hæc ſunt potiora beneficia a Chriſto
nobis collata, inter quæ primum eſt
beneficium incarnationis Dei. De
quo ad præſens erit Sermo. Quare
(vt cũ Salomone incipiamus,) videa-
mus, precor Fratres, regem Salomo-

Beneficiũ incarnationis ſignificatur per Geon.

Ioan. 9.

Tigris deſignat beneficium paſſionis.

Phiſon, beneficiũ renouationis.

Eufrates multiplicationem virtutum.

A nem in diademate, quo coronauit eũ
mater ſua in die deſponſationis illius,
& in die lętitiæ cordis eius. Eccleſia.n.
excitat nos, dicens. Egredimini filiæ
Syon. nam tale miſterium niſi exeamus
de huius ſæculi turbulẽta conuerſatio-
ne mente expedita contemplari non
poſſumus. Et quid oportet contempla-
ri? Videte (inquit) regem Salomonẽ,
&c. Non dicit regem eccleſiaſten, ut
regem Ididam. His enim tribus nomi-
nibus appellatus eſt rex iſte, qui ſigni-
B ficat Chriſtum Dominum, qui eſt rex
Salomon, ideſt pacificus in exilio, ſed
eccleſiaſtes, ideſt concionator in iudi-
cio, Idida ideſt dilectus Domini erit in
regno. Vbique rex. In exilio quidem
rector morum, in iudicio diſcretor me
ritorum, in regno diſtributor pręmio-
rum. In exilio manſuetus, in iudicio
terribilis, in regno amabilis. Egredimi
ni igitur ut videatis regem Salomonẽ
in exilio, ut ſecure videre, poſitis Ec-
cleſiaſtem in iudicio, & tandem Ididã
C in regno. Videte (inquam) eum o filiæ
Syon per ſpeculationem in diademate
quo coronauit eum mater ſua. Ac ſi
diceret. Conſiderate Chriſtum pro vo
bis carne indutum, quam de Virgine
matris ſuæ aſſumpſit. Diadema nam-
que uocat carnem, quam Chriſtus aſ-
ſumpſit pro nobis, in qua mortuus de-
ſtruxit mortis imperium. Hoc diade-
mate mater ſua cum coronaſſe dicitur,
quia Beata Maria illi de ſua carne ma
teriem præbuit. In die deſponſationis
D eius. Hoc eſt in tempore incarnatio-
nis eius, quando Deus homini coniun-
ctus eſt. Et in die lætitię cordis eius, i.
in die Natiuitatis eius qui eius aduen-
tum præſtolabantur. Vnde Angelus ad
paſtores. Ecce annuncio vobis gaudiũ
magnũ &c. quia natus eſt uobis Salua
tor, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuita
te Dauid. Intuemini igitur hoc Incar-
nationis tẽpus, quod quidem dicitur
nouiſſimum, quia expletum eſt tem-
pus, quod Prophetatum eſt. Con-
ſiderate

Salomon tribus nominibus appellat⁹ eſt.

Luc. 2.

Gen. 49.



ſiderate tempus hoc non caligino-
ſum, ſed tempus lucis in mundum,
quia aduenit Chriſtus, qui eſt Lux
mundi, tempus ſalutis, tempus acce-
ptabile. Tunc enim adimpletum
eſt illud quod dicitur de Iſaac, quia ve
nit in occurſum Rebeccæ. nam deſi-
gnabat aduẽtum Chriſti ad eccleſiam
per incarnationem. & quomodo ue-
nit? ab auſtro ideſt a ſplendore patris.
Et ubi? in hortum ſuum, ideſt in ute-
rum Virginis. Deinde uenire Dominũ
ad Moſem in caligine nubis, ſignifica-
bat Chriſti aduentum nube carnis ob-
tectum. Sic uenire peregrinum ad di-
uitem, adimpletum fuit, quando uer-
bum caro factum eſt. Et uenire Domi
num de longinquo, fuit perfectum,
quando uenit Chriſtus diu in primo
aduentu quaſi impatienter deſidera-
tus. Et id, quod dicit ſcriptura. Venit
dilectus in hortum ſuum, fuit adimple
tum quando uenit in uterum Virginis.
Et introitus Iacob in domum Laaban
deſignabat Chriſti aduentũ in mundũ.
Sic introitu Ioſeph ad uinctos. Et in-
grediens Dominus Aegyptum media
nocte, eſt Chriſtus factus homo, dum
medium ſilentium tenerent omnia.
Poſtremo, Ecce iſte uenit ſaliens in
montibus, tranſiliens colles, ad incar-
nationem refertur, quia ueniens Chri-
ſtus quoſdam ſaltus fecit, quia de cœ-
lo in uterum Virginis, de utero in præ
ſepe, de præſepe ad baptiſmum, de ba-
ptiſmo ad crucẽ, de cruce ad ſepulchrũ
de ſepulchro ad cęlum. Hinc Pſal. Exul
tauit (inquit) ut gigas &c. ſed quis fue
rit modus incarnationis ſciendum eſt,
quòd in myſterio incarnationis fuit cõ-
curſus Angeli nunciantis. Aue gratia
plena. & Virginis concipientis, & uer-
bi Dei carnem aſſumentis. Nam ſtatim
Virgine conſentiente. Ecce ancilla Do
mini. uniuit ſibi Dominus humanita-
tem, quam aſſumpſit ſapienter iux. il-
lud. Butirum, & mel comedet, ut ſciat
reprobare malum, & eligere bonum.

Ioan. 8.

Exo. 19.

2. Reg. 12.

Iſa. 30.

Gen. 30.

Gen. 40.

Exo. 11.

Can.

Salt⁹ quos fecit Chriſtus ueniẽs in mundũ.

Pſal. 19.

Modus incarnatiõis.

Iſa. 7.

A Butyrum enim cum ſit ex carne, deſi-
gnat myſterium Incarnationis Chri-
ſti, deſignat etiam humanam naturã,
ſine peccato, ſine corruptione. & diui-
tię caſei, quale butyrũ comedat Ema-
nuel. Et quod Verbum caro factum eſt,
fuit factum ſecundum veritatem car-
nis iux. illud Eſa. Vere languores no-
ſtros ipſe tulit. Pręter carnẽ, quia præ-
ter carnis operationem. Nam quod in
ea natum eſt, (inquit) Euangeliſta de
Spiritu ſãcto eſt. Vbi nota quòd duplex
B eſt natiuitas in vtero, & ex vtero. Pri-
ma dicitur conceptio, Secunda in lucẽ
productio. Super carnem, quia meritis
noſtris non exigentibus. Vnde Apoſt.
Non ex operibus noſtris, quæ fecimus
nos &c. Propter carnem, quia ad ſal-
uandam carnem. Et hoc quantum ad
fideles efficaciter, licet quantũ ad om-
nes ſufficienter. Hinc Matth. inquit. Vo
cabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſal-
uum faciet populum ſuum. Contra car
nem, quia ad maiorem damnationem
C infidelium. Vnde Ioan. dicit. ſi non ve
niſſem, & locutus eis non fuiſſem, pec
catum non haberent. Rurſum corpus
Chriſti fuit formatum ex ſanguine Bea
tę Virginis, vt inquit Damaſcenus.
& recepit de quolibet ſtatu primi pa-
rentis aliquid. Quinque enim fuerunt
ſtatus primi parentis. Primus innocen
tiæ, de quo Chriſtus accepit peccati
immunitatem. Secundus gratiæ, de
quo accepit plenitudinem gratię. Ter-
tius culpę, de quo accepit recompen-
D ſationem pœnę. Quartus pœnitentię,
de quo accepit paſſionem doloris, &
triſtitiæ. Quintus gloriæ, de quo acce
pit illius fruitionem, fuit enim viator,
& comprehenſor. Inſuper vtilitas ip-
ſius incarnationis multiplex fuit. Et
primo mundi illuminatio. Hinc uoca
tur incarnatio Chriſti dies quędã ideſt
ſingularis, quia Chriſtus, qui eſt Lux
mundi mũdum illuminauit. Hinc per
Amos vocatur dies luminis. Secunda
fuit diaboli ſuperatio. Hoc enim figu-

Eſa.

Matt. 1.

Natiuitas duplex.

Tit. 3.

Matt. 1.

Ioan. 15.

Corpus Chriſti qualiter formatum.

Status quinque fuerit ĩ primo parẽte de his omnib. accepit Chriſtus.

Incarnationis utilitas multiplex.

Iſa. 30.

Mundi illuminatio.

Exo. 3.

Superatio diaboli.

Pſal. 69.

rabat illud de Moſe, qui a Deo miſſus fuit ad Pharaonem. Eſt enim Chriſtus a Deo miſſus ad reprimendum diabolum. Hunc aduentum petebat Dauid dicens. Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum. Tertia, generis humani ſalus. Vnde tunc miſit Deus auxilium, miſericordiam, & veritatẽ, quum miſit filium ſuum ad liberandũ genus humanum. Quarta eſt inferni expoliatio. Quare per Oſeam dicitur. Ero morſus tuus o inferne. Quinta, cęli reparatio. Vnde Apoſt. In quo propoſuit reparare ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris. Sexta eſt peccati deſtructio. Hinc idem Apoſt. Vetus homo noſter crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati. Septima, hominis cum Deo reconciliatio. Vnde ad Romanos inquit Paulus. Si adhuc cum inimici eſſemus reconciati ſumus per mortem filij eius, &c. Octaua ut manifeſta fieret charitas Dei in nobis. Hinc Ioannes inquit. ſic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret pro nobis. Et alibi in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit in mundum, ut viuamus per eum. Quibus in uerbis nimia charitas Dei, qua dilexit nos oſtenditur, quoniam filium ſuum miſit in mundum. Quando cum inimici eſſemus. Et quomodo dilexit? Sic inquit Euangeliſta ideſt bonorum noſtrorum non indigens. Sic, Non ex multis vnum, ſed vnigenitum. Sic, Non erat illi inobediens, ſed dilectus, in quo beneplacitum eſt ei. Sic, non coacte venit, ſed adeo ſponte, & ex impetu humanam naturam aſſumpſit, quòd videri poterat alienatus in mentis excelſu. Sic, Quando abundabat iniquitas. Sic, Nõ ut puniret, ſed ut offenſas remitteret, & ſuo nos patri reconciliaret. Sic Deus Innocens pro nocentibus, iuſtus pro iniuſtis. Sic Deus miſit unigenitus. Sed ubi? in mundum ubi non eſt niſi labor. Quod bene ſignificatum

Salus generis humani.
Inferni expolatio.
Oſeæ 13.
Eph. 1.
Cœli reparatio.
Rom. 10.
Peccati deſtructio.
Hominum cum Deo recõcilia-tio.
Rom. 5.
Nimia charitas nobis oſtenſa in incarnatione.
Ioan.

A fuit per Ioſeph, quia miſſus fuit a patre, ut videret quid agerent fratres ſui. Vbi ſic legitur. Miſſus de valle Hebrõ, quod interpretatur tranſcendens, ideſt de cęlo, ubi omnia mundana tranſcendebant, uenit in Sichen, quod interpretatur labor, vel humerus. Et hic eſt mundus, ubi ſuper humerum ſuum laborem crucis portauit Dominus. Et poſtea ſequit, q inuenit fratres ſuos in Dothain, quod interpretatur ſufficientia defectionis. Et hoc eſt quòd Chriſtus mundum inuenit in omnimodis
B defectionibus. Sic igitur Deus dilexit mundum, ut unigenitum ſuum &c. Ante miſerat Prophetas, quibus non credebatur, nec etiam ſufficientes erant liberare genus humanum. Quod ſignificatum fuit quando Giezi venient cũ baculo Eliſei ideſt Prophetæ, & Moyſes cum lege, & ſuis ſcripturis miſſus non potuit reſuſcitare filium Sunamitis ideſt genus humanum non potuerunt liberare, ideo oportuit ut veniret
C verus Eliſeus, ideſt filius Dei, & incuruaret ſe in utero Virginis, ſicut inquit Pſa. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. Et ipſe tanquã ſponſus ſponte, & Gilariter proceſſit de thalamo ſuo, ab ipſa naſcendo. O ineffabilem Dei charitatem, qui ſic mundum dilexit, vt Deus factus ſit homo, vt fieret homo Deus, Dominus factus eſt ſeruus, ut fieret ſeruus Dominus. Dominus de cœlo ad terras deſcendit, vt homo de terris ad cœlos aſcenderet Deus factus eſt filius
D hominis, vt homo fieret filius Dei. Immortalis factus eſt mortali, vt faceret mortales immortales. Diues innocens factus eſt pauper, ut pauperes faceret diuites. Obſcurata eſt lux, ut nos illuminaret eſurijt panis, ut nos reficeret. Sitiuit fons, ut nos inebriaret. Triſtata eſt lætitia, ut nos lætificaret. Pauebat fiducia, ut nos confortaret, laxata eſt uita, ut iter noſtrum ad cœleſtia dirigeret. Egredimini tandem filiæ Sion, & uidete mirabilia Incarnationis

Gen. 37.
Pſal.
Mirabilia incarnationis.



nis Inueniuntur enim multa tam ex parte matris, quàm ex parte prolis, quàm ex parte modi, quę non ſunt ſecundum naturam, ſed ſecundum potentiam virtutis infinitæ, quæ ſolius Dei eſt. Mira igitur fuerunt in matre, quia ſecundum Auguſt. Coniunctio fuit ſine ſordibus facta, vbi maritus ſermo, & auricula uxor fuit. Vbi ſine grauedine grauida, ſine dolore puerpera. Vbi ſtella portauit ſolem, Palmes vitem, riuus fontem. Filia patrem. Creatura creatorem. fuit (inquam) mater patris, ac filia nati. ſuit quoque prole poſterior, contento minor. Virgo & mater, quæ cum Deo filium communem habuit. Maledictionem legis euaſit, ubi maledictæ fuerunt Virgines, & coniugatæ. Virgines, quia non genuerunt, coniugatæ vero, quia in dolore pepererunt. Sed utrumque Virgo Beata euaſit, quia Virgo genuit, & dolorem non ſentit. Mirabilia quoque fuerunt in prole, quia in inſtanti fuit corporis formatio, & animæ creatio, & vtriuſque ad inuicem coniunctio, & eorum ad Diuinitatem vnio. Vnde Greg. Angelo annunciante, & Spiritu ſanto aduenientе mox intra vterum verbum caro factum eſt. præterea in inſtanti conceptionis ſuæ proles ita habuit ſummam perfectionem, quia ſciuit omnia, etiam ſecundum quòd homo. Item in fruitione fuit perfecta, quia non ſolum uiator, ſed etiam comprehenſor. Item fuit mundus ab omni peccato, & plenius omni gratia, & uirtute. Vnde Petrus. Qui peccatum non habuit. Et Ioannes plenũ oĩ gratia, & veritate. Habuit quoq; Patrem in cœlis, & matrem in terris, ſed patrem ſine matre, & matrem ſine patre. Ex modo etiam Chriſti Incarnatio fuit mirabilis. Nam ſecundum Aug. cum tres modi producendi hominem præceſſiſſent. Primus uidelicet. Nec de uiro, nec de muliere, ſi-

Mira ĩ matre.
Mirabilia ĩ prole.
1. Pet. 2.
Ioan. 1.
Incarnationis modus mirabilis.

A cut in Adam. Secundus de uiro ſine muliere, ut in Eua. Tertius de uiro & muliere. Ad complementum decuit uniuerſi quartum modum introducere, ut ſcilicet homo de muliere fieret ſine uiro per uirtutem operatoris. Egrediamur igitur fratres de noſtra terra, ideſt de carnali uoluptate, & de cognatione noſtra, ideſt ſuperflua mundi cogitatione, & de domo patris noſtri, ideſt de mundana conuerſatione, & agnoſcamus dignita-
B tem noſtram, & diuinæ conſortes facti naturæ nolimus in ueterem uilitatem, degeneri conuerſatione redire per peccatum. Sed tanquam filiæ Syon ſpeculantes ineffabilem charitatem Dei, quam nobis oſtendit in mittendo filium ſuum in mũdum in diademate, qua mater ſua Virgo Maria eum coronauit. Reaccendamur in eius amorem, & ſeruantes puram animam noſtram, toti conuertamur ad ipſum, & toti diligamus ipſum, mo-
C do ingredientes in ipſum, inquã Regẽ Salomonẽ contemplandũ, qui eſt pax noſtra ut tandem egredientes de hac uita inueniamus, paſcua in uiſione regis Ididæ, ideſt dilecti in decore ſuo, vt ſic ſiue ingrediamur ſiue egrediamur, paſcua in factore noſtro inueniamus, foris in carne ſaluatoris, intus in diuinitate Creatoris. Amen.

## DOMINICA SECVNDA Aduentus Domini.

D

*De Iudicio Vniuerſali. Ser. Vnicus.*

LEgitur quod fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & ueſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat ſex gradus, & duas manus hinc, atque inde. Thronus eburneus Salomonis dilectiſſimi, altitudinem Maieſtatis Chriſti in nouiſſimo, & tremẽdo iudicio.

Ser. 6.
Rup.
3. Reg. c. 2.
Iudicij præcipua figura de Throno Salomonis.

cio deſignat, cuius puritatem demonſtrat Ebur. Erat ueſtitus auro, quia aurea Diuinitatis iuſtitia tunc reuelabitur. Et habebat ſex gradus, quia ſex ſententiis iudicium perficietur. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c. Sed duę manus hinc atq; inde iudiciũ deſignat, & miſericordiam. Duo leones iuxta manus ſingulas sũt utrobique tam iuſtis, quã iniuſtis formidabile iudicium. Nam & a ſiniſtra omnis iniquus condemnabitur, & a dextra uix iuſtus ſaluabitur. Duodecim Leunculi ſuper ſex gradus ſtantes duodecim erunt Apoſtoli, ideſt uniuerſi Iudices ſuper condignas utriuſque manus prępoſiti retributiones.

Hæc mihi videtur iudicij præcipua figura. Comprehendit, enim Iudicis poteſtatem, & Maieſtatem cum dicitur. In Throno eburneo. Cauſas iudicandi quando ſequitur. Eſuriui &c. formidale iudicium. Poſtremo uniuerſos Chriſti fideles ſententiam Iudicis approbantes. Ibi duodecim Leunculi. Sed quæ dilectiſſimi, loqui unquam poterimus de extremo Iudicio? cum materia terribilis ſit & profunda. Et nobis inexcogitabilis & ignota? tamen & ſi digna loqui non ualemus, tandem ſecundum facultatis noſtræ modulum aliquid balbutiamus. Quemadmodum magni reges, & Principes ſolent certis temporibus conuenire conſultandi gratia ubi cauſas, & negotia diffiniunt. Sic vere Rex regum Deus diem magnum ſtatuit, in quo in fine temporũ omnes homines judicabuntur, & in quo ſalutis, uel damnationis negotia norma iuſtitiæ decidentur. Vnde Apoſt. Statuit (inquit) Dominus diem, in quo iudicaturus ſit orbem terræ in æquitate. Dies uero iſte, quàm ſit mirabilis audi ſcripturam. Vocat enim ipſum diem irę, diem calamitatis, & miſeriæ, diem tribulationis, & anguſtiæ, diem tenebrarum, & caliginis diem nubis, & turbinis, diem tubæ, & clangoris, quia profecto dies illa erit amariſſima peccatoribus; quia ibidem perpetuo damnabuntur.

Act. 17.
Dies Iudicii quam admirabilis.
Soph. 1.

Verum quemadmodum in mundi iudicijs ſeruatur ordo. Nam oportet dies præconizari, reus citari, teſtes produci, acta publicari, ut ſic ſententia per iudicem proferatur, & exequatur. Sic hæc omnia oportet fieri in futuro iudicio. Et primo neceſſe erit ut dies præconizetur, quod quidem fit per ſigna, quæ alia erunt antecedentia ipſius iudicij, alia concomitantia. De ſignis uero antecedentibus ſic loquitur in figura Proph. Videbam (inquit) in viſione mea nocte, & ecce & quatuor uenti cęli pugnabãt in medio mari, quatuor beſtię grãdes aſcẽdebant de mari diuerſæ inter ſe. Prima quaſi Leena, Secunda ſimilis vrſo, Tertia quaſi Pardus, Quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis. Quid fratres per has beſtias intelligitur, niſi crudelitas tyrannorum? Per Leenam, verſutia hæreticorum? Per vrſum, varietas, & dolus aduocatorum? At per Pardum, beſtiam terribilem, ſignificatur Antichriſtus. Primum nempe ſignum futuri iudicij. In quo quidem ſigno iam incipit dies iudicij præconizari. Quod quidem quàm ſit formidabile, audi Apoſtolum dicentem. Ne terreamini quaſi inſtet dies Domini, quoniam niſi primum diſceſſio uenerit, & reuelatus fuerit dies perditionis, non veniet (inquit Gloſa) ad iudicium Dominus, niſi prius fiat diſceſſio a ſpirituali obedientia Romanæ eccleſiæ, vel hominum fide. Et ubi fuerit manifeſtatus homo peccati, id eſt totius peccati ſeruus, & fons Antichriſtus. Naſcetur autem Antichriſtus in Babylone de tribu Dan. Sicut dicit Glo. ſuper Apoc. Et poſt hoc veniet in Hieruſalem, & circuncidet ſe cum Iudæis; dicens ſe eſſe promiſſum Chriſtum. Vnde Plebs Iudæa ſpecialiter ei adhærebit. Donec Enoc & Helya

Dani. 7.
Antichriſtus primũ ſignum.
Tho. opuſ. 60. art. 25.
Haimo ſuper Apoca.

Helya



Helya prædicantibus, qui ex illis ſaluandi fuerint reuertantur. Et erit luxurioſus, & concupiſcibilis fœminarum. In aperto per hypocriſim ſimulabit ſanctitatem, ut facilius decipere poſſit. Cor ſuum per ſuperbiam magnificabit. Et contra Principem Principum conſurget. i. contra Deum. Et quemadmodum in Chriſto diuinitatis plenitudo habitat. Ita in Antichriſto plenitudo omnis iniquitatis, quia in ipſo erit caput omnium malorum, ideſt diabolus, qui vt diabolus tanquã Leo rugiens circuet fideles ſeducere. Hinc de eo dicitur. Fiat Dam coluber in uia, & ceraſtes in ſemita. Ceraſtes dr̃ ſerpẽs cornutus, & hic eſt antichriſtus qui quatuor cornibus armabitur contra homines. ſ. callida perſuaſione, miraculorum operatione falſa. Nam faciet arte magica ſtatuam loqui, & futura prędicere. Item donorum largitione & tormentorum exhibitione: Tanta enim erit tribulatio, ut in errorem ducantur etiam electi. Et hoc tempore ueniet Helias, & Enoch uerbo, & exemplo pœnitentiã prędicantes, & fidem ſaluatoris confirmantes, quos tandem Antichriſtus occidet. Ipſum uero interficiet Ieſus Chriſtus ſpiritu oris ſui, ideſt in uirtute ſpiritus ſui, qui a ſe procedit potentia uiſionis ſuæ. Quo interfecto non ſtatim, ueniet Chriſtus, ſed ut in lib. Danielis legitur, conceduntur electis dies quadraginta ad pœnitentiam. Secundum quod præcedit ultimum Chriſti aduentum, ſunt ſigna cum horribili corruſcatione. Vnde Luc. Erũt ſigna in ſole, luna, & ſtellis. Nam ſol obſcurabitur non naturali eclypſi, ſed per accidens, ſicut factum conſtat tempore paſſionis. Et luna non debit lumen ſuum, & ſtellę cadent de cœlo, ideſt lumine carebunt. Etenim ſicut patre familias moriente domus eius turbatur, familia plangit, & induit ſe nigris ueſtimentis. Sic humano genere propter quod facta ſunt omnia circa finẽ conſtituto totus deſtruit̃ mundus, cęli myſteria lugent, & præ candore tenebris induuntur.

Dani. 2.
Dani. 8.
Glo. ad 4. Theſſ. 2.
Glo.
Apoc. 13.
Cõp. theolo. li. 7. c. 9.
2. Theſ. 2.
Signa cum horribili corruſcatione.
Luc. 21.

Tertium ſignum præcedens eſt ignis cum uehementi flagratione. Vnde in pſal. habetur. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Ignis iſte ſecundum ſanctos quadraginta cubitis aſcendet ſuper altiores montes mundi, ſicut aqua tempore diluuij legitur aſcendiſſe, & deſtruet omnes turres, & ędificia, & per ignem montes, & valles ad æqualitatis planitiem deducentur. iuxta illud Barachuc. Conſtituit Dominus &c. Fluctus etiam & flumina terminabuntur, & omnes herbæ, & arbores, beſtiæ, & volucres, piſces, ſerpentes, & cuncta, quæ in mundo ſunt ſenſibilia, vel vegetabilia ſiccabuntur. Et hæc ſunt ſigna præcedentia ipſum iudicium.

Ignis cum uehementi flagratione.
pſal.
Bara. 3.

Concomitantia vero ſunt reſurrectio primum mortuorum, ſcilicet omniũ, nulla in eis exiſtente differentia quantum ad ordinem temporis, ſed magna quãtum ad ordinem dignitatis. Nam mali reſurgent deformes, & paſſibiles, in bonis natura ſaluabitur, & uitia retrahentur. Omnes vero tam mali, quàm boni reſurgent integri corpore debita ſtatura ſecundum ætatem plenitudinis Chriſti, velociter, integraliter, ſocialiter, & æternaliter. Reſurgent enim teſte Apoſt. in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canit enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. De hac tuba inquit Hiero. Siue comedo, ſiue bibo, ſiue lego, ſiue quid aliud facio, ſemper videtur auribus meis inſonare uox illa terribilis. Surgite mortui, venite ad iudicium. Vnde hæc tuba ſecundum Doctores eſt vox Chriſti mortuis præcipiens vt reſurgant. Hinc Pſal. Dabit uoci ſuæ (inquit) virtutem ideſt efficaciam reſuſcitandi mortuos. Qui prius vt agnus coram tondente ſine voce obmutuit. De qua voce

Reſurrectio mortuorum.
Comp. Theol. lib. 6. c. 16.
1. Theſ. 4.
Tũba quid.
pſal. 67.

ſic

ſic inquit Chriſo. Vere vox magna. A
Vox tubæ horribilis, cui omnia obe-
diunt elementa, quæ petras ſcindit,
inferos aperuit, portas æreas frangit,
vincula mortuorum dirumpit, & de
profundo abyſſi animas liberatas cor
poribus ſuis aſſignat. Eritque tam in-
tenta, & clara, ut vbique audiatur. Et
cõgregabit electos mortuos a quatuor
uentis, hoc eſt a quatuor mundi clima-
tibus, ſcilicet Oriente, Occidente, A-
quilone, & Auſtro. Et reſurgent om-
nes homines pariter quorum corpora B
requieuerunt, & boni in Deum creden
tes, & mali. Inſuper tubam ſonare
Vox Chriſti dicitur tubia — ſecundum Greg. eſt mundo Filium
ut iudicem demonſtrare. Rurſum vox
Chriſti dicitur tuba; nam ut per tubã
gentes ad concilium congregantur,
commouentur ad prçlium, & uocan-
tur ad feſtum, ſic reſurgentes congre-
gabuntur ad concilium iudicij, ad
prælium, quo orbis terrarum pugna-
bit contra inſenſatos, & ad feſtum æ-
ternæ ſolemnitatis. Quod autem ſub- C
1. Theſ. 4. iungit Apoſt. Nos, qui viuimus, non
ſic intelligendum eſt, quòd inuenti vi-
ui non moriantur. Sed vt Gloſſa ibi-
dem dicit. In ipſo raptu mors eorum
erit, & reſurrectio, ut quaſi anima per
ſoporem egreſſa de corpore, eidem in
Reſurrectione facta fiet ſeparatio bonorum a malis — momento reddatur. Qua reſurrectio-
ne facta tunc uentilabit area miniſte-
rio Angelorum, & triticum ſeparabi-
tur a paleis, & omnes ſeparabuntur
in quatuor ordines, quorum quidam
iudicabuntur, & peribunt, ut ſunt fi- D
deles, qui diuina præcepta non adim-
pleuerunt, atque in peccato mortali
deceſſerunt. Alij non iudicabuntur,
& peribunt, vt Iudæi, Pagani, de qui-
Io. 3. bus dicitur. Qui non credit, iam iu-
dicatus eſt. Alii iudicabuntur, & re-
gnabunt, ſicut fideles pręcepta Dei cu
ſtodientes. Alij non iudicabuntur, &
regnabunt imo alios iudicabunt, ut
Apoſtoli, cæteriqúe fideles perfecti,
qui relictis omnibus ſecuti ſunt Domi

A num. Sicut ſcriptum eſt. Sedebitis Matth. 12.
ſuper duodecim iudicãtes ſuper duo-
decim tribus Iſrael. Sed quia iudicium
multipliciier accipitur, hinc ſcriptum
eſt, quòd quidam iudicabunt ſola
comparatione, ſcilicet boni minus
malos, & mali magis bonos. Secun-
dum illud. Viri Ninniuitæ ſurgent in Matth. 12.
iudicio, & condemnabunt generatio-
nem iſtam. Quidam uero iudica-
bunt per ſolam approbationem, in
quorum numero erunt omnes iuſti.
B iuxta illud. Iudicabunt Sancti natio- Sap. 31.
nes. Quidam uero iudicabunt quaſi
iudiciariam poteſtatem accipientes
a Chriſto, quorũ dignitas ad illos per- Matth. 19.
tinet qui relictis omnibus ſequuti ſunt
Dominum. Vnde Petro quærenti. Ecce
nos reliquimus omnia, & ſequuti ſu-
mus te, quid ergo erit nobis? Dixit.
Amen dico uobis. Sedebitis &c. Vnde
Greg. Quiſquis ſtimulo diuini amo- Greg.
ris excitatus hiç poſſeſſa reliquerit, il-
lic proculdubio culmen iudiciariæ
C poteſtatis obtinebit, ut ſimul tunc Iu-
dex cum iudice veniat, qui nunc con-
ſideratione iudicij ſe uoluntaria pau-
pertate caſtigat. Et hæc iudiciaria po-
teſtas eſt ſententiã Dei latam in alio-
rum notitiam producere, & pronun-
tiare. Itaque reuelatio ſententiæ iu-
dicium dicitur. Hac ſeparatione facta
uidebunt tunc filium hominus uenien
tem in nube, cum poteſtate ma-
gna, & Maieſtate. Vbi nota uerba.
Tunc, ideſt in præſenti uita poterant
D Deum operibus pœnitentiæ placare,
ſed tunc tempus erit iudicij. Tunc id-
eſt iam poterant ſe iudicare, ſed non
ſeipſos iudicauerunt, ideo tunc iudica
buntur. Iuxta illud. Quod ſi nos metip Cor.
ſos iudicaremus, utiq; a Domino non
iudicaremur. Tunc iam poterãt occul-
te cum Publicano dicere, Deus propi
tius eſto mihi peccatori, ſed quia non
fecerunt patenter tunc iudicabuntur.
Tunc modo poterant ſua delicta pę-
nitentia detegere. Sed tunc manifeſta

erunt



Iudicabit Dominus in natura aſſũpta ab ab hominibus. — erunt abſcondita cordis, uerba, & ope A
ra. Tunc uidebũt ſcilicet tam iuſti, quã
impij filium hominis. Et recte filium
hominis, quia cum per Chriſti paſſio-
nem, & mortem, & reſurrectionem,
& aſcenſionem a peccato, & morte li-
berati ſumus. & immortalitatis glo-
riam ob hanc rem in ſpe adepti, con-
ſequens eſt ut cum Chriſtus hæc nobis
bona acquiſierit, ille eadem diſpen-
ſet, ut unuſquiſque ſecundum ſuum
gaudium recipiat. Vnde requiritur ad
hoc iudicium. & ideo conſequens eſt B
ut in natura aſſumpta ab hominibus.
Hinc Ioan. inquit poteſtatem dedit iu-
dicium facere ſcilicet pater filio, quia
filius hominis eſt. Præterea cum iudi
candi ſint tam boni, quàm mali, ſi
impij uiderent iudicem in Diuina na-
tura, haberent mali præmium, quo
ſe reddiderunt indignos. Nam Diuini-
tas eſt adeo delectabilis ut nunquam
uideri poſſit abſque gaudio. Rurſum
ueniet in ea forma, in qua iudicatus
eſt, ut uideant in quem pupugerunt, & C
iudicet qui ſtetit ſub iudice, & Iudęi,
quem negauerunt cognoſcant. Hinc
Iob 16. Iob. Cauſa tua (inquit) quaſi impij
iudicata eſt, cauſam, iudiciumque re-
Mich. 4. cipies. Veniet etiam patenter. Hinc
dicitur apud Micheam, quòd ueniet
uiſio ideſt Chriſtus in iudicio, ut Dei
Iſa. 30. iuſtitia uideatur, & cognoſcat. Et ue-
niet in fortitudine, & cito, quia impro
uiſus. Veniet autem in iudicio ſupra
Luc. 21. mare, ideſt in nubibus. Erit autem nu
bes præcipuè malis, quibus erit nubes D
obſcura, & terribilis. Hinc Soph. uo-
cat iudicium diem Domini, quo Deus
publicam exercet punitionem. & quo
uelut in uno die diſperdet omnes ma-
Iohel 21. los. Hinc dicitur dies ultionis, dies
iræ dies perditionis, quia ad illum diẽ
reſeruantur mali puniendi, qui hic ui-
uunt in proſperitate. uidebunt etiam
filium hominis uenientem ad iudiciũ
in nubibus ideſt in carne glorificata.
Dan. 7. Vnde Dan. Aſpiciebam in uiſione no-

A ctis, & ecce in nubibus cœli &c. Vel in
nube ideſt cum Angelorum, & Sãcto-
rum multitudine, qui uenient cum eo
ad iudicium. Vnde nobilis, inquit,
Salomon in portis uir eius, quando ſe Prou. 31.
derit cum ſenatoribus terræ. i nobilis
glorioſus, uel nobilis ideſt notabilis,
& omnibus notus apparebit. Hinc
Egreſſio ſolis ſuper terram in ſubuer-
ſione Sodomorum aduentum Chriſti
ad iudicium deſignat, quando Deus
manifeſte ueniet. In portis ideſt in fu
B turo iudicio, nam in una conterentur
mali, & in alia aditus bonis aperietur
ad cęleſtis patrię gloriam. In his por-
tis erit nobilis uir eccleſię, qui prius de
ſpectus, & iudicatus ſedit, & tunc ſede
bit ut iudex cum ſenatoribus terræ,
ideſt cum Angelis, & Apoſtolicis uiris.
Et Iſa. Dominus ad iudicium veniet
cum ſenibus populi ſui ideſt Patriar-
chis, & Propheus, & cum principibus
eius ideſt Apoſtolis. Vel in nube, ideſt 1. Theſ. c. 4.
in aere ubi non ſolum ipſe, ſed etiam
C boni, qui Chriſto fideliter adhęſe-
runt, rapientur obuiam Chriſto in ae-
ra, non ſolum configurari gloriæ cla-
ritatis eius, ſed etiam loco conſociati
ei, ſecundum illud. Vbicunque fuerit Matt. 24.
çorpus, ibi congregabuntur aquilæ,
per quas & ſancti deſignantur. Impij
uero, qui Chriſto non adhæſerunt, re-
manebunt in terra, quam dilexerunt.
Secundum illud Domine omnes, qui Hiere. 7.
te dereliquerunt, confundentur, ſcili-
cet perpetuo. Veniet ergo in nubibus.
D Vbi nota quod creatura ubique ſeruit
creatori. Stella indicat naſcentem,
Sol, Terra, & lapides compatiuntur Matt. 12.
patienti, Aſcendentem nubes ſuſcepit Matt. 23.
& redeũtem ad iudicium comitatur. Act. 1.
Et ſtans in aere iudicabit habens ſecũ
ſigna victoriæ, ſcilicet clauos, lanceã, Luc. 21.
çoronam, & crucem. Et hæc ſigna
habebit Dominus in forma glorioſa.
Vnde Greg. dicit, ꝙ omnipotens Deus
ad iudicium veniens, & blandus iuſtis
& horribilis iniuſtis apparebit. Hinc

D Eſaias

Eſa. 59. Eſaias deſcribit veſtimentis ultionis A
operum Chriſtum, quia in iudicio ap-
parebit malis terribilis, & iudex ſeue-
Ioel. 2. rus ad uindicanda peccata. Hinc dici-
tur dies illa iudicij dies horribilis,
quia omnes mali pauore tabeſcent. Et
per Ezechielem appellatur Chriſtus
horribilis chriſtallus, quia in iudicio
terribilis apparebit malis, quamuis in
Matt. 24. forma glorioſa ſe oſtendat. Appare-
bunt tamen indicia paſſionis non cum
eorum defectu, ſed cum decore, & glo
ria. Apparebit etiam ſignum Dei uiui, B
de quo habetur in Apoc. ideſt ſignum
crucis, ut his viſis, & electi gaudeant,
quia per Chriſti paſſionem ſe eſſe libe
ratos cognoſcunt, & impij triſtentur,
quia tantum beneficium contempſe-
Apoc. 1. runt. Vnde Apoc. 1. Videbunt in quem
transfixerunt. Et hoc eis erit magna pę
na ſecundum gloſam, ſcilicet ut ma-
Planctus impiorum in iudicio. gis crucientur. Et plangent ſe ſuper
eum, ideſt propter eum, ideſt quia eũ
crucifixerunt. Quis autem erit iſte plã-
Sap. 1. ctus, dicit liber Sapientiæ. Nos inſen- C
ſati vitam illorum æſtimabamus inſa-
niam, qui quidem planctus tunc erit,
quando videbunt Crucem in aera, de
Crux, quę apparebit in iudicio quid ſignificet. qua Chryſo. Crux apparebit Sole lu-
cidior, & non erit neceſſitas tunc accu
ſationis, cum viderint crucem, ideſt
ipſum Chriſtum in forma glorioſa car
nis glorioſę habentem in corpore ſuo
indicia paſſionis uirtuoſæ, ut implea-
Zach. 12. tur illud. Aſpicient ad me, quem con
Aug. li. 20. de ciui. Dei. fixerunt. Nam tunc ſecundum Augu.
Virtute diuina fiet ut unicuique opera D
Diſcuſſio operũ mẽtalis nõ uocalis. ſua, vel bona, vel mala in memoriam
reuocentur, & mentis intuitu mira ce-
leritate cernantur vt accuſet, uel excu
ſet ſcientia conſcientiam, atque ita ſi-
mul omnes, & ſinguli iudicentur. Et
Tho. 4. sẽt. d. 18. q. 1. artic. 1. ad ſecũdum. ut B. Tho. inquit probabilius creditur
iudicium non ſolum quo ad accuſatio
nem malorum, & commendationem
bonorum, & quo ad ſententiam iudi-
cis mentaliter perfici, alias ſi uocaliter,
ineſtimabilis temporis longitudo exi-
geretur. Accuſatio autem peccatorum Hier. 2.
erit per teſtes. Et primus teſtis ſunt Teſtes cõtra impios peccata.
peccata. De quibus ſcrip. Arguet te
malitia tua. Vnde Ber. Tunc opera lo Ber.
quentia ſic dicent, opera tua ſumus, ne
lis nolis, hoc die abſcondere non po-
teris, quia te non deſeremus, ſed tecum
ad iudicium pergemus. Rurſum erit
propria conſcientia iuxta illud Pauli. Conſcientia ꝓpria.
Teſtimonium reddẽte illis conſcientia
ipſorum. Inſuper diabolus. De quo Rom. 2.
Auguſt. præſto erit diabolus recitans Aug.
B quicquid fecerit impius, qua die, qua Diabolus.
hora, uel loco. poſtremo erit totus mũ Totus mũdus.
dus, & omnis creatura pugnabit con-
tra inſenſatos. Cum ubique creatura Sap. 5.
ſeruiat ſuo creatori. Vnde Chryſo. In Chryſ.
die illa nihil eſt quod reſpondeamus,
ubi cœlum, & luna, dies, & noctes, &
totus mundus ſtabunt aduerſus pecca-
tores. De quibus Greg. ſuperius erit Greg.
iudex iratus, inferius horrendũ chaos,
a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris
infinita dæmonia ad ſupplicium per
C trahentia, intus conſcientia urens, foris
mundus ardens, latere erit impoſſibi-
le, apparere intolerabile. Tunc impij Vociferationes impiorum.
dabunt maximas uociferationes, cla-
mantes, illud Apocalyp. væ, væ, væ, Apoc.
& dicentes montibus cadite ſuper
nos, & collibus, cooperite nos a facie
ſedentis in throno. Tunc iudex exi-
ſtens cum poteſtate magna, & tempe-
ſtate dabit ſententiam. Hæc poteſtas Poteſtas iudicis inſuperabilis.
magna figurabatur per ſedile illud ſa-
lomonis. Et erit hęc poteſtas inſupera-
D bilis, ineffabilis, & interminabilis. De
prima inquit Chryſ. Nec reſiſtendi uir 3. Reg. 7.
tus, nec fugiendi poteſtas, nec pœni- Chryſo.
tentię locus, nec ſatisfactionis tempus Ineffabilis.
tunc erit. De ſecundo Aug. inquit. Vna Aug.
uox ſcilicet, Ego ſum, turbam ferocẽ,
armis terribilem ſine ullo telo percuſ
ſit, repulit, & ſtrauit uirtute latẽtis Di
uinitatis, quid faciet iudicaturus, qui
hoc potuit iudicandus? Quid regnatu
rus potuit, qui moriturus hoc potuit.
Ac ſi dicat explicari non poteſt. Erit
etiam



Interminabilis. etiam poteſtes interminabilis, quia po A
teſtas æterna. Et cum hac poteſtate &
Gen. 25. maieſtate ſeparabuntur boni a malis.
Sententia iudicij. Hoc figurabat ignis ille tranſiens in-
ter diuiſiones animalium. Et dabit ſen
Matt. 25. tentiam ſic horribilẽ Diſcedite a me,
&c. Hæc ſententia ab Euangeliſta de-
ſcribit, poſtquam Dominus illos redar
guit de ſterilitate operum ſpiritualiũ.
Rabanus. Vnde Rabanus. Si ſterilitas in ignem
mittitur, rapacitas quid meretur? Et ſi
iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui
non fecit materiam, quale iudicium B
fiet ei, qui fecit rapinam? Aut quid re-
cipiet qui aliena tulit, qui ſemper arde
bit, qui ſua nõ dedit? Diſcedite igitur.
Hęc ſententia fuit præfigurata apud
Dan. c. 7. Danielem, quando uidit thronum unũ
præcipuum, in quo ſedebat antiquus
dierum, & cum eo uidit ſedentes in
alijs thronis ſuos aſſeſſores. Quid per
thronum pręcipuum, in quo ſedet an-
tiquus dierum, niſi poteſtas iudiciaria
Hugo ſup Dan. c. 7. filii hominis, qui iudicabit per mini-
ſterium & potẽtiæ prolationem, Deus C
pater per authoritatem, ſancti, per aſ-
ſenſum, & approbationem, qui ſignifi
cantur per ſedentes in alijs thronis cũ
antiquo dierum. In quo uerbo iudicis
æternitas, & ſententiæ maturitas co-
mendatur, atque iudicis Sapientia,
Iob 12. quia ut per Iob habetur. In antiquis
eſt ſapientia. Et ſequitur in uiſione Da
nielis quod veſtimentum eius ideſt an
tiqui dierum erat, quaſi nix, candidum.
In quo notatur ſinceritas iudicij, & pu
ritas, per munditiam lanæ, & albedi- D
nem niuis, quia nõ accipiet perſonas,
nec iudicium corrumpet. Vel per albe
dinem veſtis ſignificatur gloria Maie-
ſtatis, in qua iudicabit. Diſcedite igi-
tur maledicti, &c In hac ſententia con
tinetur primo ſeparatio a Deo, quæ eſt
pœna damni per hoc uerbum. Diſcedi
te. Secundo, maledictio ibi. Maledicti
quæ mirum in modum auget illorum
miſeriam, nam ſi cum a Diuina præ-
ſentia expellendi eſſent, aliqua ſaltẽ
A benedictione digni eſſent, magno eis
ſolatio fuiſſet. Tertio, in ignem vbi ex
primitur pęna ſenſus, cum ſenſu cor-
poreo percipiatur. Et dicit Euangeli-
ſta ignem, quia comprehendit omnes
dolores corporeos, nam ignis ſupre-
mum doloris ſenſum efficit. Accedit
etiam liberationis deſperatio, quia ꝑ-
petuo in tempore duraturus eſt. Poſtre
mo accedit ſocietas perditiſſimorum
dæmonum, a quibus nunquam diuelli
licebit. Qui paratus eſt diabolo, & an-
B gelis eius. Et ſtatim poſt prolationem
ſententiæ ueniet malis conturbatio ſu
per conturbationem, quia poſt ſenten-
tiam iudicij ſubito detrudentur in in-
fernum. Hinc D. Greg. uocat ſententiã Greg. 3.
iudicij fulmen, quia eos, quos ferit, mor. 3.
ſtatim, & in perpetuum incendit. Vo- Dani. 7.
catur etiam fluuius igneus rapidus,
quia peccatores in infernum trahit, quẽ
admodum aqua rapida trahit lutum.
Dicitur etiam dies Domini quaſi ua- Malach. 4.
ſtitas a potente, quia talem uindictam
C mali uitare non poterunt. Hinc Ber. Bern.
Veniet dies iudicij, ubi plus ualebunt
pura corda, quàm aſtuta uerba, plus
pura conſcientia, quam marſupia ple-
na, quoniam iudex ille nec falletur
verbis, nec flectetur donis. Audiſtis igi
tur (fratres) quàm ſit horribile, & in-
opinabile hoc extremum iudicium,
unde Apoſt. inquit. Dies Domini ſicut 1. Theſ. c. 5.
fur in nocte. Si dies, quomodo ueniet
in nocte, dies dicitur propter manife-
ſtationem cordium, nox propter incer
D titudinem. Ideo ſequamur conſilium
Domini Dicentis. Videte, vigilate, & Matth. 18.
orate quia neſcitis quando tempus ſit.
In quibus verbis Dominus tria uerba
inculcat, ſcilicet, Videte, Vigila- Deut. 32.
te, & orate. Quia prius ante oculos no
ſtros ponenda eſt dies illa, dies iræ, iux
ta illud. Vtinam ſaperent, & intellige-
rent, ac nouiſſima prouiderent. Secun-
do debemus vigilare inſtanter operan
do, ne imparatos non inueniat Domi
ni aduẽtus, imparatos autem inueniet

dies illa, quos imparatos inueniet ſuæ A
vitę vltimus dies. Tertio debemus ora
re feruenter pro futuris malis vitãdis,
& futuris bonis adipiſcendis. ad quod
etiam hortatur Dominus dicens. Ora-
te ne fuga ueſtra fiat in ſabatho, ideſt
ne tunc velitis fugere quando nõ licet,
nec poſitis. Excutiat ergo vnuſquiſ-
que cor ſuum, & videat quid fides te-
neat. Si credimus futurum iudicium,
fratres bene viuamus. Tempus miſeri-
cordiæ nunc eſt, tempus iudicij tunc
erit, quod quanto longius differtur vt B
veniat, tanto cum venerit, diſtrictior
Iob. 20. ſententia procedit. Hinc deſignatur
per arcum, quòd quanto longius chor
da trahitur, tanto de eo diſtrictior erit
ſagitta. Vnde ſi tunc pęnitebit, fruſtra
Leuit. 23. pęnitebit. Hinc vocatur iudicij tem-
pus menſis ſeptimus, quia tunc quan-
do perſonabunt tubæ ante iudicem,
non licebit operari. Igitur modo pę-
niteat, cum tempus eſt pœnitendi. Mo
do adhibeatur ad radicem arboris Co
phinus ſtercoris, qui cordis luctus eſt C
lachrimarum, ne veniat ventus & era-
dicet. Cum enim arborem eradicaue-
rit, ignis expectatur; modo & ſi fra-
cti ſunt rami, poſſunt rurſum inſeri,
tunc omnis arbor, quæ non facit fru-
ctum bonum, excidetur, & in ignem
mittetur. Separemus igitur (fratres)
modo omne immundum a cor-
dibus noſtris, ut poſtea mun
di uidere ualeamus cũ
cordis lætitia, &
electis Dei
mundis
Chriſtum Virginis filium
totum mũdum regnan
tem in cęlis in
decore ſuo.
Amen.

*De Aduentu Santiſſimæ Trinitatis in carnem. Sermo I.*

SI puella etiam ſpecio- Sermo 7.
ſiſſima ad regem Aſſue- Heſt. 2.
rum intrare non pote-
rat, priuſquam expleta
eſſent omnia, quæ ad
cultum muliebrem, per
tinerent, id eſt ut ſex menſibus oleo
vngeret myrtino, & alijs ſex quibuſ-
dam pigmentis, & aromatibus, ita ut
B oporteret quamlibet per annum or-
nari, quãto magis, fratres, ungere nos
oportet oleo myrtino, quod pertinet
ad ſtatum pœnitentium, ideſt deter-
gere ſordes peccati, & ornari aroma-
tibus, hoc eſt virtutibus, vt recipere va
leamus Dominum Maieſtatis? Certè
ſi domum noſtram quiſquã diues, ac
præpotens amicus intrare vellet, om-
ni cum feſtinantia domus tota mun-
daretur, ne quid fortaſſe eſſet, quòd
oculos amici intrãtis offenderet; Cur
C ergo non tergimus ſordes praui ope-
ris, ſi Deo cupimus præparare domũ
mentis? Fœlix enim & verè fœlix eſt
anima illa, quæ Deum habet habitato
rem, quia omnium bonorum authorẽ
in ſe habet. Habet enim Patrem, &
Filium, & Spiritum ſanctum iuxta il-
lud. Ad eum veniemus, & manſionẽ Ioan. 14.
apud eum faciemus. Pater enim refi-
cit animam, & confortat ſua poten-
tia. Hac fortitudine corroboratus
Apoſt. dixit. Omnia poſſum in eo,
D qui me confortat. Filius etiam uenit
per ſapientiam, nos illuminando, quia
ipſe eſt lux vera, illuminans omnem Ioan. 1.
hominem, & nullus ſine ipſo illumi-
natur. Hinc ſapiens eius aduentum Sapien. 9.
deſiderans ait. Mitte illam a ſede ma
gnitudinis tuæ, vt ſciam quid acce-
ptum ſit coram te omni tempore.
Spiritus ſanctus ignem aſcendit cha-
ritatis. Hinc ſcriptura dicit. De cœlo Thren. 1.
miſit ignem in oſſibus meis, ſcilicet
vt eum timeam. Quare nos oportet
iuxta



Iſa. 1. iuxta cõſilium Prophetæ lauare, mun A
dos eſſe, & auferre malum cogitatio-
num noſtrarum ab oculis Domini.
Et iterum ſcriptura. Auferte Deos
alienos de medio veſtrũ, ideſt de cor-
de, quod eſt in medio Baalim, & Aſta-
roth. Ecce mundatio hoſpitij, & præ-
parate corda veſtra Domino, & illi ſo
li ſeruite. Ecce ornatus domus du-
plex, ſcilicet virtutis, & operis. Virtu-
tute enim cor præparatur, opere ſer-
uitur. Igitur vt præparemus viã Do-
Luc. 3. mino, iuxta dictum Euangeliſtæ, vt B
valeat ingredi animas noſtras, hæc
ſunt neceſſaria. Et primo requiritur
Mar. 1. ſolitudo. Hinc Marcus inquit, quòd
Prima præparatio. Solitudo. Ioannes, ideſt gratia fuit in deſerto,
ideſt in eo, qui deſerit vitia. Sic nos
oportet, qui templum, & domus Dei
1. Corin. 3. & 6. ſumus, vt deſeramus vitia. Vnde illa
dicitur terra deſerta, quæ vacua eſt a
ſordibus peccatorum per pęnitentiã.
1. Reg. 22. Hinc legitur quòd omnes viri, qui
erant oppreſſi ære alieno, confugien-
tes ad Dauid recipiebantur in domo C
ſua. Sic Dominus omnes peccatores
ære, ideſt peccatis oppreſſos per con-
feſſionem redeuntes ad Chriſtum re-
cipiuntur. Vnde nos inuitat, dicens.
Venite ad me omnes, qui onerati, &
Apoc. 3. laborati eſtis, & ego reficiam vos. Et
iterum. Ecce ego ſto ad oſtium cor-
dis, & pulſo per verbum prædicatio-
nis ad pœnitentiam, ſi quis audierit
me intellectu mentis, & aperuerit ia-
nuam conſenſus, deſerendo vitia per
confeſſionem, introibo ad illum per D
gratiæ infuſionem, & cœnabo cum il-
lo, ideſt ſua refectione ſpirituali refi-
ciar, & ipſe mecum reficietur, ſcilicet
Gen. 31. & 32. mea cœleſti refectione. Hoc etiam fi-
gurabat receſſus Iacob a Laban, ubi
poſt receſſum occurrerunt Angeli.
Sic poſt diſceſſum diaboli a corde in-
Matth. 4. trat Chriſtus. Sic etiam poſt receſſum
diaboli acceſſerunt Angeli, & mini-
ſtrabant Chriſto. In hoc deſerto dat
Luc. 9. Dominus manducare, quia non eſt

A aptus ad cibum Chriſti, niſi qui ſe a vi
tijs ſeparauerit. Et manna dedit Deus Exo. 16.
in deſerto. Hoc eſt gratiam in animo
vitiis, & affectibus vacuo. Et Moſen Exo. 3.
tunc Deus vocauit, quando erat in de
ſerto. Et Eliam pauit Dominus in ſo-
litudine. Virgini etiam tunc Ange-
lus apparuit. Dicens Aue gratia ple-
na, quando erat in cubiculo. Quicun-
que igitur Chriſti fidelis, vel religio-
ſus, qui cupit ſecum habere Deum, ha
beat cellam, quaſi cœlum, & pro Pa-
B radiſo ibi varia ſcripturarum poma
decerpat, his vtatur delicijs, harũ frua
tur amplexu. Ibi conſideret omnia
opera ſua. nam initium ſalutis cogni-
tio eſt ſui. Cuius effectus eſt ſi omni-
bus compatitur, nullũ odit, nulli ini-
micatur, plus gaudet de paſſionibus,
& pœnis temporalibus, quàm de con- Contẽptus terrenæ voluptatis.
ſolationibus mundalibus. Secundò
requiritur contemptus terrenæ volu-
ptatis. Vnde Apoſt. Quæ ſurſum ſunt Coloſ. 4.
ſapite Ac ſi diceret. Non poteſtis cœ-
C leſtia ſimul & terreſtria ſapere. Hinc
Bernar. Errat omnino ſi quis illam cę Bernard.
leſtem dulcedinem huic cineri, diui-
num illud balſamũ huic ueneno, cha-
riſmata illa Spiritus ſancti miſceri
poſſe huiuſmodi illecebris arbitratur.
Putas te illum meraciſſimum ſpiritũ
poſſe ſuſcipere, niſi carneis iſtis conſo
lationibus renũtiaueris? Re uera cum
incęperis triſtitia implebit cor tuum,
ſed ſi perſeueraueris triſtitia vertetur
in gaudium. Tunc enim purgabitur ef
D fectus, & renouabitur voluntas, vt om
nia, quę prius difficilia, imo impoſſibi
lia videbantur, cum multa dulcedine
percurrantur, & auiditate. Tertiò re- Refrenatio carnalium deſideriorum.
quiritur refrenatio carnalium deſide-
riorum. Columba enim Spiritus ſan-
ctus fugit aquam carnalis delectatio-
nis. Sic Eliſeus iuſſit mulieri, vt mu- Gen. 7.
tuo peteret vaſa vacua, & in illis in- 4. Reg. 4.
funderet oleum. Cum autem eſſent
plena, ſtetit oleum, quia profecto gra
tia Dei replet receptacula munda, &
vacua.

vacua. Si autem ſunt carnalibus dele- A
ctationibus plena, ſtat oleũ. Hoc prę-
figuratum fuit in Iudæis, quibus ne-
quaquam Deus dedit manna durante
farina, circa triginta dies, quam tule-
rant de Aegypto, qua ceſſante præſti-
tit eis illud omne delectamentum in
ſe habens. Quinimo etiam talium de-
lectationum memoria impedit dul-
Num. 11. cedinem ſpiritualem, ſicut habetur de
populo Iſrael, qui cum in Aegypto car
nibus, & cępis ſatiatus fuerit, in deſer-
to concupiſcens panem cœleſtem dul B
ciſſimum cum nauſea reſpuebat, quia
1. Cor. 2. vt inquit Apoſt. Animalis homo, ſci-
licet qui fertur in deſiderijs carnis,
Hiere. 31. nõ percipit, quæ Dei ſunt. Hinc Hiere
mias. Qui comederit vuã acerbã, eius
obſtupeſcunt dentes. Quid vua acer-
ba, niſi peccatum? Vua acerba eſt fru-
ctus ante tempus. Quiſquis præſen-
tis vitæ delectationibus ſatiari deſide
rat, quaſi fructus ante tempus come-
dere feſtinat. Sicq; obſtupeſcunt den-
tes eius, vt ſpiritualia ei non ſapiant. C
Gen. 39. Vnde Ioſeph fugit a Domina ſua, &
egreſſus eſt foras. Et tunc Angelus oc-
currit Heliæ, quando fugit a facie Ie-
Feruens deſideriũ charitatis. zabel, quæ interpretatur fluxus ſangui
nis. Quartò requiritur feruens deſi-
derium charitatis, iuxta illud pſalm.
Pſal. 95. Ignis ante ipſum præcedet. Vnde Ber-
Bernard. nar. Oportet vt ſancti deſiderij ardor
præueniat faciem eius ad omnem ani
mam, ad quam ipſe eſt venturus, qui
omnem conſumat rubiginem vitio-
rum, & ſic pręparet viam Domino. Et D
tunc ſcit anima, quoniã iuxta eſt Do-
minus, cum ſe ſenſerit illo igne ſuc-
Tren. 1. cenſam, & dixerit cum Propheta.
Concaluit cor meum intra me, &c.
Et iterum. De cœlo miſit ignem in
oſſibus meis, ideſt inoſſauit, vt ita di-
cam, & firmauit in me charitatem. Et
iterum. Spiritus eſt Dominus, & con-
cupiſcit decorem animam illius, quã
fortè aduertit in ſpiritu ambulantem,
& curam carnis non perficientem in

deſiderio præſertim ſi ſui amore fra-
grantem inſpexerit. Tali animæ fre-
quenter ſuſpiranti, imo ſine intermiſ-
ſione oranti, & affligtanti ſe præ de-
ſiderio deſideratus ille miſeratus oc-
currit. Quiſquis ergo eſt vir deſide-
rij, vt cupiat diſſolui, & eſſe cum
Chriſto, qui ſolum in Domino dele-
ctatur, dabit illi Dominus petitiones
cordis ſui. Qui ſicut ceruus deſide-
rat ad fontes aquarũ, iſta illius anima
deſiderat Deum. Qui ſi moram fe-
cerit, tamen expetet, nam profecto ue
niens ueniet, & non tardabit. Quinto Humilitas.
requiritur humilitas. Humilitas .n.
haurit aquam gratiæ, ut uas inclina-
tum, & abſq; ea omnia corruũt, quia
ipſa eſt ædificij ſpirituale fundamen
tum. Vnde Aug. Conſtruere uis fabri
cam miræ celſitudinis, de fundamen-
to cogita profunde humilitatis. Idem
arborem attendite. Figit radicem in
humilitate, ut uertice tendat ad cœ-
lum. De hac Dominus dicit per Eſa. Eſa. c. ult.
Ad quem reſpiciam niſi ad paupercu- Pſal. 6.
lum, & contritum corde. Et alibi per
pſal. Humilia reſpicit. In hanc igitur
domum mundam uenit Dominus, i.
tota Trinitas, quia ipſam manſionẽ,
ideſt mentem, quam inhabitat, reędi-
ficat. vnde Salomon, Sapientia ædifi- Columnę vij. domus quæ.
cauit ſibi domũ, & excidit columnas
ſeptem. Prima columna eſt uoluntatis
diuinæ cognitio. De hac Apoſt. in- Prou. 6.
quit. Vt probetis quæ ſit uoluntas
Dei bona, & bene placens, & perfe-
cta. Secunda eſt eiuſdem uoluntatis
Dei exequtio. De qua pſal. Intelle- Pſal. 110.
ctus bonus omnibus facientibus ea.
Et in Prou. Laudent eum in portis
opera eius. Portas appellat diẽ iudi-
cij pluraliter, quia bonis erit porta ſa-
lutis, malis autem porta damnationis.
Tertio columna eſt in ipſa exequtione
diuinæ uolũtatis repreſſio murmuris,
ut fiat cum hilaritate, & feruore
mentis. Hinc Apoſt. Non ex triſtitia, 2. Cor. 9.
aut neceſſitate; hilarem enim dato- Prou. 4.
rem



rem diligit Deus. Quarta eſt celeritas A
alacritatis, & ſtrenuitatis. Hinc Salo-
mon. Currens non habebis offendi-
Prou. 18. culum. Et alibi. Qui mollis, & diſ-
ſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua
Rom. 12. opera diſſipantis. Quinta eſt diſcre-
tio in agendo. Vnde Apoſtolus hor-
tatur ut rationabile ſit obſequium no
Eccl. 11. ſtrum. Sexta eſt in operando humili-
tas. Vnde Script. Sapientia humilitati
Gen. 7. exaltabit caput illius. Septima eſt
perſeuerantia, quæ conſummat ædifi-
cium. In hoc cubito conſummata eſt B
Hebr. 3. arca. Sic ergo ædificatur domus Dei,
Quę expellunt Dominum a Domo. quæ ſumus nos, ut manſionem faciat
ſanctiſſimæ Trinitati. Sed heu multi
Dominum a ſua domo, ideſt anima
expellunt. Et hoc ideo, quia non cu-
Prou. 27. ſtodiunt cor ſuum. Hæc ſunt fumus
4. Reg. ult. ſuperbiæ, ſtilicidium cupiditatis, &
auaritiæ, & mala uxor, ideſt feruor
carnalis concucupiſcentiæ. Hæc ſunt
etiam quæ uiolant templum Dei. Na-
1. Mach. 1. buzardar, ideſt gula. Antiochus,
ideſt ſilentium paupertatis, ideſt Aua- C
pſal. 79. ritia, & Titus rex Romanorum, ideſt
Greg. Superbia, quæ deſtruit funditus. Iuxta
In quibuſdam uenit Dominus, ſed non facit mãſionem. illud pſal. Singularis fetus depaſtus eſt
eam. De hoc dicit Greg. In quorun-
dam corda uenit Dominus, & non mã
ſionem facit, quia per cõpunctionem
quidem, Dei reſpectum percipiunt,
ſed tentationis tempore hoc ipſum
quod compuncti fuerant, obliuiſcun-
tur, ſicque ad perpetranda peccata re
deunt, ac ſi nunquam hęc planxiſſent.
Qui ergo Deum uere diligit, & eius D
mandata cuſtodit, & uenit, & manſio-
nem facit, atque mirabiliter in hac
Pſal. 138. domo ſua operatur. Hinc pſal. Mirabi-
bilia opera tua, & anima mea cogno-
Manſionis effectus. ſcet nimis. Nam pater ſua potentia
confortando debilitat, & debebilitan-
Eſa. 40. do confortat. Vnde Eſai. Qui ſperant
in Domino, mutabunt fortitudinem.
ideſt ut fortes Deo fiant, debiles mun-
do & poſt mortem carnis fiant im-
mortales. Et aſſument pœnas ut aqui-

læ, ſcilicet quibus ualẽt ad Deum, cur-
rent, & non laborabunt, quia omnia
facilia amanti. Ambulabunt ſcilicet
proficiendo. Quia ut inquit Apoſt. 2. Cor. 12.
cum infirmor ſcilicet exterius, tunc
fortior ſum, ideſt uictor efficior. Si-
militer filij ſapientia non uidentes il-
luminet, & videntes excecat. Vnde
Dominus per Ioannem inquit. Ego Io. 9.
in iudicium ueni in mundum, ut non
uidentes uideant, ideſt humiles cæci,
qui ſe uidetur non putant. Et qui ui-
dent, ideſt ſuperbi ſapientes, qui ſe ui
dere exiſtimant, cęci fiant. Sic etiam
bonitas Spiritus sãcti mirabiliter ope
rat̃ in nobis. Vnde ſapiens admiran-
do dicit. O quam bonus, & ſuauis eſt Sapi. 12.
Domine ſpiritus tuus in nobis. Bonus
eſt, quia nos ad amorem ſuum accen
dit. Suauis, dum nos interno guſtu
ſuæ dulcedinis lætificat. Hic guſtus,
& tantæ bonitatis ſuauitas uerbis ex-
primi non poteſt, nec lingua doceri,
ſed gratia. Hinc vocatur manna ab- Apoc. 2.
ſconditum, propter ſuauitatem dul-
cedinis, quam non ſolum ipſam expri
mere non valemus, verum etiam in-
quirendo deficimus. Vnde Pſal. Me- Pſal. 76.
mor fui Dei, ſcilicet in quo eſt ſuaui- Gloſa.
tas, & exercitatus ſum, et defecit
ſpiritus meus. Vnde Bernardus dicit Bernar.
quòd non capit hoc intelligentia, niſi
in quantum attingit experientia. Qua-
re recte hæc dulcedo uocatur manna,
ideſt Manhu. Quid eſt hoc? Quod 3. Reg. 3.
fuit figuratum per Reginam Saba,
quæ uiſa ſapientia Salomonis quaſi
ſine ſpiritu præ admiratione reman-
ſit. Hoc eſt illud manna quod para- Pſal. 67.
uit in dulcedine ſua pauperi Deus. i.
humili. Hæc eſt illa dulcedo, cuius Iudic. 9.
fructus ſunt ſuauiſſimi, quam ficus
non poteſt dimittere ut promouea-
tur inter ligna. Ficus eſt religioſus,
qui guſtata dulcedine Spiritus ſancti
nullatenus vult eam dimittere pro
prælationibus, & officijs, uel dignita-
tibus terrenis. Hanc ſentiebat Domi Ioan. 6.
nus,

nus, qui ne fieret rex. Fugit in mon-
tem. Hanc prægustauerat Marcus,
qui pollicem amputauit, ne fieret Epi
ſcopus. Sicut dicit Hieronimus. Quid
ergo fiet de illis qui uolunt imò quod
deterius eſt procurant uel per ſe, uel
per alios ut ipſi habeant adminiſtra-
tiones? Hanc etiam dulcedinem præ-
guſtauerat Petrus, & in tantū inebria-
tus inde erat, & factus temulentus, ꝙ
de loco ubi eam ſenſerat, nec eam a ſe
Matt. 16. remouere uolebat. Dicens. Dn̄e bo-
num eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria
tabernacula &c. Hæc eſt ille fauus,
Matt. 11. qui de comedente egreſſa eſt, ideſt a
Chriſto, qui dicitur comedens. Vnde
Euangeliſta venit filius hominis man
ducans, & bibens. Hæc eſt etiam illa
dulcedo quæ de forti egreſſa eſt, ideſt
Iob. 9. de patre. De quo Iob. Si fortitudo
quæritur, robuſtiſſimus eſt. Spiritus
enim Sanctus ab utroque procedit ſci
licet à Patre, & Filio. Et recte dicitur
dulcedinem exire a Patre, quia Spiri-
tus ſanctus facit fortes ad ſuſtinendū
omnia. Vnde Apoſt. Quis nos ſepara-
uit a charitate Chriſti, tribulatio, an
anguſtia an fames &c. Et poſt pauca.
Certus ſum quod neque mors, neq; vi
ta, neq; Angeli, neque creatura aliqua
poterit nos ſeparare a charitate Chri-
ſti. Hæc eſt etiam illa pinguedo, qua
impinguati, vel incraſſati fuerunt om
nes ſancti virtutibus, imo bonis ope-
ribus, & donis. Hac impinguatus erat
Luc. 15. uitulus ille ſaginatus qui pro Filio re-
uertente fuit occiſus. Hanc impin-
Hiere. 31. guationem prædixerat Hiere. Dicens.
Inebriabo animas ſacerdotum, ideſt
Pſal. 92. Apoſtolum pinguedine. Quod pſal.
ante diu popoſcerat. Dicens. Sicut
adipe, & pingudine repleatur anima
mea. Propter hoc Dominus legitur
tam frequenter ueniſſe Capernaum,
quæ interpretatur ager pinguedinis,
& tam frequenter ſuos diſcipulos du-
xiſſe in uallem Gethſemani, ubi erat
hortus quæ interpretatur uilla pin-

A guis, vel villa pinguedinum. Hanc Iudic. 9.
nō poteſt deſerere oliua. Oliua eſt qui
libet iuſtus, qui etſi ſit in amurca ama
ritudinis pęnæ tēporalis, habet tamē
intus dulcedinem diuinæ conſolatio-
nis. Hanc piuguedinem deſerit, qui
in temporalibus impinguari quęrit.
Sicut ille, de quo conquęritur Domi- Deut. 32.
nus. Impinguatus eſt dilectus, & re-
calcitrauit. Quare fr̄es ſi cupimus mā
ſionem ſanctiſſimę Trinitatis ad nos,
& habere & ſentire ſaporem, & dulce
B dinem Spiritus ſancti fugiamus obie
cta mundanæ dignitatis, vel admini-
ſtrationis temporalis. Sicut Iacob
fugiens Laban, ab Angelo meruit cō Eph. 5.
ſolari. Item ſi uolumus inebriari ui-
no diuinæ ſuauitatis. Fugiamus ui-
num, in quo eſt luxuria, ideſt blandi-
tias carnis. Sicut Ioſeph male ſua-
dentis Domine nepharium. Fugiens Gen. 40. &
conſortium, poſt modum uiſitatus à 41.
Domino, poſtea factus eſt interpres
ſomniorum & propheta futurorum.
C Inſuper ſi uolumus impinguari pin-
guedine bonorum operum, & dono-
rum, fugiamus ruinam malorum ſo-
ciorum, atque ſocietates pernitioſas.
Nouiſſime ſi cupimus aſcendere cum
Domino in monte contemplationis,
unde uenit illuminatio mentis, ideſt
ad montem Tabor, qui interpretatur
veniet lux, ſegregare nos oportet a
ſęcularibus, non quærere curioſe me-
dias plateas, vel domos alienas cir-
cumire nec collocutiones inutiles fa-
D cere, ſicut illi, de quibus dicit Apoſt.
Ocioſe diſcunt circumire domos. Et 1. Tim. 5.
ſignanter dicit, Diſcunt, quia & ſi hoc
ſemper cauendum eſt a religioſis, ta-
men magis a nouis conuerſis qui de-
bent non prauos uſus, ſed bonos adi-
ſcere. Sed debemus nos recipere in
cubiculo cordis, per deuotionem
puræ intentionis, & orationis, ut
ſic potari mereamur frequenter uino
illo dulci, & optimo dilecto, ideſt dul-
cedine Spiritus ſancti. Et ibi poſtea





in æterna patria cum electis Dei ine-
Pſal. 85. briari. Iuxta illud pſal. Inebriabuntur
ab ubertate domus tuæ, Amen.

*Sermo II.*

Ser. 8. SOLVS Conſolator, qui
& inhabitator Chari-
tas Deus, etſi iuſtis
nunquam deſit ad me-
ritum, plerunque tamen
Quibus ex cauſis diſcedit Chriſtus a nobis. deeſt ad ſolatiū. Illud iocūdius, iſtud v-
tilius, tamē pluribus ex cauſis auertit
uultum ſuū a nobis. Et primo ad cau
telam, ne magnitudo conſolationis
extolleret nos, ne ſi ſemper apud nos
eſſet, hanc conſolationem naturæ attri
bueremus, non gratiæ. Rurſum, ne ni-
mis aſſiduus contemnatur. Nimia .n.
familiaritas, parere facit contem-
ptum. Inſuper, vt magis deſidere-
tur, deſideratus auidius quæratur, Diu
quæſitus gratius cuſtodiatur, Arden-
tius diligatur, & ſuauius amplexetur.
Præterea ne exilium pro patria depu-
temus, ne arram, pro precii ſumma
Itē uenit, & recedit, ut nos prouocet
ad præſentem uitam deſpiciendum,
& ut ſurſum corda habeamus. Rur-
ſum, ut facile cognoſcamus quid ſi-
mus ex nobis ipſis, & quid poſſimus
ex uiribus noſtris, His ergo & aliis ex
cauſis de interno guſtu dulcedinis po
teſt eſſe frequens lætitia, ſed non co-
pia, Quando tamen aduenit, pro cer-
to ſciri non poteſt, nam humano ſen-
ſui eſt inueſtigabilis. Secuudum il-
Rom. 2. lud. Quam incomprehenſibiles uiæ
Aduentus Domini in animam ſigna. eius; poteſt tamen coniecturari aduen
tus eius ex ſequentibus ſignis. Et pri
mum Bona conſcientia. Vnde Bern.
Nihil hac lucæ clarius, nihil hoc teſti-
monio glorioſius, cum ueritas in mē-
Teſtimonium conſcientiæ ꝙ eſt duplex. te fulget, & mens in ueritate ſe uidet,
Sed qualem? Pudicam, pauidam, ue-
recundam, circunſpectam, &c. Hoc eſt
plane quod ſuper omnia bona animæ
diuinos delectat aſpectus. Teſtimo-

A nium uero bonæ conſcientiæ eſt du-
plex vnum, quando conſcientia teſta
tur quod non habet uoluntatem fa-
ciendi aliquid contra Deum. propo-
nens ſe nunquam a modo facturum.
De hoc teſtimonio loquitur Ioannes 1. Ioan. 3.
dicens. ſi cor noſtrum non reprehen-
derit nos &c. Aliud eſt quando ratio
dictat homini quod ipſe habebit hæ-
reditatem paternā quia eſt filius Dei. Rom. 8.
Vnde Apoſt ipſe reddit teſtimonium
Spiritui noſtro quia filii Dei ſumus Auditus
B ſi aūt filii & hæredes. Scđum eſt uerbi uerbi Dei.
Dei auditus nō ſolum ad audiēdum,
ſed etiam ad ſaciendum. Vnde Io. Qui Ioan. 8.
ex Deo eſt, verba Dei audit. Et iterum, Ioan. 14.
ſi quis diliget me, ſermones meos ſer-
uabit, & ad eum veniemus &c. Tertiū Guſtus in-
eſt internus guſtus diuinę ſapientiæ, ternus Do-
quæ eſt quaſi quædam prælibatio futu mini.
ræ Beatitudinis. Vnde Pſal. Guſtate, & Pſal. 33.
videte, inquit, quàm ſuauis eſt Domi-
nus ſcilicet per gratiam ſuam in no-
bis. Guſtate prius in affectu, & poſtea
C in intellectu Hinc poſtquam Ionathas 1. Reg. 4.
guſtauit Paululum mellis, illuminati
fuerunt oculi. Hæc eſt dulcedo Diuinę
bonitatis, quam hic guſtare poſſumus,
ſed ad plenum habere non poſſumus,
donec ad cęleſtes nuptias fuerimus in
troducti. De qua pſal Paraſti in dulce
dine tua pauperi Deus. pauperi videli-
cet, qui hic eſurit & ſitit, & expectat il
las nuptias, non diuiti, qui hic ſe ine-
briat de calice Babylonis, vnde prępa-
ratur ei amaritudo, & pœna æterna.
D Vnde comminatur ei Dominus. Vę vo Luc. 6.
bis diuitibus qui habetis hic conſola-
tionem veſtram. Væ vobis, qui ſatura-
ti eſtis, quia eſurietis: Sed illis præci-
pue datur guſtus dulcedinis diuinę qui
hic nihil habent de quo poſſint dele-
ctari. Quartum ſignum, ut ſimus tem- Pœnitētiæ
plum Dei eſt, quando in nobis adeſt ſignum.
ſignum pœnitentiæ. Vnde apud Exod. Exod. 12.
habetur. Erit uobis ſanguis in ſignum
in ædibus, in quibus eritis, & videbo
ſanguinem, ac tranſibo uos, nec erit in

Ezech 9. uobis plaga diſperdens. Et apud Ezec.
Super quos uideritis tam, ne occidatis.
Crux autem iſta non ſolum debet eſſe
exterius ſuper domum Dei, per carnis
macerationē, ſed etiam interius, crux
eſſe debet, uel crucifixus per compaſ-
Cant. 8. ſionem. Vnde Dominus ſuæ ſponſæ in
quit. Pone me ut ſignaculum ſuper cor
tuum, & ſuper brachium tuū, ſcilicet
ut mei in omnib⁹, memoriam habeas,
& nomen meum & occultè, & manife
ſte portes. Sic erat Apoſt. qui dicebat.
Ioſue 2. Stigmata Domini Ieſu ī corpore meo
porto. Hoc erat ſignum, quod ſuſpen-
dit Rachab in feneſtram, per quod tam
ipſa, quam parentes euaſerunt mortē.
Hoc ſigno diſtinguuntur fideles ab
impijs. Illi enim habent ſignum iugis
pænitentiæ, humilitatis, paupertatis, &
caſtitatis, ſicut inquit Angelus ad pa-
Luc. 2. ſtores. Hoc uobis ſignum inuenietis
infantem, &c. Impij autem hæc recu-
ſant, nolunt humiliari, uel pauperes
eſſe. Sed uolunt dominari, & conſola.
Signa dia-boli. ri. vnde Diabolus ponit ſigna ſua. In
aliquibus ponit aquilam. Vnde Oſeæ.
Oſeæ 8. Aquila ſuper domum Domini ideſt ſi-
gnum rapacitatis. Super alios ponit
porcum ideſt ſignum luxuriæ. Sicut
eſt ſuperfluus ornatus in mulieribus,
Pſal. 143. quæ ſunt phanum diaboli. Vnde Pſal.
filiæ eorum compoſitæ circumornatæ
ut ſimilitudo templi. Quare conquerū
Pſal. 75. tur Sancti Angeli dicentes. Signa no-
Signa Dei. ſtra non vidimus. Quintum, q̄ Deus
regnet in nobis, eſt, ſi non declinemus
neque ad dexteram, neque ad ſiniſtrā,
Exod. 25. & hoc eſt regnare in medio populi.
Gen. 13. Si ſimus humiles, quia in conualle
mambre, hoc eſt in humilibus habita-
uit Abraham, ideſt Chriſtus. Sic habi-
Gen. 24. tans Chriſtus in terra auſtrali, eſt Chri
Cantica. ſtus, in feruentibus charitate. Et quòd
commoratur ſponſus inter ubera ſpon
ſæ, eſt Chriſtus, qui habitat in eo, qui
habet utranque dilectionem Dei, &
proximi, uel quia nec proſperis extol
litur, nec aduerſis frangitur. Sed ſcien

A dum eſt quòd pro uarijs animæ deſide Aduentus Domini in animā nūc vt ſponſi, nunc vt medici, nūc vt regis &c.
rijs guſtum ſuæ præſentiæ uariat ſpō-
ſus noſter. Et infuſum ſaporem ſuper-
næ dulcedinis diuerſa appetentis ani-
mi aliter, atque aliter oblectat palatū.
Nunc quidem inſtar uerecundi ſponſi,
nunc medici, cum oleo, & vnguentis,
nunc quaſi viator, nunc ut Rex, nunc Vt ſponſus.
vt magiſter, nunc vt paſtor. Vt ſpon-
ſus coniungit ſe animæ ingenti deuo-
tione, & vehementi deſiderio affecto
erga ſponſum, & ſecretos petit am-
B plexus, eamque, fœcundat Sanctis de
ſiderijs, ex quibus naſcitur proles bo-
norum operū, quæ poſt corporeæ mo-
lis ſarcinam dabit ei vitam æternam.
Aliquando cum anima non inuenitur
circa ſponſum ita affecta, ſed compun
cta magis recordatione ſuorū actuū,
aut forte periculoſe adhuc tentatur a
concupiſcentia, tunc aduenit vt medi- Vt medic⁹.
cus, remedia vulneribus apponendo,
dolores peccatorum mitigando, dura
corda mollificando, triſtes lętificādo,
C laſſos reficiendo, ſanando languidos,
& illuminando cœcos, & hoc opera-
tur oleo ille, de quo habetur in Cant. Cant. 1.
oleum effuſum nomen tuum. An quo-
ties, fratres, inenarrabiles gemitus, &
ſingultus de noſtris exceſſibus præteri-
tis, & præſentibus ſauciam conſcien-
tiam noſtram vnxit oleo miſericordię
ſuæ, & oleo lætitiæ perfudit. Quoties
nos oratio, quos per deſperantes ſuſce
pit, reddidit exultantes, & præſumen-
tes de uenia. Qui ſic efficiuntur, ſciant Pſal. 146.
D quòd vere medicus eſt Ieſus Chriſtus,
qui ſanat contritos corde, & alligat
contritiones eorum. Nonnunquam
his, qui verſi ſunt in teporem, & tri-
ſtes ambulant in uia Domini, & cor-
de arente, & tędente accedunt ad quæ-
cunque iniuncta, appropinquat Ieſus Vt facundus comes.
vt facundus comes, qui in ſermonum,
& morum ſuauitate poſt ſe faciat cur-
rere vniuerſos. Et ipſo diſcedente lo-
quantur. Nonne cor noſtrum ardens Luc. 24.
erat in nobis, dum loqueretur nobis in
via?



Quibus Ieſus appropinquat. via? Sed his viatoribus appropinquat
Ieſus, ſimul increpat, & nonnunquam
viſitat, & ſcripturas aperit, qui ſunt
duo, vt ambulant ſimul. Contra ſingu-
laritatem. Vt ſint ex diſcipulis. Non al
ta ſapientes, ſed humilia de ſe ſentien
tes. Ex diſcipulis. Non ex magiſtris.
Qui ambulant in die ideſt vt omnia fa
ciant lumine diſcretionis. Et non in
nocte. Et in Emaus, quod interpretatur
deſiderium perfectionis ideſt non con
tenti implere mandata, moueantur
etiam ad implenda conſilia. Item vt
ſint triſtes, non ſeculariter gaudentes,
& conferant in verbo, non de vanis, ſed
de his omnibus, quę acciderant ideſt
de Domini paſſione. Quandoque ve-
Vt pater familias. nit vt pater familias, vel vt Rex ijs, qui
vt perfecti in Dei amore, & de purita-
te conſcientię magnanimiores facti
conſueuerunt audere maiora, tentare
perfecta non modo ſenſuum, ſed &
virtutum. Hi enim pro fidei magnani
mitate digni inueniūtur, qui inducan
tur in omnem plenitudinem contem-
plationis. Talis erat Moſes, qui aude-
Exo. 33. bat dicere Deo. Domine ſi inueni gra
tiam coram te oſtende mihi te ipſum.
Pſal. 26. Talis Dauid, qui & ipſe dicebat. Tibi
dixit cor meum, exquiſiuit te facies
mea, faciem tuam Domine requirā.
Iſtis enim magnis ſpiritibus magnus
occurrit ſponſus, & Rex. Ita vt dicant.
Quia fecit mihi magna, qui potens
Luc. 1. eſt. Quādoque vt Magiſter venit, ſicut
Vt magiſter. ipſe dixit. Non uocemini magiſtri,
quia magiſter veſter vnus eſt, qui vo-
Matt. 23. catur Chriſtus. Docendo viam pænitē-
Matt. 6. tiæ, ſicut ipſe dixit. Intrate per angu-
ſtam portam, quia illa eſt, quę adducit
ad uitam. Item viam ſapientiæ, & dile-
ctionem proximi iuxta illud. Hoc eſt
Vt paſtor. præceptum meum &c. Nonnunquam
Ioan. 13. venit tanquam paſtor, ſed ijs quidem,
qui totis deſiderijs hilari animo ad-
implent præcepta ſuperiorum. Qui
tanquam oues deducuntur a ſuis paſto
ribus quocunque ipſi voluerint. Hos

A ille verus paſtor, qui animam ſuam
dat pro ouib. ſuis, animā pro illis, car
nē pro illis, qui paſtor eſt, & paſcua,
& redemptio, viſitat inquam conſer-
uando obedientes, ſicut inquit per Eze Ezech. 34.
ch. Viſitabo oues meas &c. Viſitat eis
obediendo. Vnde Greg. Si obedientes Greg.
fueritis præpoſitis veſtris obediet D⁹
orationibus veſtris. Viſitat eos benedi Deut. 11.
cendo. Hinc Proph. propono vobis be
nedictionem, ſi obedieritis mandatis
Domini. Sed quos dignatur viſitare,
B & inebriare? illos, quidem, qui ablacta
ti ſunt a lacte, & auulſi ab vberibus ter
renæ conſolationis, & delectationis.
ſicut inquit Iſai. Quem docebit ſcien-
tiam, & quem intelligere facit audi-
tum, ablactatum a lacte, & auulſum
ab uberibus? precemur ergo Domi-
num. Amen.

## DOMINICA QVARTA Aduentus Domini.

### C *De Memoria Mortis. Ser. vnicus.*

QVEMADMODVM nau- Sermo 9.
ta dirigere uolens nauē
ad viam portus, ponit
ſe in puppe. Sic Eccleſia
Sancta dirigere nos cu-
piens in viam ſalutis. Proponit no-
bis Euangelium illud Ioānis. Tu quis Ioan. 1.
es. In quo tractatur de aduentu ho-
minis ad mortem, quia mors eſt pro-
fectò, quę dirigit vias noſtras. nam ho
D mo conſiderans finem, regit ſe circa
ea, quæ ſunt ad finem. Ideo docet nos
Dominus noſter in Euangelio Ioan-
nis, vt dirigamus vias noſtras. Dirigi-
te vias noſtras. Qui enim conſiderat
qualis erit in morte, ſemper erit pa- Ex mortis conſideratione multę utilitates.
uidus in conſideratione. Et pęnę mor
tuum ſe exiſtimat, qui ſe moriturum
non ignorat. Hinc poterit ſe cauere a
peccatis, nam quemadmodum latro
iudicis ſententiam timet ſic vitia mor
tem. Et ſicut equus cauda ſe defendit

 amu-

a muſchis, ſic homo mortis conſidera
tione a peccatis. Hinc Hiero. ad Cy-
prianum. Memento mortis tuæ,& nō
peccabis. Rurſum,mortis conſidera-
tio ad omnia terrena inducit homi-
nem paruipendere. Hinc Hiero. Faci-
le contemnit omnia,qui ſe ſemper co
gitat moriturum. Et iterum. In Epiſt.
ad Cyprianum. Qui ſe cogitat mori-
turum,contemnit præſentia, & ad fu-
Mortis deſinitio. tura feſtinat. Cum mors nihil aliud
ſit,quàm exitus de carcere, finis exi-
lij, laboris conſummatio, ad portum
applicatio, peregrinationis finitio,
oneris grauiſſimi, ideſt corporis depo
ſitio,de furioſo equo deſcenſio, ideſt
de carne, de domo ruinoſa liberatio,
omnium ægritudinū terminatio, om-
nium periculorum euaſio,omniū ma-
lorum conſumptio, omnium vincu-
lorum diruptio,debiti naturę ſolutio,
reditus in patriam, ingreſſus ad glo-
Pſalmus. riam. Hinc pſal. Precioſa in conſpe-
Eccleſ. 7. ctu Domini mors ſanctorum eius. Et
alibi. Melior eſt dies mortis, quàm na
tiuitatis, quia iuſtis dies mortis eſt
egreſſus de præſenti miſeria. Dies na-
tiuitatis eſt ingreſſus in illam. Vel me
lior eſt dies mortis, quā natiuitatis,id
eſt certior, quia in morte patet qua-
lis fuit homo, qui moritur, ſed in na-
tiuitate neſcitur qualis erit qui naſci-
tur. Prodeſt etiam conſideratio mor-
tis ad moderandam lætitiam. Vnde
Eccleſ. 7. in Eccleſ.habetur, quòd melius eſt ire
ad domū luctus,ideſt vbi lugetur mor
tuus,vel infirmus, vbi ſcilicet oſtendi-
tur miſeria fragilitatis noſtræ in præ-
ſenti cadauere,quàm ad domum con-
uiuij, vbi fiunt conuiuia nuptiarum.
In illa enim ſequitur in Eccleſiaſte 5.
Domo luctus finis cunctorum admō-
net hominum, ideſt ad memoriam re-
ducitur communis conditio fragili-
tatis humanæ, & mortis neceſſitas.
Et viuens cogitat quod futurum ſit vi-
Epithaſia quare fiūt. le cadauer. Quare ideo fiūt Epitha-
phia, vt quilibet mortem ſuam in alie

A na morte quaſi lugens dicat. Quod ſu
mus,iſte fuit. Erimus quandoq; quod
hic eſt. Et hoc eſt quod legitur. Me- Eccleſ. 38.
mor eſto iudicij mei. Sic enim erit,&
tuum. Mihi heri,tibi hodie. Quare in-
quit etiam Eccleſiaſtes.Si annis multis Eccleſ. 6.
vixerit homo,& in his omnibus lętus
fuerit meminiſſe debet tenebroſi tem
poris,ſcilicet mortis amarę,de qua di
citur. O mors quàm amara eſt memo Eccleſ. 41.
ria tua homini, ſcilicet iniuſto, hoc Quinq; generib⁹ hominū amara ē mors.
eſt,infidelibus diuitibus,ocioſis, for-
B tunatis,& ſanis,infidelibus,quia de fu
tura vita diffidunt. Diuitibus vero,
quia diuitias ſuas hiſtrionibus eijciūt.
Ocioſis autem,quia de ſuis meritis nō
confidunt.Sed fortunatis, quia fortu
nā ſuā cito conſpiciunt. Sanus au-
tem,quia infirmari, & mori oportet.
Vtilis etiam magnopere eſt ad cōcul-
candam ſuperbiam. nam ſicut Pauo,
qui ſuam pulchritudinem videtur ex-
tenſis pennis oſtentare,dum inter hęc
pedum deformitatem conſpicit, plu-
C rimum erubeſcit, & ſuæ pulchritudi-
nis oblitus cū clamore maximo cau-
dam deprimit,& deponit.Sic ſi homo
deformitatem ſuam reſpicit, & præ-
ſentem,& præteritam,& futurā, mox
omnem elationem,& ſuperbiam deij-
cit. Hinc Aug. Reuertere ad te ipſum Auguſt.
ò homo, memorare, quòd fuiſti ſper-
ma liquidum, modo es vas ſtercorū,
atq; in futurum eris cibus vermium.
Hæc ſunt nouiſſima,quæ cogitare de-
bes, quòd cinis es, & in puluerem re-
D uerteris. Quid enim eſt pes, quo me-
diante homo terram tangit, niſi mors
hominis, per quam homo ad terram
redditur. Vnde Eccleſia Sācta ad deij-
ciendam ſuperbiam, & acquirendam
humilitatem in principio quadrage- Cinis in capite ponit.
ſimæ capitibus fidelium cinerem im-
ponens,dicit. Memento,quia cinis es,
& in cinerem reuerteris. Homo enim,
& cinerem ſe exiſtimare debet,& quo
ad animam, & quo ad corpus. Quod
corpus in cinerem redigatur certum
eſt.



eſt. Sic etiam impius quo ad animam
dicitur etiam cinis,quia vt cinis ratio-
ne ſui vilis eſt, etſi materia ex qua fa-
cta eſt ſit precioſa. Sic in ſtatu pecca-
ti exiſtens homo viliſſimus eſt, reſpe
ctu tamen ſtatus ante peccatum pre-
Pſal. 14. cioſus. vnde pſal. Ad nihilum dedu-
ctus eſt malignus in conſpectu eius.
Cinis etiam modico flatui reſiſtere
haud poteſt,quin diſpergatur, ſic im-
Pſal. 1. pius. vnde pſal. Non ſic impij, non
ſic, ſed tanquam puluis, &c. Inſuper
memoria maiorum comparatur ci-
neri,quæ facile rapitur a vento. Inſu-
per cinis ad ſtatum materiæ,ex qua fa
ctus eſt propria virtute redire non
poteſt.Ita nec peccator ad ſtatum gra
tiæ, niſi ſola Dei virtute. Cinerem
igitur, & puluerem quilibet exiſtima-
re ſe debet, qui calcare ſuperbiam, &
amplecti humilitatem appetit. Non
enim poteſt de fortitudine gloriari
qui poſt modicum infirmatur, & defi-
citur. Non de generis nobilitate,quia
ſicut naſcendi omnium vna conditio,
ſic moriendi vna concluſio. Non de
diuitijs, nam a regula mortis diuiti-
bus non parcitur. Ipſæ enim potius
inſidiæ ſunt,quam amicitiæ, quia pau
per ferè nunquam occidi quæritur,di-
Iob. 1. uiti vero ſemper inſidiatur. Memora-
re igitur quicunque Chriſti fidelis, qui
appetis contemnere mundum, eiuſq;
diuitias, quia ſicut nudus egreſſus es
ex vtero matris, ita nudus ibi reuer-
teris. Memorare mortem, ſi caſtiga-
re cupis corpus tuum, quia corpus
delicatæ nutritum vermib. eſca datur.
Tandem ſi facile vis omnia contem-
nere, cogita ſemper te eſſe moriturū.
Nam Platonis eſt ſententia omnem ſa
pientium vitam meditationē eſſe mor
tis. Hinc in hiſtorijs Romanorum
legitur quòd poſt coronationem Im-
peratorum antequam imperarent, in-
grediebantur ad eos ædificatores ſe-
pulchrorum, ferentes quatuor genera
marmorum vniuerſorum, & coram

A cunctis principib. Imperatori dicebāt.
De quo genere marmorum tuum iu-
bes fieri ſepulchrum? Vt inſinuaret,
quòd mortem obliuioni non trade-
ret, & Imperium cum clementia gu-
bernaret. Sic quidam ſcholaris,qui cu
iuſdam religioſi precib. victus, vt ſal-
tem ſibi tria de Domino verba dicere
poſſit. Dixit illi Religioſus. Subter te Iſaias.
ſternetur tinea, &c. Hæc cogita, qui
non valēs poſt Religioſi diſceſſum ver
ba illa obliuioni tradere,tandem om-
B nib. contemptis ad religionem conuo
lauit. Cum ergo tanta ſit mortis vti-
litas, vigilemus exiſtentes parati ad
diem tertium. Primus dies eſt noſtræ Exod. 19.
natiuitatis. Secundus noſtræ conuer-
ſionis. Tertius dies mortis. Neſcimus
enim qua hora Dominus noſter ven-
turus ſit. Vnde Bernard. Certum eſt,
quòd morieris. Incertum vero quo-
modo,aut quando, aut vbi, quoniam
vbique te mors expectat, tu quoque
ſi ſapiens es, vbique eam expectabis.
C Quare vigilemus, fratres, & ſingulis
dieb. noſtram conſciētiam examinan
tes interrogemus. Tu quis es. Nam ſi
nos vigilantes inuenerit vltimus dies
vitæ noſtræ, vtique cum ſapientibus
virginibus intrabimus in thalamum
Domini, quod Dominus ſua gratia
concedat. Amen.

*In Feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sermo I.*

D MVLTAE ſunt figuræ (di Sermo 10.
lectiſſimi) repſentantes
nimiā charitatem, quā
nobis Deus oſtendit in
miſſione filij ſui in mū-
dum, quarum prima eſt ea de qua le-
gitur apud Gen. quòd miſit Deus An- Gen. 24.
gelum ſuum coram ſeruo Abrahæ.
Vbi deſignatur miſſio, qua Pater Chri
ſtum miſit in mundum. Itidem, mit-
tens Iacob Ioſeph ad fratres ſuos, eſt Gen. 37.
Deus pater mittens filium in carne, pa

ri ratione miſſus dicitur Ioſeph in Ae-
Gen. 45. gyptum pro ſalute fratrum. Hoc eſt
Chriſtus in mundum pro ſalute gene
ris humani. Sed excellentior eſt illa.
Gen. 28. Iſaac ad Iacob filio ſuo, vbi dixit Iſaac
Iacob filio ſuo, Noli accipere vxorem
de genere Chanaam, ſed proficiſcere
in Meſopotamiam Syrię ad domum
Bathuel patris matris tuæ, & accipe
tibi in vxoré de filiabus Laban auun-
culi tui. Hæc ſunt verba Dei patris ad
filium. Chanaam interpretatur poſſi-
dens domũ, & ſignificat Angelos, qui
in cœleſti domo ſemper aſſiſtunt Do
mino. De quorum genere noluit Deus
pater, vt filius acciperet vxorem, ideſt
Hebr. 11. eorum naturam, vnde Apoſt. inquit,
Nuſquam enim Angelos apprehẽdit,
ſed ſemen Abrahæ. Meſopotamia in-
terpretatur eleuata, & ſignificat hu-
manam naturam, quæ eleuata fuit in
incarnatione, ſed non ad quemcunq;,
ſed ad domum Bathuelis mittitur, id
eſt ad Beatã Virginem, Bathuel enim
Virgo Dei interpretatur. Et ibi acce-
pit vxorem de filiabus Laban, qui in-
terpretatur candidatio, ideſt carnem
de puriſſimis, & mundiſſimis ſangui-
Pſalmus. nibus Beatæ Virginis, & de Virgine na
ſci dignatus eſt, tanquam ſponſus pro
cedens de thalamo ſuo. O ineffabilem
igitur Dei charitatem, qui ſic mun-
dum dilexit, vt vnigenitum filium ſuũ
mitteret in mundum, in vtero Virgi-
Gloſa. nis, in quo tanquam in thalamo Deus
humanæ naturæ, vt ſponſus ſponſę co
pulatus eſt. Hoc ſignificabat matri-
Heſt. 11. monium illud Aſſueri, & Heſter. Aſ-
ſuerus interpretatur beatus, Heſter
exaltata, & ſignificat humanam natu
ram. In cuius perſona poteſt dici il-
Pſal. 72. lud pſal. Et cum gloria ſuſcepiſti me.
Et non ſolũ ibi in vtero Virginis hanc
coniunctionem facere voluit, ſumen-
do carnem de puriſſimis, & ſanguini-
bus ipſius, ſed de Virgine naſci digna-
tus eſt, ſicut inquit Euangeliſta Mat-
Matth. 1. thæus. Iacob autem genuit Ioſeph vi-

A rum Marię, de qua natus eſt Ieſus, qui
vocatur Chriſtus. Vbi notãdum quòd
rectè beatus Euangeliſta inquit, de
qua natus eſt, & non in qua. nam aliud — Natiuitas duplex.
eſt naſci de ea, & aliud naſci in ea,
quia de ea naſci, eſt in lucem produ-
ci. In ea vero naſci eſt concipi. Et ita
accipitur id quod dicitur apud eun-
dem. Quod enim in ea natum eſt, de — Incarnatio filij quare attribuitur Spiritui ſancto.
Spiritu ſancto eſt. Non dicit de patre,
& filio, quia de ſola bonitate Dei fuit,
quòd incarnaretur, quod attribuitur
B Spiritui ſancto. Inſuper natus, ſed non
ſic generatꝰ, & natꝰ, quẽadmodũ aliæ
generationes, & natiuitates ẽt rectorũ.
Nam & ſi qui generati ſunt, in pleriſ-
que factis ſuis typum geſſerũt huius
Ieſu Chriſti, qui vere natus eſt de ute-
ro ſterilis. Non tamen iſta genera-
tio ſic fuit. Aliæ autem de uiro & uxò
re, hæc de fœmina, abſque uiro, Se- — Septem Matres ſteriles fuerunt.
ptẽ matres fuiſſe ſteriles ſacra ſciptu-
ra commemorat. Saram & Rebec-
cam, Rachelem, & eam, quę peperit
C Sampſonem, Annam matrem, Sa-
muelis Berſabee, & Eliſabeth, quæ pe-
perit præcurſorem Domini. Qui ex
iſtis nati fuerũt magni deuenerunt, &
prætulerunt quandam ſimilitudinem
de uirginitate naſcituri uidelicet Iſa-
ac, Iacob, Ioſeph, Sampſon, Samuel,
Salamon, & Ioannes, qui non ſolum
factis, ſed etiam digito monſtrauit. In
ſuper, Natus ex Maria Virgine, ideſt
Virgo peperit Saluatorem. Sed quo
modo ſermo narrauit humanus quod
D natura non habet, & vſus neſcit, igno-
rat ratio, mens non capit, ſtupet ter-
ra, Creatura miratur. Verbum caro
factum eſt, & quis loquitur ò felix
puerperiũ letabile Angelis, optabile
ſanctis neceſſarium perditis, congruũ
profligatis ò Virgo, quæ mirabili
atque inæſtimabili modo omnium
peperiſti Saluatorem. Quæ Virgo
extitiſti ante coniugium, Virgo in
coniugio, Virgo prægnans, Virgo
pariens, Virgo lactans. Et quem-
admodum



admodum ipſa conceptio naturæ
ordinem prorſus uincit. Ita in ortu
nihil non diuinum licet contemplari,
Natiuitas Chriſti humilis, & excelſa. atq; humanum Natiuitas enim Do-
mini Noſtri Ieſu Chriſti excelſa eſt,
& humilis: Humilis quia naſcitur
homo ex muliere. At excelſa, quia
naſcitur ſine ullo maternę virginita-
tis detrimento. Virgo concepit, Vir-
go poſt partum remanſit. Qui enim
ſordentibus circundatur pannis, re-
giis per Chaldeos muneribus honora
tur. Qui in Præſepi humilis iacet lu
mine ſoli ſideris corruſcat in cœlo.
Ille, qui uagitus reddit infantiæ An-
gelici ſpiritus uoce collaudatur, Ille,
qui fœmineo lacte nutritur, multa ho
minum millia paruiſſimo pane ſacia-
uit. Naſcitur ille ſine homine pater
qui fecit ipſam matrem. Portatur ma
Ezech. 44. nibus fęmineis portator orbis. Lam-
bit ubera regens ſydera. Naſci uo-
luit ex Maria Virgine, ut ſicut per
Euam mors, ſic per Mariam uita.
Per fœminam interitus, per fęminam
ſalus. Illa corrupta ſequuta eſt ſedu-
ctorem, Hæc integra peperit Saluato-
rem. Illa poculum à ſerpente pro-
pinatum libenter accepit, & uiro tra-
didit ex quo ſimul merentur occidi.
Hæc gratia cœleſti deſuper fuſa, ui-
tam protulit, per quam caro mortua
poſſit reſuſcitari. Rurſum hæc fuit
illa Beatiſſima Virgo, quæ a ſanctis
Patribus fuit multimodis figuris præfi
gurata. Et primo in illa porta orienta
li, ut ait Ezechiel, ſemper clauſa, & lu
cida, operiente in ſe, vel ex ſe pro-
ferente ſancta ſanctorum, per quam
Pontifex ſecundum ordinem Melchi-
ſedech ingreditur, & egreditur. Porta
illa ſemper clauſa ſignificabat quòd
Maria ſemper erit intacta. Homo non
tranſibat per eam, quia Ioſeph non
cognouit eam. Pontifex non ingredie-
batur per eam, quia Spiritus ſanctus
impregnauit eam, erat clauſa in ęter-
num, quia Maria Virgo ante partum,

A & poſt partum remanſit. Et lapis de — Dan. 2.
monte ſine manibus abſciſſus quid
ſignificabat, niſi filium Dei natum de
Virgine ſine virili ſemine. Et abſciſſus — Iſa. 53.
eſt de terra viuentium, deſignabat Na-
tiuitatem Chriſti de terra viuentium,
ideſt de Virgine ſine peccato exiſten-
te. Sic Aaron virga, quæ germinauit, — Num. 17.
ſic Rubus, quem vidit Moſes ardere, & — Exo. 3.
non comburi. Omnes iſtæ figurę ſigni
ficabant Virginis partum ſine vllo ma
ternę Virginitatis detrimento. O mira
B igitur, & laudabilis inter fœminas in
qua ab Angelo ſalutatur Virginitas, ſo
la impregnata, nec vitiata, exonerata,
nec uacuata, quia ſic eſt ab Angelo ſa-
lutata. Aue gratia plena, Dominus te
cum. Fœlix vmbilicus caſtitatis, quem
amplexus non tetigit maritalis. conſi-
dero conceptum tuum Beata Virgo, &
expaueſco. Intueor partum, & contre-
miſco, adoro filium tuum, & reuiui-
ſco. Inſuper Natus ex Maria Virgine,
Quia multi in uerbis, iſtis errabant,
C hinc Sancti Patres in concilio Niceno
multa addiderunt, per quæ oẽs erro-
res deſtruũtur. Et primo error Origenis — Circa Domini Natiuitatẽ plurimi errores deſtruũtur.
dicentis Chriſtum ueniſſe in mũdum,
ut non tantum homines, ſed etiam dæ-
mones ſaluaret. Quod eſt contra illud
Euangelij Diſcedite a me maledicti in
ignem æternum, qui paratus eſt diabo
lo, & Angelis eius. Et ideo ad hoc re- — Matt. 25.
mouendũ additur. Qui propter nos ho
mines non propter dœmones, & pro-
pter noſtram ſalutem. Secundus fuit er
D ror Fotini, qui uoluit Chriſtum natum
eſſe de Beata Virgine, ſed addidit quod
eſſet purus homo, qui bene uiuendo, &
Dei uoluntatem faciendo, meruit fie- — Ioan. 6.
ri filius Dei, ſicut & alii Sancti. Contra
quod dicitur. Deſcendi de cœlo &c.
Non enim deſcendiſſet, niſi ibi fuiſſet.
Et ſi fuiſſet purus homo, non fuiſſet in
cęlo. Et ideo ad hoc tollendum addi-
tur. Deſcendit de cœlis. Manichęus
autem dixit quod licet filius Dei fuerit
ſemper, & deſcenderit de cœlo, tamen
non

non habuit ueram carnem, ſed appa- A
Luc. 24. rentem, Quod eſt contra illud. Palpa
te, & uidete quoniam Spiritus carnē,
& oſſa non habent, ſicut me uidetis ha-
bere, & ideo addiderunt Sancti patres
ad hoc deſtruendum. Et incarnatus
eſt. Sed Hebrion dixit quod Chriſtus
Matth. 1. natus eſt de Beata Virgine, ſed ex com
mixtione uiri. Quod eſt contra illud.
Luc. 1. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu
ſancto eſt. Et ideo additum fuit in con
cilio Niceno. De Spiritu ſancto. Valen
tinus uero dicebat quòd Beata Virgo B
nihil aliud ſit operata niſi quòd fuerit
locus eius, & quod illud corpus tranſie
rit per Beatā Virginem ſicut per aquæ
ductum, quod eſt contra illud. Quod
enim ex te naſcetur ſanctum, uocabi-
tur filius Dei. Et ideo fuit additum, Na
tus ex Maria Virgine. Arrius vero, &
Apollinarius dicebant eſſe natum ex
Beata Virgine, tamen non habebat ani
mam, & loco animæ fuit ibi Diuini-
Ioan. 12. tas. Quod eſt contra illud. Nunc ani-
Matth. 26. ma mea turbata eſt. Et iterum. Triſtis C
eſt anima mea. Et ideo Sancti patres
ad hoc remouendum addiderunt. Et
homo factus eſt. Homo enim ex ani-
Natiuitas Chriſti triplex. ma, & corpore conſiſtit. Natus eſt. Na-
tiuitas Chriſti triplex eſt ſcilicet diui-
na, humana, & gratuita. Prima ex
patre. Secunda ex matre. Tertia fuit
ex mente. De patre naſcitur æternali-
ter, de matre temporaliter. In mente
Spiritualiter. Secundum natiuitatem
diuinam Chriſtus habet patrem ſine
ma re. Secundum humanam habet ma D
trem ſine patre, ſecundum gratuitam
habet patrem, & matrem, ſecundum il
Matth. 12. lud. Qui fecerit voluntatem patris
mei, &c. Has tres natiuitates repræſen
tat Eccleſia in die Natiuitatis eius. Pri
mam ſecundum diuinam in miſſa, quę
cantatur in nocte. Eſt nobis hæc Nati-
uitas occulta. Quis enim generationē
eius enarrabit, inquit Eſaias? Secun-
dum in miſſa quæ cantatur in aurora,
quia natiuitas humana partim fuit oc

A culta, & partim manifeſta. Occulta
quo ad modum, manifeſta quo ad actū.
Tertiam ſcilicet gratuitam in miſſa,
quæ cantatur in die, quia natiuitas gra
tuita eſt manifeſta, in qua Chriſtus per
affectum concipitur, per effectum na-
ſcitur, per profectum nutritur. Vnde
Eſai. a timore tuo concepimus, & pe-
perimus Spiritus ſalutis. Verum illa
prima Natiuitate omiſſa, cū tā non ſo-
lum explicare, ſed nec inchoare poſſi-
mus, ſecundam proſequamur. Natus
B ex Maria Virgine. Sed quem peperit
hæc Beata? Audi Eſaiam, Prophetam. Eſa. c. 9.
Paruulus enim natus eſt nobis, & filius
datus eſt nobis. Et factus eſt principa-
tus ſuper humerum eius, & vocabitur
nomen eius admirabilis, conſiliarius,
Deus fortis, Pater futuri ſeculi, Prin-
ceps pacis. Quibus in uerbis prædicit
nobis Eſaias more Prophetico mirabi
lia huius paruuli. Vnde inquit Paruu-
lus naſcetur nobis ſcilicet ſecundum
carnem. Et filius Dei datus eſt nobis
C ſaluandis. Paruulus dicit, quia maxi-
ma fuit humilitas, quod factus ſit ho-
mo. Vnde Apoſt. Exinaniuit ſemetip- Phil. 2.
ſum, formam ſerui accipiens. Item Pa
ruulus naſci uoluit, & hoc ad noſtram
eruditionem. In ciuitate parua, ne glo
riemur de patria. A matre fabro de-
ſponſata, ne gloriemur de parentibus.
De matre paupere, ne gloriemur in di
uitijs. Pannis inuolutus, ne gloriemur
in veſtibus. In præſepe poſitus, ne glo
riemur in lectis. Cum boue & aſino
D conuerſatus, ne gloriemur in conſor-
tio. De nocte, ne gloriemur in operib.
bonis. Datus eſt nobis, quia ſola gra-
tia, non meritis noſtris factus eſt ho-
mo. Non quia nos diligebamus, ſed 1. Ioan. 4.
cum inimici eſſemus, præuenit nos.
Nec quia ei damnum inferre poteramus.
mus. Nam vt inquit Iob. Si peccaue- Iob 31.
ris, quid ei nocebis? Et uocabitur no- Mirabilia paruuli Ieſus.
men eius, admirabilis &c. Admirabi-
lis, quia inauditum eſt, & admiratione
dignum quòd Deus factus ſit homo.
Con-



Conſiliarius, dator optimi conſilij. Vn A
Matth. 4. de ipſe inquit. Agite pœnitentiam. Et
alibi. Si vis perfectus eſſe, vade, & ven
de omnia, quæ habes, & veni ſequere
Iob. 9. me. Deus. Creator omnium fortis, cui
nemo poteſt reſiſtere. Pater futuri ſæ-
culi, quod æternum, non tantum præ
ſentis, quod caducum eſt & tranſito-
rium. Princeps pacis, quia mediator
Matth. 1. Dei, & hominum. Matthæus vero in-
quit quòd eſt Maria Ieſus, qui vocatur
Chriſtus, qui uocatur Chriſtus. Duos
legimus in iſtius Ieſu typo præceſſiſſe B
Ieſus. Ieſus quorum vnus populum Iſrael de
Babylone eduxit, Alius in terram pro
miſſionis introduxit. Vterque populū
ſuum ab hoſtibus defendit, ſed neu-
ter a peccatis ſaluauit. Hic autem Ie-
ſus & de Babylone educit, & in terram
viuentium introducit, & a peccatis ſal
uat populum ſuum. Ieſus etiam filius
Agg. 1. Ioſedech pontifex, qui viſus eſt prius
in veſtibus ſordidis, poſtea vero reno-
natus, typum geſſit ipſius Chriſti, qui
prius apparuit in veſtibus ſordidis in- C
dutus mortalitate in Natiuitate, & la-
ceratus, ac crucifixus poſtea vero re-
nouatus eſt in reſurrectione, aſſumens
corpus glorioſum, & indutus decore.
Dignitas nati. Qui uocatur Chriſtus. Ecce Dignitas
nati ſcilicet Chriſtus, ideſt unctus. tan
quam pugil, qui mundum, & diabolū
vicit, qui mortem occidit, Qui infer-
num expoliauit. Vnde per Oſeam. Ero
mors tua o mors, ero morſus tuus in-
ferne. Vnctus etiam tanquam rex, &
Sacerdos, & Propheta, & omnium Do- D
minus generalis. Nobilitatem iſtam
cuncta probant, quæ in Natiuitate fue
runt ſcilicet nati Diuinitas, matris vir
ginitas, Regum ſedulitas, ſtellæ noui-
tas, paſtorum veritas ſignorum mira-
bilitas. Prima igitur nobilitas appa-
ret ex nati Diuinitate. Natus enim iſte
non fuit purus homo, ſed Deus uerus.
Non fuit homo, qui poſſit peccare, ſed
fuit Deus, qui poteſt ſaluare. Secunda
nobilitas fuit ex matris Virginitate,

A nobile enim eſt quòd Virgo concipiat,
Virgo pariat, Virgoque ante partum,
in partu, & poſt partum permaneat.
De hac nobilitate loquitur Aug. ſuper
Io. quòd nobilitas naſcentis fuit in vir
ginitate parentis. Nobilitas etiam pa
rentis fuit in diuinitate naſcentis. Ter-
tia fuit nobilitas in luminis claritate.
Vnde lux de cœlo circunfulſit paſto- Luc. 2.
res in nocte natiuitatis ad ſignificandū
quòd natus erat ille, qui erat Lux vera
illuminans omnem hominem. Quarta
fuit in Angelici agminis iocunditate.
Tunc enim ut dicit Luc. facta eſt cum Luc. 2.
Angelo multitudo cęleſtis exercitus
dicentium. Gloria in excelſis Deo.
Quinta fuit in Stellæ nouitate. Habuit
enim iſta Natiuitas ſtellam pronuncio Matt. 2.
Angelos pro Solatio, Magos pro obſe-
quio. Sexta fuit in paſtorum mira veri-
tate. Paſtoribus enim & perſonis ſim-
plicibus, cautelis, & falſitate carentibus
fuit iſta natiuitas reuelatā, ut ſic uide-
retur uera, & certa, & non per fallaciā
ſimulata. Septima nobilitas fuit in mi
raculorum, & ſignorum multiplicita-
te. Nā omnis creatura voluit ſuo crea-
tori honorem exhibere, & ei nato ueri
tatis teſtimonium perhibere. Vnde pa
radiſus miſit Angelos ad natiuitatem
annunciandam. Cœlum ſtellam ad
viam eius oſtendendam. Iudęa miſit pa
ſtores ad verbum explorandum, Oriēs
miſit magos ad ei munera offerēdum.
Fons etiam in eius natiuitate per diem
& noctem oleum emanauit. Et templū
D illud, quod gentiles perpetuum dedica
uerunt, eo quia a dijs reſpōſum habue-
rant, nunquā caſurū, niſi Virgo pareret
in eius natiuitate cecidit. Oīa igitur iſta
gna oſtendunt nobilitatē huius natiui-
tatis, quia natus eſt nobis Chriſtus do-
minus tanquam ſponſus candidus, &
rubicundus electus ex millibus. Can- Cant. 5.
didus ſecundum Diuinam naturam, ru
bicūdus ſm humanā naturam, quia ma
tris ſanguine coagulatus. vel candi-
dus, & rubicundus ſecundum huma-
F nam

nam naturam. Candidus ſcilicet can- A
dore innocentiæ, ſed rubicũdus in paſ
ſione, proprio ſanguine. Electus unus,
& ſolus ex millibus hominum, & An-
gelorum ad humani generis redẽptio-
nem. De hoc uero intelligebat Salomõ
Eccl. 7. inquiens. Vtrum de mille unum reppe
ri. Vel aliter. Dicitur Chriſtus candi-
dus & rubicundus &cæt. quia candi-
dus ex innocentiæ puritate. Rubicun-
dus ex verecundiæ venuſtate. Ele-
ctus ex eminentia Bonitatis, ex milli-
bus ex excellentia Sanctitatis. Et naſci B
tur in Bethlehem, quæ interpretatur
Domus panis. Vbi munditia deſignatur
ad denotãdum quãdo nunc Chriſtus na
ſcitur in nobis, quen ſumus mundi, &
Cant. 2. candidi puritate, & Innocentia. Ipſe
enim paſcitur inter lilia ideſt delecta-
tur in caſtis, & puris mentibus. Cibus
enim & delectatio Chriſti eſt uirgina-
lis, ſanctitas, puritas, & innocentia. In
his enim ſatiatur, & delectatur ſpon-
Lilia dicuntur uirtutes. ſus, atque in virtutibus quę lilia dicun
tur, nam & puritate candent, & noui- C
tate uernant, & ſuauitate fragrant,
& uulneribus, ſeu uſtionibus peccato-
rum refrigerium præſtant, ſicut lilia
uſtis corporibus. Inter lilia paſcitur
ſponſus noſter, & paſcit. Ipſis uirtuti-
bus paſcit, quas infundit, paſcitur ope
ribus earum. Nec eſt breuis, ſiue hora-
rius paſtus iſte, ſed durabit uſque ad fi-
nem ſęculi. Precemur ergo hunc flo-
rem campi, Virginem de Virgine na-
tum, & lilium conuallium, gloriam hu
milium natum de humili, & excelſa il- D
la Maria, ut det nobis gratiam, ut ita
uiuamus, ut hic guſtemus quam ſit
ſuauis flos iſte campi Virginis filius,
quã in aſpectu decorus, quam gu
ſtu dulcis, tactu ſuauis, Olfa
ctu delectabilis, & in
futuro cũ apparue
rit gloria ſua,
ſatiemur.
Amen.

A *In feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sermo II.*

CANTEMVS Domino Sermo II.
(fratres dilectiſſimi) can
ticum nouum, quia no-
ua, & inaudita, atq; mi-
rabilia fecit in primo ad
uentu. Fecit enim Deum hominem
matrem Virginẽ, & cor fidele his duo
bus acquieſcens. Ecce nonne tibi mi-
rabile videtur, ꝙ Deus pater tradide-
B rit filium pro ſeruis, dilectum pro ini-
micis, innocentem pro impijs, primũ
pro nouiſſimis, quia homo eſt nouiſſi-
ma creatura. Fecit etiam Deus mira-
biliter de ſolo viro mulierem. Nunc
vero mirabilius de ſola muliere fa-
ctus eſt vir, vnde Hiere. inquit, Crea- Hier. 31.
uit Dominus nouum ſuper terram, fę
mina circundabit virum. Et rectè no-
uum, quòd Virgo peperit, quòd fuit
homo viuens ſine peccato. Hinc di- Hier. 23.
citur. Germen iuſtum, quòd Deus na-
C tus, quòd homo credidit. De hac mi-
rabili, & inaudita natiuitate miraba-
tur Iſaias, dicens. Antequam parturi- Iſa. 66.
ret peperit, antequam veniret tempus
partus eius, peperit maſculũ, quis au-
diuit vnquam tale, aut quis vidit huic
ſimile, ideſt quòd aliqua mulier ante
parturitionẽ, ideſt antequam ſentiat
dolores partus, pariat, ſicut Beata Vir-
go, quæ ſine dolore peperit Chriſtum?
Vnde dicitur in hymno. Neſciens ma
ter Virgo filium, &c. Verè igitur crea-
D uit Dominus nouum, quia opere tan-
tum Spiritus ſancti non aliquo alio
opere facta eſt hæc natiuitas. Fę-
mina circundabit virum, ideſt Maria
habebit filium Dei in vtero, virũ nem
pe perfectum ſcientia, & virtute. De
quo Zach. Vir oriens nomen eius, & Zach. 6.
Ioan. in ſua Apoc. vocat eum maſcu-
lum, & peperit, inquit, filium maſcu-
lum, quia Beata Virgo peperit non
quemquam, ſed maſculũ, quia ex om-
ni parte fuit virilis, & nihil habuit in-

firmitatis



Eſa. 25. firmitatis oppoſiti virtuti. Confitea- A
Gen. 1. mur igitur nomini tuo Domine, quia
mirabilia feciſti. Mirabiliter etiam fe
cit Deus hominem ad imaginem, &
ſimilitudinem ſuam. Mirabilius tamẽ
factus eſt ad imaginem, & ſimilitudi-
Num. 17. nem hominis. Mirabiliter virga Aa-
ron arida fronduit, & fructum fecit,
ſcilicet amygdalas. Mirabiliter hæc
Virgo Maria manens integra filium
peperit deſignatum per amygdalum.
Chriſtus enim eſt amygdalum, cortex
caro eius, teſta anima, nucleus diuini- B
tas, vel amygdalum eſt Beata Virgo.
Cortex amaritudo de forte filij, teſta
fortitudo filij, nucleus gaudium, ſeu
ſpes reſurrectionis. Hæc virga frõduit
in natiuitate, floruit in reſurrectione,
fructificauit in patrum de limbo re-
ſurrectione, in Spiritus ſancti miſſio-
ne, in Apoſtolorum prædicatione.
Item per mulierem peccatum ortum
habuit, & ita mulier ſignum fuit pec-
cati. Mirabiliter tamen per mulierem
eliminatum eſt peccatum, & ita facta C
Iudith 14. eſt mulier ſignum virtutis. Vnde Iu-
dith. Vna mulier hebræa fecit confu-
ſionem in domo regis Nabuchodo-
noſor. Et inuenta eſt mulier, quam
Prou. ult. quærebat Salomon. Mulierem fortem
quis inueniet? & reſpondit. Procul, &
quare? quia de vltimis finibus preciũ
eius. Vltimi fines ſunt homo, & An-
gelus. Angeli enim in terra viuentiũ,
homines in terra morientium conuer
ſantur. Et ipſa accepit cum Angelis
virginitatem, cum hominibus fœcun D
ditatem, & hoc eſt precium eius, per
Gen. 3. virginitatem euaſit illam maledictio-
nem, in dolore paries, per fœcundita-
tem. Maledicta ſterilis, quæ non paris.
vel precium mulieris fortis eſt Chri-
ſtus, qui redemit Eccleſiam, qui fuit
procul quantum ad tempus expecta-
tum, & quantum ad puritatem vitæ,
& de vltimis finibus, quia a ſummo
Pſal. 3 i coelo egreſſio eius. O Virgo igitur
benedicta tu mulier es illa beatiſſima,

A quæ meruiſti excipere Chriſtum in do Luc. 10.
mum tuam, ideſt in vterum tuum, qui
alibi vocatur aceruus tritici, quia pro
tuliſti nobis Chriſtum, qui eſt granũ Cant. 7.
frumenti, & panis viuus. Tu mulier
es illa amicta Sole, quæ profundiſſi-
mum diuinæ ſapiẽtiæ, vltra quam cre
di valeat penetraſti abyſſum, vt quan Apo. 12.
tum ſine perſonali vnione creaturæ
conditio patitur, luci illi inaceſſibili
videaris immenſa. Mulier etiam es ab- Matt. 13.
ſcondens frumentum, quia in tuo vte
B ro verbum caro factum eſt. Virga etiã
es de radice Ieſſe florens, ac florida,
quæ peperiſti fructum illum, qui fuit
ſeminatus in Conceptione, germina-
uit in Natiuitate, collectus in panno-
rum inuolutione, flagellatus in ſti-
pite, vẽtilatus in falſorum teſtium ac-
cuſatione, immolatus in paſſione, pur
gatus in reſurrectione, & comeditur
in quotidiana Euchariſtiæ ſuſceptio-
ne, & in cœleſti fruitione. Sed vbi ò
Beatiſſima peperiſti, vel quomodo?
C Non dedigneris Dña mi amã tiſſima
loq cũ humili ſeruulo tuo. nã etſi in-
dignus verè ſim, tu tamen pia dulcis,
& miſericors, ac inter omnes mitis es.
Alloquere Domina, indica mihi vbi
peperiſti filium tuum. Audite fratres,
audite Mariam nobiſcum loquentem,
carne abſentem, ſpiritu præſentem.
Factum eſt, inquit, in diebus illis, qui-
bus ego domi reuerſa ſum poſt tres
menſes, quibus cum Eliſabeth manſi.
Exijt edictũ a Cęſare Auguſto, quan
D do pax erat in toto orbe terrarum, vt
deſcriberetur vniuerſus orbis, hoc eſt
maior pars in exhibitionem ſubiectio
nis, aſcendit Ioſeph mecum deſponſa-
ta ſibi vxore prægnante, & cum eſſet
impletum tempus partus, peperi
filium meum primogenitum, nõ poſt
quem alius, ſed ante quem nullus, &
pannis eum inuolui, & reclinaui eum
in præſepio, quia non erat ei locus in
diuerſorio, & paſtoribus vigilantibus
ſuper gregem ſuum, Angelus Domini

 ſtetit

ſtetit iuxta illos, dixitq; eis. Ecce enim A
euangelizo vobis gaudium magnum,
quod erit omni populo, quia natus
eſt vobis hodie Salnator, qui eſt Chri-
ſtus Domin⁹ in ciuitate Dauid. Et hoc
vobis ſignum. Inuenietis infantem
pannis inuolutum, & poſitum in præ-
ſepio. Et ſubito facta eſt cum Angelo
multitudo militiæ cœleſtis laudantiũ
Deum, & dicentium. Gloria in altiſſi-
mis Deo, & in terra pax hominib. bo-
næ voluntatis. Et diſcedentib. Angelis
ab eis, & ipſis cum feſtinatione veniẽ- B
tib. inuenerunt me, & Ioſeph, ac infan
tem poſitum in præſepio. Hæc ſunt
verba beatiſſimæ Virginis. Vbi obſtu-
peſce homo, atque eximiam pauper-
tatem, humilitatem, atque obedientiã
intuere Beatiſſimæ Virginis. Ecce eñ
cum Domina eſſet omnium, Cęſari
ſubijci, atque obedire non dedignata
eſt, atque in ſignum ſubiectionis offer
re ei aſinum, aut bouem, vbi eius com
mendatur paupertas. nam ſtatim fa-
cto edicto aſcendit cum Ioſeph, & ad C
ueniente tempore partus reclinauit ſe
in ſtabulo, & ibi naſcitur Chriſtus, &
Pſal. 44. in præſepio reclinatur. Ecce is, cuius
eſt orbis terræ, & plenitudo eius, ſta-
bulum eligit. Is quem cœlum, & ter-
ra capere non poteſt ob eius magnitu-
dinem, quia omnia implet, & cœlum
ſibi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedũ
ſuorum naſcitur in ſtabulo, & reclina-
tur in præſepio. Is, qui eſt Rex re-
gnum, & Dominus dominantium, na
ſcitur, & reclinatur in præſepio, & au D
la regis, & thronus regius, eſt ſtabu-
lũ, curię regalis frequentia matris prę
ſentia. Is, ante quem aſſiſtunt Ange-
li, Dominationes, & Poteſtates, at-
que cum tremore eum circundantes
non ceſſant clamare, Dicentes. San-
ctus, Sanctus, Sanctus, naſcitur in me-
dio duorum aninialium. Is, qui dixit
& facta ſunt omnia, naſcitur, & ta-
cet. Guadium, & iuſtorum exulta-
tio plorat. Immenſus fit paruulus, Is
in cuius pendebat uoluntate quod-
cunque uellet tempus eligere hieme
natus eſt, nocte natus eſt. Qui cęlum,
& terrã, montes & colles omni rerum
uarietate implet, nudus naſcitur. Et
qui dat eſcam omni carni, eſurit. Nun-
quid credimus caſu hæc. Facta ſres.
Minime quidem. Non eſt tale iudi-
cium huius mundi, aut iſte fallitur,
aut mundus errat. Sed diuinam falli
impoſſibile eſt ſapiẽtiam, merito pro-
inde mundus fallitur. Chriſtus ita-
que qui non fallitur elegit quod mo-
leſtius eſt. Id ergo melius, id utilius,
id potius obſeruandum, & eligen-
dum Chriſtus ergo eget loco, ut nos in
cœlis habeamus manſionem. Naſci-
tur in uia, quia uiam nobis oſtenſu-
rus erat quia ipſe eſt uia. Naſcitur in Io. 14.
diuerſorio, vt nos doceat non pala-
tia, ſed diuerſoria in hoc mundo quæ-
rere. Hinc habetur in libro Regum 4. Reg. 4.
quod diuertebat ad eum, ut comede-
ret panem. Repoſitus dicitur in me-
dio duorum animalium, iuxta illud.
In medio duorum animalium cogno
ſceris, quia ipſe Dei, & hominum me
diator eſt. Et ut ſingularitatem fu-
giamus. Naſcendo tacet Chriſtus,
& annuntiat eum Angelus, a que lau-
dat multitudo cœleſtis exercitus, ut
laudet te os alienum, ſileat tuum. De-
inde quid ſtabulum, quid prẹſepe cla-
mat, Quid membra infantilia allo-
quuntur, Quid lachrymæ, & uagitus
euangelizant, niſi pęnitentiã? Ecce plo-
rat Chriſtus non ex paſſione, ſicut &
cęteri, ſed ex compaſſione, & homo
patitur, & ridet? Ecce eſurit, & uix ma-
ter pannos habet ad inuoluendum, vt
tu delitias ſpernas, & quod carni mole-
ſtius eſt, eligas. Et tandem non ſis ſol-
licitus de regali edificio, cũ Deus tuus
iaceat in præſepio. Non de ſuperfluo
ueſtimento cum Rex tuus indutus ſit
uili panniculo. Non de clientum col-
legio, cum Deus tuas iaceat cum bo-
ue, & aſino. Poſtremo miraris o ani-
ma



ma fidelis Chriſtum tuum natum in A
ſtabulo pannis inuolutum, reclina-
tum in præſepio, ſed obſtupeſce, &
ſatis diligenter intuere quid iſta ſigni-
ficent. Et inuenies quod præſepe du-
ram ſignificat crucem. Stabulum fę-
tidum locum Caluariæ, ubi rei deca-
pitabantur Duo animalia, duos Latro-
nes, faſcia ſtricta, uincula, quibus ma-
ter ſua Sinagoga ligatura erat. Ma-
ria, & Ioſeph circa præſepe Mariam
cum Ioanne ſub Cruce. Imo non ſo-
lum hæc ſigna fuerunt innouata in
paſſione, ſed etiam immutata fuerunt.
Eccl. 31. Vnde Eccl. habetur. Innoua ſigna,
Signa natiuitatis fuerunt innouata in paſſione. immuta mirabilia, glorifica manum.
Innouata ſunt enim hæc ſigna Natiui
tatis in paſſione, quia in natiuitate
fuit infans, & in paſſione clamans. In
Natiuitate pannis inuolutus, in paſſio-
ne veſtibus nudatus. In Natiuitate re-
clinatus in præſepio in paſſione affi-
xus in patibulo. In Natiuitate in me-
dio duorum animalium eum adoran-
Iſa. 1. tium iux. illud. Bos cognouit poſſeſſo-
rem ſuum, in paſſione in medio duo-
rum latronum, qui improperabantur
Matt, 29. ei. In natiuitate facta eſt multitudo
militię cœleſtis cum Angelo laudan-
Luc. 2. tium & dicentium. Gloria in excel-
ſis Deo &c. & paſtores adorauerunt
eum. In paſſione autem milites bl ſ
phemabãt eum, mouentes capita ſua
dicentes. Vah qui deſtruis templum
Matt. 26. Dei &c. Similiter & Principes ſacer-
dotũ, illudentes ei dicebant. Alios ſal
uos fecit &c. Et milites impoſita ſpi-
nea, corona, genuflexo ante eum illu-
debant ei dicentes. Aue Rex Iudęorũ.
Imo non ſolum fuerunt immutata
hæc ſigna, ſed et mirabiliter immuta-
ta: quia ibi ortus eſt ſol in media no-
cte, hic ſol occidit in meridie, Ibi Io-
ſeph Deum pannis inuolutum reclina
uit in præſepio. Hic Ioſeph alius Deũ
ſyndone inuolutum poſuit in ſepul-
chro. Ibi æternus naſcitur, hic ęter-
nus moritur. Ibi in Natiuitate ob-
ſcuratus fuit ſol. In paſſione autem
fuit percuſſus. In Verbi enim In-
carnatione fuit obſcuratio ſolis,
tunc enim ſol ſub nube latuit. de quo
Ioan. inquit. Sol factus eſt niger tan Apoc. 6.
quam ſaccus cilicinus. Sed in Chriſti
paſſione fuit facta pcuſſio ſolis in cru-
ce. Vnde Eſa. Propter ſcelus populi Iſa. 53.
mei percuſſi eum. Sunt autem in Chri In Chriſto Deitas. Caro & Anima.
ſto Deitas, anima & quantum ad par-
tem ſuperiorem caro. Deitas non fuit
percuſſa, nec anima gladio, licet do-
lore caro gladio fuit percuſſa, Legi- B
tur etiam in hoc ſole Chriſto aliud ſi
gnum, ſcilicet retroceſſio, & hoc fuit
in Reſurrectione, & Aſcẽſione quãdo
Chriſtus ad Patrem rediit. de quo Io. Ioan. 16.
Exiui inquit a patre, & ueni in mun-
dum, & iterum relinquo mundum, &
uado ad patrem: nam tunc uidebi-
mus Ieſum glorioſum in carne mani
feſta. De quo Apoſt. Eum, qui modi- Hebr. 2.
co quam Angeli minoratus, eſt uide-
mus Ieſum propter paſſionem mortis
gloria, & honore coronatum Vnde re- C
cte dicitur. Innoua ſigna, & immuta
mirabilia glorifica manum. Quæ eſt Chriſtus dicitur Manus.
hęc manus? niſi Chriſtus, ideſt Filius
glorioſus in carne manifeſtatus. Et re
cte dicitur. Manus Dei Chriſtus, qui
& uirtus Dei dicitur, per quem pater
operatur omnia. Hæc etiam eſt ma-
nus fortis, & excelſa, & magna de
qua legitur in Exod. 3. & Nume. 11. &
Deuter. 32. Huius manus quinque ſunt
digiti. Pollex, ideſt Pollens, præ omni-
bus unctus oleo gratiarum. Vnde pſal. D pſal. 44.
Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ
conſortibus tuis. Et ſicut pollex eſt
ſuper omnes digitos, & omnibus for-
tior, ſic Chriſtus ſuper omnes homi-
nes eſt. Hinc Ioan. Qui de cœlo ve- Io. 3.
nit, ſuper omnes eſt, & fortior omni-
bus. Vnde Iob. Si fortitudo quæritur, Iob. 9.
fortiſſimus eſt. Index inſuper ipſe
dicitur quia nobis indicauit uiam ſa-
lutis. Vnde per Mich. Indicabo tibi ò
homo uiam ſalutis. Rurſum ipſe eſt Mich. 6.
medius,

medius,quia mediator Dei, & homi-
num reconcilians ima ſumis.Item me
dius fuit quia infirmos curauit. Inſu-
per auricularis, quia aperuit aures
ſurdorum Natus eſt ergo ex Beata Vir
gine Chriſtus qui dicitur pollex pol-
lens chariſmatum plenitudine. In-
dex in prędicatione, Medius in ge-
neris humani redemptione, medi-
cus in infirmorum curatione, Auri-
cularis in aurium apertione. Sed
quod ſignum ab Angelo datum fuit
paſtoribus in inueniendo Chriſtum
Signa īuenīedi Chriſtum natū. natum. Signum puritatis inuenietis
infantem. Ibi puritas.Paupertatis.
Pannis inuolutum, humilitatis. per
Luc.2. præſepis reclinationem. Sed heu hæc
ſigna in multis non uidentur: quia nō
eſt qui velit humiliari, pauper eſſe,&
tribulari. Sed bene uidētur ſigna dia-
boli, ideſt gula, Luxuria, ſuperbia, &
Pſal.73. auaritia. Quare recte Angeli Sancti
iſtis,qui ſequūtur ſigna diaboli,dicere
Ezech.9. poſſunt, ſigna noſtra non cognoui-
mus.Nō, enim ſunt ſignati ſigno Tau.
& ideo clamare poſſunt coram Iudi-
ce,ut occidantur morte æterna. Qua-
re conemur fratres eſſe ſignati ſigno
Tau, ideſt pœnitentiæ, puritatis,hu-
militatis,ut mereamur ingredi ad ęter
nas nuptias.Amen.

## DOMINICA INFRA OCTAVAM Natiuitatis Domini.

### *De Circunciſione. Ser. vnicus.*

Sermo 12. POSTQVAM conſu-
Luc.2. mati dies octo, ut cir-
cuncideretur puer. Vo-
catum eſt nomē eius Ie-
ſus. Audiuimus paucis
expreſſum magnum pietatis ſacramē
tum. Minoratus enim paulominus ab
Angelis Dei filius humanam naturam
induit, ſed iam nec ipſum reſpuens re
medium humanę corruptionis plane
A multò minoratus eſt ab eis. Inquit igi
tur Euangeliſta. Poſtquam conſumæ
ti dies octo, ut circumcideretur puer.
In Natiuitate dictum eſt. Impleti ſunt
dies Mariæ, ut pareret.In Circunciſio-
ne dicitur. Conſumati ſunt. Ibi im-
pleti, qui prius erant vacui. Vnde
Iob menſes vacuos ego habui, & no- Iob.7.
ctes laborioſas enumeraui mihi, ſed
per Chriſti aduentum omnia ſunt im- Gala.4.
pleta. Hinc Apoſt. Vbi, inquit, venit
plenitudo temporis,miſit Deus filium
B ſuum. Tunc fuit lex impleta: quia nō Matt.5.
uenit filius hominis ſoluere legem, ſed
adimplere. Vterus Virginis impletur
Aue gratia plena. Hic vero dicitur.
Conſumati ſunt. quia in octaua reſur-
rectionis erit conſumati circunciſio
ab omni corruptione, & miſeria, quæ
ſignificatur per hanc carnalem Circun
ciſionem. Quæ quidem circunciſio
erat præciſio, ſeu ablatio præputii,& Circunciſio quid.
fiebat in omnibus paruulis octaua die,
& inferebat dolorem, & cicatricem.
C Sicut legitur apud Gen.quod dixit Do
minus ad Abram. Circuncidetur ex Gen.17.
uobis omne maſculinum & circunci-
detis carnem præputii ueſtri, ut ſit ſi-
gnum fęderis inter me,& uos. Infans
octo dierum circuncidetur in uerbis
pręcepit, enim Dominus Abrahæ cir-
cunciſionem carnalem, tum ut hoc
ſigno a cæteris nationib.diſcerneren-
tur, tum vt in carnali circunſione ſpi-
ritualis nobis indicetur in præſenti,&
futura præfiguretur,quādo omnis cor
D ruptio abſcidetur a nobis,quando ſci
licet mortale hoc induet immortalita
tem. In præſenti vero triplex nobis Circūciſio triplex.
indicitur circunciſio. Prima eſt noci- Et prima nociuorū.
uorum,ideſt peccatorum,quæ partim
eſt exterior, partim interior ſecūdum
diuerſitatem peccatorum.Secunda ſu-
perfluorum. Tertia neceſſariorū,quæ
pertinent ad exteriorem Circunciſio-
nem. Prima eſt pœnitentium, qui ſe
a peccatis,& circunſtantijs eorum cir
cuncidunt. De qua Hiere.Circuncidi- Hierem.4.
mini



mini Dño, & auferte præputia cordiū A
veſtrorum viri Iuda, & habitatores
Hieruſalem. Circuncidimini, inquit,
Domino per remotionem peccatorū,
& circunſtantiam eorum. Et auferte
præputia cordium veſtrorū, quæ ſunt
propria voluntas, ſenſus ſingularis,
amor domeſticus. Et hoc per pecca-
torum contritionem, ſic enim fit mun
datio a peccatis. nam quemadmodū
quando ager diu incultus fuit, & de-
bet fieri nouale, primò ponitur ignis
ad comburendum, & conſumendum B
vepres, & ſpinas, aliasq; herbas noci-
uas; Sic primo debet eſſe ignis indi-
gnationis contra peccatum, ita quòd
homo,qui prius fuit incultus ab omni
pœnitentia, diſciplina poſſit coli, vt
ſic ager bene purgatus, & combuſtus
plures fructus bonorum operum affer
Rom.1. re poſſit, iuxta illud Apoſt. Vbi abun-
dauit delictum, ſuperabundauit & gra
tia.Hic vero ager debet eſſe purgatus,
atq; circunciſus in aurib.in oculis, in
manib.& mēbris omnib.Debet.n.cir- C
cuncidi aures,ne audiant mala verba.
Lingua,ne loquatur falſa,vel score ocioſa.
Pes,ne currat ad illicita. Manus,ne ac
cipiat libenter munera, & ne perpe-
tret mala. Oculus, ne videat vanita-
tem. de hac circunciſione habet apud
Iſa.33. Eſa. Quis poterit habitare cum igne
diuorante: ideſt cum Deo.Deus enim
ignis conſumens eſt, conſumens in-
quam peccati rubiginem, & ſubiun-
gitur. Qui ambulat in iuſtitijs, ecce
circuncisio pedum. Et loquitur veri- D
tatem. Ecce circunciſio linguæ. Qui
proijcit auaritiam ex calumnia,& ex-
cutit manus ſuas ab omni munere.
Ecce circunciſio manuum. Qui obtu-
rat aures ſuas, ne audiat ſanguinem,
ideſt detractores,ecce aurium. Et clau
dit oculos ſuos, ne videat vanitatem,
ecce oculorum. Ad commendationē
autem huius ſpiritualis circunciſionis
Dominus ita diſtrictè præcipit Abra-
hæ,vt circunciſio obſeruaretur. Vnde
A inquit in Gen. Maſculus,cuius præpu- Gen.17.
tij caro circunciſa non fuerit, delebi-
tur anima illa de populo ſuo Ideo ma
ſculos circuncidi voluit,& non fœmi
nas,quia maſculi, ideſt boni, ſiue bo-
na opera indigent circunciſione. nam
omnes iuſtitiæ noſtræ, quaſi pannus
menſtruatæ. Fœminæ vero, ideſt ma-
la opera non iubentur circuncidi, ſed
pœnitus abſcindi. Vnde de Aſa rege Iſa.64.
Iudæ legitur, quòd abſtulit omnes ef- 3.Reg.15.
fęminatos a terra. Non ſic Pharao, Exod.1.
B ſed mares proiecit, & abſcidit, &
fœminas reſeruauit. Hæc eſt circun-
ciſio diaboli. Secunda circūciſio,ideſt Circūciſio clauſtraliū
ſuperfluorum,eſt clauſtraliū, qui om-
nia temporalia a ſe abijciunt, nihil 1.Tim.6.
proprium retinentes.De qua Apoſt.Ha
bentes alimenta, & quibus tegamur,
his contenti ſimus. Hæc circunciſio
fuit præfigurata in Deuter. Si egreſſus Deut.21.
fueris ad pugnā contra inimicos tuos,
& tradiderit eos Dominus in manus
tuas,& videris in numero captiuorum
C mulierem pulchram, & adamaueris
eam, uolueriſque habere in uxorem,
introduces eam in domum tuam, quæ
radet Cęſariem, & circūcidet ungues,
& deponet veſtem, in qua capta eſt.
Tria tanguntur hic,quæ in ingreſſu tē-
pli abijciuntur.Primum eſt Cęſaries,
quæ capiti adhæret ideſt ſenſus pro-
prius,& propria voluntas, quę in men
te ſunt,hoc abijcit votum obedientiæ.
Secundum eſt vngues, quæ magis car-
ni adhærent ideſt concupiſcentiæ car-
D nales,quas abijcit votum continentię.
Tertium eſt veſtis ideſt amor, ſiue poſ-
ſeſſio temporalium, quod abijcit vo-
tum paupertatis. Hanc circunciſionē 1.Mach.1.
prohibet Antiochus ideſt ſilentium Contra religioſos.
paupertatis. & multi credunt ei, qui
hanc circunciſionem uertunt in præ-
putium pauperes ſunt in ſæculo; cir-
cunciſi ab omnibus diuitijs, & clau-
ſtrum intrant, vt diuites ideſt præpu-
tiati fiant, quorum figuram gerit Si- Gen.34.
chen,qui ſe circūcidit, vt liberius frue
retur

retur amplexibus Dinæ, quæ interpre A
tatur cauſa hæc. Contra hos clauſtra-
les clamat Apoſt. Circunciſus aliquis
1.Cor.7. vocatus eſt, non adducat præputium.
Circũciſio Martyriũ. Tertia circunciſio eſt martyrum, qui
propter Deum non ſolum nociua, nõ
ſolum ſuperflua, ſed etiam ipſa neceſ
ſaria a ſe amputant ideſt corpora mor
1. Mach.7. ti tradunt. Sic circunciſi fuerunt vij
Exo.4. fratres. Hæc triplex circunciſio fuit
præfigurata in Exo. ubi dicitur. Tulit
Sephora petram acutiſſimam, &c. Pe-
tra acuta eſt pęnitentia, acutior uotũ B
Circũciſio quare oportebat fieri in mẽbro genitali. clauſtri. Acutiſſima martyrium. Vo-
luit autem Dominus circunciſionem
fieri in membro generationi deputato
ad inſinuandum quòd illud membrũ,
quod eſt ſpirituali generationi deputa
tum, multum indigebat circũciſione,
Prou. 18. hoc eſt lingua, quia ſicut legitur Mors
Circũciſio fit die octaua. & vita in manibus linguæ. Octaua au-
tem die voluit Dominus circuncidi.
Primo propter obedientiam, ſic enim
Gen.17. præceperat Dominus Abrahę. Infans
octo dierum circuncidetur in vobis. C
Secundo propter noſtram doctrinam,
voluit enim nos informare, quòd a
principio vitæ noſtræ, voluit quis cir-
cuncidi, & bonis operibus ornari. Tũ,
Aſſuefactio bonorum ab infantia quã utilis. quia bona aſſuefactio vtilis eſt. Hinc
inquit Script. Bonum eſt viro, cum por
tauerit iugum ab adoleſcentia ſua.
Tum, quia homo ab eo, quod didi-
cit ab infantia ſua de facili non re-
Thy. 3. cedit. Hinc Salomon adoleſcentior
Prou. 22. iuxta uiam ſuam, &c. Tum etiam quia
Eccl.7. ſicut cera mollis figurabilis eſt, infan- D
Dies octo uirtutes. tilis ætas diſciplinabilis eſt. Vnde ſcrip.
filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos
a pueritia illorum. Fit autem circun-
ciſio iſta die octauo, ad deſignandas
Bern. octo uirtutes, quas ponit D. Ber. Pri-
mus enim dies eſt iuſtitiæ, quæ reddit
vnicuique quod ſuum eſt, homini
miſeriam, Deo miſericordiam, re-
cogitans, & redarguens peccata
ſua. Et in hoc die puer naſcitur.
Pſal. Secunda dies eſt prudentiæ, in qua

A qua aduertit de præſenti ſæculo ne-
quam fugere. Dicen cum Proph. Odi- pſal. 25.
ui eccleſiam malignantium. Tertia
dies eſt fortitudo ubi omiſſa ſolitudi-
ne attendens propriam infirmitatem,
eligit congregationẽ, q̃ pro fortitudi
ne ſua terribilis eſt, ut caſtrorum acies Eccleſ.4.
ordinata. Conſiderat enim illud. Væ
autẽ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet
ſubleuante. Illuceſcere deinde debet
dies temperantiæ, ut refrenare ualeat
incontinentes motus uoluptatis. Poſt
B neceſſe eſt ut illuceſcat dies patien-
tiæ, per quam omnia dura, & aſpera
tacita complectatur cõſcientia, ſemp
ſeipſum redarguens, & accuſans. Por-
ro in hoc cauendum eſt à ſuperbia. Se
cundum illud pſal. Verumtamen Deo Pſal.61.
ſubiecta eſt anima mea, quoniam ab
ipſo patientia mea, ne occaſione pa-
tientia ſurgat motus ſuperbiæ. ideo ne
ceſſarius eſt, dies humilitatis. Dein-
de dies deuotionis, in qua nihil eſt la-
borioſum, ſed totum ſuaue. Deinde,
C & ultimus dies eſt lumen diſcretio-
nis, quæ mater eſt uirtutum, & conſu-
matio perfectionis, & hæc eſt octaua
dies, in qua circunciditur puer, ut nõ
plus, uel minus fiat. At uero quia ra-
ra iſta auis eſt in terris, huius diſcre-
tionis locũ fratres, in uobis ſuppleat
uirtus obedientiæ, ut nec plus, nec
minus, nec aliter quam imperatum
ſit, faciatis. Et uocatum eſt nomen
eius Ieſus. Vnde Bern. Magnum, &
mirabile ſacramentum. Circuncidi-
D tur puer, & uocatur Ieſus. Quid ſibi
vult iſta connexio. Circunciſio nem-
pe ſaluandi magis, quam ſaluatoris
uidetur & ſaluatorem circuncidere
decet quam circuncidi? Sed agnoſce
mediatorem Dei, & hominum qui ab
ipſo Diuinitatis ſuæ exordio diuinis
humana ſociat, Ima ſumis. Naſcitur
ex muliere, ſed cui fœcunditatis fru-
ctus ſic accedat, ut non decidat flos
virginitatis pannis inuoluitur, ſed pã-
ni iſti Angelicis laudibus honorãtur.

Abſcon-



Abſcõditur in præſepio, ſed proditur A
irradiante ſtella de cœlo. Sic & Cir-
cunciſio ueritatem ſuſceptæ probat
humanitatis. Et nomen, quod eſt ſu-
per omne nomen gloriam indicat.
Maieſtatis. Circunciditur tanquam
uerus filius Abrahæ Ieſus uocatur tan-
quam uerus filius Dei. Et recte hoc ei
De nomine Ieſus. nomen conuenit. Primo ratione natu-
ræ, ut qui ex diuina natura erat ſalua-
tor authoritatiuè, ex humana natu-
ra fieret ſaluator myſterio, ut uendi-
caret ſibi nomen Saluatoris. Secundo B
ratione efficaciæ, quia Chriſtus, nos
ſua paſſione ſaluauit. Ideo merito ha-
buit nomen illi beneficio congruens
Ieſus habet tria nomina. Et uocabitur nomen eius Ieſus. Ie-
ſus ſecundum tria Idiomata princi-
palia tria habet nomina. In gręco dici
tur. Soter in Hebreo Ieſus, in Latino
Eccl.46. Saluator. Vnde in ueteri teſtamen-
to ſaluatores reperiuntur hoc nomine
Ieſus uocati. Primus Ieſus, ſiue Ioſue,
de quo dicitur fortis in bello Ieſus, fi
lius Naue ſucceſſor Moyſi qui Ieſum C
ſignificat, & recte. Nam ſicut per Ior-
danem Ieſus naue populum duxit in
terrã promiſſionis ſicco pede, Ama-
lech prius debellato, & poſtea diuiſit
terram in funiculo diſtributionis. Sic
noſter Ieſus diabolũ in cruce debella-
uit, omnes ſaluandos per baptiſmum
quotidie introducit in ſoliditatẽ æter
næ hæreditatis modo ſpe, tandem re,
quando ſecundum merita omnibus
diſtribuit præmia. Secundus Ieſus fuit
filius Sirach qui fuit doctor, & com- D
poſuit Eccleſiaſticum. Et docet ui-
tia uitare, & uirtutes operari ut in-
Ioan.8. quit Hiero. in prologo. Sic noſter Ie-
Matt.5. ſus. Vade, inquit, adultera & noli am-
plius peccare. Item docuit uirtutes.
Beati pauperes ſpiritu. Beati mites.
Tertius Ieſus fuit magnus ſacerdos.
Zach.3. De quo per Zach. oſtendit mihi Domi
nus ſacerdotem magnum Ieſum ſtan
tem coram Angelo Domini per hunc
Ieſum, ut inquit Hiero.) Saluator no-

A ſter intelligitur, qui eſt ſacerdos no-
ſter ſecundum ordinem Melchiſe-
dech. Et dicitur ſacerdos, in quan-
tum homo. Angelus magni conſi-
lij, in quantum Deus. Iſte fuit coram
illo, quia humanitas unita fuit Diui-
nitati. Vidit ergo propheta Ieſum co Eſa.13.
ram Angelo, ideſt in utraque natura
ſtantem, quia ſtabili gradu conſiſtit,
& quæ placent Diuinitati ſemper fa-
cit. Ille Ieſus erat indutus veſtibus
ſordidis, ſic noſter Ieſus carne cruenta
B ta in paſſione apparuit. De quo Eſai.
Nos reputauimus quaſi leproſum, &c.
Ab illo fuerunt ablata ueſtimenta ſor
dida. Sic a noſtro Ieſu hæc ueſtimenta
mortalitatis, & pœnalitatis fuerũt ab-
lata in morte, & indutus eſt mutatoriis
in reſurrectione, quando induit ſe for
titudinem, & decorem, & mitram,
ideſt ſplendorem Diuinitatis acce-
pit. Verum hi nomine Ieſus par-
tim, & non ex toto præfigurabant no-
ſtrum Ieſum, quia ipſe eſt uerus tota-
C lis & æternus ſaluator. Ideo dixe-
runt Samaritani. Nunc cognouimus,
& ſcimus quia hic eſt uere Saluator
mundi. Nam alteri fuerunt figurati-
ui Saluatores, hic uere Saluator totius
mundi. Sed dignitas huius nominis Dignitas nominis Ieſus.
multiplex eſt. Eſt enim ab æterno
conſecratum, vt inquit Ber. Ab æter-
nis præfiguratum ut in his tribus Ie-
ſue. Ieſu Sirach &c. a prophetis deſide
ratum, vt inquit, Eſa. Nomen tuum in Phil.2.
deſiderio animæ a Deo nominatum. Exo.28.
D Vnde dedit illi nomen &c. Hinc no- Prou.30.
men hoc ſuper cętera portabat Sa-
cerdos. Et portabat in fronte, cæte-
ra uero in ore, ut inquit Salomon
fuit ab Angelo prenuntiatum. Vnde
Euang. Lucas. Et ſanctum uocabitur Luc. 1.
filius Dei. Ab Apoſtolis magnifica- Actu.1.
tum quia ibant Apoſtoli gaudentes a
conſpectu concilij, quoniam digni ha
biti ſunt pro nomine Ieſu contumelia
pati. A martyribus teſtificatum. Nam
pro hoc nomine paſſi ſunt a confeſſo-

ribus collaudatũ, a Sãctis Virginibus
Cant.1. præguſtatum. Vnde inquit, Sponſa
Nomen Ieſus dicitur oleum. oleum, effuſum nomen tuum, quod
eſt Chriſtus. Dicitur autem nomen
Chriſti oleum, quia reficit, ſanat languidos,
illuminat cęcos, ſupernatat
Phil.2. omni nomini, quia eius nomen eſt ſuper
omne nomen. Et non eſt aliud nomen
Act.4. datum hominibus ſub cœlo, in
Efficacia nominis Ieſus. quo oporteat nos ſaluos fieri. Eſt ẽt
oleum effuſum nomen Ieſus, quia fama
nominis ſui eſt notificata toti mũdo.
Et quia dolores peccatorum mitigat,
& ſanat. Hinc Ber. de primo ſic
inquit. Habes anima mea reconditum
electuarium in uaſculo uocabuli;
quod eſt Ieſus, quod nulli vnquam
peſti inuenitur inefficax. Et Petrus
Rauenſis de ſecundo. Hoc eſt nomen,
quod dedit cœcis uiſum ſurdis auditum,
claudis greſſum, ſermonem mutis,
uitam mortuis. Eſt etiam pœnitentibus
in refugium: quia confert ueniam
1.Io.2. a peccatis, ſecundum illud Io.
Scribo uobis filioli quoniã remittũtur
uobis peccata propter eius nomẽ.
Aegrotantibus in remedium, quia con
Prou.18. fert gratiam ſanitatis. Pugnantibus
in ſubſidium. Secundum illud Turris
fortiſſima nomen Domini. Et orantibus
in ſuffragium: quia confert fiduciam
impetrandæ ſalutis. Vnde Io. Si
quid petieritis in nomine meo, dabit
uobis, hoc eſt in nomine Saluatoris.
Ieſus quinque literæ quid ſignificent. In hoc nomine Ieſus ſunt quinque literæ,
quæ poſſunt eſſe initia iſtarum dictionum,
ideſt Iocunditas merentium
E, Eternitas uiuentium. S, ſanitas languentium.
V, Vbertas egentium. S, Sa-
Ieſus panis quo cibãtur omnes. tietas eſurientium. Ipſe enim eſt panis
ille quo cibantur Angeli quo ſaginantur
Apoſtoli, quo reficiuntur Martyres,
quo paſcuntur cõfeſſores, & ſatiantur
electi omnes. omnia, enim nobis
Ieſus eſt. Si vulnus curare deſideras,
medicus eſt. Si febribus æſtuas, fons
eſt, ſi iniquitate grauaris, iuſtitia eſt, ſi
auxilio indiges, uirtus eſt, ſi tenebras

A fugis, lux eſt, ſi mortem times, uita eſt
ſi cœlum deſideras uia eſt. Guſta igitur
quam ſuauis eſt Ieſus, Beatur uir,
qui ſperat in eo. Quare hoc ſanctiſſimum
nomen eſt in corde retinendum,
in ore habendum, in aure ſeruãdum,
in manu ferendum, in frõte ſcribendum.
In corde quia gaudium in
ore quia iubilus in aure, quia melos,
in manu, quia uirtus, in fronte, quia
honor, vnde Ber. Ieſus in corde gaudium,
in ore iubilus, in aure melos. Eſt
B etiam hoc nomen amabile, quia peccatores
iuſtificat. Hinc dicitur oleum Can.1.
effuſſum; in oleo miſericordia, in effuſſione
abundantia miſericordiæ deſignatur.
Iuſtos lætificat, Secundum illud,
laudate nomen eius, quoniam ſua Pſal.99.
uis eſt dominus. tentatos adiuuat, quia Pſal.123.
adiutorium noſtrũ eſt in nomine Domini
.uſtis gratiam augmentat Vnde Prou. 18.
dicitur, Turris fortiſſima nomen Domini.
Ad ipſum currit iuſtus, & exal- Iohel.3.
tatur. Et omnes, qui ipſum inuocant
C ſaluat. Hinc Iohel, Omnis, quicunque
inuocuerit nomẽ Domini ſaluus erit.
Hoc nomen debent inferi formidare,
quia in eo ſunt expoliati. Terreſtes
adorare, quia in eo ſunt redẽpti,
cœleſtes laudare, quia in eo ſunt reſtaurati,
vnde Apoſt. in nomine Ie- Phil.2.
ſu omne genu flectatur cœleſtium,
terreſtrium, & infernorum. Cum ergo
ſit tam dulce, & ſuaue hoc nomen, portemus,
fratres, illud ſemper in cordibus
noſtris ſicut inquit Apoſt. Habita- Rom.15.
D re Chriſtum per fidem in cordibus noſtris,
in fronte de eo gloriantes, in manu;
omnia in nomine eius facientes.
ſecundum dictum Apo. Omnia quæcũ Coll.3.
que facitis ſiue in uerbo, ſiue in opere
&c. in conuerſatione eũ imitantes.
ſicut hortatur Apoſt. Imitatores mei 1.Cor.4.
eſtote &c. in toto corpore ſemper mortificationem
Ieſu Chriſti in corpore 2.Cor.4.
noſtro portantes. Et in calamo iugiter
de eo ſcribentes, quemadmodũ
Apoſtolus ferein omnibus epiſtolis





ſuis ſcribebat, Ieſum Chriſtum. Vt ſic
hac laudabili conſuetudine in hora
mortis noſtræ cum hoc nomine Ieſu
ſpiritum emittamus. Amen.

*In feſto Epiphaniæ Domini.*
*Sermo vnicus.*

Sermo 13. ADEST (Fratres dilectiſſimi)
Feſtiuitatis
dies Epiphaniæ Domini,
maxima a nobis
cum exultatione celebrandus.
Epiphania quippe manifeſtatio
dicitur. nam ſicut nato Domino
manifeſtatus eſt Iudæis, Paſtorib. per
Angelos; Ita hodie, vt rex cœlorum
gentib. magis voluit ſe demonſtrare
per cœleſte indicium, iuxta illud.
Pſal.18. Cœli enarrant gloriam Dei. Vtrobi-
Eph.2. que enim iſte lapis angularis applicare
voluit. nam ipſe eſt pax noſtra, qui
fecit vtraque vnum, paſtores a Iudæa,
Magos ab oriente. Ecce enim reuelata
Chriſti natiuitate paſtoribus eodem
die quo natus eſt, ipſamet die per ſtellam
fuit Magis in oriente nunciatus,
& in tertiadecima die eſt ab eis adoratus,
aliàs ſi reuoluto anno, vt quidã
dicunt, vel etiam duobus annis reuolutis
veniſſent, non inueniſſent eum
Matt. 2. in Bethleem. Cum ſcriptum ſit quòd
poſtquam perfecta fuerunt omnia ſecundum
legem Domini, & obtulerũt
puerum Ieſum in templũ, reuerſi ſunt
in Galilæam ciuitatẽ ſuam Nazareth.
Matth.2. Hinc fit quòd Euang. Matth. deſcribere
volens aduẽtum Magorum, inquit.
Ecce, hoc eſt confeſtim Magi. Iſti Magi
nõ magici, vel malefici, vt quidam
autumant fuerũt, ſed dicti fuerunt Magi
a magnitudine ſapientiæ. Erant. n.
ſapiẽtes, & philoſophi, & reges in terra
Perſarum Iſti quidem venerunt ad
Ieſum, quia ſapientiæ gloriam, quam
poſſidebant, recognouerunt a Chriſto,
vt magis illa ad eos reflueret.
Eccle.1. Vnde inquit Eccleſ. Ad locum, vnde

A exeunt flumina, reuertuntur, quia ad
principium, vnde proueniunt beneficia,
reuertuntur per gratiarum actionem,
vt iterum fluant per iteratam
beneficiorum exhibitionem, vel dicantur
etiam a magnitudine. Non
enim ſolum cogitauerunt magna, vel
dixerunt, ſed etiam fecerunt, quia venerunt
ad Chriſtum. Opus conſummauerunt,
& iſti ſunt boni Magi. Nõ Exod. 8.
ſic magi diaboli, qui deſignantur per
magos Pharaonis, qui defecerunt in
B tertio ſigno. Bene enim proponunt,
& bonum ſe facturos dicunt, ſed in
tertio ſigno deficiunt, quia nihil habẽt
in opere, ſed Magi Saluatoris plus
habuerunt in opere, quam in ſermone.
Plus enim non dixerunt, niſi quod
veniebant adorare, ſed nõ ſolum adorant,
verum & munera offerunt. Item
deficiunt in tertio ſigno, quoniam ad
faciendum bonum habent bene ſcire,
& bene poſſe, ſed non habent velle,
ſed ſcienti bonum, & non facienti pec
C catum eſt illi. Et venerunt ab oriente, Iac.4.
quia omnes, qui ad Dominum veniũt
ab ipſo, & per ipſum veniunt, quia ip-
ſe eſt oriens, iuxta illud. Ecce vir oriẽs Zach.3.
nomen eius. vel ab oriente, vnde dies
naſcitur. nam inde initium fidei proceſſit.
Item ab oriente, quæ eſt religio
ſplendida, & calida, & ſignificat intelligentiam,
quæ ſplendet, & charitate
ardet, vnde Bernar. Qui amat ardentius,
currit velocius, & peruenit citius,
vel ab oriente, ideſt a gloria parentũ,
D & luce mundanę proſperitatis, quę debent
relinqui poſt dorſum, vnde ſcri-
ptura, Viri habentes faciem ad orien- Ezech.7.
tem, & dorſum ad templum, hi ſunt
abutẽtes quinque ſenſibus, qui habẽt
faciem ad ortum ſuum, ſed tergũ vergunt
Chriſto. Dicentes vbi eſt qui na-
tus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim Fides magorum.
ſtellam eius in oriẽte, & venimus adorare
eum? Vnde Chryſoſt. admirans
fidem iſtorum, inquit. Nunquid neſciebant,
quòd in Hieruſalem regnabat

Herodes? Nunquid neſciebant, quòd A
quicanq; rege viuente alterum regem
pronunciat, & adorat, quaſi miniſter
tyranni punitur in ſanguine? Sed dũ
conſiderabant regem futurum, non ti
mebant præſentem qui quamuis prę
oculis haberent periculũ mortis, non
tamen curabant mortem, erant enim
parati mori pro Chriſto. O beati Ma-
gi, qui ante conſpectum crudeliſſimi
regis, antequam Chriſtum cognoſce-
rent, facti ſunt Chriſti confeſſores.
O mira fides, profecto hæc illam con- B
tritionis, atq; latronis ſuperexcellere
videtur. Magna nempe fuit latronis fi-
des, quæ per ſupplicium credit ire ad
regnum. Dicens, Domine memento
mei, dum veneris in regnum tuum.
Quis enim illi indicauit, quòd opor-
tebat pati Chriſtum, & ſic intrare in
gloriam ſuam? Mira etiam fides Cen
turionis, qui videns Dominũ claman
Matth. 26. do expiraſſe, inquit. Verè hic homo fi-
lius Dei erat, ſed tamen iam tunc mul
ta miracula fecerat, iam tunc a mul- C
tis prædicatus fuerat, a multis adora-
tus, ſed hi cognoſcunt Dei filium in
anguſto diuerſorio, infantilibus pan-
nis inuolutum, atque uerbis, & acti-
bus, & muneribus ipſum confitentur.
Verbis quidem, dum dixerunt. Vbi eſt
qui natus eſt, &c. Actibus, quia cum
vidiſſent eum, adorauerunt. Muneri-
bus, quia obtulerunt aurum, thus, &
mirrham. Latro regem pronuntiat cla
uis affixum in patibulo. Centurio ve-
ro Dei filium, & hominem in morte, D
ſed Magi hæc tria in muneribus ipſis.
nam in auro oſtendunt regiam pote-
ſtatem, in thure diuinam maieſtatem,
in mirrha humanam mortalitatem.
Stella magorum differt a Stellis cęleſtiũ orbium.
Vidimus ſtellam. Stella iſta non fuit
vna ſtellarum cœleſtium orbium, ſed
differebat in multis ab alijs ſtellis.
Primo in ſitu, quia erat in aere vicino
terræ. Secundo motu, quia non circu
lariter mouebatur, ſed indirectè, quia
cum euntibus ibat, & cum ſtantibus
ſtabat. Tertio, quia lucebat die, ac no- A
cte, alię vero ſtellæ lucẽt tãtum nocte.
Quarto in quantitate, non enim erat
ita magna, ſicut alię. Quinto in ſigni-
ficatione, quia aliæ ſtellæ ſignificant
diſtinctionem temporum, iſta Chriſti
natiuitatem. De qua Fulgoſ. Hæc ſtel-
la fuit Dominicæ natiuitatis nuncia.
Sexto, quo ad durationem. nam aliæ
ſunt perpetuæ, hæc vero redijt ad præ
iacentem materiam, quia expleto of
ficio ſuo reſoluta eſt in priſtinam na-
turam. Inſuper ſtella eſt gratia præue B
niens, quæ ducit ad perfectionem, &
conſummationem. Hæc eſt Lucifer,
de quo Iob. Nunquid Luciferum pro- Iob. 38.
ducis in tempore ſuo? qui bene ſigni- Stella *gratia* dicitur.
ficat gratiam, quia ſicut Lucifer præ-
cedit diem, ſic gratia gloriam. De hac
pſal. Paraſti lucernam Chriſto meo, & Pſal. 131.
in Gen. Dimitte me, iam enim aurora Gen. 32.
aſcendit, dicit gloſa. Iam habes gra-
tiam, ſed iſte ait. Iam non dimittam
te, niſi benedixeris mihi prius, & ſta-
tim ortus eſt Sol. Stella etiam ſignifi- C
cat hominem interiorem, de qua Ioã.
Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in fi- Apoc. 2.
nem opera mea, dabo illi ſtellam ma-
tutinam. Stella etiam dicitur Luci-
fer, quæ dicitur ſtella Venus, & ante-
quam oriatur Sol, demittitur lux Lu-
ciferi, ſic ad hoc quòd perfecti ſumus,
neceſſe eſt nos humiliter ſentire de gra
tia noſtra. Vnde habetur apud Eccle- Eccl. 18.
ſia. Cum conſummauerit homo, tunc
incipit. Et Iob. Cum te conſumptum Iob. 11.
putaueris, orieris vt Lucifer. Videt er- D
go in oriente ſtellam, qui recognoſcit
gratiam, quæ data eſt ei in principio,
& gratias inde agit. nam ſicut dicit
Bernard. Ingratitudo eſt ventus vrens
exſiccans fontem pietatis, rorem mi-
ſericordiæ, fluenta gratiarum. Et ve-
nimus adorare eum, ſed quomodo Deus quomodo ado-
adorandus? audi Ioannem. Venit ho- randus.
ra, & nunc eſt, quando veri adorato- Ioan. 4.
res adorabunt Patrem in ſpiritu, & ve
ritate. Spiritu quantum ad affectum,
& ve-



& veritate quantum ad intellectum, A
vel ſpiritu, i. in deuotione mentis inte-
rius, & veritate, ideſt ſeueritate pro-
priæ carnis exterius. Sic homo adorat
Deum de toto, ideſt de ſpiritu, & car-
ne. Vnde pſalm. de utroque ſic dicit.
Pſal. 118. Cor meum, & caro mea, &c. Vel in
ſpiritu, quantum ad opera ſpiritualia
contemplatiue, & veritate bonorum
operum, ſine hyppocriſi, & ſine ſimu-
latione quantum ad actiuam, vt ſimul
homo habeat Liam, & Rachelem in
matrimonium ſimul, ſicut Iacob, vel B
in ſpiritu, ideſt vero, & non ficto. nam
talis ſpiritus eſt verum templum, in
Sap. 1. quo habitat Deus, vnde Sapien. Spiri-
tus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.
Vidimus ergo recta fide, & venimus
bona operatione. Sed nota, quòd dũ
impius conuertitur ad Dominum, &
recedit a via mala, ſtatim turbatur
Herodes, omniſque Hieroſolima cum
eo, ideſt diabolus cũ ſuis ſatellitibus,
Pſal. 67. & ſimul cõgregantur, iuxta illud pſal.
Congregatio taurorum in vaccis po- C
pulorum, vt excludant eos, qui proba
ti ſunt argento. Et diligenter inquirit
tempus, & locum, vt occidat adhuc ip
ſum in infantia, hoc eſt in principio,
quando ſalus naſcitur in corde homi-
nis, ne ſi Ieſus, ideſt ſalus creuerit in vi
rum perfectum, auferat ei regnum
Matth. 23. ſuum. At illi dixerunt. In Bethlem Iu
da. Eſto igitur domus panis, vt in te
naſcatur Chriſtus. In Bethlem. Ecce
illi bene docent. Quare omnia, quæ-
cunque dixerint vobis, facite. Iſti ſi- D
miles fuerunt fabris arcæ Noe, qui ar-
cam alijs fabricauerunt ne diluuio pe
rirent. Similes lapidibus milliarijs,
qui viam alijs oſtendunt, nec ipſi am-
bulare poſſunt, ſed tunc Hærodes. Ite
inquit Magis, & interrogate, &c. Sic
ſunt hyppocritæ, aliud habent in ore,
aliud in corde. Contra quos, inquit
Eccle. 1. Eccleſ. Noli eſſe hyppocrita in conſpe
ctu hominum. Qui cum audiſſent
regem abierunt. Ecce obedientia ve-
lox, vnde Salomõ. Vir obediens loqui A Prou. 21.
tur victorias. Hoc figurabat celeritas
Rebeccę in deponenda hydria, ut da-
ret potum. Abrahæ. ſcilicet prom- Gen. 24.
ptitudinem obedientiæ Magorum ue-
nientium ad Chriſtum. Et ecce ſtella,
quam uiderant in oriente, antecedebat
eos quia relicto Herode ideſt diabolo Cauſæ quare alius alium antecellat.
uenit gratia. Vnde notandum quod tri
bus de cauſis aliquis alium antecedit.
uel ut uiam demonſtret, uel uiam præ-
paret, vel ad ambulandum alliciat. Sic
gratia Dei antecellit nos, vt viam de- B
monſtret. Vnde Pſal. Vias tuas demon Pſal. 24.
ſtra mihi. Præparat etiam viam. Vnde
Ioãnes ideſt gratia præparat viam Do Ioan. 1.
mino. Præcellit etiam nos ad allicien-
dum. Vnde miſericordia Domini præ-
uenit nos, vt velimus, ſequitur autem
nos, ne fruſtra velimus. Vſque dum ve
niens ſtaret ubi erat puer, quia ſupra
domum, vbi naſcitur Chriſtus ideſt ſa
lus, ſtat gratia, quia confirmat homi-
nem in Domino. Vel poſtquam gratia
induxit nos in domũ ſaluatoris, ideſt C
in patriam, ibi ſtat, quia tunc in gloria
confirmamur. Vel ſtella Diuinitatem
in Chriſto ſignificat. Et hæc dicitur ſte
tiſſe, vbi erat puer, quia ſemper in
Chriſto eſt Diuinitas. Et gauiſi ſunt Gaudere gaudio magno.
gaudio magno. Naturaliter gaudet ho
mo, cum ei proſpera ſuccedunt. Sed
gaudio gaudet, cum æquaminiter ſu-
ſtinet aduerſa. Valde magno gaudio
gaudet, cum ei contumeliæ ſunt gratę
ſicut ibant Apoſtoli gaudentes. Primũ Act. 5.
gaudium habuit Iſaac Deo manens D
gratus in proſperis. Secundum Iob, qui
innocentiam ſuam defendit in aduer-
ſis. Tertium Laurentius, & Vincentius,
qui carnifices irriſerunt in tormentis.
Item gaudium eſt in via naturali, ut de
Ezechia magnum in uita gratiæ, ma-
ximum in vita gloriæ. De quo Ioan. Ioan. 16.
Gaudium veſtrum nemo tollet a uo-
bis. Et intrantes domum, inuenerunt
puerum cum Maria matre eius. Hæc
eſt Maria fœlix mater, ſine qua Ieſus
non

non concipitur. nec naſcitur. nec my-
Maria non inuenitur ſine Ieſu. rum, quia ipſa eſt fons pietatis. Egre-
dietur (inquit Eſai.) virga de radice Ieſ
ſe. Hæc eſt benedicta mater, ſine qua Ie
ſus non inuenitur. Ipſa eſt mater, ſi-
ne qua. Ieſus non crucifigitur. Vnde
Ioan. 19. Ioan. inquit, ſtabat mater doloroſa,
Luc. 2. quæ crucifixa eſt in anima. Vnde Luc.
Tuam ipſius animam pertranſibit gla-
dius. Sine ipſa ad nuptias nõ vocatur.
Sine matre Spiritus ſanctus non datur.
Act. 1. Hinc Lucas inquit quod erant omnes
perſeuerantes in oratione. Nec mirũ,
quia ipſa eſt aquæductus gratiæ, per
hanc enim gratia datur, & impetra-
tur. Hinc dicitur Maria mater gratiæ,
In qua domo inueni tur Ieſus. & mater miſericordiæ. In domo ergo
inuenitur ſcilicet oratione in eccleſia.
De qua Eſai. Domus mea domus ora-
Eſa. 56. tionis uocabitur. Vel inuenitur in do-
mo ideſt in religione, cum Maria ideſt
amaritudine pęnitentiæ, quia ſalus eſt
2. Tim. 3. per pęnitentiam. Vnde Apoſt. Qui pie
volunt viuere in Chriſto perſecutionẽ
patiuntur. Vel inuenitur in domo, ideſt
in conſcientia, quando quis intrat ad
illam, ſcilicet perſcrutãdo. Vnde Aug.
Conſcende o homo tribunal mentis
tuæ, & ſtatue te contra te, ſit ratio iu
dex, accuſatrix conſcientia, teſtis me-
moria, tortor timor, &c. Et prociden-
tes adorauerunt eum. vbi humilitas.
Hinc ſcrip. Oratio humiliantis ſe, nu-
Eccl. 35. bes penetrat. Et apertis theſauris ſuis
Munera qd ſignificẽt. obtulerunt aurum, thus, & myrram.
aurum refertur ad tributum, Thus ad
ſacrificium, Myrra pertinet ad ſepultu
ram, confeſſi ergo ſunt in his muneri
bus Regiam poteſtatem, Diuinam Ma
ieſtatem, & Dominicam ſepulturam.
Tria habebant Magi a Domino, cor-
pus, hinc procidentes, animam, hinc
adorauerunt, temporalem ſubſtantiã,
vnde obtulerunt munera. Trinam ſub
ſtantiam cognoſcebant in Chriſto. Di-
uininitatem, quæ per aurum intelligi-
tur, quod uniuerſis ſupereminet metal
lis. Thus redolens pręcioſam animã,

A Myrrã prohibentem vermes, corpus
Chriſti moriturum non ſentiens ſtimu
los vitiorum. vel in auro confeſſi ſunt
creatorem cæli, & terræ. Conſeruato-
rem, & rectorem cognouerunt in myr-
ra, quæ præſeruatiua eſt, quia Deus
omnia conſeruat in eſſe. Vnde Sapi. Sap. 2.
Quomodo aliquid permanere poſſet,
niſi tu uoluiſſes? in thure, quod Deo
immolatur, reparatoriũ, ſic Chriſtus
immolatus fuit in cruce pro reparatio
ne totius mundi. Huius thuris fumus
B diabolum fugauit. Vnde Tob. fumus Tob. 6.
eius extricat omne genus dœmonio-
rum. Purgauit Hinc Ioan. Qui dilexit Ioan.
nos, & lauit in ſanguine, & mundum
Deo recõciliauit, offerens ſemetipſum Eph. 5.
oblationem, & hoſtiam Deo. Sic etiam
fratres nos Deo offeramus aurum ideſt
eleemoſynam. nam ſicut aurum cæte
ris præponderat metallis, ſic ipſa cæte-
ris virtutibus. Vnde Tob. Eleemoſyna Tob. 4.
a peccato, & morte liberat. Thus ora- Orationis conditiones.
tionem. Thus debet eſſe redolens, fu
C migans, & ardens, in igne. Sic oratio,
frequens, humilis, & deuota. Frequẽs, Luc. 18.
quia oportet ſemper orare, & nunquã Ecc. 35.
deficere, Humilis, quia oratio humi-
liantis ſe nubes penetrabit. Deuota.
Vnde Apoſt. pſallam & ſpiritu, pſallã
& mente. Myrrham carnis mortifica-
tionem cum paſſione Chriſti coniun-
ctam, vt alia ſit myrrha prima, alia ele
cta, alia probatiſſima. Carnis enim Carnis mortificatio triplex.
mortificatio triplex eſſe debet, ut ſit
alia in diſciplinis, alia in ieiunio, alia
D in vigiliis. De prima inquit Apoſt. in Hebr. 12.
diſciplina perſeuerate, tanquam filijs
offert ſe Deus. De ſecunda, Iohel, Ca- Iohel. 2.
nite tuba ſanctificate ieiunium. De ter Eccl. 31.
tia vigilia honeſtatis tumefaciet car-
nes. Quibus vero oblatis oportet (fra
tres) imitari magos, qui reſponſo acce
pto contemplationis, ne redirent ad
Herodem, ideſt ad diabolum, ſecun-
dum illud. Animalia ibant, & non re- Ezech. 1.
uertebantur. Et Apoſt. Melius eſt uiam 2. Pe. 2.
veritatis non agnoſcere, quàm poſt co
gnitionem



gnitionem retrorſum conuerti, per
aliam viam reuerſi ſunt. Nam ſcilicet
a Deo receſſimus, per ſuperbiam, debe
mus redire per humilitatem, ſi per ino
bedientiam, ſi per luxuriam, per obe-
Cant. 2. dientia, & caſtitatem. Hæc enim ſunt
viæ pulchrę, & omnes ſemitæ eius pa-
cificæ, vt lux vijs ambulando, poſſi-
mus intueri fructum ventris, Dominũ
noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

## DOMINICA INFRA Octauam Epiphanię.

### *De Plenitudine gratiæ in Chriſto. Ser. vnicus.*

Sermo 14. CVM Ieſus ſit plenus Sa-
Ioan. 1. pientia, & gratia ſecun
dum illud, vidimus glo-
riam eius vnigeniti a pa
tre plenum gratia, &
Coll. 2. veritate. Et Apoſtol. In Chriſto ſunt
ſunt omnes Sapientię, & theſauri ſcien
tiæ abſconditi, qui poſtea fuerunt no
bis diffuſi in paſſione, quando de pleni
tudine eius nos omnes accepimus, &
quotidie fluunt in conuerſione cuiuſ-
libet peccatoris. Tanta enim eſt pleni-
nitudo in eo, quòd quotidie fluunt, &
nunquam exeuriuntur. Quid eſt quod
dicitur. Ieſus autem proficiebat gratia
& ſapientia, &c. Si proficiebat, ergo au
gebatur in eo gratia, & ſapientia. Si
augebatur, ergo aliquid ei de nouo ac-
cidebat, quod ante non habebat quod
tamen ualde inconueniens eſt dici de
Chriſto, cum ipſe ſit vnigenitus a
patre, plenus gratia, & veritate, & ſit ei
virtus, & ſapientia. Quapropter ad
enucleandum quod propoſuimus, præ
mittere neceſſario exiſtimamus, Vnde
hoc nomen gratiæ deriuatum eſt, Quo
tuplex in Chriſto gratia inuenitur, ut
ex hoc cognoſcere poſſimus quomodo
ſit plenus gratia, et quod diſcrimen ſit
inter ipſum, & Beatam Virginem, Ste
phanum, cęteroque Sanctos, qui om-

A nes dicũtur gratia pleni. Nam de Chri
ſto dicitur plenum gratia. De Beata Vir Luc. 1.
gine, Gratia plena De plenitudine ſan
ctorum inquit Apoſt. Vt impleamini E. h. 3.
in omnem plenitudinem gratiæ Dei
inſuper quotuplex in eo gratia inue-
nitur, & quomodo intelligitur Ie-
ſus autem perficiebat &c. Circa pri-
mum ſciendum eſt quod nomen gra-
tiæ dupliciter capi poteſt. Primo ex eo Gratia dupliciter capitur.
quod eſt gratũ eſſe. Dicimus enim ali
quem alicuius gratiam habere, quia
B eſt ei gratus. Secundo dicitur gratia
quia aliquid gratis datur. Etenim di
cimus aliquem alteri gratiam facere
quando ei aliquod beneficium gratis
confertur. Vnde duplex gratia diſtin
gui ſolet, Alia, quæ dicitur gratia gra
tis data. Alia uero, quæ nominatur
gratia gratum faciens. Gratis au-
tem dari dicitur quod nullo modo eſt
debitum. Debitum autem dupliciter
exiſtere dicitur, primo debitum ſecun
dum naturã, quod dicitur illud, quod
C ordo naturalis ipſius rei expoſcit, ſi-
cut debitum eſt homini ſecundum na
turam, quod habeat rationem, manus
& pedes. Altero modo dicitur debi-
tum ſecundum operationem, ſicut
merces operanti debetur. Igitur Do- Gratia gratis data, q̃ dicitur.
na, quæ & ordinem naturæ excedunt,
& meritis non acquiruntur dicuntur
gratię diuinitus gratis datæ, quamuis
& ea, quæ pro meritis dantur diuini-
tus, interdum gratię nomen, vel ratio-
nem non amittant. Tum, quia prin-
D cipium merendi fuit a gratia, tum
etiam, quia ſuperabundantius dantur,
quòd merita humana requirunt, ſicut
dicit Apoſt. Gratia Dei, vita æterna. Rom. 6.
Non tamen ex huiuſmodi donis, quæ
gratiæ gratis datæ dicunt̃, quia natu-
rę humanæ facultatem exceduntur, &
meritis non redduntur, ex hoc reddi-
tur homo Deo gratus, ſicuti eſt donũ
Prophetię, miraculorum operationis,
ſcientiæ, & doctrinæ, vel ſi qua talia
diuinitus conferantur. nam per hæc
homo

homo Deo non coniungitur, niſi for- A
tè per ſimilitudinem quandam, pro vt
Gratia gratis data ēt peccatori datur. aliquid de eius bonitate participat,
ſicuti omnia Deo aſſimilātur, ſicuti
inferius dicemus. Vnde talis gratia
gratis data a Deo omnibus, etiam pec
Aſſimilatur rori. catori, conceditur ſemper, & offertur.
Vnde talis gratia ſimilis eſt rori, quia
ſicut ros de cœlo ſuper omnes herbas
deſcendit, in omnibus tamen herbis
virtutem ſuam non oſtendit, quia ſci-
licet aliquæ ſunt herbæ ſiccæ, & mor-
tuæ, quæ per roris influentiā nequeūt B
vegetari: Sic gratia gratis data gene-
raliter omnibus conceditur, iuxta il-
Eph. 4. lud. Vnicuique noſtrum data eſt gra-
tia. Peccatores tamen ſicci, & mortui
ab iſta gratia non adiuuantur, boni ve
ro per ipſam ſpiritualiter uegetātur,
Prouer. 14. quia ſicut in Prouerbijs dicitur, Inter
Gratia gratum faciēs. iuſtos morabitur gratia. Quædam
vero dicitur gratia gratum faciens,
quia hominem Deo gratum reddit, &
ei coniungit. Et hæc comparatur etiā
rori, quia confert humorem deuotio C
Pſal. 132. nis, vnde pſal. ſicut. Ros hermon, qui
Comparatū rori. deſcendit in montem Sion. Compa-
ratur flori, quia eſt mentis decora-
Flori. tiua, vt enim flos ſolet arborem,
in qua eſt decorare, & ſpem fructus
futuri veriſimiliter declarare, ſic gra-
tiam animam decorat, & fructum fu-
turæ gloriæ paradiſi futurum decla-
Fonti. rat. Comparatur fonti, quia eſt men
tis purgatiua. Nam ſicut fons purifi-
cat ſordes, & feces, ſic gratia mentem
purificat, atque mundat, & irrigat D
plantas bonorum operum. Compa-
Ponti. ratur Ponti, quia eſt mentis ſuſtentati
ua. pons enim hominem ſuſtinet ne
in fluuium cadat. Sic gratia eſt ſicut
pons ſtabiliſſimus, ſuper quo quan-
diu ſumus, mortis æternæ periculum
Hebr. 13. non timemus. Hinc Apo. inquit quod
optimum eſt gratia ſtabilire cor. Cō-
Claui. paratur Claui, quia per hanc cæleſtē
gloriam ingredimur ſine claue Dauid
nemo pōt paradiſum introire ideſt

A ſine gratia Dei. vnde de eo intelligi- Prou. 11.
tur. mulier gratioſa inueniet gloriā,
hinc de Stephano pleno gratia cani-
tur quod vidit cœlos apertos, vidit, &
introiuit beatus homo, cui cœli pate-
bunt. Comparatur naui, quia per hāc Naui.
ſine periculo tranſuehimur. Ionas Ion. 2.
quandiu fuit in naui, non fuit a cete
abſortus, ſed ſtatim a naui proiectus
fuit deuoratus, ſic dum homo eſt in
naui gratiæ, non habet pertimeſcere
diabolum, ſed ſi per peccatum morta
B le a naui eijcitur, ſubito a diabolo
ſubiugatur, & deuoratur. Compara-
tur lumini, quia eſt mentis illuſtrati- Lumini.
ua. Hinc Apoſt. apparuit gratia Dei, Ad Tit. 2.
&c. erudiens nos. Comparatur ſemi- Semini.
ni, quia eſt mentis fęcundatiua. De Luc. 8.
hoc dicitur, ſemen cecidit in terram,
& ortum reddidit, fructum centeſi-
mum, quia per ſemen gratiæ anima
bonis operibus fęcundatur, igitur hęc
gratia, diuerſos effectus producit,
quemadmodum diuerſis rebus com-
C paratur, facit hominem Deo gratam,
& coniunctum. Coniunctio autem Coniūctio ad Deum multipliciter.
hominis ad Deum dicitur uarijs mo-
dis primo per participatione ſimilitu
dinis naturalis. Hinc apud Geneſeos
dicitur faciamus hominem ad ima- Gen. 1.
ginem, & ſimilitudinem noſtram.
Vbi in his uerbis obiter notatur digni Dignitas hominis.
tas hominis in tribus, primo, quia cū
deliberatione factus eſt, quod nota-
tur in hoc dum dicit faciamus, ſecun
do, quia non ſolum in genere ſuo, ſi-
D cut cætera factus eſt, ſed ad imaginē,
& ſimilitudinem Dei. Ad imaginem,
ut cognoſcat, ad ſimilitudinem, ut di-
ligat. Tertio, quia ſtatutus eſt Domi-
nus omnium, ideſt ut præſit piſcibus
maris, &c. omnis igitur creatura (vt
ad rem deueniamus) Secūdum Aug.
per aliquid ſimilitudinem Dei habet.
Et quantum cuique alteri eſt excellen
tior, tanto illi ſimilior. Deus namque
eſt uiuit, ſentit, & per rationem diſcer
nit, Lapides ergo eius ſimilitudini ſe
adiun-



adiungunt, quia ſunt. Arbores magis A
eius ſimilitudini ſe appropinquant,
quia ſunt, & creſcendo viuunt. Quæ-
que animalia multo magis eius ſimi-
litudinem exprimunt, quia ſunt, uiunt
& ſentiunt. porro in hominibus, &
Angelis ſimilitudo Dei maxime reful
get, quia ſunt, viuunt, ſentiunt, & ra-
tione diſcernunt. Igitur homo dici-
tur Deo primo modo coniunctus per
participationem ſimilitudinis natura
lis. etenim anima, quę dicitur homo
Anima ad imaginem Sanctiſſimę Trinitatis. interior, ad imaginem Sāctiſſimę Tri- B
nitatis eſt creata. nam ſicut Deus vbi,
quòd eſt totus, omnia viuificans, om
nia mouens, & gubernans, ita & ipſa
in corpore ſuo ubique tota eſt, illud
Ber. de int. domo c. 67 viuificans, mouens, & gubernans. Et
ſicut Deus eſt, uiuit, & ſapit, ita ani-
ma ſecundum modum ſuum eſt, vi-
uit, & ſapit. Et ſicut in Deo ſunt tres
perſonæ, pater, filius, & Spiritus ſan-
ctus, ſic & anima habet tres vires, in-
tellectum, memoriam, & voluntatem.
Et ſicut Deus eſt pater, Deus eſt filius, C
Deus eſt Spiritus ſanctus. Non tamen
tres dij, ſed vnus eſt Deus, & tres per-
ſonæ. Ita anima eſt intellectus, anima
memoria, anima uoluntas, non tamē
tres animæ, ſed vna anima, & tres vi-
res. Secunda coniunctio eſt per fidē.
Eph. 3. Vnde Apoſt. inquit habitare Chriſtū
per fidem in cordibus veſtris. Altera
1. Ioan. 4. vero eſt per charitatem de qua Ioan.
loquitur. Qui manet in charitate, in
Deo manet, & Deus in eo. Et per hāc
coniunctionem fit quodammodo ho D
1. Cor. 6. mo unus cum Deo ſecundum illud.
Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cū
eo, per hanc etiam Deus hominem in
Ioan. 14. habitat. Vnde Dominus per Ioannem
dicit. Si qs diligit me, ſermones meos
ſeruabit, & ad eum veniemus, & man
ſionem apud eum faciemus Sed mo-
di omnium iſtarum coniunctionum
non ſunt perfecti. Enimuero neque
per participationem naturalis ſimili
tudinis perfecte aliquis Deo coniun-

A gitur, neque uidetur Deus per fidem,
ſicuti eſt, nec per charitatem diligi-
tur quantum diligibilis eſt. nam cum
ſit infinitum bonum infinite eſſet a-
mandus, ad quem nullus creaturæ
amor pertingere poteſt, quia ſolus
Deus perfecte ſeipſum intelligit, &
amat, quantum cognoſcibilis eſt, &
amabilis. & ideo nec ipſa coniunctio
per amorem eſt perfecta, & ſi omni-
bus ſanctis ſit communis, quam ho-
mo Chriſtus Ieſus diſcipulis orando Ioan. 17.
B impetrans dixit, vt ſint unum ſcilicet
per connexionem amoris, ſicut & nos
vnum ſumus. Ideo reperitur & quar
ta hominis ad Deum coniunctio non
tantum per affectum, & inhabitatio-
nem, ſed etiam per uirtutem Hypoſta
ſis, ſeu perſonæ, ſcilicet vt vna, & eadē
Hypoſtaſis ſeu perſona ſit Deus, & ho
mo. Quæ quidem hoīs adeſt propria
Ieſu Chriſti, & eſt plena, & perfecta,
cum ſit facta per ipſarum naturarum
coniunctionem in una perſona. In
C quantum enim creatura aliqua ma-
gis ad Deum accedit, in tantum de
bonitate eius magis participat, & a-
bundatioribus bonis ex eius influen-
tia repletur. Sicuti & ignis calorem
magis participat, is, qui ei magis ap-
propinquat. Vnde cum nullus modus
eſſe, aut excogitari poſſit, quo aliqua
creatura propinquius Deo adhęreat,
quam quod ei in unitate perſonæ cō-
iungantur, ideo concludendum eſt
hanc eſſe perfectiſſimam coniunctio-
D nem. Quæ quidem coniunctio dicitur
in Chriſto plenitudo gratiæ unionis. Plenitudo gratiæ in Chriſto triplex.
Nam triplex in Chriſto plenitudo gra
tiæ inuenitur, prima vnionis, ſecun-
da, quæ dicitur habitualis, tertia, quæ
appellatur capitis quæ eſt influentię.
Quæ tria Euangeliſta Ioannes con- Ioan. c. 1.
gruo ordinem proſequitur. Nam quo
ad gratiam habitualem dicit. Plenū
gratiæ, & ueritatis. Quantum ad gra-
tiam capitis, ſubditur. Et de plenitu-
dine eius non omnes accepimus. Quo

Plenitudo gratiæ multiplex in ſanctis.

ad gratiam unionis dicit. Et uerbum A
caro factum eſt. Quamuis etiam mul
tiplex gratiæ plenitudo in ſacra ſcri-
ptura inueniatur. Nam prima eſt ſuf
ficientiæ, qua aliquis ſufficiens eſt ad
actus meritorios faciendos ad uitam
æternam, quæ quidem alio modo di-
citur gratia uniuerſalitatis quia hanc
plenitudinem gratiæ habent omnes
Santi communiter, ut ſcilicet habeãt
gratiam ſufficientem ad merendum
uitam æternam, quæ in plena Dei frui
Eph 3. tione conſiſtit. Hanc cupiebat Apoſt. B
dicens. Vt impleamini in omnem ple
nitudinem Dei. Altera dicitur pleni-
tudo copiæ, quę fuit in Apoſtolis, &
Act. 7. in Beato Stephano, ſicut dicit B. Lu-
cas. Stephanus autem plenus gratia,
& fortitudine, & hæc altero modo di
citur plenitudo ſpecialis, quæ ad ex-
cellentiam aliquorum ſpectat ſicut
B. Stephanus, qui habuit gratiã ſufficiẽ
tẽ actus ad faciẽdũ excellentes, ut eſſet
idoneus miniſter, & teſtis Dei, harum
autem plenitudinum altera eſt altera C
excellentior, ſecundum quod aliquis
eſt diuinitus præordinatus ad altiorẽ,
& inferiorem ſtatum. Tertia eſt ple-
nitudo redundantiæ, qua Beata Virgo
excellit gratia omnes ſanctos propter
excellentiam, & abundantiam meri-
torum. Verum ſic Beata Virgo redun
dat gratiam in nos, ut tamen autrix
gratiæ nequaquam ſit, ſed ab anima
ejus gratia redundauit in carnem. nã
per Spiritus ſancti gratiam nõ ſolum
mens Virginis fuit per amorem perfe D
cte vnita, ſed eius vterus fuit Spiritu
ſancto ſupernaturaliter impregnatus.
Et ideo cum ſtatim Gabriel dixiſſet
Gratia plena, ſubiunxit dicens, de ple
nitudine eius. Dominus tecum. Alte-
ra uero eſt plenitudo efficientiæ, & ef-
fluentiæ, quæ ſoli homini Chriſto cõ-
petit, de qua proprie loqui intendi-
mus. De hac plenitudine gratiæ loqui
Io. c. 1. tor Ioan. Dicens. Et de plenitudine
eius nos omnes accepimus. Nam pri

A mo eſt in Chriſto plenitudo gratiæ ſci
licet efficientiæ. Etenim plenitudo
gratiæ, quę eſt in Chriſto eſt cauſa
omnium gratiarum, quæ ſunt in om-
nibus intellectualibus creaturis.
Vnde ſcrip. Venite ad me omnes, qui Eccl. 24.
concupiſcitis me, & de generatio-
nibus meis, quæ ſcilicet de me pro-
cedunt, adimplemini participatione
ſufficientis plenitudinis, quia ego ſum
cauſa omnium gratiarum, & omnes
Apoſtoli. Patriarchę, & Prophetæ, at-
B que iuſti, qui fuerunt, ſunt & erunt,
gratiam de plenitudine gratiæ meæ
acceperunt, qui ſum cauſa ſufficiens
omnium. Vnde Euangeliſta dum di-
cit. Et de plenitudine eius &c. uult
nobis ex illa propoſitione, de Chri-
ſtum eſſe gratiam efficientem omniũ
gratiarum, ſicut dicimus. Radius pro
cedit de ſole ideſt ſol eſt cauſa efficiẽs
radii. Hanc autem gratiam habuit
Chriſtus, ut in humana natura ſit Deus
filius Dei, non per participationem,
C ſed per naturam, ſcilicet quod eſſet ip
ſe Deus, hinc Apoſtolus dicit. Dedit Phil. 2.
illi nomẽ ideſt Deus pater filio, quod
eſt ſuper omne nomen. Altera uero in
Chriſto eſt plenitudo gratiæ, ideſt ef-
fluentiæ, quæ alio modo dicitur gra-
tia habitualis, ſecundum quam in ani
ma Chriſti fuit plenitudo omnium
gratiarum abſque aliqua menſura:
Non. n. fuit datus ſpiritus ad menſurã
vt inquit Ioannes, qui tamen menſura Io. c. 3.
te datus eſt omnibus creaturis ratio-
D nabilibus, tam Angelis, quam ho-
minibus. Nam ſecundum Auguſt. ſi-
cuti in ſingulis membris corporis eſt
vnus ſenſus communis, ſed in capite
ſunt omnes. Ita in Chriſto, qui eſt ca-
put omnis rationalis creaturæ, & ſpe-
cialiter Sanctorum, qui ei vniuntur in
fide, & charitate, ſuperabũdanter om
nes virtutes, & gratiæ in eo inueniun-
tur, & dona. In alijs vero Sanctis par-
ticipationes ſunt donorum, & gratia-
rum, quamuis commune donum om-
nium



nium ſit charitas. De qua plenitudine A
Eſai. gratiæ loquitur, Iſa. dicens. Egredie-
tur virga, &c. vſque timoris Domini.
Et hęc gratia habitualis nõ eſt in Chri
ſto diſpoſitio ad vnionem, ſed magis
vnionis effectus. Quod bene Ioannes
demonſtrat, dum dicitur. Vidimus eũ
vnigenitum a Patre plenum gratię, &
veritatis. Nam vnigenitus eſt a patre
homo Chriſtus, in quantum Verbum
caro factum eſt. Ex hoc ergo quòd
Verbum caro factum eſt, hoc effectum
eſt, vt eſſet plenus gratiæ, & veritatis. B
Tertio in Chriſto dr̃ plenitudo gra-
tiæ effluentiæ, alias redundantiæ, quæ
ab ipſo ad alios redundat, vnde Euan-
Gratia capitis. gel. Et de plenitudine eius, &c. quæ di
citur gratia capitis, quia cum a Chri-
Eph. c. 1. ſto gratia, & veritas deriuantur, conue
Coll. c. 1. nit ei, vt ſit caput Eccleſiæ, quæ eſt cor
pus eius, vt inquit Apoſt. In capite
enim tria poſſumus conſiderare, præ-
eminentiam in ſitu. Perfectionem,
quia in capite vigẽt omnes ſenſus in-
teriores, & exteriores, cum in cæteris C
membris ſit ſolus tactus, & conformi-
tas in natura. Sic Chriſtus quo ad prę-
eminentiam caput eſt Eccleſiæ, non
ſolum militantis, verum etiam trium-
phantis, ideſt Angelorum. nam Chri-
ſtus præeſt Angelis etiam ſecũdum hu
Hebr. 1. manitatem, vnde Apoſt. inquit, tanto
melior Angelis factus, quanto præ il-
lis nomen hæreditauit. Deinde ſecun
dum quòd homo étiam Angelos illu-
minat, & in eis influit, vt refert D.
Tho. p Dioniſij authoritatem. ſed quo D
Eph. 1. ad perfectionem Chriſtus dicitur ca-
put: quia plenitudo eſt omnium gra-
tiarum. Et quemadmodum a capite
ad alia membra, quæ ſunt conformia
in natura, ſenſus, & motus deriuantur,
ſic a Chriſto, gratia, & veritas ad cęte-
Ioan. 1. ros homines defluit, vt inquit Ioan.
De plenitudine eius, &c. Sic igitur tri
plex gratiæ plenitudo aſſignatur in
Chriſto. Prima, vnionis. Secunda, ha-
bitualis, qua anima Chriſti præ cæte-

A ris fuit gratia, & veritate repleta. Alia
gratia capitis, qa ab ipſo in alios gra-
tia redundat. Quæ tria Euang. Con-
gruo ordine proſequitur. nam quoad
primum dicit, Verbum caro factum
eſt, quo ad ſecundum, Vidimus eum
quaſi vnigenitum a patre plenum gra
tia, & veritate, quo ad gratiam capi-
tis ſubdit. Et de plenitudine eius nos
omnes accepimus. Et omnib. his fuit
plenus Chriſtus a ſui conceptione,
quod pulchre fuit notatum per Iſaiã, Eſa. 11.
B dum dicitur. Impleuit eum, &c. Quæ
quidem gratia nõ fuit in Chriſto aug
mentata, ſicut dicit Hierem. Mulier Hier 31.
circũdabit virum, nec interrupta per 1. Pe. 2.
culpam, qui peccatum non fecit, nec
inuentus eſt dolus in ore eius, nec per-
turbata per pugnam carnis, quia ſine
originali. Sic etiam quo ad ſapien-
tiam, Chriſtus dicitur plenus omni
ſapientia, cum a principio plenariè
fuerit ſibi omnium ſcientia infuſa. Luc. 2.
Ergo quomodo dicitur Ieſus proficie-
C bat ſcientia, & gratia apud Deum, &
homines, cum etiam dicatur de eo per
Eccleſ. Sapientia perſeuerauit me- Eccl. 2.
cum, niſi quòd ſecundum proceſſum Tho. 3. p.
ætatis ſapientiora, & perfectiora, & ſum. q. 12.
virtuoſiora opera faciebat, quæ maio- ar. 2.
rem ſcientiam, & gratiam demonſtra
bant. Hinc Greg. inquit, Proficiebat
ſapientia, & gratia, non per acceſſum
temporis, quod non habebat, acci-
piẽdo, ſed dona grãæ, q̃ hẽbat cæteris
pandẽdo ad Dei laudem, & hominum
D vtilitatem, & ideo proficiebat apud
Deum, & homines, ideſt Deo, & homi
nibus, Deo ideſt ad honorem Dei, ho-
minibus, ideſt ad vtilitatem hominũ.
Proficiebat in ſubditis, qui per eius do
ctrinam proficiebãt. Et tanto amplius
excitabantur ad laudes Dei, quod ad
honorem ipſius erat, & ita proficiebat
Deo, ideſt ad honorem Dei, proficie-
bat etiam Ieſus in ſe cognitione expe
rimentali, & ſenſuali, quia ſecundum
Apoſt. didicit ex his, quæ paſſus eſt Eph. 4.

 obe-

obedientiam. Et nos quoque (fratres) A
ſi cupimus proficere ętate, ideſt creſce
re in virum perfectum, in menſuram
ætatis plenitudinis Chriſti, quod eſt
dilatari per charitatem, exaltari per
contemplationem, profundari per hu
militatem, ſtudeamus amatores eſſe
caſtitatis. nam quanto quis purius vi-
uit, eo magis in Dei cognitione profi-
cit, quia Beati mūdo corde, quoniam
Prou. 22. ipſi Deum videbunt. Et qui diligit cor
dis munditiam propter gratiam, ha-
bebit amicum regem. Curemus etiā B
Rom. 12. placere hominib. iuxta dictum Apoſt.
Prouidētes bona non tantum coram
Deo, ſed etiam coram omnibus homi
nibus, vt ſic luceat Lux noſtra ſecun-
dum ſententiam Domini coram ho-
minibus, vt videant opera noſtra bo-
na, & glorificent Patrem noſtrum, qui
in cœlis eſt. Amen.

### *De mutatione aquæ in vinum a Chriſto in nuptijs. Sermo I.*

Sermo 15. AVDISTIS Fratres, quod
Dominus noſter Ieſus
Chriſtus aquam in vi-
nū cōmutauerit, quod
quotidie annis in om-
nibus vitibus, facere dignatur. Sed quia
omnia, quæ facit Dominus Ieſus, non
ſolum valet ad excitāda corda noſtra
miraculis, ſed etiam ad amandū, quia
inter nos fecit, & propter noſtram re-
parationem fecit. Aliquid enim etiam
in ipſis factis innuit nobis. nam exce
pto miraculo aliquid in ipſo facto
myſterij, & ſacramenti latet, ideo pul
ſemus vt nos, qui aqua ſumus, ſapien-
tes non faciat, vt ſcrutari poſſimus
Quare Dominus inuitatus venit ad nuptias. quid ſibi velint hæ nuptiæ. Qui ſpon-
ſus, & ſponſa. Quare inuitatus venit,
quid hæc conuerſio aquæ in vinum.
Inuitatus igitur Dominus venit ad nu
Gen. 2. ptias, quia iuxta literam confirmare
Matth. 19. voluit quod ipſe fecit nuptias. Qui.n.
primus nuptias in Paradiſo ordina-
uit, iuxta illud. Creſcite, & multipli-
camini, & replete terram, & verbo cō
firmauit, ſecundum illud Matth. Quos
Deus coniunxit, homo non ſeparet,
præſentia decorare voluit, atque mi-
raculo illuſtrare. initium vtriq; ſigno-
rum Domini in Chana Galileæ. Fu-
turi enim erant de quibus dicit Apo- Ioan. 2.
ſtolus, Prohibentes nubere, & nuptijs
detrahentes. Si enim thoro immacu-
lato, & nuptijs debita caſtitate cele-
bratis culpa ineſſet, nequaquam Do-
minus ad has veniſſet. Nunc aūt quia
bona eſt caſtitas coniugalis, melior
continētia vidualis, optima perfectio
virginalis, ad probandam omniū ele-
ctionem graduum, ex intemerata Ma
riæ Virginis vtero naſci dignatus eſt.
A prophetico viduæ Annæ ore mox
natus benedicitur, a nuptiarum cele-
bratoribus iam iuuenis inuitatus hos
præſentia ſuæ virtutis honorat. Rur-
ſum venit ad nuptias, qui cum apud
Patrem eſſet, inſtituit nuptias, vt eru-
C beſceret homo eſſe ſuperbus, quum fa
ctus ſit humilis Deus. Non enim ſana-
retur tumor ſuperbiæ, niſi Deus di-
gnaretur humilis fieri. Inſuper exce-
pto miraculo aliqd in ipſo facto my- Nuptię plures.
ſterij, & ſacramenti latet. Quid mirū
ſi ad nuptias in illam domum venit.
qui in hunc mundū ad nuptias uenit.
Sunt enim multiplices nuptiæ. Primę
ſunt inter Deum, & hominem, vel hu-
manam naturam factæ, quando Chri
ſtus quaſi noſtro amore infatuatus
D noſtram naturam ſibi copulauit, ſicut
aliquis diues homo infatuatus amore
quaſi vilis ancillæ eam aſſumit in con
iugem. Iſtæ nuptiæ ſignificantur per
Oſeā, ideſt Chriſtum, & Gomer, quæ Oſeę 1.
aſſumpta interpretatur. In his nuptijs
duo ſunt in carne vna, ideſt duæ natu-
ræ in vna Chriſti perſona. Iſtæ nuptiæ Heſter 1.
tertia die factæ ſunt. vnde inquit ſcri-
ptura, quòd Aſſuerus, qui interpreta-
tur Beatus, ideſt filius Dei tertio anno
imperij ſui, non ante legem, nec ſub
lege,



lege, ſed gratiæ tempore fecit grande A
conuiuium pro nuptijs Heſter, quę in-
terpretatur exaltata. Hæc eſt caro no-
ſtra. iſtud etiam matrimonium ſignifi
Gen. 28. catum eſt in Gene. Vbi dicit Iſaac ad
Iacob, ideſt Pater ad filium. Noli acci-
pere coniugem de genere Chanaam,
ſed vade, & proficiſcere ad Meſopota
miam Syriæ, Chanaam interpretatur
Hebr. 11. poſſidens domum, & ſignificat Ange-
los, quorum naturam non aſſumpſit fi
lius Dei. Non enim Angelos, ſed ſe-
men Abrahæ apprehendit. Meſopota- B
mia interpretatur eleuatio vocatio-
nis, & ſignificat humanam naturam,
quæ eleuata eſt, & aduocata, vt veni-
ret in vnitatem perſonæ filij Dei, quia
maritari non potuit caro glorioſius.
Hoc matrimonium initiatum fuit in
Patriarchis per promiſſionem, in Pro
phetis per præfigurationem, ratifica-
tum per Angeli ſalutationem, cōſum-
matum per carnis aſſumptionem. Hæ
nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ,
ideſt in zelo reuelationis, ſiue transfi- C
gurationis, quia per hoc oſtenſum eſt
nobis, quantum zelum, & quantā cha
ritatem haberet ad nos filius Dei, qui
propter vilem ancillam aſſumendam
voluit a ſede Maieſtatis in exiliū trāſ-
1. Corin. 8. migrare, vnde Apoſt. Scimus, inquit,
gratiam Domini Dei noſtri Ieſu Chri
ſti, qui cū eſſet diues, propter nos ege-
nus factus eſt, quia accepit naturā no-
ſtram, quæ in omnibus egebat. Sic ad-
Hierem. 14 mirans Hiere. inquit. Quare quaſi co-
lonus egenus factus es in terra, & qua D
Hierem. 31 ſi viator declinans ad manendum? Et
reſpondens alibi in perſona Domini.
In perpetua charitate dilexi te, & ideo
attraxi te miſerans, ac ſi diceret. In-
fatuatus ſum tui amore, & ideo te vi-
lem, & abiectā mihi attraxi, ideſt vni-
Pſalmus. cus, vnde dicit per pſal. Ibi Beniamin
in exceſſas mentis. Ibi ideſt in vteri
virginalis thalamo, in quo conſum-
matæ ſunt iſtæ nuptiæ, factus ſum in
in mentis exceſſu, i. veluti vir ebrius.
A De iſto amore dicit Bernar. O amoris Nuptię inter Chriſtū & Eccleſiā.
vis, amore quid violētius? Solus amor
triūphat de Deo. Secundæ nuptiæ ſunt
inter Chriſtum, & Eccleſiam. Hæ figu Gen. 29.
ratę, quando nuptię factæ fuerunt in-
ter Iacob, cum Rachele. Sic nuptiæ fi-
lij regis deſignabant coniunctionem
Eccleſiæ ſponſę cum filio Dei incarna
to eius ſponſo. De his etiam nuptijs
loquitur Apoſto. dicens. Viri diligite Matth. 22.
vxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccle- Eph. 5.
ſiam, & infra, ſacramentum hoc ma-
B gnum eſt. Ego autem dico in Chriſto,
& in Eccleſia. Sic etiam in lib. Iudi- Iudic. 14.
cum habetur, quòd deſcēdit Sampſon
in Thannata, ideſt Chriſtus in mun-
dum, videnſque mulierem de filiabus
Philiſtijm, ideſt Eccleſiam de gētibus,
& aſcendit, & nunciauit patri ſuo, &
matri ſuæ, ideſt Sinagogę dicens. Vidi
mulierem in Thannata de filiab. Phi-
liſtinorum, qnam quęſo accipiatis mi
hi in vxorem. Iſtæ nuptię fuerunt ini-
tiatæ per morſi ſponſionem, rarifica-
C tæ per Angeli ſalutationē, cōſumma
tæ per verbi Incarnationem. Addu-
cta fuit ſponſā in domum ſponſi in
Aſcenſione Chriſti, quando humana
natura introducta eſt in palatium cę
li. Introduxit me rex in cellam vina- Cant. 2.
riam, ordinauit in me charitatem. De
his nuptijs loquitur Apoſt. Propterea Eph. 5.
relinquit homo patrem, & matrem,
& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo
in carne vna. Sacramentum hoc ma-
gnum eſt. & ne quis hanc magnitudi-
D nem ſacramenti in ſingulis quibuſq;
hominibus vxorem habentibus intel-
ligeret, ſubiungit. Ego autem dico in
Chriſto, & in Eccleſia, vbi nota, quòd
tunc Chriſtus patrem reliquiſſe dici-
tur, quando cum in forma Dei eſſet,
non rapinam arbitratus eſt ſe ęqualē
Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, for-
mam ſerui accipiens. Hoc eſt enim
reliquit patrem, non quia deſeruit, &
receſſit a patre, ſed quia non in ea for
ma apparuit, in qua æqualis eſt Patri,
& hoc

Ioan. 16. & hoc eſt quod dicitur per Ioan. Ego A
exiui a patre, & ueni in mũdum, quia
alia forma nobis apparuit, q̃ cũ eſ-
ſet apud patrem. Reliquit vero ma-
trem, relinquendo Sinagogam Iu-
dæorum, de qua natus eſt ſecundum
carnem, & inhærendo Eccleſiæ, quam
ex omnibus gentibus congregauit?
Sed quali uxori iſte ſponſus, qui reli-
quit patrem, & matrem, adherebitur?
Non eſt ſolus homo, ſed Deus eſt &
homo. Ideo quæratur, & inueniatur
quæ ei coniungatur. Qualis eſt de qua B
natus eſt, talis ei inueniatur, quæ &
matrem reddat fœcundam, & virginẽ
ſeruet intactam. Filius permanentis
virginis permanſuram accipiat Virgi
nẽ. Sed quæ eſt hæc uirgo. Audi Apoſt.
2. Cor. 10. Deſpõdi uos uni uiro virginẽ caſtam
exhibere Chriſto. Sed quando aſcen-
dit ſponſus noſter thalami ſui le-
ctum? quando aſcendit thalami ſui li-
gnum? ſuſpenſus a Pilato in cruce. Vt
ſicut dormiuit Adam, ut fieret Eua,
ſic dormiuit Chriſtus moriendo in C
cruce, ut fieret eccleſia. Non quod
antea eccleſia non fuerit, ſed ut fieret
eccleſia ideſt uniretur ex militante, &
triumphante, hoc eſt ut regnum ueni-
ret ad regnum. Dormienti Adæ fit
Eua de latere, Mortuo Chriſto lancea
percutitur latus, ut profluant ſacra-
menta, quibus eccleſia prodeat uirgo.
Io. 19. Percuſſum eſt. n. eius latus, vt Euang.
loquitur, & ſtatim manauit ſanguis
& aqua, quæ ſunt eccleſiæ gemina ſa-
cramenta. Aqua, in qua eſt ſponſa D
purificata. Sanguis, ex quo inueni-
Hugo ad tur eſſe dotata. Sed nota quod ſan-
Eph. c. 5. guis fuit ſacramentum, & res. Aqua
ibi. ꝓpter dicitur ſacramentum, quia eſt ſignum
hoc. ſacramenti. Videte ergo fratres quo af
fectu ſponſus iſte Chriſtus Dominus
Pſal. 18. de quo canimus in pſal. Et ipſe tan-
quam ſponſus procedens de thalamo
ſuo, dilexit ſponſam ſuam, quam mun
dam ſibi exhibuit, non habentem ma
culam, neque rugam, quam de manci-

A patu diaboli eripuit, & redemit ſan-
guine ſuo. Quis obſecro offerat tan-
ta ſponſę ſuæ. Offerant homines quæ-
libet ornamenta terrarum, aurum, ar-
gentum, lapides precioſos, equos, mã-
cipia, fundos, prædia, nemo tamen
offert ſanguinem ſuum. Chriſtus au-
tem pro ſponſa ſua dedit ſanguinem
ſuum. Exulta igitur ſatis filia Sion,
quia niſi iſta in Chriſto facta eſſent, tu
ab illo formata non eſſes. Venditus Aug. to 9.
redemit te. Occiſus dilexit te: & quia Li. de Sym
B te plurimum dilexit, mori uoluit pro bo.
te. O magnum ſacramentum huius
coniugij. O quàm magnum myſte-
rium. De ſponſa naſcitur ſponſus, &
vt naſcitur, ſtatim illi coniungitur, &
tunc ſponſa nubit, quãdo ſponſus mo-
ritur, & tunc ille coniungitur ſpon-
ſæ, quando a mortalibus ſeparatur,
Quando ille ſuper cœlos exaltatur,
tunc iſta in omni terra fœcunda-
tur. quem ſponſa eccleſia fide tamen
concipit, & ſine ullo amplexu mem-
C bra eius quotidie parit. Habetis
igitur fratres quid præfiguratum fue- Nuptiæ in
rit in iſtis nuptiis. Sponſa, enim nos ter Deum
ipſi ſumus. omnes ſimul una ſponſa, & animã
& animæ ſingulorum quaſi ſingulæ
ſponſæ, qui omnes uocati ſumus ad
ſpirituales nuptias. Vnde toto affectu
in gratiarum actione uerſamini. Vnde
tibi hæc o anima, vnde tibi tam inæ-
ſtimabilis gloria? ut eius ſponſa eſſe
merearis, in quem deſiderant Angeli
proſpicere? Vnde tibi hoc, ut ſit ipſe
D ſpõſus tuus, cuius pulchritudinẽ Sol,
& Luna mirantur? ad cuius nutum uni
uerſa mutantur? Vide qua charita-
te, quo affectu cum eo debes coniũgi,
qui pro te ſomnũ mortis excepit in
cruce, ſi uis cum eo coniũgi, habeto
charitatem. hinc eſt quod ait Euang.
Die tertio nuptię factę ſunt in Chana Io. c. 2.
Galilęę Primus dies eſt fides, ſecũdus Dies tres
ſpes, tertius charitas, & in iſto fiũt nu in quibus
ptiæ, quia per eum copulatur anima nuptię fiũt
Deo, vnde Aug. Quid eſt charitas niſi
uita



uita copulãs amantẽ cum amato? dili- A
gas eum toto corde, ſicut ipſe te dili-
git totus totam, ut non minus diligat
te diligens tecum. & alias, non ſic Ia-
cob, cui permiſſum eſt plures habere
ſponſas, nec tamen datũ eſt, ut unam-
quanque ipſarum poſſet ut ſolam to-
tus amare; Chriſtus autem o anima
tanti te æſtimauit, quod de latere ſuo
te reformauit, quando pro te in cruce
obdormiuit, & pro te ſola bibiſſet cali
cem ſuæ paſſionis, ut inquit Apoſt.
Gal. 2. Qui dilexit me, tradidit ſemetipſum B
pro me. Non dicit pro nobis, ſed pro
me, reputans pro ſeipſo paſſum Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum. Cũ
ergo tam immenſa ſit charitas ſponſi
tui erga te deſere carnale affectus, ſę-
culares mores dediſce a prioribus ui-
tiis abſtine, cõſuetudines noxias obli
uiſcere. Nam non uacat myſterio,
quod nuptię factę ſunt in Chana Gali
leæ. Denunciat enim eos gratia ſui
ſponſi dignos exiſtere, qui zelo feruo-
ris piæ deuotionis de uitijs ad uirtu- C
tes, de terrenis ad cęleſtia norunt trãſ-
migrare. Chana enim zelus. Gali-
lea tranſmigratio interpretatur.
Fiunt enim hæ nuptiæ inter Deum, &
animam tertia die. Dies primus eſt cõ-
tritio cordis, Secundus, oris confeſ-
ſio, Tertius, ſatisfactio, de quibus ha-
Gen. 40. betur in Gen. Tres dies ſunt, poſtquã
Tria bona recordabitur Pharao miniſterii tui, &
matrimo- reſtituet te in gradum priſtinum. In
nij. his nuptiis ſunt tria bona matrimonii
ſcilicet fides, ideſt fidelitas ne Chriſto D
dimiſſo adulter, ideſt diabolus admit-
tatur ad thorũ, vnde Eſa. Iuxta me di-
ſcooperuiſti te, & ſuſcepiſti adulterũ,
ideſt te denudaſti ab indumento gra-
tiæ per conſenſum peccati & ſuſcepi-
ſti adulterum, ideſt diabolum. Item
proles bonorũ operum. Hinc Apoſt.
Mulier ſeducta ĩ præuaricatione fuit,
1. Tim. 2. ſaluabitur autem per filiorum gene-
rationem, ideſt per bonorum operũ
multiplicationem. ſed uę illis matri-

A. bus, quæ proprios filios occidũt, reci-
diuãdo. de quibus dicitur. Manus mu- Thre. 4.
lierum immiſericordium coxerunt
filios ſuos. Item ſacramentum, ideſt
inſeparabilitas, ut nunquam ſepare-
tur a Chriſto. Vnde per Oſeã dicit Do- Oſe. 2.
minus. Sponſabo te mihi in ſempiter-
num. Quartæ nuptiæ ſunt inter Chri Nuptiæ in
ſtum, & uirum religioſum de quibus ter Chriſtũ
Apoſt. Deſpondi, enim uox uni uiro & religio-
uirginem caſtam exhibere Chriſto. ſum.
hæ nuptiæ factæ ſunt tertia die, tres 2. Cor. 10.
B dies, tria uota ideſt uotum caſtitatis,
paupertatis, & obedientiæ de quibus Exo. 5.
in Exo. Deus Hebreorum uocauit uos
ut eamus uiam trium dierum in ſoli-
tudinem, ideſt in religionem, & ſacri
ficemus Domino Deo noſtro. Et Io- Ioſue. 2.
ſue ad montana conſcendite, ideſt ad
eminentiam religionis, ne forte oc-
currant uobis reuertentes, ibique lati-
tate, tribus diebus. Iſte nuptiæ initiã-
tur in mundi abrenuntiatione, ratifi-
cantur in habitus aſſumptione, conſu
C mantur in profeſſione. Et quid debet
facere religioſus audi Oſeam. Fugit Oſe. 12.
Iacob in religionem Syriæ, & ſeruiuit
Iſrael in vxorem, & in vxorem ſerui-
uit. Bis dicit uxorem, quia utranq;
uitam, ideſt actiuam, & contemplati-
uam debet habere anima uiri reli-
gioſi, quæ debet Chriſto per matrimo
nium copulari, ſicut Iacob habuit Liã
& poſtea Rachelem, quid ex actiua
peruenitur ad contemplatiuam. Quæ Cant. 2.
uita contemplatiua, eſt cella illa uina- Contem-
D ria, de qua Salom. Introduxit me rex platio cel-
in cellam uinariam. Nam contem- la vinaria.
plationis gratia uelut cella uinaria
multa, & uaria genera ſpiritualium
poculorum continet, quibus iocun-
dat, & inebriat potatores, vnum pocu
lum eſt puritas mentis, ſecundum
pax, ſeu quies mentis, tertium, ſecuri-
tas mentis, quartum, gaudium, ſeu Io-
cunditas in Spiritu ſancto. His poculis Cella uina
multipliciter ſponſus inebriat ſpon- ria clau-
ſam, ideſt religioſam animam, vel cel ſtrum.
la

la uinaria, clauſtralis eſt. Conuerſatio, quæ multa uina continet, vinum compunctionis in lugentibus peccata, vinum deuotionis in re colentibus Dei beneficia, vinum exultationis in ſpe gaudentibus, vinum aromaticum in ſuauiter cōtēplātibus uinū floratū in nouitijs, vinū ferratum in tribulatis, vinum roſatum in perfectis, qui iam diſſolui cupiūt, & eſſe cum Chriſto. Si hæc uina religioſis deficiunt, adeāt ad Mariā, Nam ſi compaſſa eſt tanquā miſericors, & mater miſericordiæ uerecundiæ illorum, a quibus non fuerat inuocata, hinc dixit ad filium vinum non habent, quanto magis compatiet illis, ſi pie fuerit inuocata. Dicant igitur vinum non habemus. Defecit, enim vinum in cadis noſtris o Domina rerum. Dic benedicta inter mulieres filio tuo, vinum non habēt, ideſt feruorem charitatis, fac cum benedicto, filio tuo, ut det nobis uinū, quod inebriet, calefaciat, acuat, audaces faciat fortes, obliuioſos, & ſonnolentes Inebriet, inquam, per amorem ad mūdi contemptum, ad compunctionis lachrymas, dicēte ipſo per Proph. Inebriabo te lacryma mea atq; ad calicē compaſſionis. Vnde pſal. Calix meus inebrians quā præclarus eſt. Calefaciet etiam per feruorem charitatis, ut ſimus ſpiritu feruentes reddat audaces contra aduerſa, fortes, ideſt inuincibiles a carne, mūdo, & diabolo, obliuioſos, eorum, quæ retro ſunt, ſonnolētos ad temporalia, pronos, & prōptas ad inuiſibilia contemplanda. Tale uinum Beata Mater pet te ſperamus, ut tuis precibus conſequi poſſimus odorē uitę, ſaporē gratiæ, guſtū indulgentiæ iocunditatem recōciliationis, ſanitatem redeuntis innocentiæ, ſuauitatem ſerenatæ conſcientiæ ſed ſermonem concludamus, & quod ſupereſt, ſeruemus principio altero.

Eſa. Pſal.

A

## DOMINICA PRIMA
### Poſt Epiphaniam Domini.

*Sermo II.*

MVLTI Euangelio derogare auſi ſunt fratres dilectiſſimi argumentum ſumentes erroris ſui, quod Dominus Ieſus dixerit ſuæ dilectiſſime matri. Quid mihi, & tibi eſt mulier? Itaque (B) ex hoc negare auſi ſunt quod Ieſus nō ſit natus de Maria Virgine, & per conſequens Chriſti ueram natiuitatem ueram paſſionem, ueram mortem, ueram reſurrectionem. Nam ſi falſa mater, falſa caro, falſa mors, falſa vulnera paſſionis falſę cicatrices reſurrectionis, vt inquit Aug. Qua propter cupientes eorum argumenta, ut uere erronea, & a fide aliena conuincere, dicimus primo cum Aug. Quis hoc narrauit, ut credamus quia Dominus hoc dixit. (C) Quid mihi, & tibi eſt Mulier? Nempe Io. Euangeliſta. Qui dixit. Et erat ibi mater Ieſu. Et iterum dixit illi mater eius ergo credendum eſt Euangeliſtæ qui utrumque dixit. Et erat ibi mater Ieſu. Et dixit illi Mater eius. Et illud. Quid mihi & tibi eſt mulier? Aliqui etiam derogare uolentes intemeratæ uirginitati Matris Dei argumentum conantur accipere erroris ſui. Quomodo virgo, quæ mulier, Item quomodo virgo? (D) cum in euangelio dicantur aliqui fratres Chriſti: Deſcēdit, inquit Euangeliſta ipſe, & mater eius, & fratres eius. Ecce dicunt, ipſe habet matrem, habet fratres, quaſi mater eius alios habuerit filios, quia ad primum reſpōdetur, quod Beata Virgo dicta eſt mulier ſecundum fęmineum ſexum, non ſecundum corruptionem integritatis. Et hoc ex lingua ipſius, ſcripturæ. Nam & Eua ſtatim facta de latere uiri ſui, nondum cōtacta a uiro ſuo, mu-

Sermo 16.

c. 2. ad Io.

Io. c. 2.

Gen. 2.





(A) lier appellata eſt. Et formauit eum in mulierem. Vnde ergo fratres, cognati Mariæ fratres Domini. Vnde probamus ex ipſa ſcriptura. Nota quod ſolet ſcriptura fratres vocare omnes, qui ſunt eiuſdem cognationis ſicut Abraham ſuum fratrem nominauit Loth. Cum tamē eſſet eius nepos. Sic Iacob Laban ſuū habebat auunculū; frater .n. erat Laban matris Iacob .i. Rebeccę vxoris Iſaac. Igitē ex hac regula ex ſcriptura cognita inueniemus omnes cōſangnineos Mariæ, fratres eſſe Chriſti. (B) Sed unde hoc, Quid mihi, & tibi eſt mulier? Ideo ne Dominus uenit ad nuptias, ut doceret matres contemni. Et ut exhoneraret matrem, quę ſaluo pudore cōcepti, & ſine corruptione peperit? Nonne ipſa eſt o bone Ieſu, in cuius utero nouem menſibus moratus es, cuius uirgineis uberibus lactatus es, cum qua teſtante Euangeliſta, iam duodecim annorū factus de Hieruſalem deſcendiſti, & eras ſubditus illi? Et ob reuerentiam, quam ad (C) matrem habebas; paſſionis tempore matris cura in te fuit? Nunc ergo domine quid moleſtus es illi dicēs: Quid mihi, & tibi, nō dum uenit hora mea. Sed manifeſte iam video quod non velut indignans, aut confundere uolens Virgnis matris teneram uerecundiam dixiſti: Quid mihi, & tibi eſt mulier. Sed ut hac reſponſione interim conſideremus quod de nuptiali vino pars aliqua forte reſederat, ideo nondum erat Domini plena hora vir- (D) tutum, ne miſcere magis elementa, quam mutare uideretur. Ideo ait, Non dum uenit hora mea: ut ita ſint Dei mirabilia manifeſta, ut nec argumento valeat inimicus, nec pfidia Iudæus contradicere ualeat. Ideo. Quid mihi, & tibi. Non dum uenit hora mea, ideſt nondum cognitus ſum, non dū ſcitur, vinum deeſſe, ſine id primum intelligatur, ſatis non eſt quod ſola referas, mater es, & ſuſpicioſum faceres miraculum, oportet indigentes rogent, non quod hoc ipſe indigeam, ſed vt miraculum uniuerſis appareat. Quippe egeni cum beneficium accipiunt, plurimam habent gratiam; at qui ſe indigere non animaduertunt, ij neque beneficium ſibi præſtitum eſſe ſatis intelligunt. Inſuper quid mihi, & tibi. Quare ſic reſpondet, utique propter nos. Vbi enim parentes nihil diuina impediunt myſteria, æquum, & neceſſarium eſt ipſis obedire, con- (B) tra uero cum ſpiritalem profectum, & ſermonem impediunt, illis obtemperare non eſt tutum. Propterea documento nouiter ad Dominum conuerſis eſt ut iām non illos ſollicitet cura parentum, ac neceſſitudines illæ non impediant exercitiū ſpirituale. Quandiu enim ſumus de mundo, debitores ſumus parentibus, at poſtquam noſmetipſos reliquimus, multo magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus. Ideo alibi etiam ita reſpondet Domi- (C) nus. Quæ eſt mater mea, & fratres mei? ut conſideremus quod uniuerſo populo adſtante & ad eum, & eius doctrinam audiendum ſuſpenſo, publicam impedire vtilitatem, & de priuatis rebus inire ſermonem cum matre, non erat conueniens. Ideo inquit quæ eſt mater mea, non quod matrem contemneret. Abſit. Sed ut maximæ utilitati conſuleret. Hac gratia hoc in loco inquit. Quid mihi, & tibi, &c. Verum nec te moueat cum audieris (D) mulierem illam dicentem, Beatus uenter, qui te portauit, & ubera, quæ ſuxiſti. Deinde ipſum reſpondentem, Quinimo Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Nam illud; Quinimo poteſt dupliciter intelligi. Primo modo. Quinimo .i. immo non tm̄ eſt Maria beata; quia me beatum portauit, immo magis eſt Beata, quia verbum meum audit, & cuſtodit illud. Secundo, ac ſi dicat. Beatus venter &c. Quinimo ideſt ſed Beati, ſunt,

Quouſque parentib. obediēdū.

Matth. 12.

Luc. 11.

qui audiunt uerbum Dei, ſcilicet audi A
tu interiori, & exteriori, & cuſtodiunt
illud, ſcilicet in corde, ore & opere. Vn
Deut. 6. de dicitur in Deut. Erunt uerba hæc,
quæ ego præcipio tibi hodie in corde
tuo: Ecce primum, & narrabis ea filiis
tuis. Ecce ſecundum: & ſequitur & li
Verbũ domini ſeruatur in corde. gabis ea quaſi ſignum in manu tua. Ec
ce tertium, ſcilicet operatio. In cor-
de autem ſeruatur Sermo Domini per
amorem, & iugem meditationem, iux
Pſal. 1. ta illud. In lege Domini uolũtas eius,
& in lege eius meditabitur die, ac B
nocte. Et ſeruatur in intellectu per co
gnitionem ſine errore, in affectu per
amorem ſine contradictione. Hæ ſunt
duæ tabulæ cordis, de quibus inquit
Prou. 3. Salo. Circunda eas ſcilicet miſericor-
diam, & veritatem in gutturę tuo, &
deſcribe eas in tabulis cordis tui. In
ore autem ſeruatur per utilem expoſi
tionem, in manu per operis executio-
nem. Igitur ſi Mariæ nihil ſine uirtute
materna charitas erat profutura, lon-
ge minus nobis bonitas patris, aut ma C
tris, uel fratris prodeſt, niſi aliquid no
ſtrum afferamus. Hinc intelligimus ſi-
de nobis opus eſſe & uita, quæ uirtu-
tibus luceat: nam hoc duntaxat hos
ſaluos facere poterit. Quid tandem
mihi, & tibi eſt mulier? niſi quod ea,
quæ familiarum precibus impetran-
tur, quamuis magnam, raro tamen
eorum prædicationibus augentur. At
indigentium laudes cum quid impe-
trauerint, omni uacant ſuſpicione, ni
hil ab his ſimulatur, & multa inde uti D
litas prouenit. Etenim ſi uel optimus
medicus, qui cum multos ægrotos
uiſitauerit, neque ab ipſis, neque
ab eorum familiaribns, ſed a ſua tan
tum matre laudaretur, ſuſpecta ſa-
ne eſſet laus illa, & moleſta, nec prę-
ſentium quiſpiam magnum de eo ali-
quid, uel egregium opinaretur, pro-
pterea locutus eſt. Quid mihi, & tibi,
&c. Curæ enim ipſi erat maternus ho
nor, ſed longe magis animarum ſalus,

A & commune in multos beneficium,
cuius gratia humanam carnem ſuſce-
pit. Poſtremo, Quid mihi, & tibi. Cur
ita reſponderit, piè uideamus. Non
dum enim uenit hora mea. Dominus
noſter Ieſus Chriſtus Deus erat, & ho
mo. Secundum quod Deus natus eſt
de patre, ſine matre. Secundum quod
homo natus de matre, ſine patre. Sine
patre homo. Sine matre Deus, ante
tempora. Vt ergo diſtingueretur in-
ter Deum, & hominem, quia ſecundũ
B hominem minor erat, ſecundum ho-
minem ſubditus erat, ſecundum Deũ
autem ſuper omnes erat, ſecundum
Deum Dominus cœli, & terrę, Domi-
nus vtique Mariæ, ſecũdum quod crea
tor cœli, & terræ, crator utiq. Mariæ,
ſecundum quod homo, filius Mariæ.
Dominus ergo, & filius Mariæ. Filius
ſecundum carnem, Dominus ſecundũ
Diuinitatem. Quia ergo illa non erat
marer Diuinitatis, & per diuinitatem
futurum erat miraculum, quod pete-
C bat. Reſpondit ei: Quid mihi, & tibi.
Nondum enim uenit hora mea. Ac ſi
diceret. Ne putes quod te negem ma-
trem, nam ueniet hora, quando id,
quod natum eſt de te, in cruce pendẽs
agnoſcat te. Nam quando paſſus eſt
Dominus ſicut Euangeliſta dicit. Erat Ioan. 19.
illic circa crucẽ mater Ieſu. Et ait Ie-
ſus matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus.
Et diſcipulo, ecce mater tua. Dixit er-
go, nondum uenit hora mea, nondũ
populus credidit, nondum Iudæus in
D ſequitur, adhuc habet diabolus unde
lætetur, adhuc triumphi mei palma
non proditur, adhuc locum crucis per
ſecuturis ignorat, nondum uenit ho-
ra mea, ac ſi diceret: Quando ſcio o-
portunum me pati, Ego, qui poteſta-
tem habeo ponendi animam meam,
& iterum ſumendi eam, quando paſ-
ſio mea utilis erit, quando oportunũ
mihi videbitur pati, tunc uoluntarie
patiar, ad excludendum errorem illo-
rum, qui dicunt Chriſtum tempori ne
ceſſitati



ceſſitati ſubiectum eſſe. Igitur tunc cũ A
uoluntarie patiar, oſtendam te eſſe ma
trem meam. Nouiſſime, quid mihi, &
tibi eſt mulier? Iſta repulſio ſignificat
quod Deus aliquando non exaudit,
nõ dat ſtatim quod petitur, ut auidius
petatur, & cum exaudierit, ac petitum
dederit, diligentius cuſtodiatur, & in
Apoc. 3. tenſius diligatur. Iuxta illud Apo. Te-
ne quod habes vt nemo accipiat co-
ronam tuam. Vnde mater, quæ ſcie-
bat affectũ eius, dixit miniſtris. Quod
cunque dixerit vobis, facite. Sic cum B
Chananeæ dixiſſet. Non eſt bonum ſu
mere panem, & dare canibus, dedit ta
men nimia eius ſedulitate permotus.
Dixerat etiam. Non ſum miſſus niſi
ad oues, quæ perierant domus Iſrael.
& tamen filiam liberauit. Ex quo ad-
monemur quod etiam beneficio indi
gni aſſidua eſtlagitatione eo digni effi
cimur. Obtemperauit etiam volunta
ti matris, quamuis dixerit: Quid mihi
& tibi, &c. Non dum uenit hora mea,
etiam propter ſe. Vt cõtradicentibus, C
& exiſtimantibus eum temporum mo
mentis ſubiectum palam ſententiam
eorum non rectam oſtenderet: nam ſi
tempori ſubijceretur, quo pacto im-
mature id feciſſet? Matri etiam obe-
diuit propter ſeipſam, vt matri hono-
rem exhiberet, & non omnino contu-
max videretur matri; neue Genitri-
cem tam multis prężentibus pudore
Luc. 2. afficeret. Sic cum remanſiſſet Hieruſa
lem, & dixiſſet in his, quæ patris ſui
erant, oportere ſe eſſe; non acquieſcẽ D
tibus parentibus eius, ſequi illos in
Nazareth non deſpexit: Magiſter diſci
pulos: Deus hominem: verbum, & ſa-
pientia fabrum, & fœminam. Quid
etiam addit ſacra ſcriptura. Et erat
Cur lapides nõ mutent in panem, ſed aqua in vinum. ſic. ſubditus illis? Vt formam obediendi
nobis daret. Sed in quo matri obtem
perauit? In hoc, quod de aqua fecit vi
num. Quid potentius? Qui fecit de
aqua vinum, potuit, & de lapidibus
facere panem, ſed quare non fecit?

A quia tentando id diabolus ſuggeſſit. Matth. 4.
Dicens, ſi filius Dei es, dic ut lapides
iſti panes fiant. Non tamen fecit, vt
voluntatem contemneret tentatoris.
Nam aliter tentator non uincitur niſi
contemnatur. Qui ergo fecit de aqua
vinum, noluit de lapidibus facere pa
nem, cum tamen eiuſdem potentiæ eſ
ſet. Sed quare? quia mutando aquam
in vinum crediderunt in eũ diſcipuli.
Nunq d mutando lapides in panẽ, eſset
diabolus crediturus? Sed uideamus fa
B cto hic miraculo quid altius demon-
ſtrauerit Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus. Nam cum Dominus aquas vertit
in vinum, non tantum hoc operatur
ne diſcumbentium deſit ebrietas, ſed
vt credentibus abundetur æternitas.
Siquidem in mundum propterea vene
rit Chriſtus, non vt hydrias ſubſtantia
boni odoris impleret, ſed vt animas
gratia Sancti Spiritus irrigaret. Vnde Ambroſi⁹.
hoc ſigno totum reſurrectionis myſte- Myſterium
rium continetur. Aqua enim vilis pal mutatiõis
C lens, & frigida in vinum conuerſa, ſci aquę in vi
licet precioſum, rubrum, & ignitum, num.
hoc ſignificat hominis ſubſtantiã con
ditione vilem, imbecillitate pallentẽ,
morte frigẽtem in reſurrectionis glo-
riam commutandam, quę eſt æterni-
tate precioſa, gloria colorata, ſpiritu
immortalitatis ignita. Præterea aqua
ſignificat triſtitiam, & dolorẽ de pec-
catis, vnde pſal. Saluum me fac Deus, Pſal. 68.
quoniam intrauerunt aquæ vſque ad
animã meam. Vinum autem eſt exul- Eccl. 41.
D tatio, ſiue lætitia. Vinum & muſica, in-
quit ſcriptura, lætificat cor. Mutatur
aqua in vinum, quando ſpiritus perci-
pit ſuauitatem gaudij poſt dolorem
pœnitentiæ, vnde Salomon. Guſtauit, Prou. vlt.
& vidit quòd bona eſt exultatio eius.
De hoc vino ẽt loquitur Script. dicens.
Bibite vinum, quod miſcui vobis. De Prou. 9.
hac mutatione aquæ in vinum poteſt
etiam intelligi illud, Mulier cum pa- Matth. 16
rit, id eſt anima dum facit pœnitentiã,
triſtitiam habet, quia venit hora eius.

Cum autem peperit, non meminit A
præſſuræ propter gaudium: quia natus
eſt homo in mundum. Rurſum, aquæ
conuerſæ in vinum ſunt gentiles ab
infi delitate ad fidem venientes, idem
4 Reg. 2. deſignāt aquæ in Hiericho, prius ama-
ræ, poſtea dulces effectæ. Inſuper vinū
poſterius ex aqua factum doctrinam
noui teſtamēti, in quā mutatur aqua,
Gen. 44. hoc eſt doctrina legis, & prophetarū.
Cant. 1. Eſt itaque vinum ſincera doctrina le-
gis, quo vino pulchriores ſunt oculi
ſponſi. Significat etiā vinum ex aqua B
factum vitam ſpiritualem factam in
eo, qui prius viuebat vita carnali.
Rogemus ergo fratres Beatam Virgi-
nem, vt filio ſuo ſuggerat, quòd nunc
etiam dignetur trāsferre laſciuas mē
tes, vt aquæ frigidas, fluentes, atque
ſemper mutabiles in vinum, vt nō am
plius labantur, ſed peccatorum præte
ritorum compuncti ſtabiles in Domi
no perſiſtant. Nam etſi via Domini a
principio ſit arcta, progreſſu tamen
temporis ſit leuis, quia aqua timoris C
cōmutatur in vinum dilectionis, quæ
omnia facilia reddit amanti. Et hoc
eſt, quòd architiclinus dicit ad ſpon-
ſum: Omnis homo primum bonum
vinum ponit, & cum inebriati fue-
rint, tunc id, quod deterius eſt, tu au-
tem ſeruaſti vinum bonum, vſque ad
huc. Conſuetudinis eſt ſęcularium
hominum, vt cum aliquem honorem
adipiſci deſiderant, cęteros ſibi per
amorem acquirant. Cum vero adepti
fuerint, elati poteſtate eos ipſos per D
timorem ſibi poſt modum ſubijciūt,
quibus priuati nō timorem, ſed amo-
rem exhibuerant. Iſti ponunt primū
vinum bonum, id eſt amorem, ſed cū
inebriati fuerint, tunc id, quod dete-
rius eſt, ideſt timorem. E contrario fa-
cit ſpōſus noſter. Seruat enim ſemper
ad vltimum bonum vinum, quod ve-
ro in eius comparatione deterius eſt,
Eccl. 2. ante propinat; dicens Fili accedens
ad ſeruitutē Dei, ſta in timore, ſi ex ti-

A more te feceris ipſius ſeruum, faciet
te ex charitate amicum ſuū, & ſic aqua
timoris commutabitur in vinum dile
ctionis, ut ex hoc uino dilectionis per
ueniamus ad cellam illam vineariam, Cant. 2.
vbi vinum nunquam deficiet, ſed ibi
inebriabimur ab vbertate domus
Dei, & de torrente voluptatis eius po
tabimur, quod concedere dignetur
Dominus meritis ſuæ dilectiſſimæ ma
tris. Amen.

B *In Feſto Purificationis B. Virginis.*
*Sermo vnicus.*

AVDISTIS Fratres cum Sermo 17.
Euangelium legeretur, Luc. 2.
eximiam humilitatem
Virginis glorioſæ, quæ
cum purgatione non
indigeret, voluit tamen purificari, vt
faceret ſecundum legis conſuetudi- Leu. 12.
nem, quę præcepit, vt mulier, quæ ſu-
ſcepto ſemine, peperit maſculum, im
C munda ſit ſeptem diebus a conſortio
hominum ſeparata, & die octaua cir-
cuncidatur infantulus, & poſtea tri-
ginta tribus diebus maneat mulier in
ſanguine purificationis ſuæ, abſtinens
non a conſortio hominum, ſed ab in-
greſſu templi, & ſic quadrageſimo die
efferebatur puer in templo, & mune-
ra pro eo. Vnde cum Beata Virgo non Maria quare uoluit purificari.
peperiſſet ſuſcepto ſemine, voluit ta-
men purificari, ſicut lex præcepit, mul
tiplici ratione. Primo in exemplum
D veræ humilitatis. Hæc eſt enim vera
humilitas, quæ non vult humilis præ-
dicari, ſed vilis ęſtimari. Secundo, in
exemplum ſocietatis, quæ voluit alijs
morem gerere in licitis, & honeſtis.
Tertio, in ſignum futuri, & faciendi.
Conceptus enim Mariæ ſignificat con
ceptum fidelis animæ, cuius ſponſus
eſt Chriſtus, ſicut inquit per Prophetā. Oſeæ 2.
Sponſabo te mihi in fide. Semen ſpon
ſi eſt gratia, qua anima impręgnatur,
vnde Iſai. Semen ſanctum erit id, quod Eſa. 6.
ſteterit



ſteterit in ea. Ex hoc ſemine naſcūtur A
filij, ideſt ſancta deſideria, propoſita
Pſal. 127. bona, & opera bona, de quibus pſal.
Et videas filios filiorum tuorum. Et ſi-
cut Maria voluit purificari, licet non
indigeret, ita poſt partum bonorum
operum debet ſe anima reputare indi
Iob 9. gnam, & immundam, vnde Iob. Vere-
bar, inquit, omnia opera mea, ſciens
quòd non parceres delinquenti. Et in-
fra: Si lotus fuero quaſi aqua niuis, &
fulſerint uelut mundiſſimæ manus
meæ, tamen ſordibus intinges me. B
Maria ſignificat uitam actiuam, & contēplatiuam, utraque indiget purgatiōe. Quarto Maria ſignificat vitam actiuā,
& contemplatiuam. Dicitur enim ſtel
la maris. Stella ad contemplatiuam
pertinet, mare ad actiuam. Purgari au
tem debet contemplatiua in affectiō-
nibus, & cogitationibus, vnde pſalm.
Meditatus ſum nocte cum corde meo,
Pſal. 76. & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum
meum. In quibus vltimis verbis no-
tatur purgatio affectionum, & cogita
tionū. Actiua vero purgari debet a ſor
dib. ab operū immunditia, affectionū, C
& a turpitudine cogitationum. Quæ
tria dicuntur per Iſaiam: Lauamini,
ſupple ab immunditia affectionum, &
cum hac mundi eſtote, ideſt in ea per-
ſeuerate. Auferte malum cogitatio-
num veſtrarum, quo ad turpitudinem
cogitationum, quieſcite agere peruer-
Matt. 5. ſè, quo ad ſordes operum. Et ſignifi-
Luc. 7. cat iſta triplex purgatio triū mortuo-
Io. 11. rum ſuſcitationē factam a Domino,
quorum primus ſuſcitatur in domo,
ſecundus in via, tertius in ſepulchro. D
Hanc triplicem ſuſcitationem facit Ie
ſus quotidie, cū a tribus peccatis mun
dat. Fit autem hæc purgatio per con-
Malach. 4. feſſionem. Vnde purgatur templum
ſecundum Proph per Iudam, & ſocios
eius. Iudas confeſſio interpretatur. Fit
etiam per compaſſionem, & eleemo-
ſynarum largitionē, vnde Dominus.
Date eleemoſynam, & omnia munda
ſunt vobis. His ergo potioribus cau-
ſis voluit Domina noſtra purificari,

A purificatione non indigens. Quare
completis diebus Purificationis, vt in-
quit Euangel. Poſtquàm impleti ſunt
dies Purificationis Mariæ, tulerūt &c.
Vbi nota vſum ſcripturæ, quæ in trib. Scriptura in tribus vtitur uerbo impletionis.
vtitur verbo impletionis. In ortu bo-
norum, in obitu, & in actu. Vt ex ver-
bo impletionis, notet in bonis eſſe ple
nitudinem. Hinc inquit Lucas. Impleti
ſunt dies Mariæ. De actu dicitur, quòd Luc 2.
impleuit Salamon ædificare domum. 3. Reg. 16.
De obitu. Defunctus eſt Abraham ple Gen. 25.
B nus dierum. Non tamē vtit verbo im-
pletionis in ortu, vel obitu malorum,
vt ſignificet eos inanes, & uacuos a
fructu boni operis. Tulerunt ergo com
pletis diebus Purificationis filium, vt
offerrent, atque conſecrarent illū Do-
mino, vt ſcriptum eſt, quia omne ma-
ſculinum adaperiens vuluam, San-
ctum Domino vocabitur: vnde nota
ſecundum Bedam, quòd Euangeliſta
loquitur conſueto Natiuitatis more,
non quia Dominus ventris hoſpitium
C ingrediēs uel egrediens deuirginaſſet.
Cū dicat de B. Virgine per Proph. Por Ezech. 44.
ta hæc clauſa erit, & non aperietur, &
vir non tranſibit per eam, eritq; clau-
ſa principi. Vbi datur exemplum Præ
latis, atque præſidētibus, vt quicquid
iuris in alteros ſtatuāt, eo ipſi debeāt
vti; ſed heu hodie a multis impletur il
lud, quòd alligant hominibus grauia Matth. 3.
onera, & importabilia, digito autem
ſuo ea nolunt mouere. Tulerunt igitur
eum in Hieruſalem. In quo datur for-
D ma parentibus, ut offerant filios ſuos
Domino, eos religioſè educando, ſci-
licet in fide inſtruēdo, in moribus in-
formando, vnde ſcriptura: Docebitis Leuit. 15.
filios Iſrael, vt caueant immūditias,
& non moriantur in ſordibus ſuis, cū
polluerint tabernaculum meū, quod Eccl. 7.
contra vos eſt. Et alibi. Filij tibi ſunt,
erudi illos. Sed heu multi ſunt, qui of
ferunt potius diabolo, ornādo, & pra
uis ſtudijs imbuendo. Hinc pſal. Im- Pſal. 105.
molauerunt filios ſuos, & filias ſuas
dæ-

dęmonijs. Rurſum, tulerunt, &c. vbi
Ieſus ubi portatur. notādum, quòd portatur Ieſus in Hie
ruſalem, ut hic. In Ægiptum. In deſer
Matt. 2. tum Et in montem excelſum, & ſuper
Matt. 4. templi pinnaculum. Hieruſalem eſt
uita contemplatiua, ubi eſt vere pacis
viſus. Ægiptus eſt uita actiua, ubi eſt
męror, & tribulatio. Hinc Maria ſede
Ioan. 10. bat ſecus pedes Domini, Martha autē
ſollicita erat, & turbabatur circa
plurima. Deſertum eſt clauſtrum,
ubi ieiunatur, & diabolus ſupera-
tur. Mons excelſus eſt faſtigium prę-
lationis. Pinnaculum templi eſt ſe-
des magiſtralis, inde enim docebant
populū ſacerdotes. In his igitur quin-
que locis eſt Ięſus, ideſt Salus. Vnde in
his locis quærendus eſt Ieſus. Sed
quis portauit Ieſum in Hieruſalem, &
in Aegyptum; certe Maria, & Ioſeph.
Stella maris, & augmentum, ideſt fi-
des, & charitas: Spiritus autem ſanctus
duxit eum in deſertum. In montem
uero, & ſuper pinnaculum duxit eum
diabolus. Et ideo timendum eſt tam
prælatis, quam magiſtris, ne eos dia-
bolus in montem prælationis por-
tet, & iſtos in ſedem magiſtralem.
Quamuis iſtos & Dominus portet ſu-
per montem, & ſuper pinnaculum,
quia aliquos facit prælatos, & alios
magiſtros. Illi autem ſunt portati a
diabolo, qui non ueniunt per lineam
Leui. 12. rectam ut Abimelech. Sed quid obtu
lerunt? Par turturum, aut duos pullos
columbarum? Et hæc erat oblatio
pauperum. Nam diuites offerebant
agnum. Sic & nos Deo debemus li-
benter offerre uitam noſtram quia ip-
Oblatio ſe obtulit pro nobis uitam ſuam. Vn-
lumbæ, & de Ber. Cui iuſtius uiuendum eſt, quā
Angi, Co- ei, qui ſi non moreretur, non uiueret.
urturis, Iuſte ſibi uendicat vitam meam, qui
myſtice pro mea poſuit ſuam. Sed myſtice
quid ſigni per agnum, qui offerebatur, ſignifica-
ficent. tur innocentia, quam qui afferre po-
teſt Deo, reuera diues eſt, non uanis,
ſed ueris diuitiis. De quibus Salomō.

A Redemptio animę uiri propriæ diui-
tiæ. Per columbam, quæ gregatim
uolet, ſignificatur uita actiua. Per tur-
turem ſoliuagum uita cōtemplatiua.
Has duas. Ponit Lucas ad innuendum
quod utralibet uita Deo oblata acce-
pta eſt ei. Vtraque auis, ideſt turtur, Contem-
& columba gemitū habet pro cantu. platiuorū
Igitur per duos turtures ſignificatur duplex ge-
duplex gemitus contemplatiuorum, mitus.
quorum primus eſt amoris de quo ſic
inquit Salomon. Fulcite me floribus, Cant. 2.
B ſtipate me malis, quia amore langueo.
Secundus gemitus eſt deuotionis. Vn-
de Apoſt. Spiritus poſtulat pro nobis Rom. 8.
gemitibus inenarrabilib. Per duas co-
lumbas ſignificatur duplex gemitus
actiuorum, quorum primus eſt gemi-
tus actiuorum pro peccatis proprijs.
Vnde Pſal. Afflictus ſum, & humilia- Pſal. 37.
tus ſum nimis, rugiebam a gemitu cor
dis mei. Secundus eſt gemitus com- Iob. 26.
paſſionis pro peccatis, & miſerijs alie
nis. Vnde Iob. Ecce gigantes, ideſt
C Prælati gemunt ſub aquis. i. ſub curis,
& ſollicitudinibus temporalibus, qui-
bus opprimuntur actiui, & maximè
Prælati. Hunc quadruplicem gemi-
tum debent offerre pauperes, qui in-
nocentiam offerre non poſſunt. Vt
deſignant vtręque aues duplicem ge-
mitum, ut cum ad offerēda bona ope-
ra non aſſurgimus, noſmetipſos du-
pliciter defleamus, quia videlicet &
recta non facimus, & prauè operati ſu
mus. Rurſum, ſicut antiquitus offe-
D rebantur Deo multa ſacrificia, videli- Sacrificiū
cet Agni, Arietes, Boues, Vituli, Hirci, quæ Deo
Columbę, Turtures, Sal, vinum, oleū, antiquitus
& incenſum. Sic ſpiritualiter nos Deo offereban-
debemus offerre Agnos bonæ ſimpli- tur.
citatis, Innocentię, & caſtitatis. Hoc Et q̄d hæc
enim ſignificabat agnus lactans, ſcili- ſpirituali-
cet quòd facilitatem, & teneritudinē ter ſignifi-
mox ac ſimplicitatem p̄ſefert. Deniq; cent.
caſti ac virgines dicuntur agni ſine 1. Reg. 7.
macula. Item Arietes iuſtæ ſeuerita- 1. Reg. 11.
tis, Per Arietem enim qui percutit,
quando



quādo vermis, quem in capite geſtat,
ſe ſolet aliqualiter commouere, intel-
ligitur virtus correctionis, quę excita-
ta a ſpirituali verme, i. iuſtitiæ rectitu-
dine, & conſcientiæ morſu ſolet per-
cutere corpus proprium, & corrigere.
Gen. 22. De his inquit Script. Vidit poſt tergū
arietem, quem obtulit in holocauſtū.
Item Boues fortis, & perfectæ opera-
tionis, ſunt enim animalia laborioſa,
& fortia, & ſignificant fortia, & perfe
cta opera, & labores propter proximū
acceptos, & ipſos bene operantes, &
pietatis opera facta ſolum pro Deo, &
non pro temporali cōmodo, aut inani
Ezech. 43. gloria. Vnde dicitur per Ezech. Of-
feres vitulum de armento immacu-
latum. Item vitulos offerre debemus,
ſcilicet Iucunditatis, & lætitiæ. Vitu-
lus enim, qui ſaltat, & ludit præ lętitia
ſignificat ſpiritualem iucunditatem,
quæ in omni opere bono debet inter-
Mach. 4. uenire. Iux. Illud Matth. Obtulerūt ho
Ezech. 43. locauſtum cum lætitia. Et alibi. Of-
feres vitulum de armento immacula-
tum, quia lætitia non debet habere
maculam, neque culpam, nec debet eſ
ſe friuola, vel inanis. Inſuper hircos
auſteritatis, & pœnitentię; per hircum
enim, qui habet vellus ualde hirſu-
tum, & eſt exterius ualde macer, &
uitulus pinguis, intelligitur humilis
conuerſatio, quæ debet eſſe exterius
per humilitatem habitus hiſpida, &
hirſuta, & per pęnitentiam ſqualida,
atque macra, intus autem in conſcien
tia debet eſſe gratiis impinguata. De
Leuit. 16. tali hirco dicitur, poſtquam emunda-
uerit ſanctuarium, tūc offerat hircum
uiuentem, præterea columbas fęcun-
ditatis, & opulentiæ, columba enim
quæ eſt auis fœcundiſſima (nam quaſi
omni menſe pullificat) fœcunditatem
bonorum operum, & uirtutum deſi-
gnat, quam debemus offerre, quate-
nus bonis operibus abundare debe-
Leuit. 24. mus. Vnde dicitur in Leuitico. Pul-
lum columbæ offerret. Item turtures

A charitatis, & amicitiæ. Turtures,
enim, qui ſemper binę incedunt, & cō
parem ſuum tantum diligunt, ꝙ eo
mortuo alteri nunquam nubunt, cha-
ritatem, & amicitiā deſignat, qua ſcili
cet vnus alterū debet diligere, & pro
vno amico nonnunquam alteri adhæ-
rere. De his dicitur in Leuit. Octauo Leuit. 15.
die offeret pro ſe duos turtures. Item
ſal diſcretionis. Sal, enim ſine quo nihil
eſt ſapidum, diſcretionē deſignat, ſine
quo nullum ſacrificiū boni operis va-
B let. Vnde habetur in Leuit. Quicquid Leuit. 2.
obtuleris ſacrificij, ſale condies. Rur-
ſum vinum deuotionis, & Sanctimo-
niæ, nam vinū, quod inebriat, & quod
etiam facit quandoque ebrios canta-
re, & quandoque etiam flere, feruorē
deuotionis ſignificat, qui in homine
ad modum ebrij ſenſum tollit, lau-
des, & cantica promere facit, & etiam
ſpirituales lachrymas introducit. Vn- Num. 15.
de Script. Vinum offeret in odorem
ſuauitatis. Item oleum compaſſio-
C nis, & clementiæ: nam oleum, quod
lenit vulnera, lenitatem pietatis ſi-
gnat. De qua dicitur, Offeres panes Leuit. 7.
abſque fermento conſperſos oleo.
Item thus, ſeu incenſum orationis,
quia thus quod in igne feruet, & eius
fumus ſurſum aſcendit, orationem ſi-
gnat, de qua canitur in Pſalm. Diriga Pſal.
tur Domine oratio mea, ſicut incen-
ſum in conſpecto tuo. Et iterum, In- Num. 28.
cenſum odorem ſuauiſſimi offerte Do-
mino per tempora ſua. In ſignum
D huius Magi obtulerunt thus. Iſtud eſt
contra multos, qui potius offerunt ſul
phur, quam thus, quia propter eorum
malam uitam magis fœtent, quam re
dolent apud Deum orationes. Vnde
de talibus dicit. Vt quid offertis mihi Hiere. 6.
thus &c. Hęc igit̄ ſunt Deo grata ſacri
ficia. Sequitur, Et ecce homo erat in
Hieruſalem, &c. Sciens Ieſus ſe mul- Incarna-
tos habere contradictores, multos vo tionis Ieſu
luit habere teſtes ſuę incarnationis. Pri teſtes.
mo Mariam & Ioſeph. Sc̄do Angelos.
Tertiò

Tertiò Paſtores. Quarto Reges Quin-
to Simonem, & Annam ſenes, qui
omnes eo nato teſtimonium reddide
runt. Ioannes uero, & Eliſabeth,
nondum nato, ſed concepto. At Pro-
phetæ, & Patriarchæ ab initio mundi
dictis, & factis concipiendum, naſcen-
dum, & paſſurum Prophetati ſunt.
Apoſtoli uero natum, & paſſum ubi-
que prædicauerunt. De his omnibus (Eſa. 43.)
dicit Eſaias, vere uos omnes teſtes mei
eritis. Rurſum, Simeon in tribus cõmẽ
datur, quia quoad proximun iuſtus,
quo ad Deum timoratus, quo ad ſe,
Spiritus Sanctus erat in eo. Sic Sacer-
dos debet eſſe homo quo ad manſue-
tudinem. Vnde Dominus. Beati mi-
tes, quoniam ipſi poſſidebunt terram. (Matt. 5.)
Secundo debet eſſe Simeon, audiens
mĕrorem per compaſſionem. Vnde
Apoſt. Si præoccupatus fuerit homo (Gal. 6.)
in aliquo delicto, &c. Tertio debet eſſe
iuſtus. Aliquando manſuetudo, &
compaſſio remiſſionem parerent. Vn
de Sap. Diligite iuſtitiam, qui iudica- (Sap. 1.)
tis terram. Sed quia iuſtitia ſine timo-
re difficile cuſtoditur, debet eſſe timo-
ratus. Hinc dicitur; Si non in timore
Domini tenueris te, inſtanter cito ſub
uertetur domus tua. Quinto debet
eſſe ſollicitus pro communi utilitate.
Vnde dicit, expectans conſolationem
Iſrael. Sexto debet eſſe habitaculum
Spiritus Sancti per humilitatem, quia
humilibus Deus dat gratiam. Vnde
dicit: Spiritus Sanctus erat in eo. Et
Eſai. Super quem reſpiciam niſi ſuper (Eſai. vlt.)
humilẽ, & quietũ. Myſtice. Hieruſalẽ,
quæ i[illegible]pretatur viſio pacis, ſignifi-
cat eminentiam vitæ clauſtralis, ex
qua videri poteſt pulchritudo patris
cœleſtis, in quam aſcendit populus
Dei. Qui autem ſunt in imo uitæ ſæ-
cularis, non poſſunt quæ remota ſunt
videre. Simeon autem figuram te-
net bonorum clauſtralium, & dicuu-
tur hic ſex de eo, quæ debent eſſe in
bono clauſtrali. Primum, vt ſit au-
diens triſtitiam, quod notatur in nomi
ne Simeon: debet, enim lugere pecca-
ta ſua, & aliena, vt ſit de beatis. Nam
beati, qui lugent, quoniam conſola-
buntur. In hoc igitur nomine nota-
tur amor diſciplinæ. Secundo debet
eſſe amator obedientiæ, quod notatur
ibi, Iuſtus: Iuſtus. n. ille dicitur, qui nõ
vult nihil habere de alieno, idest, qui
non eſt Dominus ſuę uoluntatis, ſed
Prælatus. Tertio eſt timor. Inde di-
citur timoratus. Nam timor Domini (Eccl. 1.)
expellit peccatum. Et qui timet Deũ,
nihil negligit. Et timor cæteras vir- (Eccl. 7.)
tutes purificat. Opera ſcrutatur, ſi qd
mali in eis inuenitur. Vnde Iob. Ve- (Iob. 9.)
rebar omnia opera mea. Quarto de-
bet amare ſolitudinem, vt ſit vas va-
cuum ad recipiendum conſolationem
diuinam, & illam deſideret, ſicut iſte,
qui expectabat conſolationem Iſrael.
Nam quando vaſa plena fuerunt, de-
ſiit oleum. Quinto, vt ſemper habeat
deſiderium proficiendi, quæ retro ſunt
obliuiſcens, & ad anteriora ſe uertẽs,
quod fit impulſu Spiritus ſancti. Si-
cut de Simeone dicitur. Et Spiritus
ſanctus erat in eo. Sexto debet deſi-
derare, vt Chriſtum videat in vita ſua
ante ſuam mortem, illa inquam uiſio
ne, de qua Pſal. Viſita nos Domine in (Pſal. 105.)
ſalutari tuo, ad uidendum in bonitate
electorum tuorum. De hac uiſione lo-
quens Ber. inquit. Subito tanta mihi
de me ſuborta eſt fiducię, & infuſa læ-
titia, quantus certè in loco horroris
non præceſſerat timor. O ſi duraret.
Iterum viſita me Domine. Et venit
in Spiritu, ideſt inſtitutione Spiritus
ſancti in templum. Et cum induce-
rent puerum Ieſum. Frequenter dici-
tur puer Ieſus in infantia, ad ſignifi-
candam eius humilitatem, peccati im
munitatem, & ineffabilem Deo ſer-
uitutem, quia fuit patri obediens uſ-
que ad mortem, ſic enim puer dicitur
a puritate, & ab humilitate: Hinc pue
ri ſeruientes dicuntur. Et accepit in
vlnas,

Sacerdos debet habere ſex ad inſtar Simeonis.

Clauſtralis bonus debet habere ſex.

Ieſus quare dicitur puer.



ulnas, ideſt in brachia ſua, ad innuen-
dum quòd per bona opera perueni-
tur ad ſalutem: Non enim ſolum ſuf-
ficit fides. Et ſenex accepit, quia de-
poſita uetuſtate debemus induere no-
uitatem. Et quia mundus in peccato
inueteratus Chriſtianæ infantiæ noui-
tate erat induendus. Item, quod Si-
meon Ieſũ in ulnis portauit, habet fi-
guram actiuorum Maria in utero fi-
guram bonorum contemplatiuorum.
Ioſeph creditur eum portaſſe in hu-
meris in Aegyptum, tenet figurã Prę-
latorum, qui magis pro Chriſto labo-
rant, & minus eius uiſione fruuntur.
Et benedixit; ideſt gratias reddidit de
impletione promiſſi, dicens, Nunc
dimittis, ideſt oro, ut dimittas miſerũ
ſpiritum de carcere captiuatum, quia
compleuiſti meum deſiderium, quia
uiderunt oculi mei interiores, & exte
riores, interiores Deum, exteriores ho
minem. Quod ſalutare paraſti, ſicut
miles paratur ad bellum, ideſt carnẽ
quaſi armis induiſti ad debellandum
aduerſarium noſtrum ante faciem,
ideſt in conſpectu omnium populo-
rum, & non ſolum eſt ſalutare, ſed &
lumen ad illuminationem gentium.
Et nota quod tria Cantica ſtando de-
cantamus, iſtud in Completorio. Can
ticum Mariæ in veſperis Zachariæ in
laudibus matutinis, & hoc ideo quia
hic ſit mentio de pace, quæ dabitur
in ſeptima ætate, & ideo dicitur in fi-
ne diei, Canticum Mariæ nominat
reſpectum ancillæ, qui ſexta ætate fa-
ctus eſt. Et ideo in ſexta hora, ideſt in
Veſperis decantatur, in Cantico Za-
charię fit mentio, quia erexit cornu
ſalutis, & ideo cantatur in matutinis
laudibus, quas in laudem reſurrectio-
nis decantamus. Quatuor etiam uer-
ſus huius cantici. Nunc dimittis ſi-
gnificant quatuor dotes corporis, quę
dabuntur in fine temporis. In cuius ſi-
gnum cantatur canticum iſtud in fine
diei, quas Dominus noſter Ieſus Chri
ſtus meritis Beatæ Mariæ ſemper Vir-
ginis concedere dignetur. Amen.

Expoſitio Cãtici nũc dimittis.

Nũc dimittis quare ſtando cantatũ in completorio.

Magnificat quare in veſperis.

Benedictus quare cantatũ in matutini laudibus.

## DOMINICA SECVNDA post Octauam Epiphaniæ.

### *De Mundatione Leproſi. Ser. vnicus.*

POST Domini deſcen-
ſum de monte curat tres (Sermo 18.)
Dominus. Primo Le-
proſum, Secundo Parali
ticum, Tertio ſocrũ Si-
monis Petri febricitantẽ, non ſine ma
gno myſterio. Primo enim ſanat Iu-
dęum leproſum. Secundo ſeruum
gentilem. Tertio ſocrum Petri, quia
primi credentes fuerunt de Iudęis.
Poſt Gentiles in fine reliquiæ Iſrael ſal
ui fient. Et hoc notatur in fine miſſæ,
quia officium miſſæ incipit a cornu
dextro, & tranſit ad ſiniſtrum, & ite-
rum reddit ad dextrum, vel quia le-
pra hæreſis, quæ miſcet falſa ueris, ut
in cute Leproſi apparet uarietas colo
rum, quæ eſt cõtra fidem. Accidit pa
ralilis contra ſpem, calor materialis
ſocrus febricitantis per libidinoſum
amorem contra charitatem. Et ideo
ſanat ſecundum ordinem uirtutum,
primus ſanatur tactu & uerbo, ſecun-
dus ſolo uerbo, tertius tactu, quia gen
tiles, quaſi per medium facile credi-
derunt. Vnde pſa. Populus qui me non
cognouit, ſeruiuit mihi, in auditu au-
ris obediuit mihi. Sed ueniamus mo
do ad leproſum, & ecce Leproſus (in- (Matt. 8.)
quiunt Euangeliſtæ,) ueniens corpo- (Marc. 1.)
re, & fide adorabat eum dicens. Vbi (Luca. 5.)
primo notat eum eſſe Deum, cum La
tria ſoli Deo conueniat, ſecundo ui-
de eius magnam fidem: Nam qui
adorat, inclinat ſe, & qui credit, incli-
nat ſenſum ſuum: quia ſine fide impoſ
ſibile eſt placere Deo. Idcirco etiam
dicit, ſi uis ac ſi diceret. Non dubitans (Hebr. 2.)
fallor, nec dicit ſicut ille, qui filii ſa-

Curatio leproſi paralitici, & ſocrus Petri quid ſignificent.

Fides leproſi.

lutem deprecabantur, ſi quid potes, A
adiuua nos. Sed ſcio quia omnia po-
tes, ideo non potentiam peto, non for
titudinem quæro, ſed tantum uolun-
tatem tuam, & ſequens virtus hãc gra
tiam adimplebit. Præterea dicit. Si
uis, quaſi diceret: De poteſtate tua nõ
dubito, ſed de tua uoluntate, non quia
tu ſis immiſericors, ſed quia ego in-
dignus ſum. Ideo peto miſericordiã,
vt uelis mundare præter mea merita.
Infirmitates ꝓueniunt ex in cauſis. — Item ſi vis. Non dubito tuam uolun-
tatem ad omne opus bonum para- B
tam, ſed quia non omnibus expedit
iſta curatio. Nam quandoque immit
tis infirmitatem ad probationem vt
Iob. 2. — Iob. vbi egreſſus Sathan, &c. Nonnun-
Num. 12. — quam ad purgationem, ut Mariæ ſoro
ri Moyſi. Aliquando ad humiliatio-
2. Cor. 12. — nem, ſicut & Paulo. Ne magnitudo
reuelationem &c. plerunque ad glori
ficationem Diuinæ tuæ potentiæ ut
Io. 9. — cęco nato. Hinc inquit Euangeliſta,
2. Mach. c. 9. — vt manifeſtentur opera Dei. Nõnum-
quam ad tuæ iuſtitiæ manifeſtatio- C
nem, ſicut Herodi, & Antiocho. Ali-
quando ad cõmendationem Diuinæ
Luc. 1. — clementiæ, ut patri Ioannis Baptiſtæ.
Quandoque ad punitionem paren-
Gen. 19. — tum, quemadmodum pueri ſodomita-
Prou. 19. — rum ſubmerſi fuerunt. Nonũmquam
ad terrorem aliorum. Vnde ſcrip.
Peſtilente flagellato ſtultus ſapien-
Tob. 2. — tior erit. Aliquando ad exempla po
ſterorum, ſicut Tobiæ ut poſteris dare
tur exemplum patientiæ. Aliquando
Num. 16. — ad deteſtationem criminum, vt Da- D
4. Reg. 5. — than, Abirõ. Sic Giezi. Neſcio igitur ſi
mihi expediat: firmiſſime autem cre-
dens te omne bonum uelle, ideo ſi uis
Feruor ſpiritus in leproſo. — potes me mundare. Quam etiam le-
proſus iſte fuerit ſpiritu feruẽs, ex eo
noſci poteſt: nam nõ tepide, ac negli-
Mar. 1. — genter, ſed fixis in terra genibus ut alter
dicit Euangeliſta, cum ingenti men-
tis ardore aduolutus dixit adorans;
Domine ſi uis, potes me mundare.
Rurſum adorans dixit; Domine &c.

A In faciem enim procidere humilita- — Pudor.
tis eſt, & pudoris, ut unuſquiſque de
uitæ ſuæ maculis erubeſcat: ſed confeſ
ſionem uerecundia non repreſſit, oſtẽ
dit vulnus, remedia poſtulauit, ſi uis,
inquit, potes me mundare. Mali econ
uerſo uulnera ſua tegunt, & defen-
dunt. Vnde per Iob dicitur. Corpus — Iob: 41.
eius quaſi ſcuta fuſilia, ſed Dominus — Paralytic⁹ cõfitetꝰ potẽtiã Chriſti.
ſcuta eius combureт. Confitetur deni-
que Chriſti potẽtiam, dicẽs, Domine
ſi uis potes me mundare, quia ſi Do-
B minus, ergo poteſt. Confidit denique — Dei miſericordiam.
de Dei miſericordia. Miſericordiam
non oportet petere, ſed indigentiam
tantum demonſtrare, ſic iſte. Domi- — Pſal. 37.
ne ante te omne deſiderium meum.
Sapientiam Dei etiam oſtendit. Non — Sapientiã.
enim petit niſi uoluntatem ſuam, qui
melius ſcit quid illi opus ſit, quam
ipſe. Inſuper non quærit niſi gloriam
Dei: ſi uis, mihi ad beneficium, tibi — Gloriã Dei.
ad laudem, uidentibus, ad miracu-
lum, & proficiendi doctrinam. Si
C uis; Tu, qui prius Naaman Princi- — 4. Reg. 5.
pem Syriæ per Heliſeum prophetam
in Iordane mundaſti, modo ſi uis, po-
tes me mundare. Magna eſt prudentia — Prudent leproſi.
etiam accedentis. Non dixit, ſi ora-
ueris, neque munda me, ſed cuncta ip
ſi cõmiſit. Si uis, potes me mundare.
Sed quid modo lepra ſignificet, uidea
mus. Lepra generaliter ſignificat pec- — Lepræ uariæ ſpẽs diuerſa peccata.
cata, & uarię ſpecies leprę diuerſa pec
catorum genera. Vnde lepra in cute
deſignat peccatorum in opere, vel in
D carne, lepra in citatrice dicit reuerſio
nem ad priora peccata, uel carnis ma
cerationem cum infidelitate, lepra
flaua, uel pallida imbecillitatẽ fidei
deſignare poteſt, lepra ruffa homici-
dium, lepra alba Hypocriſim hæreti-
corum, lepra liuida inuidiam, le-
pra nigra fumum idolatriæ, lepra
pallida iracundiam deſignat, lepra
florens in toto corpore auaritiam in-
dicat, quæ omnes commaculat, ſicut
fuit lepra Giezi, lepra in ueſte eſt om-
nis



nis pompoſa uanitas in hoc ſeculo uel
ſuperbia aut inanis gloria in bono
opere. Lepra in ore eſt duplex, vel cũ
quis murmurat in aduerſis, aut ſe ia-
ctat in proſperis: lepra in corde eſt
propria uoluntas, & proprium deſide-
Lepra peccatum carnis. — rium. Peculariter uero lepra ſignificat
peccatum carnis, tum quia per totum
corpus diffunditur, & qui fornicatur,
in corpus ſuum peccat, tum quia fę-
tet, & mulier, quæ fornicaria eſt, quaſi
ſtercus ab omnibus hominibus in uia
conculcabitur, tum quia membra au
fert ſcilicet oculos intelligentiæ. Vnde
Iudic. 16. — Sampſon excęcatus eſt propter mere-
tricem. Item quia aufert aures obe-
dientię, nares diſcretionis, capillos,
bonæ cogitationis, barbam fortitudi-
nis, ſupercilia ſanctę indagationis, ma
nus bonæ operationis, pedes ſanctæ af
fectionis, linguam confeſſionis, &
orationis, quia non eſt ſpecioſa laus
Eccl. 15. — in ore peccatoris. Petit ergo leproſus
iſte, ideſt peccator à Domino mun-
dari a lepra peccati, dicens; Domi
ne ſi uis, potes me mundare. Sed no-
Quatuor notantur ĩ leproſo, q̃ eſſe debẽt in peccatore, ut mundetur à peccato. — ta quod quatuor notantur circa le-
proſum, quę debent eſſe in peccatore,
Primum debet peccator ad Chriſtum
accedere. Hinc leproſus deſcribitur
ueniſſe. Secundo debet adorare. Idcir
co adorauit. Tertio debet exclamare.
Vnde Domine. Quarto debet ſe hu-
miliare, Si uis quaſi diceret: Non
meis meritis, quia indignus ſum, ſed
tua bonitate, Si uis, potes me munda
re; peccator enim debet ad Chri-
ſtum accedere per contritionem ado-
rare per ſatisfactionem, excla mare
per confeſſionem, & in omnibus habe
re humilitatem. Poſtremo quam fue-
rit recta leproſi opinio de Domino, ex
ſubſequentibus patet. Nam prorſus
Dominus aſſentit, & operatione con
firmat, idcirco ſequitur; Volo. Munda-
re. Eo genere ſanauit, quo fuerat ob-
ſecratus. Non dubitaſti credere, non
tardo ſanare. Volo. Quid mirum fra

A tres mei, cum adeo nos incomparabili
charitate dilexerit medicus iſte cœle
ſtis, ut de monte cœli deſcẽdens ęgro
tos, quibus ſalutis remedia procura-
bat, ſua decreuerit ſanare infirmita-
te, nihil tamen ſibi addens. Nam non
eſt inde factus alter, nec ſibi beatior,
Sed tota hæc diſpenſatio noſtrę utilita
ti conſuluit, noſtrę ſaluti militauit.
Diuinæ potentiæ nihil contulit. Vnde — Chriſtus vt medic⁹ nos ſanat.
uoluit iſte ad inſtar medicinos ſanare
per cõtraria, uel per ſimilia, ſicuti me
B dici quandoque ſicca opponunt hu-
midis, & humida ſiccis, nonnunquam
ſimilia ſimilibus apponunt. Sicut ſcor
pionum carnes coctæ oleo percuſſio-
nibus medẽtur ſcorpionum. Sic The-
riaca de ſerpentis carne confecta mor
ſibus ſerpentinis occurrit. Sic medi-
cus noſter ſua paupertate nos ditauit,
ſua humilitate nos ſubleuauit, ſua
morte nos viuificauit. Sic etiam per
ſimilitudinẽ nos ſanare dignatus eſt.
Nam mors, quę per lignum uenit, per
C lignum ſuperata eſt; ò mirabile ge-
nus medicinæ, ubi ſeipſum exhibuit
medicũ, & fecit de ſeipſo medicamen
tũ. Merito igitur dicit leproſo; volo,
qui uult omnes homines ſaluos fieri.
Volo. Vt de poteſtate ſua, & leproſi
opinionem firmaret, & populi. Volo.
Mundare. Volo infirmitas corporis mi
ſeranda eſt, & non odienda, mundare
in hoc maieſtatis potentia, quia dixit,
& facta ſunt. Nihil enim medium eſt
inter opus Dei, & præceptum, quia in
D præcepto eſt opus. Rurſum eodem mo
do ſanat Dominus quo obſecratur, ſci
licet eodem modo verborum, quo le
proſus rogat. Vel eodem ordine, ſcili-
cet uerbo, voluntate, & opere. Verbo
dicens. Voluntate volo. Opere. Mun
dare. Item nota tria: Tetigit, volo,
mundare. Tetigit: in hoc humilitas. vo
lo: In hoc pietas. mundare, in hoc po
teſtas. Et extendens Ieſus manum teti
git eum, quod non ob aliam cauſam
tetigit eum, quam per humilitatem.

Tetigit eum, oſtendens ſe non eſſe ſub A
iectum legi, ſed Dominum, & quod
cuique mundo nihil immundum. Pro
pterea, & Eliſæus, neque videt Naa-
man, ſed & ſcandalizatum eſſe au-
diens, quia ad eum non eſſet egreſſus,
neque tetigiſſet, rigorem legis obſer-
uans, manet domi, eumque ad Iorda-
nis flumen miſit lauandum. At vero
Chriſtus oſtendit quod non ut famu-
lus, ſed ut dominus curat, ac tangit.
Hinc eſt quod tagentis manus non eſt
facta immunda per lepram, ſed ſan- B
cta manu leproſi corpus munda-
tum. Medicus erat cęleſtis, qui vene-
rat corpus cum anima curare, propte
rea tangit non ut infirmitas ſibi adhę
reat, ſed ut ab his, qui eam habent, ex
pelleret. Sol enim incomparabilis eſt
ideo omnibus approximat. Ipſe uero
permanent in ſingulari ſuæ ſanctita-
tis pulchritudine. Cum autem curaſ-
ſet eum, ne cui diceret imperauit. Nã
te tacente hoc mirabiliter clamabit.
Te enim os non aperiente omnis vir- C
tus tui corporis iubilabitur. Prohi-
buit etiam ne cui diceret, ut oſtende-
ret ſe alienum eſſe ab aura gloriæ, põ
paque iactantię. Item præcepit nemi-
ni dicere, ut doceret non uulganda
noſtra beneficia, ſed præmenda. Sed
vade (inquit) oſtende te ſacerdoti,
& offer munus tuum. Vbi etiam oſten
dit Dominus quatuor neceſſaria pęni-
tenti, de quibus diximus ſupra. Vade.
Ecce contritio. Oſtende. Ecce confeſ-
ſio, munus ſatisfactio, in quo notatur D
humiliatio. Sed ſi etiam quæ concurre
runt circa Chriſtum, conſiderabimus.
Quatuor operatus ẽ Dominus propter noſtram redẽptionem. — quatuor fuerunt. Primum tactus, quia
tetigit. Sermo. Dicens. Voluntas. Vo
lo. Curatio. Mundare. Quid enim in
tactu, niſi eius humilitas, in ſermone
ſapientia, in voluntate bonitas, in fa-
cto potentia? per hæc quatuor opera
tus, eſt ſalutem, & redemptionem no-
ſtram, per potentiam, ſapientiam, bo
nitatem, & humiliationẽ. Vnde Apoſt.

Qui factus eſt pro nobis ſapientia, qa A
ſciuit, & iuſtitia, ideo potuit. & ſantifi
catio volendo. Et redemptio facien-
do. Audiſtis ergo fratres quid per le-
pram intelligatur, quia peccatum. Nã
animam maculat, & malo exemplo
inficit, atque a conſortio eccleſiæ ſan-
ctorum diſiungit. Ideo attendamus
ne nullus noſtrũ lepram in ſe habeat.
Sed ſi habet, inſtanter Dominum ado-
rans dicat. Domine ſi uis potes me
mundare. Tu illum, prius multa deli-
cta committentem mundaſti Manaſ- B
ſen, & Dominus miſericordiæ mox
porrigens manum dicit Volo. mun-
dare. Sed quid eſt quod deſcendente
de monte Domino acceſſit leproſus,
& non potuit in montem aſcendere,
niſi quia quos delictorum ſarcina de-
primit, ad myſteriorum ſublimia niſi
abiecto onere ſcandere minime poſ-
ſunt. Ideo filii Iſrael primitus in mon
tẽ aſcendere minime potuerãt ad ob
uiandum Deo, quia Aegyptiaca cõuer
ſatione præpediebantur. Sed ſolus Mo C
ſes aſcendit, & pauci de ſenioribus
Iſrael. Leues ergo oportet eſſe, qui ad
Chriſtum montem aſcendere cupiũt.
Hinc pſal. Quis aſcendit in montem Pſal. 23.
Domini. reſpondit Innocens mani-
bus, & mundo corde. Rurſum, quid eſt
quod deſcendente Ieſu de monte ſe-
cutæ ſunt eum turbæ tanquam in ip-
ſo conſiderantes omnis vitæ, & doctri
næ perfectionem, & exemplum? niſi
quod cognoſcamus ſemper amplectẽ
dam eſse bonorum ſanctiratem corrũ D 1. Cor. 15.
punt enim bonos mores colloquia
mala. Et ad correctionem morũ mul-
tum ualent exempla bonorum dicit
Iſidorus. Iterum quid eſt quod lepro-
ſus dicit. Domine ſi uis &c. niſi quod
nobis innoteſcat quod nihil dignius
Deo a nobis offerri poteſt quàm fide-
lis oratio. Nam omnes medici pecu-
nijs, Deus autem ſola oratione placa-
tur. Quæ prius debet offerri Deo, &
poſtea exire ad opus. Iuxta illud. Pri

mum.



mum quærite regnum Dei. Hinc eſt A
quod poſtquã montẽ deſcendit Domi
nus curauit leproſum, & tetigit eum,
non abhorrens immunditias infirmi-
tatis noſtræ, ut nos doceret quod ex
affectu beneficium impendere debe-
mus, & opus pietatis adimplere, illum
ſemper attendens per quem facis. Do
cet etiam Dominus vitare laudem
humanam, ut nihil nobis tribuamus,
ne ſimus inter nouem leproſos, qui
gratias non egerunt. Deo enim debe-
mus quod ſumus, quod uiuimus, qđ B
intelligimus, quod bene uiximus. No
ſtrum enim non eſt niſi peccatum. er-
go ſi optamus vt gratiarum abundan
tia nobis refluat, abſcondamus bona
noſtra, & ipſi Deo omnia tribuamus,
ut iterum beneficia fluant: Nam ori-
go fontium, & fluminum mare eſt:
Sic virtutum, & ſciẽtiarum Dominus
noſter Ieſus Chriſtus, ſed fluminis a-
qua ſi ſtare cęperit, putreſcit. Sic pla-
ne ceſſat gratiarum curſus, ubi nõ fue
rit recurſus. Igitur refundamus in eũ, C
qui ſupra nos eſt quicquid eſt deuotio
nis, dilectionis &c. Vt ſi qua in nobis
eſt gratia, referatur ad ipſum, nec no-
ſtram quæramus gloriam, ſed ipſius.
ipſius, quia ĩgratitudo (ut inquit Ber.)
ventus eſt vrens ſiccans fontem pieta-
tis, rorem miſericordiæ fluẽta gratia-
rum. Poſtremo ſicut leproſus iſte in fa
ciem procidens, quod eſt pudoris, con
feſſionem verecundia non repreſſit, ſic
nos, inſtruit, vt detegamus ſacerdoti
uulnera noſtra, ſic enim nobis dimit D
Prou. 28. tuntur peccata. Vnde Salomon. Qui
abſcondit ſcelera ſua, non dimittetur,
qui autem confeſſus fuerit ea, & reli-
querit &c. Inſup abſcõduntur a Deo.
Hinc Aug. ſi reuendas, ego cœlo. Rur
ſum gratia infunditur, & uita æterna
acquiritur. Vnde Eccl. Eſt confuſio ad
ducens gratiam, & gloriam, ad quam
nos perducat Dominus noſter Ieſus
Chriſtus. Amen.

*De Laudibus Centurionis.*
*Sermo II.*

AFFERT ſe nobis am- Sermo 19.
pla facultas loquendi
de humilitate, ſapien-
tia, bonitate, reueren-
tia, pietate, compaſſio-
ne iſtius alienigenæ Cẽturionis, quia
etiam de eius fide mirans Dominus
dixit. Amen dico vobis non inueni tã
tam fidem in Iſrael. Iſte ergo talis, ac
B tantus cum cognouiſſet quod Domi-
nus introiſset Capharnaum acceſſit
ad eum, dicens. Domine puer meus ia
cet in domo Paralyticus, & male tor-
quetur. Vbi nota quod puer infirma-
tur, in Capharnaum. Capharnaus in-
terpretatur ager pinguedinis, quia in
pinguedine temporalium anima infir
matur. Dicit ergo Centurio, Domine.
Ecce reuerentia, & fides, qua Do-
minum uocat. Puer ideſt ſeruus. In
hoc humilitas notatur, & pietas. Vnde Eccl. 33.
C ſcript. ſi eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi
quaſi anima tua, quaſi fratrem tuum
ſic tracta. Meus. Ecce compaſſio. Ac
ſi dicat. Morbus iſte eſt, ac ſi eſset me9.
Vnde Apoſt. Quis infirmatur, & ego 2. Cor. 11.
non infirmor. Iacet. Vnde uenire nõ
poteſt. Non enim poteſt ſurgere, quia
eſt miſerabilis, quia Paralyticus, quod
peius eſt. In Domo, contra Dominos,
qui ſuos famulos ægros eijciunt, & ad
hoſpitale mittunt Et male torquetur,
i. grauiter affligitur. Vel aliter. Quis Eſa. 65.
D iſte puer, niſi peccator? qui a Prophe
ta uocatur puer centum annorum, i.
quia diu uixit in vitijs. Nam ſicut puer
iſte dicitur ſeruus, ſic peccator. Nam
qui facit peccatum ſeruus eſt peccati,
& per conſequens diaboli. Vnde Aug. Peccator
peccator tot dęmoniorum ſeruus eſt, dr̃ puer.
quot vitiorum. Et recte peccator dici
tur puer. Nam ſicut puer ſapiens eſt
circa modica, vt ſunt nuces moneta
plumba, &c. Sic peccator circa tempo
ralia bona, quæ modica ſunt, ſapien-

tes.

A

te; ſunt. Circa ſpiritualia uero, & æterna inſipientes. Hinc prætulit Eſau lenticulam hæreditati ſuæ, Solet etiam puer reſidere in luto, & deturpare ſua ornamenta, quæ habet, ſic peccator puer dicitur, quia non erubeſcit morari in immunditia peccatorũ ſuorum. Inſuper ratione mutabilitatis peccator dicitur puer, ſicut ille eſt, qui vna die agreditur viam Paradiſi, altera vero ad viam inferni, vna die ædificat, altera deſtruit, vnde Eccleſia.

Eccl. 34.

Vnus ædificans, & alius deſtruens quid prodeſt illis, niſi labor? Rurſum pueri leuia magis timent, quàm grauia pericula, vt virgam matris, quàm gladium hoſtis: ſic peccator magis præſentia mala, quæ leuia ſunt, quam futura. Trepidat igitur ubi nõ eſt timor. Ita ille eſt, qui benefacere non audet, ne a malis irrideatur. Solet etiam puer quæcunq; videt concupiſcere, licet ſint ſibi nociua.

Moſes quare fuit impeditioris linguæ.

Exemplum in Moſe, vt narrat Ioſephus, qui carbonem viuum ponens ad os ſuum, linguam ſuam combuſſit, ex qua cauſa factus eſt impeditioris linguæ: ſic peccator quàm primũ mulieris pulchritudinem videt, cito concupiſcit, non attẽdens quid dicat Hieronymus, quòd gladius igneus ſpecies mulieris. Hic iacet, nam ſicut tunc dicitur quis iacere, quãdo omnes partes corporis requieſcunt, ſic eſt peccator, qui in mundo totam ſpem, & fiduciã collocans, in his caducis, & trãſitorijs quieſcit. Talis diues ille erat, qui dicebat. O anima mea habes multa bona, epulare, bibe, &c. quibus clamat Apoſtolus, dicens.

Rom. 13.

Hora eſt iam de ſomno ſurgere. Dicitur etiam iacere, quia ſicut qui iacet, impotẽs eſt ad laborem, ſic peccator impotens eſt ad faciendũ opus meritorium, vnde Pius Papa, inquit.

De conſe. d. 5. c. Nihil.

Nihil prodeſt orare, & ieiunare, niſi ab iniquitate, & obtrectationibus lingua cohibeatur. Et Gregorius. Nihil a Deo acceptatur quod per peccatum maculatur. Imo nõ ſolum iacet, ſed & paralyticus dicitur. nam ſicut in paralytico adeſt diſſolutio, & tremor membrorum, ſic in peccatore eſt tremor in agrediendo aliquod bonum opus, ne deficiat, vnde trepidat timore, ubi non eſt timor.

Palalyſis quid ſignificet.

Pſal. 13.

Inſuper per paralyſim amittitur motus, & ſenſus, ſic per peccatum mortale amittitur compago virtutum. Quod enim concupiſcentia amat, ratio non approbat, & ſic omne regnum in ſe diuiſum diſſoluitur. nam anima amittit motum quo

B

ad bonas operationes, ſenſum, quia nec propria, nec aliena vulnera ſentit. Sed vbi iacet? in domo. Primo propter triſtitiam, hinc parentum mortem filij lugent in domo. Sic delectatio, quę tentationi eſt annexa, conſiderato peccato vertitur in triſtitiam, vnde Salomon.

Prou. 10.

Riſus dolori miſcebitur. Secundo propter conſternationem: nam ſicut homo victus conſternatur animo, vt non audeat reuelare, ſic a tẽtatione ſuperatus adeo eſt fractus, ut non audeat reſiſtere.

C

Tertio ſic conſternatus adeo debilitatur, vt non audeat reſiſtere propter multiplicationem plagarũ. Sic & tẽtationes ſemper renouatæ debilitant, & putreſcunt, vnde pſal. Putruerunt, &c. Quarto ſequitur deſperatio. Ex quo enim ſcit ſe eſſe debilitatum, deſperat ſe poſſe bonum perficere, & tunc conuertit ſe ad mala perpetranda. Et ita peccator dicitur iacere paralyticus. Imo etiam torquetur pœna timoris, quia peccans ſemper ſibi

D

debitam pœnam timet. Item pœna doloris, quia naturaliter voluntas odit malum. Ex odio autem ſequitur triſtitia, quę eſt dolor mentis, id eſt afflictio ſpiritus, quæ eſt maxima pœna, vnde Hugo. Nulla grauior pœna, quam remorſus conſcientiæ. Et Aug. Omnis inordinatus animus eſt ſibi ipſi pęna. Et hoc propter vermem conſcientiæ, qui ſemper pungit, & rodit animam, vnde Iſa. Vermis eorum non extinguetur. Et alibi. Cor impiorum quaſi ma-

re



A

re feruens quod non ſinit quieſcere. Sed Centurio, qui centum militibus præeſt, qui numerus perfectus eſt, illos ſignificat, qui ſpiritualium virtutum ſunt perfectione ſublimes. Tales ergo neceſſe eſt pro his Dominum ſupplicẽt, qui adhuc ſpiritu ſeruitutis præmuntur. His enim Dominus dicit. Ego veniã, & curabo eum.

Gratia duplex.

Veniam per gratiam præuenientem, & curabo per gratiam gratum facientem. Prima nanq; gratia eſt primus motus bonæ voluntatis, quo Deus nos pręuenit, ut de congruo nos diſponat ad gratiam gratum facientem, quę nos facit Deo gratos, & acceptos. Ego veniam &c. Quantum diuinæ humilitatis inſigne, ut cœli Dominus nequaquam dignaretur Centurionis ſeruulum viſitare, quod utique non ideo faciebat, quia abſens curare non poterat, ſed vt formam tibi daret humilitatis imitandæ. Ego veniã, &c. quia Domini eſt ſalus, ut dicit pſal.

Pſal.

In hoc autem magna confuſio medicorum, quia tantus medicus deſcendit ad pauperem ſeruum, non quærens de pecuniæ quantitate:

Contra medicos.

ſed noſtri medici ad pauperes non niſi prætaxato precio deſcendunt, & ad diuites non requiſiti ſe offerunt. Sed medicus noſter non pecunia, ſed ſola oratione placatur, vnde Beda. Ad filium reguli venire noluit Dominus, ne videretur diuitias honorare, & ſeruilem conditionem ſpernere.

Rom. 4.

Ego veniam, &c. ſcilicet perſonaliter, & non per vicarium.

Contra ſacerdotes.

Contra quoſdam Sacerdotes, qui perſonaliter ad ſuos parochianos ire etiã ad communicandũ dedignantur. Sed ſi diues eſſet, & vellet teſtamẽtum condere, libenter irent. Plus enim hi tales curant de lacte, & lana, quam de oue, a qua recipiunt lac, & lanam. De talibus Sacerdotibus loquitur Speculum exemplorum.

Spec. exẽp. d. 4. c. 5.

Et reſpondens Cẽturio, ait illi; Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, &c. Dicendo ſe indignum, præſtitit ſe dignum, non in cuius parietes, ſed in cuius cor Chriſtus intraret. Et inſuper factus admirationi ſuper omnes Iudæos: vnde Dominus; Non inueni tantam fidem in Iſrael. Non quòd non inuenerit maiorem in Beata Virgine, & Apoſtolis, atque Patriarchis, ſed eſt vſus Dominus conſueto locutionis modo, vt ſi quis cum tribus, vel quatuor ingrediatur domum, ſi neminem ibi inuenerit, dicit. Nemo eſt hic intus. Licet ſint intus ipſe, & qui cum eo ſunt. Sic Domi-

B

nus non reſpiciens ad Apoſtolos, qui cum eo erant, vel ad Beatam Virginẽ. nam cum de ea agitur, nullam uolumus ſecundum Auguſtinum de ea haberi mentionem, dicit. Non inueni tantam fidem in Iſrael. Vel tantam, ideſt tam facilem, cum nullus eum docuit.

Humilitatis laus.

1. Cor. 15.

Luc. 3.

Sic etiam Apoſtolus Paulus, dicens. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, primus tamẽ factus eſt. Et Io. dicens. Nõ ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius, amicus ſponſi factus eſt, &

C

manum, quam eſſẽ calciamento dixit indignam, hanc ſuper caput ſuũ Chriſtus attraxit. Sic Petrus dicebat. Exi a me Domine, quia peccator homo ſũ. Et ideo factus eſt Eccleſiæ fundamentum. Nihil enim Deo tã gratum, quam cum maximis peccatoribus ſemetipſum connumerare. Hoc eſt totius ſapientiæ principium. Sic enim humiliatus, & contritus non inani gloria ventilabitur, non iraſcetur, non inuidebit proximo, non vllum aliud vitiũ

D

admittet. Vt intres ſub tectum meum. Tectum, non palatium, cum eſſet Centurio. Obſeruabit quod dicit ſcriptura.

Eccl. 29.

Contra religioſos ædificantes palatia.

Eſa. 5.

Hier. 22.

Initium uitæ hominis aqua, & panis, & domus protegens turpitudinẽ. Contra religioſos, & multiplicatores domorum, vnde Iſa. Væ qui coniungitis domum ſupra domum. Et Hierem. Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, ſed tantum dic verbũ. Ecce fidei magnitudo. Nam Dei dicere credit eſſe facere. Et ſanabitur puer meus.

Ecce

Ecce bonitas, qui pro ſalute ſerui ſic A
ſolicite feſtinabat, quaſi non damnum
pecuniæ, ſed ſalutis paſſurus in mor-
te ipſius. Sic & Prælatus pro popu-
lo ſibi commiſſo debet eſſe ſolicitus
pro ſalute ſpirituali, vt Centurio fuit
pro corporali ſalute ſerui. Conſidera-
bat enim quòd ſi ille ſuus ſeruus erat,
erat ipſe Creatoris, quòd ſi ille illum
habebat ſuper terram, ipſe Dominum
magnum habebat in cęlis. Si ergo huic
ipſe nō ſubueniebat, dignus erat, quòd
ei Dominus miſericordiam non im- B
penderet. Sed vbi puer iſte fuit infir-
matus in Capharnaum, quia abūdan-
tia temporalis, & amęnitas loci multis
eſt cauſa infirmitatis, & peccati, vnde
Ezech. inquit, quòd hæc fuit iniquitas
Sodomæ. Ocium, & abūdantia. Quare
maceremus Fratres carnem noſtram
vigilijs, ieiunijs, & orationibus, iuxta
Eccl. 33. illud. Seruo maliuolo tortura, & com
pedes. Item cibaria, & virga, & onus
aſino. Nam & ſi modo puer iſte, ideſt
caro iaceat afflicta ieiunijs, vigilijs, & C
orationibus, tamen veniet Ieſus in die
Iudicij, & curabit eam, cum mortale
hoc induet immortalitatem, quod Do
minus noſter ſua ſolita benignitate fa
cere dignetur. Amen.

*De nauicula. Ser. vnicus.*

Sermo 20. OSTENDIT Chriſtus Ie-
Matt. 5. ſus ſuam virtutem in ter-
Matt. 8. ris per doctrinam, quando
docuit diſcipulos, per pote D
ſtatem, quando leproſum mundauit,
quando puerum Centurionis abſens
curauit; modo tranſijt ad mare, quate
Matt. 8. nus terræ mariſq; Dominū ſe eſſe cun
ctis oſtenderet. Vnde eo aſcendente
in Nauiculam (inquit Matth.) ſubito
orta eſt magna tempeſtas, ita vt na-
uim conciti maris fluctus inſurgentes
obruerent. Mira res. Aſcendit paruam
nauiculam, vt nauigarent, qui totum
mundum diuina uirtute gubernat. Et
ecce motus magnus factus eſt. Nam
ex ſe orta eſt tempeſtas, ſed eius impe
rio ob humilitatem diſcipulorum, ne
magna diſcipuli de ſe ſaperent, ſubor-
ta eſt magna tempeſtas. Item magna
fuit facta tempeſtas, & hoc ideo, vt ma
gnum opus oſtenderet, quia quāto ma
gis fluctus nauiculæ irruebant, tanto
magis diſcipulos conturbabat timor,
ut plus deſiderarent liberari, ſicque ro
garent Dominum, & ipſis rogantibus
Dominus potentiam oſtenderet. Et ut Tempeſtas maris quare non fuit facta domino uigilante.
timor augeret, dormiebat Dominus.
Si enim vigilante eo facta fuiſſet tem-
peſtas, vel non timuiſſent, vt nel rogaſ
ſent, vel neque poſſe facere aliquid cre
derent. Dormit igitur is, qui cœlum,
& terram diuina virtute gubernat. O Dominus quare dormit.
res mirabilis. Is, qui nunquam obdor-
miuit, dormit. Dormit, vt oſtenderet
ſe verum hominem. Imperat poſtea
mari, & uentis, ut Deus. Dormit, ut di
ſcipulos conſtitueret inter timorem, &
ſpem. Sicque in periculo poſiti ad ip-
ſum recurrerent. Vnde acceſſerunt ad
eum diſcipuli, & ſuſcitauerunt, dicen-
tes. Salua nos, perimus, vnde Orige-
nes. O beati diſcipuli, Dominum Sal-
uatorem uobiſcum habetis, & pericu-
lum timetis. Vita uobiſcum eſt, & de
morte ſoliciti eſtis. Salua nos, peri-
mus. Salua nos, fuit fiduciæ. Perimus,
puſillanimitatis. Domine, captās eius
beneuolentiam, nam tu dominaris po
teſtati maris. Tu dediſti terminum ma
ri. Salua nos, quia tuum eſt ſaluare.
Non enim ſine cauſa uocaris Ieſus.
Secundum nomen tuum opus tuum.
Perimus, propter fluctuum uelocita-
tem. ſed Dominus. Quid timidi eſtis
modicæ fidei? Si potentem me ſuper
terram cognouiſtis, quare non credi-
tis, quod in mari potens ſim? Et uere
increpat Dominus, dicens, Modicæ fi-
dei, quia ſi perfectam fidē habuiſſent,
cognouiſſent, quòd tā excitatus, quàm
dormiens potuiſſet mare increpare.
Vnde ſurgens Dominus imperauit, uen
tis



tis, & mari, tanquam uerus Dominus. A
Et facta eſt tranquillitas magna, quia
de magna tempeſtate fit magna tran-
quillitas. Hęc eſt fratres breuis Euan-
gelij expoſitio litteralis, ſed veniamus
Nauicula ecclesia. ad myſticam. Per nauiculam, quæ ia-
ctatur fluctibus, ſignificatur Eccleſia,
quæ in mari huius ſæculi tentationum,
& perſequutionum impetus, & fluctus
patitur. Et ſicut nauis in principio, &
in fine arcta eſt, & in medio lata. Sic &
Eccleſia ī principio, & in fine arcta eſt
quia pauci in principio crediderunt, & B
in fine ſimiliter, cum refrigeſcet chari-
tas multorum, ſed in medio, ideſt nūc
plures creſcunt. In hac naui ſedet Chri
ſtus, eamque a naufragio ſeruat, quia
& ſi fluctibus, ideſt hæreticorum inſul
tibus ſæpe concutiatur, nunquam ta-
men demergitur, quia Ieſus precibus
ſanctorum virorum ſuſcitatur. Om-
nium, quæ ad hanc nauem pertinet,
ſimilitudinem allegoricam, explicat
Nauicula Crux. Clemens Epiſtola 1. ad Iacobum.
Item per nauiculam, quam Chriſtus C
aſcendit, ſignificatur arbor crucis, cu-
ius auxilio fideles tranſactis mūdi flu
ctibus perueniunt ad cœleſtem patriā,
quaſi ad littus ſecurum, in qua Chri-
ſtus unà cum ſuis aſcendit, ſicut ipſe
dicit. Qui uult uenire poſt me, abneget
Sap. 14. ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, &
quatur me. Vnde de hac naui, inquit
ſcriptura. Exiguo ligno credunt homi
nes animas ſuas, & tranſeuntes mare
per ratem liberati ſunt. Hęc nauis, id
eſt crux fuit ſtricta in ſummo, quia Ie D
ſus non habuit ubi caput ſuum recli-
naret. Et in imo ſimiliter, habens pe-
dem ſuper pedem. Lata fuit in medio,
quia ibi expandit manus ſuas. Malus,
Cant. 2. qui eſt arbor nauis, qui ſtat in ſummi-
tate, Deitas eſt. Vnde Salomon. Sicut
malus inter ligna ſyluarum, ſic dile-
ctus meus inter filios. Velum, humani-
tas. Ventus perſecutio Iudæorum. Iſte
ventus in quinque locis perforauit ve
lum, & duxit ad littus maris. Hanc na-
uē aſcendit Ieſus in Paraſceue cum di
ſcipulis. Non quod tunc ipſi aſcende-
runt cum eo, ſed poſtea, quia tunc oſtē
dit exemplum aſcenſionis. Vnde Apo. 1. Pe. 2.
Chriſtus factus eſt pro nobis &c. Hic
nauem Chriſto aſcendente, & in ea dor
miente ideſt moriente, ſed citius ſurre
cturo, factus eſt motus magnus, quia
commotæ ſunt mentes diſcipulorum
de eius paſſione. Vel factus eſt motus
magnus, quia omnia elementa contra
naturam commota ſunt. De hac dormi
tione, ſiue ſomno dicitur, quod deſcen-
dit Ionas ad īteriora nauis, & dormie- Ionæ 1.
bat ſopore graui, quia nullus ſomnus,
nulla mors tam ignominioſa, tam ple
na dolore quam mors Chriſti. Vnde di
cit proph. in perſona Domini. O vos
omnes qui tranſitis per uiam attendi-
te, & uidete ſi eſt dolor ſimilis, ſicut do
lor meus. Excitant autem diſcipuli Do
minum. Similiter excitauit Ionam gu-
bernator nauis. Dum turbati morte
eius maximis uotis reſurrectionē quæ
runt. Dicentes. Salua reſurgendo, quia
perimus turbatione tuę mortis, ipſe
uero reſurgendo increpat duritiam cor
dis eorum. Dicens. O ſtulti, & tardi cor
de: credendum, &c. Imperauit mori,
quia veſaniam Iudæorum inſultantiū
eius morti, labefecit. Imperauit uentis,
quia diaboli ſuperbiam ſtrauit. Et fa-
cta eſt tranquillitas magna, quia ſeda-
tum eſt mare ideſt dolor, & amaritu-
do doloris Ieſu in diſcipulis propter 3. Reg. 10.
gaudium reſurrectionis. Vel aliter Na Nauis religio.
uis eſt religio. Hæc eſt nauis Salomo-
nis, quę afferebat de Tharſis aurum, &
argentum, & dentes elephantorum, &
ſimias, & pauos. Aurum lucidū eſt, &
ſignificat fulgorem bonorum operū.
Vnde Dominus, ſic luceat lux veſtra co Matt. 5.
ram hominibus, ut uideāt ueſtra bona
opera, & glorificent patrem ueſtrum
qui eſt in cœlis. Item aurum rubeum
eſt, & ſignificat verecundiam, quæ de-
bet eſſe in religioſo. De qua Ecc. Gra- Ecc. 26.
tia ſuper gratiam mulier ſancta, & pu

dorata. Item aurum non corrumpitur
propter ignem. In quo ſignificatur pa
Luc.21. tientia. Vnde Dominus. In patientia
veſtra poſſidebitis animas veſtras. Ar-
gentum autem, quod afferebat nauis,
ſignificat cordis, & corporis mundi-
tiem. Per dentes elephantorum ſignifi-
cantur uerba caſta, & munda. Vnde
Pſal. 11. pſal. eloquia Domini eloquia caſta ar-
gentum igne examinatum, probatum
Eph.4. terræ, purgatum ſeptuplum. Et Apoſt.
omnis ſermo malus ex ore veſtro non
procedat, ſed ſi quis bonus ad ædifica-
tionem vt det gratiam audientibus.
Per ſimias intelliguntur Sancti, nam
ſicut ſimiæ uolunt imitari quod uidẽt,
1.Cor.4. ſic ſancti. Vnde Apoſt. Rogo vos fra-
tres imitatores mei eſtote, ſicut & ego
Chriſti. Pauus oculatus eſt, & ſignificat
Matt.10. prudentiam, vt ſint religioſi pruden-
tes, ſicut ſerpentes. Hæc debet afferre
de Tharſis, quia debent religioſi conſi-
derare cęleſtia, ut ſecundum ea uiuãt.
Iob 38. Vnde Iob. Nunquid noſti ordinem cę
li. Gubernaculum huius nauis eſt ſa-
Prou.14. pientia. Vnde Salomon. Qui patiens
eſt, multa gubernatur Sapiẽtia. Remi,
opera præceptorum. Velum, caſtitas.
Cordæ, uel funiculi, tribulationes. In
Oſeæ.11. funiculis Adã tradã eos, inquit Oſe. In
hanc nauim aſcendunt cum Chriſto,
qui ipſum ſequuntur. Qui dixit. Qui
vult venire poſt me, abneget ſemetip-
ſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur
me. In quibus uerbis oſtendit nobis
Dominus tria uota religioſorum. Pri-
mum obedientiæ, quod eſt in proprię
uoluntatis abnegatione. Secundum.
caſtitatis; dum dicit tollat crucem ſuã,
ſcilicet carnem macerando. Tertium
paupertatis, quod intelligitur, dum di
cit, ſequatur me, ſcilicet per altiſſimam
paupertatem. Aſcendente ergo reli-
gioſo nauim id eſt aggrediente uitã
ſanctam ſæculum calcante, ſtatim ſe-
quitur maris turbatio. Nam cum ani-
ma a diabolo per pœnitentiam eripi-
tur, diabolus dolore, affectus non ceſſat

A quotidie per uarias tentationes procu
rare, qualiter ad eum poſſit redire, ita
quod fit motus magnus in mari. Quid
per mare, niſi profundũ cor hominis?
Mare ergo agitatur fluctibus, ſic anima
diuerſis tentationibus. Sed quid debet
facere religioſus? viriliter reſiſtat. Cũ
hæc iacula fuerint per Salomonẽ pri⁹ Ecc. 30
præuiſa: fili accedens ad ſeruitutẽ Dei
ſta in timore, & iuſtitia, & præpara ani
mam tuam ad tentationes, & cum di-
ſcipulis ad Dominum in tempeſtate
B orationis prius debet exonerari nauis,
ſicut dicitur apud Ionam. quod miſe- Ion. 1.
runt in mari, uaſa, quæ erant in naui.
Quid eſt hoc, niſi exonerare conſcien-
tiam, ſcilicet per confeſſionem? Item
dimittendum eſt velum, ideſt amor ter
renorum. Rurſum figenda eſt ancora,
ideſt ſpes. Hoc facit ſtare nauim in lo-
co ſuo. Vnde inquit Scrip. Confide in
Deo, & mane in loco tuo, & cum hac Eccl.9.
ſpe orare. Sed unde fit quod tentatio-
nes religionis aſcendẽtibus in nauem,
C eueniant, niſi quia Dñs dormit. Sed q̃d
eſt Dominũ dormire, niſi q̃d illorum
fides tepeſcit, q̃a molles ad bona op̃a,
quia ocioſi ſunt, & bonis operibus non
occupantur, cum enim tepidi ſunt, tũc
fides, quæ eſt de Ieſu obdormit, & ſi ni-
hil bonis operis agunt, tunc mortua
eſt. Vnde quid facient tales religioſi? ex
citent Ieſum cum diſcipulis. Sic enim
ait Euangeliſta ſuſcitauerunt eum, di-
centes. Salua nos, perimus. Vbi tria
notantur neceſſaria orationi. Primum Tria ora-
D vt inſtanter fiat, ſicut inquit Apoſtol. tioni nece
Orationi inſtantes. Hinc excitauerũt. ſaria.
Secũdum, ut fiat cum humilitate, quia Coll.4.
Dominus in orationem humilium re-
ſpicit. Vnde dicunt Diſcipuli: Domi-
ne. Tertium, ut oratio fiat pro re utili:
quare inquiunt. Salua nos. Sic docet
Dominus in Euangelio orare. Petite. i. Matt.7.
humiliter, & accipietis. Quærite ideſt
utiliter, & inuenietis. Pulſate, inſtanter,
& aperietur uobis. Si ſic clamabunt ad
Dominum, profecto exaudiet eos Do-
minus:



minus: nam ceſſabit tempeſtas tenta- A
tationum, & veniet tranquillitas con-
Tob. ſcientiæ. Vnde Tob. poſt tempeſtatem
tranquillitatem faciet Dominus. De
Pſal.68. his omnibus inquit pſal. Veni in altitu-
dinem maris, ſcilicet per nauiculam
ſanctitatis, & tempeſtas, ſcilicet tenta-
tionum, demerſit me. Laboraui cla-
Matt. 14. mans. Ecce tertium. & ſalus tua ſuſce-
Prou. 30. pit me a tentationibus liberando. Na
Nauicula uicula etiam dici poteſt corpus Chri-
corp⁹ Chri ſti, quo tranſiuit mare huius ſæculi. Na
ſti. uicula quoque eſt ipſe homo cui⁹ nau B
Nauicula tæ ſunt cogitationes hominem guber
homo. nantes. Dici etiam poteſt baptiſmus,
Baptiſm⁹. per quem tranſimus a uita veteris ho-
Pęnitentia minis ad uitam noui. Et etiam pæniten
tia, quæ dicitur ſecunda nauis, aut ſecũ
Sancta con da tabula poſt naufragium. Sãcta quo
uerſatio. que conuerſatio nauis dici poteſt. Po-
Pſal. 106. ſtremo legimus Dominum habuiſſe
Chriſtus tria refugia. Primum in montem. Se-
habuit tria cundum in nauim, ut hic. Tertium in
refugia. deſertum, ſignificans etiam nobis q̃
in tribus poſſumus ad Deum habere C
refugium. Primum in protectione
diuinæ altitudinis, quæ per mortem ſi-
Pſal. 124. gnificatur. Vnde pſal. Qui confidunt
in Domino, ſicut mõs Syon &c. Secun
dum in ſocietate Eccleſiaſtica, quæ
per nauim deſignatur, uel in naui, id
eſt in cruce. In uulneribus Chriſti Ie-
ſu. Quemadmodum ad hoc nos ipſe
Cant. 2. hortatur, dicens. Surge, propera, amica
Refugium mea, ſpecioſa mea, & ueni columba
in vulneri- mea in foraminibus petræ, ideſt nidi-
bus Chri- fica in uulneribus pedum, & manuum D
ſti. mearum, & in cauerna maceriæ, ideſt
in foſſione lateris mei. In foraminib.
pedum Chriſti nidificat, qui pie, & de-
uote pro amore eius, pedes, eius San-
ctis greſſibus peregrinando, ſeu aliter
ambulando exercet. Vel qui pedes ue
teris ſui hominis in cruce pœnitentię,
uel diſciplinæ configunt clauo timo-
ris, & amoris. Similiter in foraminib.
manuum Chriſti nidificant, qui opera
eius tam creationis, quàm recreatio-

A nis pia fide, & congrua deuotione re-
cognoſcunt. Item, qui manus ſuas pro
pter ipſum largitate pia, & larga pie-
tate perforant, ut nihil de bonis eius
ſibi ultra uictum neceſſariũ retineãt,
ſed pauperibus abundanter tribuant, 1.Pet.4.
ſicut boni diſpenſatores multiformis
gratię Dei. In cauerna maceriæ nidifi-
cant, qui immenſam Dei charitatẽ de-
uote recolunt, qui cum genus huma-
num redimere poſſet una gutta, ſui pre
cioſiſſimi ſanguinis, uoluit tam abun
B de effundere, ut aperto eius latere exi-
ret ſanguis, & aqua. Vel qui ex ſangui
ne, & aqua pia fide recognoſcunt ge-
mina ſacramenta, quæ inde profluxe-
runt. Tertium refugium eſt in ſolitudi
ne religionis, quæ per deſertum acci-
pitur, propter contemptum tempora-
lium. Vnde Oſea. Ducam eam in ſo- Oſe. 2.
litudinẽ, & loquar ad cor eius. Et pſal. Pſal.
Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſo-
litudine. Vltimum refugium eſt confu
gere ad Beatiſſimam Virginem, quæ
C dicitur nauicula. Parua per humilita- Nauicula.
tem, quam aſcendit Ieſus in Nazareth, Maria.
quando dixit. Ecce ancilla Domini, &
dormiuit menſibus nouem. Sed ipſo
excitato, ideſt nato facta eſt tranquil-
litas magna, quia tanta fuit ubique
pax, ut etiã tunc fieret deſcriptio uni- Luc. 2.
uerſi orbis. Ad hanc igitur nauiculam
aſcendamus fratres, ſi inſurgunt uenti
tentationum, ſi incurrimus ſcopulos
tribulationum, ſi iactamur ſuperbiæ
undis, ambitionis, cõfugiamus ad na-
D uiculam, Mariam: nam ipſum ſequen
tes non deuiamus, ipſa protegente
non metuimus, ipſa duce, non fati-
gamur. Tandem quilibet in ſe-
metipſo experiri poteſt
quam bonum ſit aſcen
dere ad hanc na
uiculam, MA
RIAM.
Amen.

### *Sermo in Septuageſima.*
### *Sermo vnicus.*

Sermo 21. Ioſu. 8. CVM feſtinatio Regis Hai
aduerſus filios Iſrael nō
incongruè deſignare poſ
ſit ſolicitudinem diaboli
ad tentandas, & perden-
Iob. 31. das animas. Et feſtinans pes in dolo.
ſit promptitudo diaboli, & membro-
rum eius ad perdendos bonos, ut illos
priuent cœleſtibus bonis, ideo ne nos
imparatos inueniat, hortatur nos San
Rom. 13. cta noſtra mater Eccleſia per Apoſto-
lum, vt de ſomno ſurgamus, quia nox
præceſſit. Et iterum, vt excuſſo a no-
bis omni tempore, & ocio, ſic curra-
1. Cor. 9. mus, ut comprehendamus. Verum
quia ſacri ſcriptores ponunt plura
ſomnia; Ideo uidendum eſt, an a
quolibet ſomno ſit ſurgendum. Rur-
ſum qualiter currere debeamus, ut
poſſimus accipere brauium ſupernæ
Somnum multiplex. vocationis. Circa primum uarijs mo-
dis in ſacra ſcriptura ſomnū accipit?
Aliquādo pro ſomno naturæ. Vnde de
eo dicitur quòd dormiuit Samuel uſ-
que ad mane. Aliquando pro ſomno
1. Theſſ. 4. accipitur mors. Sicut Paulus dixit. No
lo uos ignorare de dormientibus, ut
non contriſtemini. Hinc Dominus, La
Io. 11. zarus amicus noſter dormit. Aliquan-
do dormitionis nomine torpor negli-
gentię deſignatur. Sicut ab eodem
1. Cor. 15. Paulo dicitur. Euigilate iuſti, & no-
Pſal. 120. lite peccare. Et Proph. Ecce non dor-
mitabit, neque dormiet qui cuſtodit
Iſrael. Somno rurſum culpa exprimi-
Eph. 5. tur. Exurge qui dormis. Hoc ſomno
Ion. 1. dormiebat Ionas, dum dicitur. Dor-
miens Ionas ſopore graui. Iſte ſopor
grauis deſignat peccatores non ſen-
Exo. 22. tientes pericula peccati. Sic dormire
in ueſtimento eſt, qui ſecurus, & la-
xus iacet in peccato. Somno quoque
quies contemplationis figuratur. Si-
Cant. 5. cut ſponſæ uoce in Canticis Canti-
corum dicitur. Ego dormio, & cor

A meum uigilat. Quies etiam fęlicitatis
pro ſomno capitur. De quo Pſal. In Pſal. 4.
pace in idipſum dormiam, & requie- Leu. 26.
ſcam. Nam ibi dormitur, ſine horro-
re. His ergo prælibatis hortatur Apoſt.
vt de ſomno ſurgamus, & primum de
ſomno naturæ. Cum multa poſſint In ſomno corporali hæc repræhenſibilia.
fieri reprehenſibilia in corporali ſom
no, & primum ſatietas, quę mentem,
ſenſumq; hominis ſtupidum, pigrum-
que reddit. Econuerſo uigiliæ diſcre- In uitis patrum. 2. p. c. 1.
tæ tam ſenſum, quam etiam mentem
B ſubtiliorem, ac puriorem efficiunt. Se-
cundo triſtitia in ſurgendo. Hinc hor Eccl. 31.
tatur ſcriptura. Hora ſurgendi nō con
triſtet te. Alias non te trices, modo ex-
tendendo unum brachium, poſtea
aliud, deinde fricando oculos, poſtea
quęrendo quæ hora eſt, ſicut piger,
ſed ſtatim ſurge de lecto, ut de cella
ad horas, uel ad alia ſigna. Vt hortatur Prou. 6.
Salomon. Vſque quo piger dormis. Vn
de, hora eſt ut iam a corporali ſom-
no nos expergiſcamur, & conſidere-
C mus formicam, quæ cum non habeat
ducem neque præceptorem, tantum
facit pro uita ſua ſuſtentanda. Quid
ergo nobis faciendum eſt pro uita
gloriæ in futuro acquirenda, & conſer
uanda? Expergiſcamur igitur exem-
plo Dauid regis, qui tot curis implici
tus media nocte ſurgebat ad confiten
dum Domino, & non tantum media Pſal. 118.
nocte, ſed etiam ualde mane. Sicut
etiam ipſe inquit. Mane aſtabo tibi, Pſal. 5.
&c. Hinc Ambro. in pigrorum confu Ambroſio.
D ſionem inquit. Quis Chriſtianus non
erubeſcat ſine pſalmorum modulatio
ne diem tranſire, cum minutiſſimæ
aues ſolemni deuotione ortum diei
pręueniunt? Et Aug. Indecens eſt Chri Aug.
ſtiano ſi eum ſolis radius in lecto ſuo
inueniat. Vnde Ber. dicit quòd ſomno Ber.
deditus eſt quaſi imago mortis. Vnde Oratio matutina quā utilis.
mane ſurgendum eſt, nam uigiliæ ma
tutinales faciunt orationes citius, &
leuius exaudiri. Hinc inquit Pſal. Quo
niā ad te orabo Domine, mane exau-
dies.



dies orationem meam. Inſuper de ma
ne ſurgentes frequentius diuinę con-
Exo. 16. ſolationis dulcedinem recipiunt. Hinc
Manna, ideſt gratia diuina de mane
colligebatur. & ſicut vi mane fugiunt
latrones, ſic in tēpore gratiæ fugiunt
Exo. 14. dęmones. Hinc legitur quòd iamque
aduenerat uigilia matutina, & ecce
Dominus reſpiciens ſuper caſtra Ae-
gyptiorum, ſuper Columnā ignis, &
nubis interfecit exercitum eorum, &
ſubuertit rotas curruum ferebantur,
quàm in profundum. Dixerunt ergo
Aegyptij. Fugiamus Iſraelem, Dñs. n.
pugnat pro eis contra nos. Rursū ſicut
quis de facile mane inuenit, ſic Deus,
in corde hominis; nam tunc anima pu
rior, atq; limpidior, & aptior ad Deū
contemplādum inuenitur, antequam
diſtrahatur per diuerſa, vel impedia-
tur a phantaſmatibus collectis, pro-
Eccl. 39. pter quod dicitur de iuſto. Tradidit
cor ſuum ad vigilandum diluculo ad
Surgendū a ſomno negligētiæ. Deum, qui fecit illum. Rurſum, hora
eſt iam ſurgere a ſomno negligentiæ,
per ſollicitudinem bene operandi: ſi-
cut ait Script. Surgite Principes, & ac-
Iſa. 21. cipite clypeum: quia nox præceſſit,
dies autem appropinquauit. Ideo
oportet nos ſurgere, i. ſtare ſuper pe-
des noſtros aduerſus inſidias diaboli.
Exo. 12. Et non ſolum ſurgere, ſed etiam exire
de terra, & de cognatione, & de domo
Patris noſtri. i. de amore diuitiarum,
& conſanguineorum, ac eorum me-
moria, & hoc velociter, nam ſi deſides
ſumus, veniet nox. i. futurum tempus,
quando nemo poteſt operari. Erat. n.
nox omnibus nobis ante noſtram con
uerſionem; an non cuique noſtrum ca
liginoſa nox erat, cum tanquam ſine
Deo in hoc ſæculo uiuebamus, cum
ambulabamus poſt concupiſcentias
noſtras, cū ſectabamur carnis illece-
bras, cum obtemperabamus deſide-
rijs ſæcularibus, cum exhibebamus
noſtra membra arma iniquitatis pec-
cato? Et hæc quidem fuimus, ſed ex-

A citati ſumus, ſi modo filij Dei ſumus,
& nō noctis, neque tenebrarum quod
tunc erit, quādo a nobis obiecta erūt
tenebrarum opera. i. uita carnalis,
quę digna eſt tenebris, vel mali actus,
qui tenebris deputantur, an non ope-
ra tenebrarum ſunt ſomnolentia, &
ebrietas? cum qui dormiant, nocte dor
miant, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij
ſunt. An non in tenebris ambulat re-
ligioſus ille, cuius ad omne bonum
dormitat anima ſua præ tædio? qui
B inebriatus eſt mundialibus rebus, qua
rum nec oculus viſu, nec auris imple-
tur auditu, qui caducarum rerum in-
ſtar hydropici nunquam ſatiatur, cer-
te filius noctis eſt, & tenebrarū. Qua-
propter nos, qui veterem hominem
exuimus per baptiſmum, & profeſſio-
nem, debemus eſſe ſolliciti ad bene
operandum, & ad implendum opera
præceptorum, atque conſiliorum: Et
hoc feſtinatio ſignificabat populi ad Ioſu. 4.
Iordanem. Sic abiens Maria cum fe- Luc. 2.
C ſtinatione, deſignat promptitudinem
in exercendo bona opera. Ne incre-
pet nos Dominus dicens. Cur ſtatis Matt. 20.
tota die otioſi? ideſt cur amatis uiam
latam quæ ducit ad interitum. Nonne
ego uos eduxi de Ægypto, ideſt de
mundana conuerſatione, in ſolitudi-
nem, ideſt in religionem? Cur iterum
reuerſi eſtis ad Babylonem, ideſt ad
mundi confuſionem, ſi non opere,
ſaltem mente? Cur non laboratis in
uinea mea. Non enim ſufficit uobis
D bonum incepiſſe, niſi perſeueranti ani
mo conſumetis. Imo bene cœpiſſe,
& male cōſumaſſe erit uobis ad maio
rem cumulum damnationis; quippe
melius eſſet, ut inquit Petrus, uiam ue-
ritatis non agnoſcere, quam poſt agni Perſeuerantia in bono opere quare.
tam retrocedere. Vnde oportet nos
exire primo mane uſque ad veſperā,
ideſt ab ingreſſu religionis, uſque ad
finem uitæ præſentis ſtudioſe operari. Pſal. 89.
Neſcimus enim quid futura pariat
dies. Et hoc eſt operari ſex diebus Exo. 16.
ante

ante ſabathum,ideſt exercere uirtutes A
tempore huius ſęculi ante finem huius
uitæ. Debet nos ad hoc excitare di-
ſtantia viæ. Hinc dicitur in Euange-
lio. Abiit uia longiſſima. Breuitas
Iob.14. temporis. Vnde Iob. Breues dies
Eccl.9. hominis ſunt,& hoc breue, incertum,
& modicum. Nam neſcit homo fi-
nem ſuum. Vrgens uocatio pericu-
lum tardantis,ut patet de fatuis uirgi-
nibus. Omnia iſta debent nos urge-
Surgere de re ad bene operandum. Verum ut
peccato. hæc opera ſint meritoria, oportet ut B
Luc. ſurgamus prius de peccato per pœni-
tentiam.Sic ſurrexit prodigus,qui iace
Matt.8. bat in uitiis. Surgam, quia iacebat.
Ibo quia longe erat, quo ad patrem,
quia prius ſub principe porcorum,
ſic ſurrexit Paralyticus poſt remiſſum
peccatum ad bene operandum.Sic ſo
crus Simonis,ſic languidus in piſcina.
Vbi Dominus, ſurge recedendo a pec
cato: Tolle grabatum in quo dor-
mis,ideſt fer onus pęnitentiæ tibi im-
poſitæ, & ambula proficiendo de uir- C
Matt 9. tute in uirtutem. Non tamen quis po
teſt a peccato reſurgere ſine gratia
Pſal.7. Dei. Hinc Dominus dixit puellæ mor
tuæ,ſurge, & ſurrexit puella. Alias ſi
non ſurrexerimus, exurget Dominus
in ira ſua: nam etſi Dominus uideatur
dormire,quia peccata non punit, ue-
niet tamen dies iudicii,ubi exurget in
ira ad puniendum, & in præcepto,
quod mandauit, hoc eſt ad uindictam
præceptorum quo ad tranſgreſſores.
Verum non ſolum oportet ſurgere, ſed D
etiam currere,ut poſſimus comprehen
1.Cor.9. dere,ſic currite dicit Apoſt.ut compre
hendatis:multi quidem currunt, ſed
unus accipit brauium; qui omnino
ſtat, & non mouetur, non accipit bra-
uium, ideſt præmium curſus tempora
lis, ſic eſt in curſu ſpirituali, & præ-
Exo.15. mio æterno, unde inquit Scrip.Fiant
immobiles quaſi lapis,&c.donec per-
tranſeat populus, ſcilicet currens ad
Prou.26. brauium uitæ æternæ, Et Salomon,ſi-

A cut oſtium uertitur in cardine ſua, ita
piger in lectulo ſuo. Dicunt enim
multi ſic. Sic faciam pœnitentiam,
& tamen nunquam faciunt, ſicut nec
cardo mouetur de loco ſuo. Et hoc Curs⁹ mul
eſt contra quoſdam, qui uidentur ſibi triplex.
carrentes, quia quædam bona opera
faciunt,ſicut pueri, qui mutuo ſe ele-
uant,& deprimunt, nunquam tamen
mouent ſe de loco. Sic iſti in fine
adeo ſunt longe a Deo, ſicut a prin-
cipio, unde de tali Scrip.Pręcordia fa-
B tui ſicut rota carri. Tales enim re-
mordet conſcientia,& ſemper clamat
quaſi axis verſatilis: cogitatus illius
ſic & ſic, pœnitentiam agam, &
nunquam facit,ſicut axis nec de loco
ſuo mouetur.Iſti ſe non mouent, licet
mouere uideantur. Alij mouent ſe, Prou.18.
ſed lente,unde non currunt. Hinc Sa-
lomon. Qui mollis eſt, & diſſolutus
in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſi-
pantis. Multi autem currunt ad præ-
cipitium æternum. De quibus Hiere. Hiere.8.
C omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum
quaſi equus impetu uadens ad præliū,
& iſti ſunt, qui ea quæ creatori diſpli
cent,cum audacia perpetrant.De qui-
bus Iob. Currit aduerſus Deum ere- Iob.13.
cto collo, uel libenter malum ope-
rantur, qui dicuntur ad malum curre-
re.Alii currunt,ſed indiſcrete, & ideo Prou.1.
quandoque magis a Deo elongant,
quam appropinquant; ſicut qui ali-
quas poſſeſſiones male acquiſitas lar-
giter diſtribuunt pauperibus. De qui- Pſal.106.
D bus Pſal. Errauerunt in inuio, & non
in uia. De talibus ludit diabolus. Alij
bene currunt, ſed non perſeuerant.Sic
Ioannes cucurrit citius Petro,ad monu Ioan.20.
mentum, ſed tamen non introiuit ci-
tius Petro. Curramus ergo ad certum
terminum, ſicut Apoſt. Ego (inquit) 1.Cor.9.
ſic curro, non quaſi in incertum, ſed
quaſi certus de pręmio,ſ.cū prompti-
tudine fidei Sanctiſſime Trinitatis ad
bonum opus, ad hoſpitalitatem,& ad
ſuſcipiendas diuinas reuelationes, iſte
curſus



Gen.18. curſus ſignificabatur per curſum Abra A
hæ de oſtio tabernaculi ad tres uiros.
Hic curſus non eſt uelocium, quia ſine
peculiari Dei auxilio non habetur. Fe-
Eccl.9. ſtinemus etiam, ad Chriſti perfectio-
nem feruore amoris. Sic currebat ſpō
Can.1. ſa in odorem unguentorum ſponſi, &
hoc cum magno hilaritate: ſic ſancti
dicuntur currere,& non laborare. Hu
Iſa.5. iuſmodi erat Dauid quando dicebat.
Pſal.118. Viam mandatorum tuorum cucurri:
propterea dilataſti cor meum. Sed
quomodo fit talis curſus? Reſpondeo B
quod primo debet fieri cum pedibus
nudus, ideſt abſque amore rerum mu-
tabilium: quia teſte Greg. Amor re-
rum terrenarum viſcus eſt Pennarum
Pſal.18. Spiritualium. Item oportet ut depo-
namus onus rerum temporalium.
Amos 11. Non enim poſſumus onuſti auro, &
argento ſequi Chriſtum, qui exulta-
uit ut gigas ad currendam uiam Item
oportet ut etiam ſubſtrahamus ueſtes
neceſſarias, ideſt neceſſaria uitæ. Vnde
Prop. Nudus fugiet in die illa dicit C
Dominus. Item ſemper debemus ha-
bere ante oculos brauium remunera-
tionis, ut ſic accendamur ad conti-
nuandum curſum. Hinc Apoſt. ait:
Vnus tantum accipit brauium perſe-
uerans, & in unitate Eccleſiæ conſi-
Ioan.5. ſtens. Sic ad piſcinam probaticam nō
ſanabatur niſi unus, ut unus, ideſt pau
ci, quia, ut concludit Euang. Multi
ſunt vocati, pauci vero electi. Curra-
mus igitur fratres deponentes omne
pondus diuitiarum, & peccatorum, D
reſpicientem in Chriſtum. De quo in
Num.12. figura dixit Dominus ad Moſen. Fac
ſerpentem Aeneum, & pone eum pro
ſigno, qui percuſſus aſpexerit ad eum
Serpēs ęne uiuet. Per hunc ſerpentem ſignifica-
us dicitur tur Chriſtus erectus in palo Crucis,
Chriſtus. Sicut Moſes exaltauit ſerpentem, ita
Ioan.3. exaltari oportet filium hominis. In
In cruce re hunc igitur inſpiciamus, quia in ipſo
media con inuenitur contra ſuperbiam mortis vi
tra ſeptem litas, & deſpectio. Contra accidiam

A mortis pręparatio. Contra triſtitiam peccata
pſalmorum decantatio. Pſallebat e- mortalia.
nim in Cruce Dominus noſter illos
Pſalmos. Deus Deus meus &c. Contra
inuidiam dolor de peccato inimico-
rum ſuorum, ſiue compaſſio. Vnde pro Luc.23.
eiſdē dicebat. Pater dimitte illis &c.
Contra irā ineffabilis manſuetudo. Hiere.11.
Vnde Hier. Ego quaſi agnus māſuetus
ductus ſum ad victimam. Contra aua-
ritiam patrimonii ſui ſuperaffluens,
& cita largitio quando dixit. Hodie
B mecum eris in paradiſo. Contra gu-
lam, aceti, & fellis potatio, contra car
nis concupiſcentiam membrorum
eius in cruce extenſio. In ipſum ergo
inſpiciamus, ipſum imitantes, quantū
in nobis eſt, bonum opus inchoando,
& uſque ad conſūmationem perſeue-
rando, ut ſic poſſimus peruenire per
ſanguinem eius, & merita Beatæ Virgi
nis ad brauium æternæ fœlicitatis.
Amen.

C *In Sexageſima Ser. Vnicus.*

AVDISTIS Fratres ho- Sermo 22.
die in euangelio ſimili- Luc.8.
tudinem nobis propoſi
tam a Domino noſtro
Ieſu Chriſto de ſemina
tore, qui exijt ut ſpargeret ſemen in
agro, & dum ſpargeret, aliud cecidit
in terram bonam, aliud autem ceci-
dit in terram malam, aliud cecidit ſe-
cus uiam, aliud ſuper petram, aliud
D inter ſpinas. Deinde qualiter Domi-
nus ſe comparat ſeminanti & uerbum
ſuum ſemini. Corda autem audito-
rum terrę, cuius una pars eſt petroſa,
alia pars ſpinoſa, alia uero lutoſa,
quarta pars bona: vbi moraliter qua-
tuor genera hominum intelliguntur.
Per petroſam terræ ſignificantur ſu-
perbi, inuidi, & iracundi, ſuperbi in-
quam qui duri ſunt, ſicut diabolus.
Vnde Iob Cor eius indurabitur quaſi Iob.40.
lapis. De his etiam proph. Nunquid Amos.6.
currere

A currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis. per ſpinoſam terram intelliguntur auari, ambitioſi, & accidioſi, mala quidem ſpina & for-

Auaritia ſpina multipliciter.

titer radicata accidia, mala ſpina ambitio pungens ſpina eſt auaritia: quia pungit multipliciter in acquiſitione, conſeruatione, diminutione. nam cũ labore acquirũtur, cum timore poſſi-

Reg. 23.

dentur, cum dolore dimittuntur, vel amittuntur. De his dicitur prçuaricatores quaſi ſpinæ euellentur uniuerſi, ſed multi ſpinas iſtas pungitiuas ęſtimant, molles flores: eſſe ſub ſentibus

Lutum Gula & luxuria.

diuitias computant per terram lutoſam ſignificantur luxurioſi, & guloſi, lutum quidem uile, & fętidum eſt gaſtimargia, vilius, & fœtidius eſt luxu-

Pſal. 17. Eccl 9.

ria. De quo pſal. Vt lutum platearum delebo eos. De quo etiam Eccl. Omnis mulier fornicaria quaſi ſtercus cõ culcabitur in uia. In hoc luto, ideſt

Exo. 1. Pſal. 39.

Luxuria Pharao, hoc eſt diabolus exercebat filios ſuos. Et lutũ fecis ſunt uitia libidinis, & terrena contagia: Et multi ſunt qui uidentur in eccleſia fulgere iuſtitiæ ſplẽdore, & illos diabolus carnalibus uoluptatibus ſibi

Iob. 41.

ſubiicit. De quibus dicitur. Et Leuiathan ſternit ſibi aurum, quaſi lutum. Et hi in iudicio quod libidinoſa ſapiant, demonſtrabuntur de quibus di-

Iob. 38.

citur. Et ſignaculum reſtituetur ut lutum. In his terris perijt ſemen: Quod enim in petroſam petram cadit, ideſt in corda indomita, & ſuperba, natum ſemen ad horam aruit, quia non habebat humorem gratiæ, aut deuotionis. Vnde Iob. Nunquid uirere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua? Scirpus dicitur iuncus uirẽs in locis aquoſis, & humidis, carectum eſt locus ubi abundant fructices in aqua aut iuxta aquam. Quod ueruo cadit in ſpinoſam, ideſt in corda ambitione diuitiarum plena, creuerũt ſpinæ, ideſt ſollicitudines temporales, & dẽſitate ſua ſpirituale ſemen, quod in anima ſeminatur, non ſinũnt fructum afferre, ſed adurunt, & ſuffocãt, ſicut ſpinæ profectum eius retardantes. Quod vero cadit ſecus uiam, id eſt lutoſam petram, ſcilicet ſuper corda prauis uolupratibus plena conculcatur ab omnibus. Vnde Proph. Po-

Eſa. 51. Meretrix quare non concipit.

ſuiſti corpus tuum ut terram, & quaſi uiam tranſeuntibus, ſicut meretrix. & ideo concipere non poteſt propter nimiam frequentiam tranſeuntium, & uolucres cœli comedunt illud, ideſt

B Dęmones, qui uolucres cœli dicũtur, quia ſunt cęleſtis naturæ, uel quia per aera diſcurrunt, uel quia ſunt elati ſu-

Terra bona vir ſanctus. Can.

perbia. Quarta uero pars terræ bona eſt. Et hæc dicitur homo ſanctus. Et recte & primo dicĩ nigra. iux. illud. Nigra ſum, ſed formoſa. Rotunda per perſeuerantiam. Capax in uiſceribus charitatis per compaſſionem. Vn-

2. Cor. 11.

de Paulus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Medians. Reconciliando diſcordes. Hinc Apoſto-

C li, & ſancti dicuntur, nubes, quæ

Eſa. 60.

ſunt inter nos, & cœlum. vnde Eſa. Qui ſunt iſti qui ut nubes uolant. Cir-

Pſal. 17.

cundata Oceano, ideſt tribulationib. vnde Pſal. Circundederunt me dolores mortis. Fæta per bona opera. Vn-

Gen. 1.

de ſcript. Germinet terra herbam uirentem &c. facientem fructum iuxta genus ſuum. Integra, quia non patitur

Iaco. 1. Eccl. 1. Matt. 11.

ſectione. Hinc Apoſt. Vt ſitis perfecti in nullo deficientes. Stans. Terra autẽ in æternum ſtat. vnde Apoſt. Qui ſtat,

D videat ne cadat. Humilis. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Cibat oĩa uerbo, exẽplo, & ſubſidio.

Ioan. 21.

Hinc paſce, paſce, paſce, ter dictum eſt Petro. Talis eſt terra bona, & hæc

Fructus cẽteſimus, ſexageſimus, & trigeſimus quis.

reddit fructum centeſimum, ſexageſimum, uel trigeſimum. Centeſimus triplex. Perfectio contẽplationis, integritas uirginitatis, & palma martyrii. Item ſexageſimus duplex, ſcilicet perfectio actiuæ & palma martyrii. Sic & trigeſimus fides ſanctiſſimæ Trini-

tatis



A tatis, & vita coniugalis. Hinc videtur quod maius præmium habeant Virgines, quam coniugati. Et tamen contradicit authoritas, quæ dicit quòd cœlibatus Ioannis non pręfertur coniugio Abrahæ. Sed reſpondetur quod habentur tanquam excedentia, & exceſſa quo ad eſſentiam meriti, & quo ad eſſentiam præmii, non ſta-

Seminator Deus quando exiuit.

tus. Veruntamen ſciendum, quod ſeminator ipſe, qui ſeminat, eſt ipſe Deus. Et tunc exijt, quando de

B inuiſibilitate patris mundo uiſibilis apparuit. Vnde Ioan. Exiui a Patre, & ueni in mundum, & iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Exiuit, enim a patre per generationem, & venit in mundum per carnis aſſumptionem, Iterum relinquit mundum per mortem, & crucem, & vadit ad patrem in Aſcenſione, i. ad potiora bona patris, vel ad patris immortalitatem. Et uenit ſeminare ſemen ſuum, id eſt dona, & virtutes. De quibus dicitur. Seminauit Iſaac in terra ſua, &

Semina q̃.

C inuenit in ipſo anno centuplum. Nec ſolum dona, & uirtutes ſunt ſemina, ſed quot bona contulit tibi Deus, tot ſemina eiecit in te. Vide ergo quem fructum reddes de tot, & tantis ſeminibus in te factis. Si bona terra es, reddes fructum multiplicem, & benediceris a Domino. Si autem non feceris fructum, aut malum fructum

Hebr. 6. Seminator diabolus. Gene. 3. Num. 24. Iſai. 14.

feceris, terra reproba es, & malediceris a Domino. Cuius cõſummatio erit

D in combuſtionem. Item ſeminat diabolus non triticum, ſed prauas ſuggeſtiones, inter quas & ſemen mulieris, hoc eſt fructum boni operis, ſunt inimicitiæ. Item ſemen quoque ſeu extrema Amalech. ſunt perſuaſiones diaboli. Et ſemen colubri ſũt prauę cogitationes. Hoc ſemen nimis multipli-

Matt. 13.

catur. Vnde Matth. Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo,

Seminatur homo.

vnde ergo habet zizania? & ait. Inimicus homo hoc fecit. Item ſeminat homo quilibet in agro ſuo. Alius quidem in carne. Alius in vento, ſiue in aere, Alius vero in Spiritu, & veritate. Cogitationes, locutiones, operationes ſunt ſemina, ſed quam meſſem

Gal. 6. 2. Cor. 9.

hic colligat, dicit Apoſt. Quæ ſeminauerit homo, hęc metet: nam qui ſeminauerit in carne, de carne & metet corruptionem. In vento, ſeu in aere ſeminat, qui propter fauorem huma-

Hier. 12.

næ laudis opera bona faciunt. De quibus Hiere. Seminauerunt triticum, id eſt, opera de genere bonorum, & meſſuerunt ſpinas, id eſt, quia in ventum ſeminant, ideo metunt æternas punitiones, & conſcientiæ miſeræ remor-

Agge. 1.

ſiones. Item alius. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, ſcilicet modicum humanæ laudis, quod nihil eſt. In Spiritu, & veritate ſeminant, qui omnia, quæ cogitant, loquuntur, aut faciunt, referunt ad Spiritus vtilitatem, non ad carnis voluptatem, vel mundi vanitatem. Conſideret ergo quilibet in quo agro ſeminet ſemina ſua, id eſt cogitatus, ſermones, & actos ſuos. Si in carne, metet corruptionẽ. Si in aere, metet turbinem. Si in Spiri-

Semẽ multiplex. Cant. 7.

tu, metet benedictionem. Semen vero eſt multiplex. Semen, id eſt, verbum Dei. Hoc Chriſtus in Iudæa, Apoſtoli in mundo prædicauerunt. De hoc ſemine dicitur in Canticis. Egrediamur in agrum, & commoremur in villis. Ac ſi dicat prædicatoribus. Egredimini in agrum, id eſt in mundum, & cõ-

D moremur in uillis, ideſt his, qui ſunt extra ciuitatem Dei, id eſt peccatoribus, donec illos conuertatis. Hinc dicit non in tranſitu. Sed commoremur, contra prædicatores, qui ſtatim exeunt. Et dicit in uillis, contra illos, qui nolunt ad humiliora deſcendere, ut ſeminent uerbum Dei. Et nota quod tres partes ſeminum pereunt, & ſola quarta pars fructificat, ubi inſtruuntur prædicatores, q̃ non debent deſiſtere a uerbo Dei, &

ſi pauci proficiant, Item, dum dicit,
quòd exijt. docet nos quod debemus
egredi a carne, per contemptum deli-
tiarum, a mundo, per abiectionem di-
uitiarum, a diabolo, per odium digni-
Eſa. 55. tatum. Vnde Eſa. In lætitia egredimi
ni, & in pace diuertimini. Item eſt ſe-
Semen in men inſpiratum, ideſt virtus. Hoc ſe-
ſpiratum. minat ſolùs Deus in corde hominis.
Gen. 22. Vnde habetur in Gen. In ſemine tuo
Coopatū. benedicentur oēs gentes. Item ſemen
cooperatum, ideſt feruor charitatis
cooperante gratia, & bonorum ope- B
2. Cor. 9. rum multiplicatio. Vnde Apoſt. Qui
Oratio. parce ſeminat, parce & metet. Item
Pſal. 125. ſemen, oratio. Vnde Pſal. Qui ſeminant
in lacrimis, in exultatione metent. Itē
Matt. 6. eleemoſyna. Nam ad modum ſemi-
nis occultati, & non ad iactantiam fie
ri debet. Vnde Dominus. Te autem fa
ciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra
tua &c. Et ſicut ſemen cū iacitur, pdi vi
detur, tamen poſtea multipliciter acci
pitur. Sic & eleemoſynamam remu-
neratio erit in patria. Sicut precioſa C
in vno anno ſerminantur, & in alio
colliguntur, modo dicta eleemoſyna
fiat in gratia. Tria autem ſunt impedi
menta, ne ſemen materiale fructificet.
quando iacitur ſuper petram, uel ſe-
cus viam, uel inter ſpinas, ſic eleemoſy
na. Nam primū impedimentū eſt cor-
dis duritia, quando dat non ex cordis
cōpaſſione, ſed cum murmure. Secun-
do, quando fit ob inanem gloriam, &
tunc iacitur ſecus viam. Tertium pro-
prium peccatum, quod ſignificatur p D
ſpinas, quia cōpunctionem conſcien-
tiæ generant. Conemur ergo fratres
primo mūdare ſpinas ab agro noſtro,
ideſt mundare conſcientia a peccatis,
& ſeminando abſcondere ſemen pro-
pter aues, i. abſcondere bona, quæ fa-
cimus propter inanē gloriā, & manu
plena, & hilariter ſeminare, ideſt abū
danter, & hilari corde operari, non de
ficientes, tpe ſuo expectantes retribu-
tionē. Sicut ſeminator nō colligit ſta-

A tim ſed in futurū largiter, recipiente ſ
benedictionē, ideſt vitā ęternā. Amen.

## DOMINICA IN QVINquageſima.

*De dilectione Dei, & proximi.*
*Ser. LXVII. LXVIII. LXIX.*

## DOMINICA IN QVADRAgeſima.

*Sermo primus.*

QVANTAE ſit virtutis, Sermo 23.
atq; efficacię apud Do Zelari pro
minū zelari pro ipſo, Deo quātæ
plena eſt quaſi tota ſa- ſit efficacię
cræ ſcripturę ſeries. Ec oſtēditur.
ce Helias pp zelū Dñi Dei excrcituū 3. Reg. 18.
interfecit uniuerſos prophetas Baal,
qa dereliquerūt pactū Dñi filii Iſrael.
qđ cū nunciatū eſſet Iezabel, & mina- 3. Reg. 19.
tus eſſet ei mortē, apparuit ei Angelus
C Dñi, & de illius manib: liberauit eum.
Sic Phinees, quia zelo zelatus eſt pro Num. 16.
Dño Deo ſuo in peccantes, auertit irā
Dei a filiis Iſrael. Iudith etiā cū audiſ-
ſet ꝙ cōſentit Ozias in hoc filijs Iſrael, Iud. 8.
vt traderet ciuitatē Aſſyrijs, ſi intra qn
que dies illis non venerit adiutoriū a
Dño, æmulata pro Deo ſuo, ꝙ poſuiſ-
ſent tempus miſerationis Dñi. Ingreſ Iud. 9.
ſa in oratoriū, induens ſe cilicio, & p
ſtrata, atque orans ut allideret in virtu
te ſua virtutem Aſſyriorū, qui confide
D bant in multitudine ſua, & in currib.
& æquis, Ecce ꝙ abſcidit caput Holo-
fernis, qui in cōtemptu ſuperbiæ ſuæ
Deū Iſrael cōtempſit, & ad nihilū rede
git inimicos ſuos. Sed quid dicā de Ma 1. Matt. 2.
thatia, cuius furor ſuccenſus eſt, & con
tremuerunt renes eius, & inſiliens in
oīum oculis ſacrificantem idolis truci
dauit eū ſuper aram? Denique de zelo
Dñi contra Aegyptios, quos confiden-
tes in quadrigis, & equitatu ſuo, & in Exo. 14.
multitudine bellatorū, aquæ operue-
runt.



runt. Sic de Senecharib rege Aſſyriorū A
contra Deum blaſphemante, qui poſt
interfectionē totius exercitus ſui ab
Angelo, ideſt centum octuaginta quin
que millium interfectus fuit a pro-
prijs filijs. Sic hodie Dominus, qui in
primis duabus tentationibus mitis
permanſit, & reſpondit in tertia
audita blaſphemia in Deum, quia
ſibi diuinum cultum diabolus uſur-
pare uolebat, dicens, Si cadens ado-
raueris me indignabundus Dominus,
& dure reſpondit, dicens, Vade Sa- B
thana. Dominum Deum tuum adora-
bis & illi ſoli ſerujes. Et tunc reliquit
eum diabolus, & angeli miniſtrabant
ei. Sed modo accedamus ad Euange
lij expoſitionem. Tunc ductus eſt Ie-
Ductus Ie ſus à ſpiritu, vt tentaretur a diabolo.
ſus quādo. Tunc, ideſt ſtatim poſt baptiſmū Ioan
nis in aqua, quando uoce patris decla
rabatur filius Dei. Vt nobis eſſet exem
plo diabolum illos acrius tentare ad
meliora tendentes, & in bono profi-
cientes, illos inquam, qui efficiuntur C
filij Dei iuxta illud. Fili[9] accedens ad
Eccl. 1. ſeruitutem Dei ſtat in timore &c.
qui tamen tentari non poſſunt, niſi
quantum permittitur, filii autem Iſ-
Num. 20. rael in typum infirmorum ducti in
Deu. 29. deſertum, dicebant ſe ductos in locū
peſſimum. Et ductus eſt a ſpiritu. Sed
Ductus a quia ab aliquibus dubitatur a quo
ſancto ſpi- ſpiritu fuerit ductus, ideo indubitan-
ritu. ter tenendum a Spiritu ſancto. Vnde
Lucas inquit. Ieſus autem plenus Spi
Luc. ritu ſancto agebatur a ſpiritu in deſer D
tum. Non quia ibi primo impletus
fuerit, ſed quia tūc plenitudo eius ap-
parere cępit in aliis redundando. Vn-
de Io. vidimus gloriam eius &c. Et de
Io. 1. plenitudine eius nos omnes accepi-
mus. Rurſum ſi ductus a ſpiritu. Ergo
videtur Spiritum ſanctum eſſe maio-
rem, cum qui ducit maior ſit eo qui
ducitur. Reſp. qđ ſi referatur ad Ieſum,
ut filius Dei, & æqualis ſpiritui S. du-
cere dr̄ imperio, & exhortatione Ieſus

A autem dicitur ductus exhortatione, v.
g. Eſt princeps militiæ, qui dicit regi.
Ecce aduerſarius tuus, eſt tibi multum
infeſtus, exi obuiam ei. & ita illum
ſuperabis. Sic ſpiritualiter ille duci-
tur a Spiritu ſancto, qui non motu pro
prio, ſed charitate mouetur, & ſe-
quitur imperū charitatis. Vnde Apoſt,
Charitas Chriſti urget nos. Hinc ſe-
quitur quod ſi cupiditas urget, ergo
quanto magis charitas. quare per Eſa. Eſa 56.
uocatur fluuius uiolentus, quia nō tā-
B tum illuminat quid agere debeamus,
ſed etiam urget, & ſtimulat nos amo-
ris uehementia ad curendam uiam
mandatorum Dei. Item. quid ſibi Ducere
vult fratres tā ſubtilis deſcriptio Euā Aſſere. Ex-
geliſtarum. Matthæus inquit. Ductus pellere qđ
eſt Lucas uero, Agebatur in deſerto. ſibi uult.
Sed Marcus ſpiritus expulit eum. Pu- Matt. 4.
taſne aliquid horum, ſuperuacue po- Luc. 4.
ſitum? Nequaquam. Si enim nec Mar. 1.
folium de arbore ſine pātre cœleſti ca Matt. 10
dit ſuper terram ſine cauſa, putem er-
C go de ore, Sanctorum Euangeliſtarum
tam ſubtilem factam eſſe deſcriptio-
nem uerborum? Non puto, plena ſunt
verba hæc ſupernis myſterijs. Signifi-
cant enim quod indiuiſa ſunt opera
Sanctiſſimæ Trinitatis. Nam expelle-
re poteſtatis eſt. Ducere ſapientiæ. Age
re benignitatis. Inſuper ductus a Spi- Ioan. 1.
ritu. Illo inquam, qui deſcenderat in
ſpecie columbæ, & manebat cum ip-
ſo. Hinc nota quod Spiritns ſanctus,
qui deſcendit, & manebat cum Chri-
D ſto. At ſuper homines quandoque de-
ſcendit, ſed non permanet. Nonnun-
quam deſcendit, & permanet. Quare
de Prophetis dicitur ſæpè. Et factus eſt
ſermo Domini &c. vbi oſtendit quod
Spiritus ſanctus, qui deſcenderat, iterū
receſſerat. Sic nos quando iraſcimur,
detrahimus, quæ carnis ſunt cogita-
mus, uel odimus, recedit a nobis. Sed
quando aliquid boni cogitamus, ha-
bitat in nobis. In deſertum. Iſtud de- In deſertū
ſertum erat inter Hieruſalem, & Hieri

co. Vbi multi occidebantur, de quo A
Luc. 10. Lucas. Marcus vero dicit inuium, &
Mar. 1. beſtijs plenum, ſic & nos quando ha-
bebimus beſtiam, ideſt carnem ſpiri-
tui ſubiectam, tunc erimus in deſerto
cum beſtijs pacatis. Rurſum in deſer-
to. Poſt baptiſmum ingreditur in de-
ſertum. Sic poſt tranſitum maris rubri
figura baptiſmi uiri Iſraelitæ in terrã
promiſſionis uenerunt in deſertum. In
Spiritus sã- Deſerto. Spiritus ſanctus non habitat
ctus ubi ha- ubi turbę, & diſſenſiones, & rixæ ſunt,
bitat. ſed in ſolitudine. Hinc Dominus quan B
Matt. 14. do uolebat orare, ſolus recedebat in
montem, & tota nocte orabat. Et in
tranquillitate mẽtis moratur Spiritus
Gen. 4. ſanctus. Et illud eſt ſacrificium Deo
acceptum, quod fit in deſerto, ideſt in
quiete mentis, & non in Ægipto ideſt
tumultu. In deſerto: uide quomodo
diabolus etiam de loco occaſionem
tentationis accepit, tunc quippe ma-
xime aliquos aggreditur, cum ſolos
uiderit ab alijs ſegregatos. Sic deniq;
mulierem illam tentauit, uidens ſolã C
a uiro ſeparatam. Ideo oportet nos
aliis aggregari. Item, in deſertum, i.
Deſertum claustrum. clauſtrum. Hinc deſertum ſin ideſt tẽ-
tationis, ubi uidetur Deus. Deſignare
Exo. 16. 18. & 19. poteſt Monaſterium, & religionis ſta-
tum, & locum extra mundanam tur-
bam, & laborãtium in Dei obſequio,
qui multas patiuntur tentationes, &
tamen vident Deum per internas con-
Gen. 36. ſolationes. In hac ſolitudine inueniũ-
Hier. 2. tur aquæ calidæ, ideſt orationes ſpiri-
Eze. 20. tu feruentes. Hoc deſertum non ſemi- D
natur, quia caret delictis. In hoc deſer
to ueniunt de Ægipto, qui a uicijs mũ
Iob. 3. di ſeparantur. Et ſolitudines ædifi-
Intratur in religionẽ per plures cauſas. cant, qui a ſecreto cordis terrenorum
deſideriorum tumultus expellunt. Sed
dubium eſt a quo Spiritu aliqui ducan-
tur in hoc deſertum clauſtri, ſicut du-
bium fuit a quo ſpiritu Dominus fue-
rit ductus. Alii enim ducuntur a ſpiri-
tu Phytonico, ut qui clauſtrum aliqđ
intrant, vt uentrem impleant. Phyton

enim uẽtriloquus dicitur. De quo Eſa. Eſa. 29.
Et erit uox phytonis. Alii a ſpiritu
Baal, qui ideo intrant ut maiores fiãt,
vel propter inanem gloriam. Baal. n.
ſuperior interpretatur. Alij a Spiritu
ſancto, qui quoſdam impellit, ut qui
propter infirmitates, & neceſſitates
temporales coguntur intrare. Vnde
Ber. fęlix neceſſitas, quæ ad meliora
compellit. Et Euangeliſta inquit quod Matt. 22.
compelluntur quidam intrare ad nu-
ptias. Aliquos ducit, qui ſolo amore in
trant, ut fruant dulcib. amplexib. ſpõ
ſi. Vnde Salom. in odorẽ unguentorũ
tuorum currimus. Alios agitat, ut qui
de bono in melius perficiunt, ſed mul
ti ſunt ſicut filii Iſrael, propinquiores Num. 11.
enim ſunt terræ promiſſionis. Primo
anno egreſſionis. Quis dabit nobis car
nes ad ueſcendum. Et nota quod Mat Matt. 4.
thæus dicit. Ductus eſt Ieſus in deſer- Mar. 1.
tum. Marcus. Expulit eum in deſertũ. Luc. 4.
Lucas. Agebatur a Spiritu in deſertũ.
Iſti ducuntur, qui ſponte intrant ſolo
amore, vt ſponſi oculis, & amplexib.
perfruantur. Vnde Oſeas. Ducam eam Oſeæ. 2.
ad ſolitudinem, & ibi loquar ad cor
eius. Illi compelluntur, qui infirmita-
te cogente, uel timore mortis intrant.
Et hoc etiam eſt a Spiritu ſancto. Mul
tiplicatæ ſunt infirmitates eorum, &
poſtea accelerauerunt, inquit Pſal. illi Pſal. 15.
agitantur a ſpiritu, qui intrant admo-
niti ab aliis, quod etiam eſt a Spiritu
ſancto. Vnde Dominus Saulo. Vade ad Act. 9.
ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te
oporteat facere. Vel quidam intrant,
per comminationes, hinc inſurgit ti-
mor, cuius eſt expellere a malo in bo
num. Quidam per admonitiones, ſplẽ
dore ueritatis, cuius eſt ducere. Ducã Prou. 4.
te per ſemitas æquitatis, quas cum in-
greſſus fueris, nõ arctabuntur greſſus
tui, & currẽs nõ habebis offendiculũ.
Alii per promiſſiones, amore benigni
tatis, cuius eſt agere. Et tentabatur a
Diabolo. Nota quòd Dominus non
a principio, ſed quaſi in fine tenta-
tur



tur, ut religioſis ſit documento quod A
Gen. 3. quandoque Diabolus non a principio,
ſed quaſi in finem inſidiatur calcaneo
religioſorũ. Vnde beatus ille, qui ſem-
per eſt pauidus. Inſuper ad denotan-
dum, quòd ſolet Dominus a princi-
pio, nouiter conuerſis magnam ple-
rumque dare dulcedinem conſolatio-
nis, poſtea uero dura certamina tenta-
tionis: ſic & ſponſam prius ſponſus
dulcib. blandimentis fouet, quandoq;
tamen coniunctam duris increpatio-
nibus probat. Sic plębs Iſraelitica B
cum ex Ægypto uocaretur, quaſi arra-
rum uice prius accepit blandimenta
ſignorum, coniuncta uero probatio-
nibus exercetur in Eremo. Et hoc
ideo, quia ſi conuerſi in principio ten
tationum aſperitate frangerentur, fa-
cile ad ea, quæ reliquerant, redirent.
Exo. 13. Hoc figuratum fuit in Exodo. Nam
cum emiſiſſet Pharao populum Domi
ni, non eos duxit Dominus, per ter-
Greg. ſuper Iob. c. 33. ram Philiſtim, quæ uicina eſt, ſed e ui-
cino bella ſubtrahuntur, quia derelin C
quentibus ſęculum quædam prius trã-
quillitas oſtenditur, ne in ipſa teneritu
dine, atque inchoatione turbati ad
hoc territi redeant, quod euaſerunt.
Chriſtus quare uoluit tẽtari. Vt tentaretur a diabolo. Voluit Chri-
ſtus tentari, ut nobis contra tentatio-
nes exempla ferret. Vnde Greg. Non
eſt indignum redemptori quòd uoluit
tentari, qui venerat occidi, ut tentatio
nes noſtras ſuis tentationibus vince-
ret, qui mortem noſtram ſua morte vi-
cit. Nam ſicut ipſe uoluit tentari poſt D
baptiſmum in deſerto, ſic inſtruit nos,
quòd poſt acceptam ſpiritualem gra-
Io. 15. tiam nunquam ſecuri ſimus. Voluit
Cur nos ꝑmittit Dominus tentari. enim tentari Chriſtus propter noſtrã
cautelam, vt nullus quantumcunque
ſanctus ſecurus ſit. Nemo enim maior
eſt Domino ſuo. Item, ut experimen-
Eccl. 30. tum accipiat iuſtitiæ ſuæ: nam qui nõ
eſt tentatus, qualia ſcit. Inſuper ad re-
2. Cor. 12. primendam ſuperbiam. Hinc Apoſt.
Ne magnitudo tentationum extollat

me, datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. A
Rurſum ut confundatur Diabolus, ut
ſciat quanta ſit uirtus Chriſti, quod
eum ſuperare non poſſit. Item, ut for-
tior reddatur, ſicut milites fortes red-
duntur per experientiam. Rurſum, vt
duram ſeruitutẽ Diaboli expaueſcat,
quã quodammodo in tentatione præ-
ſentit. Vnde Hieremias ſeruietis diis Hiere. 26.
alienis, qui non dabant uobis requiẽ
die, ac nocte. Vt tentaretur. Tentat Tẽtat Deus homo, & diabolus.
Deus, Homo, & Diabolus. Deus, ut eru
diat, & probet, notumque illum faciat B
hominibus: ſic tentauit Abraham. Ho- Gen. 22.
mo, ut ſciat, & experimentum capiat
de eo, qui tentatur, ſicut Sampſon pro
poſuit problema Philiſteis. Et de Regi
na Saba. Diabolus vero, ut decipiat. Vn
de Actor. Cur tentauit Sathanas cor Act. 5.
tuum &c. vt tentaretur &c. quia illos
pulſare negligit, quos quieto iure poſ
ſidere ſe ſentit, & tandiu quis contra
ſe Diabolum pugnantem nõ ſentiet,
quamdiu opera illius exercere uolue-
rit, ſed qui illum reliquerit, ſequens C
Chriſtum in deſertum, ideſt in religio
nem, ubi omnia peccata deſeruntur,
neceſſe eſt ut illum habeat infeſtum.
Quod fuit præfiguratum in petra bis
uirga percuſſa, a qua exiuit aqua. Vn- Exo. 17.
de poſtquam populus bibit, pugnauit
contra Amalech. Virga eſt crux. Petra
Chriſtus, & illa fuit bis percuſſa; ſic
duo ligna in Crucis patibulo erigun-
tur, in uno ſacras manus expandit, in
alio a capite uſque ad pedes immacu-
latum corpus extendit: ſed ſtatim ꝙ D
de ſacro eius latere aqua emanauit, ex
quo profluxerint ſacramenta, & popu
lus de petra biberit, & illa ſuſceperit,
inſurgit Abimalech, ideſt Diabolus
ad tentandum. Et cum ieiunaſſet, qui Ieiunium quare inſtitutum.
uoluit naſci, & mori propter nos, uo-
luit etiam propter nos ieiunare. Ieiu-
nium, enim fit uel ad carnis concupi-
ſcentias comprimendas. Vnde Hier. ſi-
ne Cerere, & Baccho frigeſcit Venus,
ideſt per abſtinentiam cibi, & potus
tepeſcia

Dan.1. tepeſcit Luxuria . Vel ut mens homi- A
nis eleuetur ad ſuperna. Hinc tres illi
pueri, qui carebant cibo regio, & ha-
bebant legumina, habuerunt omnem
ſcientiam, & Daniel intelligentiam
uiſionum. Vel ad ſatis faciendum pro
Iohel. 1. peccatis. Vnde Proph. Conuertimini
ad me in toto corde veſtro in ieiunio,
fletu, & plantu. Chriſtus uero primo
modo non ieiunauit, quia contradi-
ctiones in ſemetipſo non tolerabat, ut
inquit Greg. Nec etiam ſecundo mo-
do, quia non indiguit propter ieiuniũ B
eleuari, quia fuit uerus comprehenſor.
Sed tertio modo ieiunauit, ut pro pec
cato ſatisfaceret non quidem pro ſuo,
1.Pet. 2. qui peccatum non fecit, ſed pro no-
Glo. ſuper ſtro. Vnde & eſuries poſt ieiunium ſi-
Matt. gnificabat deſiderium ſalutis noſtræ.
Quadra- Quadraginta diebus, & noctibus. Ad
ginta dieb. literam. Ne aliqui crederent quam
& noctib. liceret comedere de nocte, ſicut Sarra-
ceni faciunt. Sed myſtice per quadra-
ginta dies totum tempus uitæ noſtræ
intelligitur. Nam ſiue tranſeamus per C
proſpera, ſiue aduerſa, ſemper iter no-
ſtrum tentator impedire curat. Item
quadraginta diebus, & noctibus. Vt
quadrageſimã pęnitentiæ nobis Chri
ſtus, ſpecialiter conſecraret, & ipſam
colendam, & ieiunandam fidelibus de
clararet. Iſta enim quadrageſima fuit
a Chriſto exemplata, ut hic quia in
exemplum fidelium uoluit quadrage-
ſimam ieiunare. Item fuit a Sanctis Pa
tribus obſeruata. Hinc tot dierum ieiu
nio Moſes leges, & Helias pluuiam D
promeruerunt, fuit a Prophetis prædi
cata, & maximè a Iona dicente. Ad-
huc quadraginta dies, & Ninniue ſub-
uertetur. In his etiam quadraginta die
bus, & noctibus myſticum numerum
recognoſcas. Tot enim diebus pluit in
Exo.16. diluuio. Quadraginta annis filii Iſrael
comederunt manam in deſerto. Et
tot diebus Dominus fuit in deſerto,
ut ueritas conreſponderet figuræ, &
Ieiunium Chriſti tam a lege, ideſt Mo-

A ſe, quam a Prophetis, ideſt Helia habe
ret teſtimonium. Noluit plus ieiunare
ne Diabolum ſupra hominem eum re-
cognoſcens non tentaret, nec minus
ne hæretici parum hominem crederẽt.
Ieiunat autem Dominus ante mortem
quadraginta diebus cibo indigens, ut
nos inſtrueret tempore agonis a car-
nalibus cibis abſtinere, poſt mortem
autem, ſcilicet poſt reſurrectionẽ per
quadraginta dies, in quibus cũ diſci-
pulis conuerſatus eſt, cũ eis comedit,
B cibo non indigens, q. dixit, ego uobis
ſum conſolatio, & cibus omnibus die
bus &c. Sed quia huius ſermonis longi
tudinem intueor, ſi omnia uellem cõ- Matt. ult.
prehendere, differo ergo. Nam & ma-
teriæ dignitas artari moleſta breuita-
te, non patitur. Rogate Dominum
unctionis, ut voluntaria oris mei be-
neplacita facere dignetur ad inſinuan
da, ueſtris deſiderijs, quæ ſuperſunt.

## DOMINICA PRIMA
## Quadrageſimę.

### *Sermo II.*

LEGITVR in libro Sermo 2.
Exodi, quod aſſumpſit Exo. 14.
Pharao ſecum omnem
populum aduerſus fi-
lios Iſrael. Quid eſt hoc
fratres, niſi diabolus, quia aſſumpſit
omnia tentationum genera aduerſus
Chriſtum Dominum. Hi ſunt tres cu- 1.Reg. 1.
D nei Philiſtinorũ. Vel tres turmæ Chal- Iob 1.
dęorum. Aut tres reges venientes Gen. 14.
cum Chodorlahomor, ideſt diabolus
cum concupiſcentia carnis, concupi-
ſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ ue
niens ad tentandum Chriſtum, qui tã
tæ etiam fuit procacitatis, ut etiam
auſus fuerit ſicut habemus in Euange
lio tentare filium Dei. Dicens ſi filius
Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Prima ten-
Ac ſi dicat, Aditum eſt uoce cœleſti tatio.
accedente etiam Ioannis teſtimonio
te



te denuntiatum eſſe Dei filium. Id ſi A
verum eſt, cur ſic fame cruciaris, q. vel
ſolo verbo tuæ famæ ſuccurrere po-
tes? Fac potius tuo iuſſu vt lapides iſti
panes fiant, habeaſque quo eſurientẽ
impleas ventrem. Vel aliter. Quam
callide de vno ita directe tentauit,
quod ex obliquo de altero. Viderat. n.
eum natum de muliere, & flentem, &
circumciſum, & fugiẽtem in ægyptũ,
& baptizatum, ſitim, & famem patien
tem, propter hoc putauit eum eſſe ho-
minem. Nouerat autẽ veniſſe in mun- B
dum per concentum Angelorum, per
aduentum Magorum, per Ioannis te-
ſtimonium, & per patris vocem in ba
ptiſmo, & ideo putauit eum eſſe Deũ.
Volens igitur iſtud per tentationem,
experiri, tentauit de gula, ut ſi lapides
mutarentur in panẽ, ſciret eſſe filium
Dei. Si autem id renuerit facere, in
duceret ad arrogãtiam, & vanam ſui
ipſius oſtentationem, atque diffiden-
tiam diuini oraculi. Sperabat enim
diabolus Ieſum diffiſurum voce patris, C
Iob 41. qua filius Dei denuntiatus erat. Hæ sũt
nares (dilectiſſimi) Behemoth, de qui
bus dicitur procedere fumus. Quid
nares iſtæ ſignificant, niſi diaboli per-
ſpicacitatem, & eius exhalantes inſi-
dias, quibus ſagaciſſimè nititur occul
ta cordis noſtri bona cognoſcere, &
hæc peſſimá perſuaſione diſſipare. Per
has nares explorat hodie ipſe diuinita
tem Chriſti, dicens, Si filius Dei es, dic
vt lapides iſti panes fiant. Reſpon-
dens Ieſus dixit, Scriptum eſt enim, D
quod non in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo, quod procedit de
ore Dei. Ac ſi dicat. Tu vocas me filiũ
Dei, volens me inducere ad præſum-
ptionem, ego vero nomino hominẽ.
Tu me vis trahere in affectum carna-
lium, Dic, vt lapides, iſti panes fiant,
&c. At ego traho me in affectum ſpiri
tualium, nam non tantum vita homi-
Pſal. 118. nis affectanda eſt, quantum ſpiritua-
lis. Vnde in omni verbo, per quod vi-

A uiſicatur homo, iuxta illud. In æter-
num non obliuiſcar iuſtificationes,
quia in ipſis viuificaſti me. Si filius Dei
es. Vnicuique tentationi, qua tentauit
Dominum, præmittit Diuinitatis ex-
plorationem. i. Si filius Dei es. Morali
ter ſæpe proponit diabolus hanc ten-
tationem gulæ religioſis. Dic vt lapi-
des iſti panes fiant. Ac ſi dicat, Diu la-
boraſti, multum ieiunaſti, iam perfe-
ciſti pœnitentiam, neceſſe eſt aliquan
do recreari, aliter deficeres. Vade in
B infirmariam. Sic nititur diabolus, ſub
quadam ſpecie diſcretionis, uel neceſ-
ſitatis ingerere vitium voluptatis, vt
inquit Gregor. & rigorem diſciplinæ
clauſtralis conuertere in mollitiem.
Vnde Eſai. Tunc inquit Libanus con-
uertitur in Chermel, & Chermel in
ſaltum. Chermel mollities, uel de-
litiæ, per ſaltum ſterilitas. Vnde
filij Iſrael concupierunt carnes in
deſerto, & delitias in religione, Vel
in bono. Lapides in panem ver-
C tunt, qui auſteritatem pœnitentiæ ſub-
ſtinent hilariter, vnde ſcript. In omni Eccleſ. 31.
bono hilarem fac vultum tuum. Item
lapides in panem vertit, qui dura ver-
ba patienter ſuffert, Vel dic ut lapides,
ideſt gentiles, vel quicunque alii pec-
catores duri, & lapidei panes fiant. i.
emolleſcant, & Eccleſiæ incorporen-
tur. Vel duritia legis conuertatur in
manſuetudinem, & miſericordiam
euangelii, ſecundũ illud, Iugum meũ Matth. 11.
ſuaue eſt, & onus meũ leue. Vel lapi-
D des ſuperfluorum ædificiorum fiant, i.
conuertatur in refectionẽ pauperum,
quod eſt contra multos ſeculares Præ-
latos, vel Regulares, qui panes paupe
rum cõuertunt in lapides ædificiorũ.
Sed audiant iſti comminationem Eſa Eſa.
iæ dicentis. Væ qui coniungitis domũ
domui, & agrum agro copulatis. Et
reſpondit ad illum Ieſus. Non in ſolo
pane &c. Hinc ſcriptum, Non Nati-
uitatis fructus paſcunt homines, ſed
ſermo tuus hos, qui in te crediderunt,
con-

conſeruat. Non in ſolo pane &c. Ac A
ſi dicat. Non viuit ſolum homo per
panem, ſed etiam verbo, ideſt impe-
rio Dei poteſt conſeruari ſine aliquo
cibo. Quemadmodum manna, quod
nō erat panis, nutriuit Iſraelitas in de-
ſerto, & Heliſeū cū ſuis ſocijs herbis
agreſtibus pauit, & Moyſen, & Eliā ſi-
ne omni cibo. Hæc verba ſumpta fue-
runt ex Deuter. Dum dicitur. Dedit
Deut. 8. tibi cibū Manna, quod ignorabas tu,
& patres tui, vt oſtenderet tibi quod
non in ſolo pane viuit homo, ſed in om B
ni verbo, quod egreditur de ore Dei.
Noluit aūt Dñs mutare lapides in pa-
nem, ut diabolo lateret eius Diuini-
tas, quia ſi cognouiſſent, nunquam Do
minum gloriæ crucifixiſſent. Tum vt
doceret nos opera bona malis, & ma-
xime talibus, qui nihil inde proficiūt,
abſcondere, quia non ſunt margaritæ
proiiciendæ ante porcos Docet etiam
Matt. 7. Dominus in hac reſponſione tria, Pri-
mum vt recurramus contra tentatio-
nes ad ſcripturę medicinam. Iuxta il C
Pſalm. 118. lud pſalm. In corde meo abſcondi e-
loquia mea, vt non peccem tibi.
Secundum, vt nihil ad imperium dia-
boli faciamus, ſicut ſapiens, dux ni-
hil facit ad arbitrium hoſtis, etiam
ſi bonum ei videatur. Hinc Domi-
nus cum poſſit lapides in panem com
mutare ſine peccato, noluit id facere,
quia ille ſuggerebat. Tertium, quod
non debet quis aliquid facere ad oſten
tationem ſuæ virtutis, quia hoc eſt va-
nitas. Videns ergo diabolus ſe eſſe vin D
ctum, & ancipiti reſponſo eluſum, ita
vt non potuerit cognoſcere, filius Dei
ſit, uel non, experitur, num per inanem
gloriam ſuperare ualeat, per quam
nonnunquam uincuntur ſancti, q. om-
nem iam carnis neceſſitatem uicerūt.
Aſſumpſit igitur eum non per vim, vt
hoc uerbum ſignificat, ſed exhortan-
do induxit ad hoc ut iret. Et Chriſtus
ex diſpoſitione ſuæ ſapientiæ iuit. Et
aſſumpſit in ſanctam ciuitatem. San-
ctam, quia ibi offerebantur ſacrificia,
uel propter ſanctitatem patrum, qui
ibi fuerunt. Et ſtatuit eum ſupra pin- Secunda te
naculum templi, ideſt extremam ſum tatio.
mitatē & dixit ei, Si filius Dei es, mit-
te te deorſum. Vere uox diaboli, ſicut
ipſe præcipitatus eſt, ita alios præcipi
tare deſiderat, uerum ut id ſuadere po-
teſt, ita ipſos præcipitare non poteſt.
Hinc dicit. Mitte, non præcipita te. De-
bilis, enim eſt hoſtis, & non uincit niſi
uolentem. Sed quare non tentauit de
uana gloria. Dicens, Si filius Dei es,
aſcende in cęlum. Reſp. quod ita affli-
gitur diabolus in exaltatione homi-
nis, ut nec tentando aſcenſum uelit
perſuadere cęleſtē: unde ſcrip. Extolle
aduerſarium, & affige inimicum. Scri
ptum eſt enim, quoniam Angelis ſuis
Deus mandauit de te, ut cuſtodiāt te in
omnibus uijs tuis. In manibus porta-
bunt, te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum. Allegat authoritatem ſa
cræ ſcrip. ſed incōplete, accipit illud:
quod eſt pro ſe, & dimittit quod eſt
contra ſe. Super aſpidem, ideſt ſuper
dœmones ambulabis eorum tentatio-
nes conculcando. Et authoritas, quæ
de pio homine intelligitur, ad Chri-
ſtū refertur, qui non indiget cuſtodia
Angelorum. Sed ait illi Dominus Scri
ptum eſt. Non tentabis Dominum
Deum tuum, i. tu dicis, ut proiiciam
me, ut uideam an Dominus me eripiat,
ſed hoc prohibetur in ſcriptura: unde
non tentabis Dominum Deum tuum.
Sed nota quod licet permiſiſſet Domi
nus duci a diabolo ſupra templi pin-
naculum, tamen renuit ad eius impe-
rium deſcendere. Nos inſtruens, ut q. ſ-
quis uiam ueritatis arctam imperaue-
rit aſcendere, obtemperemus: At ſi
uult nos de altitudine ueritatis, & uir
tutum ad ima errorum præcipitare,
non illum audiamus. Non tentabis
Dominum Deum tuum. Hoc dictum
eſt cuilibet homini, quod dicit Chri-
ſtus, quia dum homo poteſt uti conſi-
lio



lio humano, quid faciat, non debet A
uia ſupranaturali illud facere, & quæ-
rere a Deo Chriſtus. n. poterat per gra
Gen. 31. dus deſcendere. Tunc aſſumpſit ite-
rum, vide mutationē, qua Laban mer-
cedem Iacob uariabat, ideſt diuerſas
diaboli inſtigationes ad peccata. Nā,
uidens ſe eſſe uictum tam in prima,
quam in ſecunda tentatione iterum
aſſumpſit, & duxit ad montem excel-
ſum ualde, & oſtendit illi omnia re-
Chryo. gna mundi, ideſt ad quam partem ſin
gulum regnum eſſet, & gloriam mun B
Tertia ten di expreſſit & dixit. Hæc omnia tibi
tatio. dabo, ſi cadens adoraueris me. Vere
mendax, & nequam ſpiritus, nam Do
Pſal. mini eſt terra, & plenitudo eius, &
in manu eius ſunt omnes fines ter-
A leuiori- ræ. Vide verſutiam diaboli. A leuiori-
bus incipit bus incipit, & poſtea uenit ad grauio-
tentare. ra, ex gula ad ambitionem, ab ambi-
tione ad auaritiam. Hæc omnia tibi
dabo, ſi cadens adoraueris me. Nota-
biliter dicit Cadens, quia adorari non
poteſt ſine caſu. Me, vt ſuperiorem. C
Hic nititur ſibi diabolus diuinum cul
tum vſurpare, qui ab initio uolebat
Eſa. 14. ſe Deo ſimilem facere. Ero ſimilis al
tiſſimo. Sed tunc Dominus. Vade
Sathana ſcilicet in ignem æternum,
ſcriptum eſt, enim Dominum Deum
Glo. ſuper tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Do-
Matt. 4. minum. Ecce Pater. Deum Ecce fi-
lius tuum. Ecce Spiritus ſanctus. Et
illi ſoli ſeruies. Nam & ſi latria ſecun-
dum Gl. dicatur ſeruitus latine, Gręce
autem hæc ſeruitus communis, quæ D
Latria pro Deo, & hominibus, & cuicunque debe
priè Deo tur, dicitur latria. Illa uero quæ ſoli
debetur. Deo debetur, proprie latria dicitur, va
de Sathana, ideſt recedere retro. Satha
na, quia aduerſarius ſaluti. Petro ue-
ro dicitur. Vade poſt me, quia Petrus
ex amore aduerſabatur ad tempus
diabolus vero ex inuidia, & quantum
poteſt & ideo nō addit. Vade ante, uel
poſt. Vides ergo quod Chriſtus, qui
hactenus manſueto animo pertulit
diaboli tentamenta, poſtquam diui-
num patris ſui honorem uſurpare uo-
luit, exaſperatus eſt, & increpans eū,
repulit, dicens, vade retro, &c. vt hoc
exemplo diſcamus noſtras iniurias
magnanimiter ſubſtinere, Dei autem
iniurias neque ad auditum ſufferre,
quoniam in propriis iniurijs eſſe quē-
piam patientem laudabile eſt, iniu-
rias autem Dei diſſimulare impium
eſt. Vade retro &c. vbi nota quod non
eſt in poteſtate diaboli ut tentet quan
tum uult, ſed quantum Deus permit-
tit. Vnde dicit. Vade, a c. ſi diceret. No
lo quod amplius tentes, quod ad no-
ſtram proficit conſolationem. Vnde,
Apoſt. fidelis Deus, qui nō permittit 1. Cor. 10.
nos tentari ſupra id, quod poſſumus,
ſed facit cum tentatione prouentum.
Et tunc reliquit eum diabolus uſque
ad tempus, inquit alius Euangeliſta, Luc. 4.
quia poſtea vſus eſt Iudæis tanquam
membris ſuis ad impugnandum. Et
ecce Angeli acceſſerunt: Non, enim
deſcenderunt, quia ſemper cum eo
erunt, & ſi ad horam receſſerunt,
de eius uoluntate fuit factum, vt dia-
bolus locum tentandi haberet. Et mi
niſtrabant ei. Non dicit. Adiuuabant, Hebr. 1.
ſed exhibebāt ei miniſteriū, quia oēs
ſunt adminiſtratorij Spiritus in mini-
ſterium miſſi. In hoc ſignificans quod
homines, qui uincunt diabolum, me-
rentur miniſterium Angelorū. Hinc
dicitur de Lazaro mendico, quod fa-
ctum eſt, ut moreretur mendicus, &
portaretur ab Angelis in ſinu Abra- Luc. 16.
hæ. Vidiſtis igitur fratres quomodo
Chriſtus Dominus diabolum ſupera-
uit. Nam vt Dauid Goliam tribus la
pidibus de torrēte proſtrauit, ſic Chri
ſtus tribus teſtimoniis de lege diabo-
lum. Et ut inquit Greg. In his uinci- Greg.
tur diabolus, in quibus Adam uicit,
quem de gula tentauit, dum de ligno
uetito guſtare rogauit. De uana glo Gen. 3.
ria, dum dixit. Eritis ſicut dij de aua
ritia dum dixit. Scientes bonum, &

1.Io.3. malum.In his omnium uitiorum uo-
rago continetur,qa omne,quod eſt in
mundo, aut eſt concupiſcentia oculo-
rum,aut carnis,aut ſuperbia uitæ . Et
qui has tentationes uincit, omnem tẽ
tationem ſuperare dicitur. Hinc di-
Luc.4. cit Lucas,quod conſummata omni tẽ
tatione receſſit ab eo diabolus con-
fuſus . Hæc retia etiam hodie expan-
dit ſuper omnem terram , ut quiſquis
euaſerit de retibus gulæ incidat in re-
tia inanis glorię, & ſi euaſerit de reti-
Eſa.24. bus inanis gloriæ, incidat in retia aua- B
ritiæ.Vnde proph. Et erit qui fugerit a
facie formidinis, cadet in foueam , &
qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur
3.Reg. 19. laqueo . Iſte eſt ille ternarius fauſtus,
qui tranſit coram Helia , in quorum
nullo fuit Dominus vbi ſic dicitur .
Ecce Dominus tranſijt, & Spiritus for
tis, & grandis ſubuertens montes , &
conterens petras,in quo honor mun-
di notatur . Non in Spiritu Dominus.
Et poſt ipſum commotio,gulæ,uel lu
xuriæ. Nam uenter , & genitalia ſibi C
ſunt uicina,ut dicit Hieronymus Non
in commotione Dominus, & poſt cõ-
motionem, ignis auaritiæ. Nõ in igne
Dominus . Vnde Iob. Non inuenitur
in terra ſuauiter uiuentium. Ecce gu-
la, uel Luxuria . Abiſſus dicit , non
eſt in me, ideſt auaritia . Mare loqui-
tur. Non eſt mecum.Mare eſt tumul-
tuoſa cogitatio ſuperborum,quæ flu-
ctus elationum ebullit. Hæc ſunt illa
tria inter nos , & Deum , quæ non ſi-
nunt ipſum videre, ſcilicet Sartago . D
Ezech.4. Murus Dauid, de quo pſ. In Deo meo
Pſal.17. tranſgredias murum. Nubes Ieremiæ,
Thre.3. de qua dicitur oppoſuiſti nubem , ne
tranſeat oratio . Per ſartaginem , in
qua carnes frixantur, Ecce gula , per
murum Auaritię:quia murus fit de ter
ra . Nubes uero, quæ in altum uolat,
euaneſcit. Ecce ſuperbia . Contra
hunc triplicem gladium debemus op
ponere ſcutum triangulatum. Ieiu-
nium contra gulam, orationem con-

A tra ſuperbiam . Eleemoſinam contra Iob.40.
auaritiam ita fratres concidere debe- Ezech. 31.
mus Leuiathan. Ita ſuccedere Pharao
nem quaſi cedrum, ideſt calcare dęmo
nem, eius uincentes tentationes. In his
tribus exercetur militia Chriſtiana ,
maxime in quadrageſima.

DE PERVIGILI CIRCVM-
ſpectione Monachorum aduer-
ſus iacula diaboli .

*Sermo III.*

SI Tanto ſtudio tantaque
ſedulitate ſęculares ho-
mines ſolliciti ſunt de
ſęculi rebus, atque ne-
gotijs , ſicut nauta de
regimine nauis , pater de filiis , do-
ctor , de diſcipulis , amicus de con-
ſeruatione amoris , ſeruus de gratia
Domini , Pauper denique de quoti-
diano uictu quærendo . Quid nobis
C æterno Regi militantibus faciendum
eſt,quantaque cum diligentia,& ſum-
ma cura ſemetipſam debet mens uo-
ſtra vndique circumſpicere , cum in
mundo non niſi pugna aduerſus dia-
bolum quotidie geratur,& contra ia-
cula eius,atque tela conflictationibus
continuis dimicetur? Cum auaritia
uobis , cum impudicitia , cum ira , &
indignatione , atque ambitione con-
greſſio eſt , cum carnalibus vitijs aſſi-
dua, iugis,& moleſta eſt luctatio . Ob-
D ſeſſa mens hominis & undique zabuli
infeſtatione uallata vix occurrit ſin-
gulis, uix reſiſtit. Si auaritia proſtra-
ta eſt, exurgit ambitio, ſi ambitio cõ-
preſſa eſt , ſuccedit libido . Si libido
deprimitur , ira exaſperat . Inflat ſu-
perbia, vinolentia inuitat, inuidia con
cordiam rumpit. Vnde quamdiu
in hac uita mortali gradimur, nunquã
nobis libertatem perfectam , ſeu re-
quiem a tentationibus polliceamur.
Quod ſi forte nobis tollitur aliqua ,
alte-



Verſutia alteram ſecuri expectemus . Aduer-
diaboli in- ſarius enim noſter tanquam Leo ru-
tentando. giens , & ut hoſtis clauſos obſidens
muros explorat , ac tentat an ſit pars
aliqua membrorum minus ſtabilis, ac
minus fida , cuius aditu ad interiora
penetretur, offert oculis formas illici-
tas , & faciles uoluptates ut uiſu de-
ſtruat caſtitatem aures per canoram
muſicam tẽtat, ut ſonus dulciori audi-
tu ſoluat , & molliat Chriſtiani uigo-
rẽ. Honores terrenos promittit, ut cę-
leſtes adimat . Oſtendit falſa, ut uera
ſubripiat.Quare non abs re fratres di
lectiſſimi , Dominus noſter uigilare
nos admonet: nam inimicus noſter
omnes quos põt dolos, & fraudes ma
chinatur cunctoſq. in hoc ſine inter-
miſſione ſolicitat & plena diligentia
intẽdit neruos ſuos, ut æternis nos mi
ſerijs,& perditioni inuoluat . Explo-
rat ſi qua hora, uel momento deuotio
nis ſtudium negligamus , aut quam
exteriorum ſenſuum noſtrorum fene-
ſtram apertam relinquamus , nec ſu-
per cuſtodiam noſtram ſtemus , cum-
que aliquid horum animaduertit , re-
Diabolus pente irrepit, & quicquid boni collige
fur. Serpẽs ramus furatur . Ipſe, enim fur , Leo,
Leo Homi ſerpens , & homicida dicitur. Tan-
cida. quam fur gratiæ bona ſurripit . Vt
ſerpens animam noſtram malitiæ ſuæ
ueneno uenenare intendit . Sed ut
leo, animas conatur deuorare . Tan-
quam homicida, hoſpites ſuos iugu-
lare . Quamobrem uigilanti ſunt ſtu
dio hoſtis inſidiæ præcauendæ, & ora D
tionis, & diuinæ ſcripturæ meditatio-
nibus corroborandus eſt animus , &
contra omnia diaboli iacula firman
dus . Sit in manibus diuina lectio, in
ſenſibus diuina cogitatio , oratio iu-
gis omnino non ceſſet, ſalutaris opera
Diabolus tio perſeueret . Spiritualibus ſemper
quos pręci actibus occupemur, vt quotieſcun-
puè tentat. que inimicus acceſſerit quoties adire
tentauerit & clauſum aduerſum ſe
pectus inueniat, & armatum . Nam

A illos inſidiando aduerſarius noſter ap-
petit, quos pro amore ſupernæ patrię
a præſentis uitæ gloria deijcere a-
gnoſcit , & quanto magis rebellare ſi-
bi conſpicit, tanto amplius expugna-
re contemnit. Varijs vtitur in eos ten-
tationum laqueis callidiſſimus hoſtis,
cui nullum aliud deſiderium eſt, nul-
lum ſtudium, nullum negotium , niſi
effundere ſanguinem animarum. Non
enim pro magno æſtimat ſi eos abſor-
beat quos ſuperbia erigit , auaritia ta-
B befacit, voluptas dilatat , malitia an-
guſtat, ira inflamat, diſcordia ſeparat,
inuidia exulcerat . Illos enim pulſare
negligit, quia quieto iure eos ſe poſſi-
dere ſentit, ſed illos magnopere rape-
re nititur , quos deſpectis terrenis in-
iungi iam cœleſtibus contemplatur .
Etenim ſicut latrunculi non in via va-
cuos uiatores capere expetũt, ſed eos.
qui auri vaſculum, vel argenti ferunt.
Sic ille deceptionis molimina arden-
tius exquirit, quanto aliquem cœleſti
C patriæ feruentius inhiare cognoſcit.
Vnde tanto aliquis neceſſe eſt , vt in-
ſidiantes ſpiritus caueat, quanto maio
ra ſunt bona, quæ portat.Qui ergo dia
boli laqueos uitare cupit, ſtet in timo-
re Domini firmiter radicatus , & cun-
ctas facilè ſuperabit inſidias inimici .
Scriptum eſt enim in lib. Prou. per ti- Prou.c.15.
morem Domini declinat omnis a ma
lo . Seruet etiam humilitatem . Quid Contra dia
enim contra diabolum humilitate po bolum ni-
tentius? Petra eſt fortior, & adamante hil poten-
D ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatẽ tius humi-
collocat, quàm queant turres, vel mu litate .
ri, omnibuſque diaboli machinamen-
tis ſublimior facta inſuperabiles fa-
cit.Quemadmodum ex aduerſo elatio
quoslibet ad captũ faciles reddit, am-
pulla facilius rumpitur , aranearum
textura facilius ſcinditur, fumo leuius
diſſoluitur. Heu quot videre erit , qui
hoc in ſęculo magnorum operum , &
virtutum fuere , ſummæ abſtinentiæ ,
in orationibus die, noctuque perſiſten-
N 2 tes,

tes,qui grandem præſetulere ſanctita
tem , & quia elati confidere in profe-
ctibus ſuis cęperunt,& non Deo totũ,
ſed ipſiſmet quod profecerunt deputa
re , laqueos illis inimicus parauit , &
eos ad infernum vſque demerſit; quòd
ſi propriam cogitaſſent conditionem,
& ſi propriam cogitaſſent corruptio-
nem,fateantur neceſſe eſſet, quòd non
eſſet in eis bonum . Et ſi forte aliquod
bonum in eis eſſet, non inuenient pu-
to quod reſpondeant Apoſtolo dicẽti .
Quid habes quod non accepiſti. Et ali
1.Corin.4. bi. Qui ſe exiſtimat ſtare,uideat ne ca
Perſeuerãtiam, quæ dant. dat . Quare cuſtodiamus fratres humi
litatem,& ſi in bono cupimus perſeue
rare,atq; diabolum effugare, ſit in no-
bis aſſidua,& deuota oratio, Dei auxi-
lium iugiter,ac continue poſtulemus,
vt non intremus in tentationem . Ve-
nialia vitemus,quę ad mortalia diſpo
nant,atque frequenter bonorum ope-
rum ſubruũt ædificium. Hæc ſunt quę
faciunt bonum opus conſummare, &
reddũt hominem Deo dilectum. Nam
non qui bene incęperit perfectus eſt ,
ſed qui bene deſinit Deo probatur.
Et vt hoc exẽplis manifeſtetur. Quid
vtilitatis Giezi ex eo cępit, quòd cum
Eliſeo cõuerſatus eſt,ubi auaritię gra-
tia lepram contraxit? Quid lucri, &
Salomoni tanta ſapientiæ copia,& ta-
lis intellectus, & affectus in Deũ, quo
primum erat pręditus, attulit,ubi tan
dem in mulierem inſaniens in ſimula-
crorum cultum incidit? Poteſt etiam
Iudæ de melioribus ad peiora caſus
cautos reddere eos,qui ſecundum Deũ
conuerſantur , qui cum tanto tempo-
re Chriſti diſcipulus fuiſſet,pro modi-
co tandem quæſtu præceptore venun-
dato ſibi ipſi laqueum adſtruxit. Prę-
dicti enim quamdiu in vijs Domini
ambulauerunt,datam ſibi gratiam te-
nere potuerunt, recedente vero ab eis
diſciplina dominica,receſſit & gratia.
Vigilemus ergo;& ne demus ſomnum
oculis noſtris,, vt inſtar caprea ex la-

A queo , & auis ex inſidijs liberemur.
Caprea tamen capi non poteſt laqueo
propter viſus acumen . Auis vero pen-
næ leuitate quando cauta eſt, altior
aucupus inſidijs efficitur . Inde dixit
ſcriptura. Fruſtra iacitur rete ante ocu
los pennatorum . Videamus igitur ne
animalibus ratione carentibus dete-
riores ad noſtram cuſtodiam apparea
mus,ne laqueis deprehẽſi diaboli præ-
da ſub eius poteſtatem redacti efficia-
mur . Sed ſi diaboli victores eſſe cupi-
B mus , iugiter per ſtudium ſanctæ con-
uerſationis orationes noſtras præpare
mus ad tentationem , vt cum venerit,
poſſimus ſic præparati reſiſtere , & eo
fortiores ſtare . Continuo cordis ocu-
los vigilantes ad noſtram cuſtodiam
retineamus, ſemper nos per incremen
ta virtutum extendamus , & quotidie
feruorem ſancti propoſiti nouo ſtudio
reformemus . Suſtineamus pro Dei
amore gaudenter quicquid ille volue-
rit nos ſuſtinere , ut ad illam glorio-
C ſam mercedem,quam Deus in hoc ſtu
dio pro ſuo amore certantibus promi
ſit,poſſimus puenire. Nemo enim fra -
tres a Domino coronatur, niſi qui legi
time certauerit. nam honores, & coro
næ eorum ſunt, qui certando vicerunt.
Quis enim coronabit eum,qui nec ag
greſſus eſt aduerſarium? Quare ſi coro
nari a Domino Deo , cupimus ſi ad-
uerſario noſtræ ſalutis volumus reſiſte
re , eumq́ue ſuperare,vigilemus ſem-
per in orationibus ſanctis, ſemper in-
D ſtemus operib.bonis, vt quoties tenta-
tor acceſſerit, nunquam nos inueniat
ocioſos. Ipſe enim ocio quærit torpen
tem. Incautum ſupplantat militem, il
lumq́ue facillime proſternit, quem ar
mis inuenerit nudatum . Propterea di-
ſcutiamus corporis inertiam,nõ ſimus
tepidi , neque molles, atque deſides,
ſed quotidie ſanctum feruorem refor-
memus. Cõſideremus Loth vxorẽ, quę
dum poſt tergum a Sodomis exiens re
ſpexit , in ſtatuam ſalis conuerſa ſpiri-
tum.



tum efflauit. Quare dum in hoc ſęculo A
ſumus,atque in acie conſtituti, danda
a nobis opera eſt,vt ad virtutum incre
menta perueniamus. Et quod adeptum
eſt , cuſtodia humilitatis ſeruemus .
Oculoſq́ue tegamus, ne per viſum,ſi-
ue per auditum , ſiue linguam in con-
cupiſcentiæ fluctus incidamus, nec ali
quid eorum, quæ tacenda ſunt loqua-
mur. Nec nos iræ tempeſtas, aut furor
euertat. Et ut hæc gubernationis ſcien
tia nobis adſit,morẽ inſpiciamus nau-
tarum, qui in cœlum aſpicere ſolent, B
nocte in arcton , die in Solem , ac per
hoc rectam in pelago viam commen-
tantur . Sic & nos oculos ad cœlum
attollamus ſecundum eum , qui ait.
Ad te leuaui oculos meos , qui habi-
tas in cœlis. Habitantem in cœlo ſo-
lem iuſtitię reſpiciamus, ac velut aſtra
quædam reſplendentia Dei mandata
obſeruantes vigilanter retineamus .
Sicq́ue tuto nauigabimus . Et dum in
hac terra inuia, & incognita iter agi-
mus , quæ vndique laqueis noſtri ad- C
uerſarij circundata eſt, peregrinos imi
temur . Qui cum per viã incognitam
ambulant , ſuo ductori commendant
quod ipſis charius eſt;ſic quia nobis in
cognita uia eſt iuxta pſal. Domine de
duc me in iuſtitia tua propter inimi-
cos meos,dirige in cõſpectu tuo viam
meam, In manus Dominus commen-
demus quod precioſiſſimum nobis eſ-
ſe debet,ideſt ſpiritum noſtrum,vt ip-
ſe nos educat de varijs laqueis , quos
inimici noſtri in pernitiem ſalutis no- D
ſtræ abſcondunt. Quis enim varias dæ
Multiplices tẽtationes diaboli. monum fraudes enumerare poterit?
nempe, qui ad plenum enarrare vo-
luerit, ſuperuacuè deſudabit, quemad
modum caſſo conſumeretur labore ,
qui ſtellas cœli,arenam maris,aut plu
uiæ guttas dinumerare vellet . Mille
nanque modis , inueſtigabiliq́ue no-
cendi arte,ac infatigabili circumuen-
tione ſimplicium animas decipere mo
liuntur , nunc blandis perſuaſionibus

A ignorantium mentes decipere ſtudẽt,
atque quibuſdam rationibus fictis ad
peccatum eos alliciunt , nunc calidis
machinationibus eos præcipitare con
tendunt. Tales niſi maiorum acquie-
ſcant conſilijs,irremediabiliter ruunt.
Aliquãdo ut manifeſti hoſtes per aper
ta certamina corda impetunt . Quan-
doque etiam ut bona deſtruant , qui-
bus prius aduerſari non ualuerunt,ad
operantis mẽtem poſt peractam ope-
rationem veniunt. Eamq́ue tacitis co
B gitationibus in quibuſdam ſuis laudi-
bus excutiunt,ita vt decepta mens mi
retur ipſa,quam ſint magna , quæ fe-
cit , quæ dum per occultum tumorem
apud ſemetipſum extollitur , eiuſq́ue
qui bonum tribuit, gratia priuatur .
Sed ſi nos mala, quæ egimus , reuoce-
mus,quatenus & noſtra cognoſcamus
mala quæ fecimus , & ſolius omnipo-
tentis munus eſſe, cum peccata decli-
namus, cuncta antiqui hoſtis reſiliunt
iacula . Plerunque ita multitudine
C ſtimulorum puſillorum conſcientiam
dubietate confundunt , ut quod mini-
mum,aut nullum peccatum eſt, mor-
tale ab illis credatur.In immane ſe fe-
runt periculum, qui huiuſmodi tenta-
tioni aſſenſum prębent,atque aliquan
do propter conſcientię onus grauiter
delinquunt in his, quæ ſine peccato a-
gere potuerant . Quia quod eſt ſecun-
dum ſe licitum , fit illis illicitum , qui
id contra ſuam conſcientiam agunt ,
licet conſcientia eorum ſit erronea .
D Quapropter ſi qui putant id,quod eſt
veniale,aut nullum peccatũ eſſe mor-
tale,ſi hoc conſcientia durante faciũt,
peccant mortaliter; quia omne, quod
& contra conſcientiam,peccatum eſt.
Sed qui victores plene effici deſiderãt,
ex aduerſo ſeipſos ſuggeſtioni oppo-
nentes,vel in minimo,nullo modo ei-
dem obtemperent. Summa etiam cu-
ra in bonis operibus eſt vigilandum .
Nam antiquis hoſtis, vt teſtatur Papa
Gregorius,dum neque in exordio tem
tationis.

tationis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos intendere ſolet. Quare peruigili circumſpectione opus eſt, ne per errorem viã bonorum operum deſeramus, ne per laſſitudinem ante acti laboris meritũ perdamus, ſed opus conſumemus. Perſeuerantia enim eſt talaris tunica Ioſeph. Hinc etiam per Moſem caudam hoſtiæ in altari afferre præcipimur, ut omne opus, quod incipimus perſeueranti animo compleamus. Vigilare quoque nos oportet, ne bellũ de ipſa victoria oriatur, ut cum immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulſetur, ſed ſic mentem noſtram neceſſe eſt per munditiam erigi, ut tamen ſolicite debeat in humilitate ſubſterni. Nonnunquam etiam ipſe calidus hoſtis ſe fugam arripuiſſe ſimulat, ab ipſo ſuo certamine recedẽs, ac ſi de cętero nunquam bellatoribus Chriſti moleſtiam ſe eſſe illaturum velit. Et hoc facit non, vt illatæ malitiæ finẽ præbeat, ſed ut animus a ſui cuſtodia remiſſior factus grauius ſua ſecuritate ſternatur. Prudentes vero Chriſti milites omnem adhibeant vigilantiã, & eo ſuſpectiores erunt, quo contra ſe quietiores uiderint inimicos. Quare dum in hoc tabernaculo moramur, ſemper diaboli inſidias præcaueam[9], & omnes corporis ſenſus diuino timore muniamus, nullam pacem cum inimicis ſpiritualibus firmemus. Sed ſemper paratos nos eſſe oportet ad bellũ. Et præcipuè in his ſacratiſſimis Quadrageſimæ diebus. Quandoquidem & ipſi ſubliliſſimi aduerſatij acriori inſidiantur aſtutia. Solent etiam Angeli Sathanæ præſertim in orationibus aggredi uarijs, ac obſcęnis cogitationib. & impudicis phantaſmatibus; ſed incumbere ad preces toto corde conemur. Cogitatio omnis carnalis abſcedat, nec quicquam tunc animus quam id ſolum cogitet quod precatur. Clau datur contra aduerſarium pectus, &

A ſoli Deo pateat, nec ad ſe orationis tempore hoſtem Dei adire patiatur. Obrepit enim frequenter, & ſubtiliter. fallens preces noſtras a Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in uoce. Quare inſtemus in oratione, vigilãtes in ea, quia æquum eſt eos, qui ineptis, & prophanis cogitationibus capiuntur, cum Dominum deprecantur a Deo non audiri, cum ſeipſos non audiunt, & Deum memorem ipſorum non eſſe, cum ipſimet memores ipſorum non ſint.

B Quocirca ſi cupimus malignos ſpiritus a nobis recedere, ſpiritus ipſos irrideamus, nihil eis reſpondentes; nam tunc vt ſuperbi a nobis effugiunt. Sed & per uigilanti oculo debet mens noſtra ſeipſam circũſpicere de certamine, quod intra nos eſt: carnem hanc intelligo de peccato natam, in peccato nutritam, corruptã nimis ipſa origine, ſed multo amplius praua cõſuetudine vitiatam. Hæc ſemper aduerſus ſpiritum concupiſcit, ſpi-

C ritus vero aduerſus carnem, ſicque inuicem ſibi aduerſantur. Huic accedit calliđiſſimus ſerpẽs, qui deſideria carnis inſtigat, qui concupiſcẽtiæ ignem quodammodo venenatis ſuggeſtionibus ſufflat, illicitos motus inflammat, & mille nocendi artibus corda hominum tentare non ceſſat. Grauis quidẽ lucta aduerſum domeſticum hoſtem, quem vndique circumferimus. Magnũ quoq; diſcrimen contra diabolicę fraudis aſtutias. Verumtamen in nobis eſt

D ſi vinci uolumus. Sub nobis eſt appetitus noſter. Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in nobis eſt, ſi voluerimus vel dare, aut denegare aſſenſum. Poteſt ille latrare, ſed non non mordere, poteſt ille ſuggerere caſum, ſed non cogere, ut cadamus. Si inimicus inflammat deſiderium cibi, ſolummodo non conſentiamus, & ſic quoties reſtiterimus, toties coronabimur. Excitat ille libidinis motum, negemus conſenſum, & per abſtinẽtiam

carnem



carnem reprimamus. Nam tunc libido bene cedit, ſi gula per abſtinentiã ſubiugatur. Sed nec in hoc deſinit aduerſarius parare laqueos ſuos. Nã multum vigilare debemus, ne dum carnẽ maceramus, ad impatiẽtiam ſpiritus erumpat. Propterea admonet Apoſtolus Petrus, vt in abſtinentia patientiã habeamus. Rurſum vigilare nos oportet, ut nunquam abſtinẽtiam noſtram apud occultum iudicem eximiæ virtutis eſſe credamus, ne cor in elationem ſubleuetur. Nam huic religionis exercitio fraudulenter inanis gloria adulatur. Caſtigatio enim carnis, inquit Cyprianus, ſpiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat. Vigilent etiã abſtinentes ne adſtantes circunſpiciãt, quia ſic ſuperbia cogitationes eorum diabolus trãſfigeret. Denique nec abſtinentiam peregrina quaſi veniens lætitia corrumpat, ne eo abſtinentiæ bonum pereat, quo ſe a ſpiritualibus uitiis minime cuſtodiat. Intueri etiam ſolet tentator uniuſcuiuſque mores, & ibi quærit cauſas nocendi, ubi vidit facilius inclinare mentem. Blandis enim ac lętis mentibus ſæpe luxuriam, nonnunquam uanam gloriam, aſperis uero mentibus ſuperbiam, iram, uel credulitatem proponit. Omnium ipſe diſcutit, vt inquit Magnus ille Leo, mores, oĩum. Scrutator affectus. Attendãt ergo ſibiipſis Chr̃i milites, oculos cordis vigilãtes ad ſe habeãt, cõtra oẽs hoſtis inſidias ſint ſolliciti, ne dum in vno uincunt, in alio ſuperentur. Nam callidus hoſtis, qui animas hominum deuorare cupit hac pugnandi arte utitur ad inſtar viſibilis aduerſarij. Latenter quidem ponit inſidias ad omnes hominis ſenſus, deinde ad vnius tantum ſenſus expugnationem totus oſtendit, vel dum ad defenſionẽ ſenſus illius homo cõuenit, ſenſus alij ubi nulla adeſt ſuſpicio, capiantur, ut qui cognitus reſiſtentijs uirtute repul-

A ſus ſit, latens obtineat quod certando non potuit, quare diuinæ protectionis auxilio in his omnibus opus eſt. Voce ergo cordis ad Dominum clamemus. Domine ne longe facias auxilium tuum a me. ad defenſionem meam conſpice. Et in hoc aſſidua pugna Deo gratias agamus, ſcientes quod tantum diabolo permittitur tẽtare, quantum nobis prodeſt vt exerceamur, ut probemur, & ut coronemur. Nam niſi præceſſerit pugna,

B non poteſt eſſe uictoria, & tunc detur uincentibus corona, cum fuerit in pugnæ congreſſione uictoria. Idcirco fratres & ſi in medio inſidiatorum, & in medio præliorum ſumus, gaudeamus. Nam hoſtis in pugnãdo labores ingerit, ſed coronas immortalitatis parat. In paucis cui infeſtantur a diabolo uexantur, ſed poſtea in multis bene diſponentur. Etenim quos Deus tẽtare permittit, facit eos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace eos probat,

C & quaſi holocauſti hoſtiam accipit illos. Sed ut uictoriam conſequamur in tentationibus, de proprijs viribus nequaquam præſumamus, ſed omni fiducia in Deo ſolo collata uelut pauperes, & mẽdici ad ipsũ fugiamus dicẽtes, Dñe pater miſericordię, & Deus totius conſolationis per amariſſimam paſſionem dilecti filii tui me famulũ tuum ab hac tentatione liberare digneris, ne huic uel alteri unquam conſentiam. Amen. Deus propitius

D eſto mihi peccatori. Domine libera me ab inimicis meis quoniam ad te confugi. Ieſu Chriſte fili Dei uiui miſerere mei. Reſpiciamus Beatam Mariam in omni tentatione, ac tribulatione, & dicamus. Maria mater gratiæ mater miſericordiæ &c. quia non ſic timẽt hoſtes uiſibiles quaſi caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ uocabulũ, & patrocinium. Fluunt, ac pereunt ſicut cera a facie ignis, ubicunque inue

niunt

niunt crebram huius nominis inuoca
tionem, deuotam recordationem, ſol-
licitam imitationem, His ergo armis
muniti facile præualere poſſumus ad
uerſariis nominis noſtris, quod conce
dat Deus per ſuam miſericordiam.
Amen.

## DOMINICA SECONDA IN Quadrageſima.

### *Sermo I.*

Sermo 27. MAGNA eſt profecto
uis orationis, fratres di-
Hiere. lectiſſimi, Ecce vt inquit
ſuper Iſa. Hieronymus, cum Ange
49. lo oratione, non mani-
bus, luctabatur Iacob. qui cum eum
uellet relinquere, & ad Deum euola-
Gen.31. re flectu, & oratione in fortitudine
ſua præualuit Deo, & inualuit preci-
bus impetrans benedictionem, & gra
tiam apud Eſau. Vnde inquit ſcript.
Oſeę 12. In fortitudine ſua directus eſt cũ Ange
lo, & inualuit ad Angelũ, & cõfortatus
eſt fleuit, & rogauit, & inuenit eũ. Et
Gen.32. iterũ. Quoniam ſi contra Deum fui-
ſti fortis, quanto magis contra homi-
nes præualebis .i. Si mecum, qui Deus
ſum pugnare potuiſti, quanto magis
cum hominibus, ideſt cum Eſau for-
Duo bra- midare nõ debes? Hæc igitur ſunt duo
chia quib? brachia, quibus tenetur Angelus ma-
tenet Chri gni conſilii a bono luctatore, fletus,
ſtus fletus & oratio ſic cum uellet Dominus ira-
& oratio. ſci contra populum ſuum, illumque
Exo.32. delere oratione Moſes placatus eſt
Dominus, vt nõ faceret malum, quod
locutus fuerat aduerſus populũ ſuũ.
Sic & hodie. Et ecce Mulier quædam
Chananea alienigena, gentilis, ut in-
Mat.7. quit alius Euangeliſta, conſurgit ad lu
ctandum cum Deo. Tandem oratio-
ne eum retinet, ſuperat, atque cogit, ut
dicat. O mulier magna eſt fides tua,
fiat tibi ſicut uis, ideſt ſicut petis. Sed
Matt. ueniamus ad hiſtoriam. Et egreſſus in-

A de Ieſus inquit Euangeliſta, ſeceſſit in
partes Tyri, & Sydonis &c. Egreſſus
dicitur Ieſus ſecundum carnem de Iu-
dæis, ut nos ſaluaret, quod eſt res hu-
ius nominis Ieſus, vel Egreſſus a Scri-
bis, & Phariſęis, ideſt diuiſis, qui glo-
riabantur de ſua religione. Non, enim
cum talibus habitat Chriſtus, ſed
cum humilibus. Et hoc eſt habitare
Abraham in conualle Mambre, ideſt Gen.13.
Chriſtum habitare cum humilibus. In
partes Tyri, & Sydonis. Tyrus, fortitu
B do, uel tribulatio, Sydon uenatio mę-
roris. Venit ergo Ieſus fortis in tribula
tionibus uenari in ſyluã noſtram, pę-
nam, & huiuſmodi. Vnde per Pſal. di-
citur in perſona Domini. Tribulatio- Pſalmus.
nem, & dolorem inueni, & nomẽ Do
mini inuocaui. Tribulationem, & do-
lorem inuenit, quia eam ſcilicet uenit
quærere in terra, non coactus, ſed uo-
luntarius, & in tribulatione illa nomẽ
Domini patris inuocauit, dicens Heli
Heli Lammazabathani. Vel egreſſus
C de obſeruantia legalium uenit ad an-
guſtiatos. Venit enim quærere quod
perierat. Sic Prædicator debet egredi
ut venetur Domino peccatores, & ut
animas a Diabolo detentas prædica-
tione ſua ad Deum reuocet, quia de
hac uenatione uult comedere Iſaac, Gen.27.
ideſt Deus. Et in Tyro uenatur Domi-
nus, quia anguſtia eſt ſaltus ubi pœni-
tentes capiuntur: Hinc Scrip. Anima Barac.3.
in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat
ad te. Et ecce mulier Chananea a fi- Prouer.31.
D nibus illis egreſſa. Chananea interpre
tatur commutata, & ſignificat popu-
lum gentilem uenietem ad fidem, vel
Eccleſiam ex gentibus. Hanc etiam ſi- Matth. 26.
gnificat mulier, quæ effudit vnguen- Luc. 13.
tum ſuper caput, & pedes Chriſti.
Eadem & eſt mulier curuata, ideſt Ec
cleſia ex gentibus, quæ erecta eſt a
Chriſto. Ipſa quoque eſt mulier, quæ Luc. 13.
perdidit drachmã. Ipſa etiam eſt mu- Prou.31.
lier fortis, & gratioſa, quæ habebit Eccleſia dr
gloriam, quæ recte dicitur mulier, mulier.





quia coniuncta Chriſto tanquam vi-
ro. Et propter viri ſui, ideſt Chriſti fę-
cundationẽ, ſementis, ideſt ſancti pro
poſiti conceptionem. Prolis, ideſt bo-
ni operis educationẽ. Hæc mulier cõ-
mutata eſt, quia habet in oculis pudi
citiam, vel, quia mundi huius pulue-
rem, ſqualoremq́ue deterſit, in au-
ribus obedientiam, in naribus pru-
dentiam, in palato temperantiam,
in ore ſapientiam, in corde munditiã,
in manibus innocentiam, in pedibus
prouidentiam, vel aliter. Tunc dicitur
commutata, quando habet pulchrum
caput rectæ intentionis, & capillos ſan
ctarum cogitationum, oculos, ideſt
pulchram uitam Doctorum, aures cla
ræ diſcretionis. Faciem conſcientiæ
interioris, vel ſplendidam mentem,
vel quia fidem confiteri non erube-
ſcit. Os, & linguam veræ locutionis,
guttur, & palatum dulcis deuotionis,
collum eloquentiæ facundioris. Ge-
nas, ideſt caſtitatis decorem, manus,
& brachia bonæ operationis, pectus,
& fidele cor firmæ dilectionis, ven-
Leuit.13. trem, & inteſtina viſceroſæ compaſ-
ſionis, pulchrum ornatum, & pellem
honeſtæ conuerſationis exterioris.
Luc. 7. Pulchros greſſus, ideſt honeſtatem ope
rum. Vel mulier eſt anima effemina-
ta, & peccatrix, quam etiam deſignat
mulier meretrix. Et illa, quę procidit
ad pedes Chriſti, quia peccatrix. Sic
mulier curuata erecta a Chriſto, & a-
nima terrenis curis grauata. Et hæc di
citur Chananęa, ideſt commutata nõ
ſolum a peccato, ſed etiam a finibus
Eſa.49. Tyri, & Sydonis, ideſt ab occaſionibus
peccatorum. Tyrus enim interpreta-
Gen. 25. tur anguſtia, quod eſt peccatum, quia
cor hominis nimis anguſtat. De quo
Eſa. Anguſtus eſt mihi locus, fac mihi
ſpacium, in quo habitem. Item vena-
tio eſt cupiditas, vnde venator Eſau
Gen.41. deſignat ſectatores rerum tempora-
lium. Igitur tunc anima dicitur com-
mutata, quando peccata deſerit, & oc

A caſiones peccatorum per pœniten-
tiam. Hanc commutationem ſignifi-
cabat Ioſeph, qui de carcere eductus
mutatorijs indutus eſt. Sic & Ieſu ſor-
dida veſtimenta auſeruntur, & muta-
torijs induitur. Sic mutare veſtem
Aethiopis hoc ſignificat, ſcilicet exue
re veteris hominis opera, nouumq́ue
aſſumere, & a uitijs tranſire ad virtu-
tes, a tepore in feruorem, a libidine
in caſtitatem, quod etiam dicitur cõ-
mutare renes. Ergo ſic commutata ani Eſa.40. &
B ma egreſſa eſt. Sed nota quòd vterque 41.
egreditur Ieſus, & mulier. Vnde Salo.
Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ. Cant. 7.
Ac ſi dicat. Egredi non valeo, niſi & tu
mecũ egrediaris: nã ſine te nihil poſ-
ſum facere. Non.n. qui plantat eſt ali- 1.Corin.3.
quid, neque qui rigat, &c. Clamauit,
dicens ei. Miſerere mei Domine fili
Dauid. Filia mea male a dæmonio
vexatur. Miſerere mei. Magna fi-
des Chananeæ hic notatur, credit
Deum, dum Dominum vocat, Ho-
C minem, vbi dicit. Filium Dauid. Con-
fitetur enim eum eſſe Meſſiã promiſ-
ſum in lege, qui naſciturus erat ex Da
uid. Verè igitur Chriſto digna oratio, Oratioq́ue
non ſolum ob eius breuitatem, contra digna Chri
illos, qui extendunt orationem ſuam ſto.
in mille verſus, quaſi apud Dominũ
multitudo ſermonum neceſſaria ſit,
qui labia mouent, cor autem eorum
longe eſt ab eis. Volunt enim Dominũ
audire preces eorum, & ipſi non au-
diunt preces ſuas. Sed etiam quia v-
D tranque eius naturam indicat. Diui-
nam, dicens. Miſerere mei Domine,
humanam filij Dauid. Miſerere. Nihil
ex merito poſtulat, ſed ſolam Dei mi-
ſericordiam efflagitat, dicens. Miſere-
re. Miſerere. Hæc oratio duos cęcos Matth.9.
illuminauit. Miſerere. Vnde Orige-
nes, inquit. Vide prudentiam mulie-
ris non iuit ad homines ſeductores,
non quæſiuit inanes ligaturas, ſed om
nes relinquens diaboli cultus venit ad
Dominum. Nõ petiuit Iacobum, non

rogauit Ioannem, non acceſſit ad Pe A
trum, ſed ſuſcepit in ſe pœnitentiæ pa
trocinium, & ſola cucurrit ad Domi-
num. Miſerere. Abyſſus abyſſum inuo
cat. Abyſſus miſeriæ, abyſſum miſeri-
cordiæ. Miſerere. Non vult contem-
nere, nō quærit diſcutere, ſed breui vti
tur via. Confitetur ſe peccatricē, quia
iuſtus in principio accuſator eſt ſui.
Miſerere mei. Magnus effectus, quia
malum filiæ dicit eſſe ſuum. Vnde in
hoc notatur compaſſio. Hinc Apoſt.
2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. B
Rurſum. Clamauit confidenter. ibi.
Miſerere mei. Compatienter. ibi. Fi-
lia mea. Infatigabiliter. ibi. At illa ve
nit. Humiliter. ibi. Nam & catelli.
Vide etiam quam vſa fuit arte orato-
ria. Non enim cito petijt, ſed prius in
choauit a laude Dei. Sic oratores ſa-
pientes hanc habent diſciplinam, ut
Iudicem fautorem ſibi præſtent, inci-
piunt a laudibus eius, ut beneuolum
ſibi faciant cognitorem, deinde quid
petant exprimunt. Habes hoc in ora- C
tione Dominica. Prius incipitur a Dei
laude, deinde venitur ad petitiones.
Sic mulier iſta prius diuinam naturā,
& humanam confitetur in Chriſto, &
poſtea inquit, quia filia mea male a
dæmonio vexat. Vulnera medico de-
tegit, non dimidium morbum, ſed to-
tum. Magnitudinem etiam morbi o-
ſtendit, cum dicit. Male vexatur, &
a quo, quia a dæmonio. Hinc nota ꝙ
diabolus poteſt hominem vexare, ſed
non ſuperare. Vnde ad Dominum di- D
Matth. 4. xit. Mitte te deorſum, non autem præ
cipitauit. Filia mea, ideſt peccatrix ani
ma, vel ſenſualitas, & ſic mater, ideſt
Vexatio mala. ratio rogat pro ſenſualitate. Male ve-
xatur, propter diaboli ſubſannatio-
nem, ipſius incompaſſionem, menta-
lem afflictionem, bonorum damnifi-
cationem, Dei prouocationem, cœle-
ſtis curię offenſionem. A dęmonio, qui
Diabolus qualiter ſciens interpretatur. Diabolus enim
dicitur ſcire cogitationes mentium

A propter exterius iudicium, vires her- ſciat cogitationes mentis.
barum, propter antiquum exercitiū.
Vexatur. Eſt vexatio curioſa in diui- Vexatio multiplex.
tijs acquirendis, laborioſa in volupta
tibus explendis, fruſtatoria in honori-
bus ambiendis, conſolatoria in tribu- Quare Dominus Chananeæ non reſpondit. Matth. 15.
lationibus amplectendis, delicioſa in
peccatis puniendis, pernitioſa in dę-
monibus ſuſtinendis. Qui non reſpon
ditur ei uerbum. Non de ſuperbia Pha
riſaica, ſed ne ipſi cōtrarius uideatur.
In uiam gentium ne abieritis, ut fidē
B orantis probaret, & ut ſuos orando
perſeuerare doceret. Et ut differēdo,
& non reſpondendo patientiam, &
perſeuerantiam mulieris nobis oſten-
deret, & quia facilitas uenię incenti-
uum parit delinquendi. Vnde Orige-
nes. O mirum, & inauditum negotiū
hæc flebilis mater petit, & obſecrat, &
lamentum ſuum producit in clamo-
rem, & conſolator omnium lugentiū
non reſpondit ei uerbum. Latet fons
uitæ, ſummus medicus medicinam oc
C cultat, ut tempore ſuo daret, & propte
rea non reſpondet non propter indi-
gnationem, ſed ut patientiam, & con-
ſtantiam, & perſeuerātiam probaret,
probando manifeſtaret. Tacet ille, de
quo dicitur. Deſiderium pauperum Pſalmus.
exaudiuit Dominus, & ut deſiderium
Chananeæ magis accenderetur. nam
ſpes, quæ differtur affligit animam.
Tacetur, ut ad aſſiduitatem illam exci
taret. Tacet, ut diſceret quid ſit donū
Dei, & ut gratius habeatur. Et ut ipſe
D animos diſcipulorum magis excita-
ret, nobis proponens in exemplum, ut
ſanctorum auxilia iugiter implore-
mus. Vnde ſequitur. Et accedentes
diſcipuli eius rogabant; Dimitte eam,
quia clamat poſt nos. Ipſe autem re-
ſpondit. Non ſum miſſus, ſcilicet cor
porali miſſione, niſi ad oues, quæ pe-
rierunt domus Iſrael, ideſt ad Iudæos.
At illa uenit, & adorauit eum, ut Deū.
Iuxta illud Dominum Deum tuū ado Matth. 4.
rabis, dicens. Domine adiuua me.





Supra humanitatem confeſſa eſt. ibi. A
Fili Dauid. Hic diuinitatem. Domine
adiuua me. Non enim ſegnior facta
fuit, quia dixit. Non ſum miſſus, niſi
ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.
Quod quidem dictum Apoſtolos ab-
ſterruit, ne pro muliere intercederēt.
Sed magis vrget Dominum, dicens.
Domine adiuua me. Ita enim ſe habet
anima dolens, & amore feruens, nihil
attendit quod dicitur, ſed unum ſolū
ſpectat, quomodo ea, quæ ſibi curæ
ſunt aſſequatur. Domine adiuua me. B
Sex in oratione neceſſaria. In hoc verbo Adiuua, quæ ſunt ſex li-
teræ notantur ſex, quæ ſunt neceſſaria
in oratione. Prima litera A. vt ſit al-
ta. Secunda deuota. Tertia inſtans.
Quarta humilis. Quinta uigilans. Sex
ta aſſidua, & attenta. Sic fuit ora-
tio huius mulieris. Fuit enim alta,
dicens. Miſerere. Breue verbum, ſed
magnum pelagus miſericordiæ con-
tinet, quia vbi miſericordia, ibi omnia
bona. Continet etiam diuinitatem, &
humanitatem, vt ſupra diximus. Dein C
de confitetur etiam Deum, dum dicit.
Adiuua me. Non roga pro me. Fuit
& deuota, dum dicit. Miſerere mei.
Item adorauit eum. Fuit inſtās. Nam
quanto plus Dominus multiplicabat
negationes, tanto magis multiplica-
bat deprecationes, eundo ante, vel
poſt Dominum. Vnde per hanc ora-
tionem aſſiduam, quæ illi parata non
erant, accepit. Non enim, inquit, bo-
num eſt ſumere panem filiorum, &
dare canibus, & tamen dedit, quia ve- D
hementer exegit. Iudæi uero quia de-
ſidioſi, etiam propria perdiderunt. Si
ergo canis ſis, inſta, & anteponeris
filio deſidi, quia ſi iudicem non timen
tem Deum, neque homines erubeſcē-
tes uidua inflexit, quanto magis bo-
num iudicem interpellatio aſſidua?
Multum enim accepta eſt Deo impor
tantes in oratione. nam indignum fre
quens oratio dignum reddit. Humilis
etiam fuit, quia indignitatis ſuæ con-

A ſcia non indignabatur ſe totiens reij-
ci ab eo, qui tam facilem ſe alijs præ-
buerat, qui Cēturioni dixit. Veniam,
& curabo eum. Et qui paralyticos cu-
rauit, leproſos mundauit, mortuos ſu
ſcitauit, canibus illam comparat, &
illa ſe catellam agnoſcēs petit micas,
quæ cadunt de menſa Domini, fate-
tur ſe catellam, ut a catelli brutalitate
liberetur, & in filiorum ponatur ordi
nem. Vnde Dominus dixit. Non eſt
bonum ſumere panem filiorum, & da
B re canibus. Et ipſa etiam Domine.
Ille Iudæos filios uocat, hæc autem
Dominos. Ipſe canem eam nominat.
Et illa, canem me dicis. ergo nutri
me, ut canem, contenta ſum micis ca
tulorum. Vigilans, quia nunquam de-
ſiſtit quouſque impetrauerit. Attenta
fuit, quia in pauciſſimis uerbis uſa eſt
arte oratoria, Domine fili Dauid, &
petijt quod volebat, & tantum in ea
perſeuerauit cum humilitate, vt vin-
ctus Dominus dicat. O mulier ma-
C gna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Vox
admirantis obſtupeſcendo fidem. Ma-
gna eſt enim fides tua. Fides dicitur Fides magna.
magna, potens omnia miracula face
re. Vnde Dominus. Si habueritis fi- Matth. 27.
dem ſicut granum ſinapis, & dicetis
huic. Tranſi hinc illuc, & tranſibit, &
nihil impoſſibile erit vobis. Item de-
uotione potens lachrymas producē-
re. Item conſtantia, potens vincere
omnia mundi blanda, & aduerſa. Vn-
de per Ioan. Dominus. Hac eſt victo- 1. Ioan. 7.
D ria, quæ uicit mundum fides veſtra.
Inſuper magna eſt fides Chananeæ,
quia cum uidit Dominum ſæpius ad-
uerſantem ſuas preces, & a principio
neque reſponſum dantem, & eam vo-
cantem canem, & tamen adeo perſe-
uerauit, ut cum admirationem, & lau
dibus eam dimittat, dicens. Fiat tibi
ſicut vis. Ecce fratres quare eam Do-
minus diſtulit exaudire, ut oſtendere-
tur eius virtus. Sic & Centurioni, di-
cēdo. Veniam, & curabo eum. Et ille.

Domine non ſum dignus, ut intres A
ſub tectum meum, ſed tantum dic ver
bo, & ſanabitur puer meus. Perdiſce-
remus fidem, & reuerentiam eius, ſic
& huic mulieri non ſolum ſimpliciter
annuit precibus illius, ſed prędicauit,
& celebrauit illam. Nam dicendo.
O mulier mõſtrauit quomodo fidem
eius obſtupeſcat, dicendo autem Ma-
gna eſt fides tua, diuitias quoque mu-
lieris oſtendit. Deinde inquit. Fiat
tibi ſicut uis, ideſt quantum uis,
B quantum animo concipis tantum prę
beo. Tanta enim tua perſeuerantia
dignam te declarauit tua petitione.
Et nos fratres imitemur huius Sanctę
mulieris fidem, pietatem, dum rogat
pro filia, & perſeuerantiam in oratio-
ne cum profunda humilitate. Nam
nihil precatione frequenti, & ſincera
validius eſt, nam & hominum, quos
ualde exulcerauimus, iræ quieſcunt,
ſi diluculo, & meridie, & veſperi a-
pud eos comparemus, atque cum il-
C lis continua, atque humili conſuetu-
dine conuerſemur, multo magis apud
Deum, ſi frequens fueris licet indi-
gnus ſis, dignus tamen eris, quoniam
& indignus diutina familiaritate di-
gnus fieri potes. Vt igitur, & præſen-
tem uitam facilius tranſigamus, & ad
iudicium fidentius migremus, multo
ſtudio, alacritateque ſedula precibus
vacemus, quia ſic repoſita bona ob-
tinere poterimus, quæ nobis om
nibus per gratiam, & miſe
ricordiam ſuam con-
cedat D.N. Ieſus
Chriſtus cui
cum pa-
tre,
& S. Spiritu ſit gloria,
Imperium, & ho-
nor in ſęcula ſę-
culorum.
Amen.

## *De frequenti oratione.*
## *Sermo II.*

SI doctor orbis Paulus Sermo 27.
talis, ac tantus, cui re-
uelata ſunt myſteria,
qui in tertium cœlum
raptus in carcere com-
peditus, vna cum Sila media nocte pre
ces, & laudes continuas Domino offe
rebat. Et ſi Dauid Rex ſimul, & pro-
pheta purpura, ac diademate amictus
B tantis implicitus negotijs, ac regni ne
ceſſitatibus occupatus ſepties in die
laudes Domino dicebat, matutinis, ac
ueſpertinis ſacrificijs ſemper intẽtus.
Quid nos facere oportet, qui legimus.
Vigilate, & orate ne intretis in tenta-
tionem. Et iterum, vigilate in oratio- 1. Pe. 4.
nibus. Vbi notandum quod inquit.
Vigilate, propter inſidiam inimici:
quia tunc multimodas cogitationes,
& vanas, atque varias imittit. ſicut le-
gitur in Gen. quod aues multæ inſi- Gen. 15.
C diabant ſuper ſacrificium Abrahæ,
quas ipſe abigebat. Et Eccl. Muſcæ Eccl. 10.
morientes perdunt ſuauitatem un-
guenti. Rurſum inquit Apoſt. Petr.
Vigilate: quia oratione ſomnolenta, &
tepida parum valet. Hinc Ioannes.
Scio opera tua, quia neque frigidus Apoc. 4.
es, neque calidus, vtinam frigidus ſis
aut calidus, ſed quia tepidus es, inci-
piente euomere de ore meo. Inſu-
per in hoc quod dicit. In orationi-
bus, notatur inſtãtia orationis, & per-
D ſeuerantia. Vigilare igitur debemus
in orationibus, eo amplius, quo fre-
quentius carnis, ac mentis fragilitate
delinquimus, ut deuia laſſis, & iſtius
æui curſu, ac uitæ huius anfractu gra-
uiter fatigatis panis refectionis deeſſe
non poſſit, qui cor hominis cõfirmet.
Ideo ſingulis horis, atque momentis
oportet Deum precari, vt in omni ne-
gotio, in tentationibus atque præſſu-
ris, in neceſſitatibus, in omni euentu,
omni tempore, & vbique feſtinanter
acce-



accedamus ad orationis ſuffragium, A
quietis portum, ad implorationis ad-
miniculum, iuxta Saluatoris ſenten-
tiam dicentis. Oportet ſemper ora-
re, & non deficere. Nam dum in hoc
tabernaculo ſumus, ſemper pugna ad
uerſum diabolum geritur, ideo num-
quam debet Chriſti miles arma ora-
tionis abijcere: quia nihil tam vali-
dum reperitur ad hoſtium noſtrorum
conterendum rabiem, quam oratio-
Semper nis perſeuerans opus. Etenim Media-
orandum toris noſtri manifeſtum exemplum B
exemplo eſt qui in oratione pernoctabat non
Chriſti. utique indigens precationis auxilio,
ſed ſtatuens nobis imitationis exem-
Luc. 3. plum. Orauit in baptiſmi ſuſceptio
ne, ut accedentibus ad baptiſma daret
Ioan. 9. formã orandi. Et inſtruens nos, quòd
Eccl. 19. peccatores Deus non exaudit. Et quòd
non eſt ſpecioſa laus in ore peccato-
ris: Hinc poſtquam Ieſus fuit bapti-
Luc. 5. zatus, orauit. Orauit in deſerti ſoli-
tudine, ut inſtrueret contemplantes.
Orauit in prædicatione, ut formam C
Matt. 26. daret prædicatoribus. In miraculo-
rum operatione, ut modum acciperẽt
operãtes. In paſſione, vt doceret quod
Luc. 22: debemus vitare mortem, quantum
poſſumus. Verum ſi non poſſumus,
ſubijciamus uoluntatem noſtram di-
uinæ voluntati. Vnde de Domino ſic
legitur. Pater ſi uis, transfer a me ca-
licem iſtum, verumtamen non mea
voluntas, ſed tua fiat. Orauit in cor-
Luc. 22. poris adminiſtratione, vt formam ca-
perent ſacerdotes. In Spiritus cõmen D
Luc. 23. datione, dicens, In manus tuas cõ-
mendo Spiritum meum. In quibus
verbis docet nos, moriens magiſter
bonus Ieſus, quid faciendum ſit nobis
in omni periculo tentationis, & in ip-
ſo articulo mortis. Tunc enim Pater
vocandus eſt, tunc filiali amore ei me-
dullitus adhærendum eſt. Tunc po-
tiſſimum ei ſpiritus comendandus eſt,
quia tunc maximè dæmones circum-
eunt quaſi leones præparati ad eſcam.

A Sed quomodo, vel qua fronte, uocabit Eccl. 51.
patrem, qui nunquam uixit ut filius?
Nec etiam tunc reſpuit Dominus au-
dire clamantes ad ipſum. Vnde Hie- Hiere. 3.
re. fons meretricis mulieris facta eſt ti
bi, noluiſti erubeſcere. Exemplo ergo
Domini noſtri Ieſu Chriſti, & aliorũ
ſanctorum habemus qualiter ſine in-
termiſſione orare debemus. Legimus Luc. 2.
enim quod Anna non diſcedebat a tẽ
plo ieiunijs & orationibus ſeruiens
die, ac nocte. Iacob. Alphei ex utero
B matris ſuæ ſacrificatus ex aſſiduitate
orandi contraxerat in genibus duri-
tiem camelorum. Bartholomęus
centies in die, & centies in nocte ante
Deum genua flectebat. Sed dicet ali
quis uidetur impoſſibile ut ſemper la-
us eſſe poſſit in ore homini? Quando,
enim in vitæ factis varijs, aut ſermo-
nibus occupatur, laus Dei in ore ho-
minis haberi non poteſt. Quando Sine inter-
dormitur homo penitus ſilet. Bi- miſſione o
bens vero, aut comedens quomodo rare quali-
C Deum homo laudabit? Ad hæc dici- ter intelli-
mus, quod hæc uerba tripliciter intel- gatur.
ligi poſſunt. Primo quantum ad ip- Tho. c. ad
ſum actum orandi, & tunc ſine inter- Rom.
miſſione aliquis orat, qui ſtatutis
temporibus, & horis orat. Sic Petrus
& Ioannes dum aſcendebant ad ho-
ram orationis nonam in templum, di
cebantur ſine intermiſſione orare: ſe-
cundo qui ſuis beneficijs prouocat
alium, aut pro ſe oret, dicitur ſemper
orare, etiam quando ipſe ab orando
D ceſſat, & quieſcit. Sic de Abate Lucio
legitur, qui dum laborabat, ponebat
duos nummos, ad hoſtium, & ille, qui
eos accipiebat, orabat pro ipſo tem-
pore, quo manducabat, & dormiebat.
Concludat ergo quis eleemoſinam in
ſinu pauperis, & illa pro ipſo orabit.
Tertio poteſt homo ſecundũ Apoſto-
lum ſedulus, ac diligens cuncta face-
re ad Dei gloriam, ita ut facta, ac di-
cta ipſius omnia omniſque ſpiritalis
actio uim laudis habeant. Quid, enim
eſt

eſt ſine intermiſſione orare niſi quod A
ſiue bibimus, ſiue edimus, ſiue quid facimus omnia in Dei gloriam facere? Sedens ad menſam ora panem accipiens danti gratias age. Vino debilitatem corporis ſuſtentans reminiſcere eius, qui uinum hoc dedit ad cordis lętitiam, & infirmitatis humanæ conſolationem. Induens tunicam, gratias age illi, qui dedit. Gratias age Deo, qui per brumam, & æſtatem nobis operimenta parat. Deſinit dies, gratias illi age, qui ſolem no- B
bis tribuit operum diuinorum miniſtrum. Ignem quoque & lunam per noctem. Nox uero adueniens occaſiones tibi orandi miniſtrabit, quando in cœlum reſpexeris, quando aſtrorum pulchritudinē cōtemplaberis. Quādo videris omnes ſomno occupatos, rurſum eum adora, qui nos inuitos etiam per ſomnum a laborib. continuis liberat, & parua requie ad agendi uirtutē reducit. Sic igitur ſine intermiſſione quis orabit non preces ſolum effun- C
dens, ſed per omnem uitam, & actionem ſe Deo coniungens, vt uita ſua non ſit aliud quam quędam continua oratio: Nam magna uoce ille clamat ad Dominum, qui & ſi lingua taceat, magnis tamen operibus perſeuerat. Cæterum conſiderando orationem ſecundum ſe, non poſſumus continue verbis preces effundere, cum alia negotia minime permittant. Sed debemus ſecūdum Auguſtinum per certa interualla horarum, & temporum D
uerbis rogare Deum ut rerum ſignis nos ipſos admoneamus quantumcunque in hoc deſiderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc agendum nos ipſos acrius ex-
(Nocte orādum.) citemus. In hyberno uero tempore docet nos religioſos maximam partem noctis precibus impendere, hoc ipſo beatos nos exiſtimantes quod Dei cultui uacamus. Tunc nullus nos interturbat. Magna eſt cogita-

A tionum tr̄quillitas, ſecura, & placida eſt oratio, nullo turbata clamore, & ſtrepitu, nullus eſt qui ab acceſſu ꝓhibet, & abducit. Collecta mens omnia referre poteſt animarum medico, Tunc nulla eſt reſperſa puluere terrenæ cogitationis, & ſollicitudinis, nulla aſpiciētis laude, ſeu adulatione tentata. Erit denique ſolo arbitro Deo, & angelo, qui eam ſuperno altari ſuſcipit præſentandam. Sic Dauid cum in die multis circunderetur curis, ne-
B gotijs, & tumultibus, nec tempus inueniret aptum ſuo ad Deum acceſſui, quod alij tempus ſomnij faciunt in mollibus ſtratis recumbentes, & hinc & inde ſe uerſantes, ipſe media nocte (Pſal. 118.) ſurgebat ad confitendum ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ ſicut & alibi ad hoc nos hortatur ſcriptura. Conſurge, & lauda in nocte in principio vigilia- (Thre. 2.) rum, effunde ſicut aquam cor tuum. Et alibi. In die mandauit Dominus (Pſal. 42.) miſericordiam ſuam, ideſt opera mi-
C ſericordiæ, & nocte canticum, ideſt orationem. Si igitur Dauid qui tot negotijs implicitus media nocte orabat, quid nos facere oportet quibus proprie incumbit continuis orationibus inſiſtere, cum priuatam, & ocioſam vitam a mundi ſollicitudinibus agamus. Qua, enim fronte ſolem intuebimur, ſi prius non adorauerimus eum, qui lumen illud dulciſſimum oculus noſtris mittit. Graue eſt ſi nos occupatos in ſtratis radius ſolis orien-
D tis inuerecundo pudore præueniat, & lux clara feriat oculos ſomnolento adhuc torpore depreſſos. Oportet igitur ad gratias Deo agendas ſolem præuenire, & ante ortum lucis ipſum interpellare. Audiant qui poſt innumerabilia opera tandem ueniunt ad orationem, qui cum ſurgunt, manus, & faciem lauant, animam autem immundam negligunt. Mundanda eſt prius oratione anima, quàm corpus aqua, vt ſi quæ negligentiæ, & cul-

pæ



pæ nobis nocte acceſſerint, diſpli- A
(Mane quare orandū.) ceant ex animo. Simulque in principio diei more Dauid, qui mane Domino aſtabat, & iterum quoniam mane ad te orabo. Et iterum Eſa. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te: deuotis precibus ſine intermiſſione inſiſtere debemus, ut per totum diem in ſpirituali profectu iuxta gratiſſimam Dei voluntatē nos habere poſſimus. In huiuſmodi enim temporibus mens facilius aſſequi po- B
teſt, quod orando deſiderat, cum animus magis ſobrius ſit, & ab onere corporis, & alimentorum eius minus aggrauari cognoſcit, atque magis liber eſt a curis terrenarum ſolicitudinum. Hinc manna de mane colligebatur, ad deſignandum quod tempus matutinum aptius eſt ad recipiendam conſolationem dulcedinis diuinæ. Rurſum ad inueniendum Dominum. Nā ſicut quis facile domi mane inuenitur
(Io. 20.) ſic Dominus in corde hominis. Hinc C
Magdalena uidit, & inuenit Ieſum,
(Exo. 16.) quia mane uenit ad ſepulchrū. Et per Moſen dicitur. Mane uidebitis gloriam Domini. Vnde dicitur de Iuſto.
(Eccl. 39.) Tradidit cor ſuum ad uigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum. Inſuper quo pacto fruemur menſa, niſi prius adorauerimus eum, qui tantum bonorum largitur. Qua ſpe trademus nos nocturuo tempore, qualibus cum ſomnijs putemus nobis rem fore, niſi nos ipſos præmuniuerimus orando, D
ſed incuſtoditi ad ſomnū acceſſerimꝰ. Ideo ſi nos diem in orando tranſiuerimus, ſomnus nobis erit oratio, nam qualia uitæ noſtræ ſunt ſtudia, talia nobis ut plurimum ſomnia erūt. Quare oportet ſemper orare, & nunquam deficere, cum e ſomno ſurgimus, cum prodimus, cum cibum paramus ſumere, cum ſumpſerimus. Sed etiam in ipſo cubili pſalmos cum oratione dominica frequēter dicere debemus.

A Vel cum euigilauerimus, vel antequā corpus ſomnum capiat, ut nos in ipſo quietis exordio meditantes ſomnus inueniat. Egredientes de cella armet oratio, Regredientibus oratio occurrat antequam ſeſſio. Nec prius corpuſculum requieſcat, quam anima precibus reficiatur ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem. In principio cuiuslibet operis dirigatur oratio, nempe ſicut militi procedere ad conflictnm non con-
B gruit ſine armorum prolatione. Ita nec nobis ſecundum Beatiſſimi. P. N Benedicti ſententiam abſque orationis munimine aliquid agere licet. Quare continue oremus. Verum quid utilitatis afferat frequens oratio, ſubſequens ſermo demonſtrabit.

*De fructibus orationis.*
*Sermo III.*

CONTINVA Et frequens oratio fratres di- (Sermo 28.)
C lectiſſimi, quandam operatur diſciplinam orandi, quia ipſe vſus docibiles Dei facit, indocibiles negligētia: ſi enim qui cum magno aliquo uiro, & admirabili multum conuerſatur, ex eius conſuetudine multum, & maximum fructum percipit, quanto magis qui cum Deo loquendi continuā conſuetudinem habet, cum oratio ſit cum Deo colloquium? vnde Hiero.
D Oras loqueris ad ſpōſum. Quid ergo dulcius, q̄d vtilius hac bona exercitatione? Bona igitur orōnis exercitatio. Deniq; ſicut corporis virtus exercitatione augeť frequēti, at inexercitata minuitur, & labitur, nam plurimi exercitijs deſuetudine etiā naturalis diſſoluitur uirtus. Ita animæ fortitudo exercitationis aſſiduitate ſolidatur, ut labor ipſe diſciplina ſit non oneri futurus, ſed uſui. Vt ergo nobis oratio in vſum conuertatur, habeamus, obſecro,

A ſecro, ſtatutas horas ad id miniſteriũ
deputatas, & illæ a nobis irrefraga-
biliter cuſtodiantur. Conſueuerunt
namque maligni ſpiritus ſtatutas ho-
ras orandi obſeruare. Et fortiter ten

Oratio q̃n intermittẽda.

tare ut nos impediant. Nos autem
nullo modo id ſtatutum tempus oran
di prætereamus, niſi tantum propter
corporis neceſſitatem, & obedien-
tiæ uirtutem, & proximi manifeſtam
charitatem. Præterea hæc continua

Matt. 15. Luc. 11.

oratio fecit Chananęa exaudita diſce
B deret. Amicus ille, de quo Chriſtus,
tres panes ab amico extorſit nocte in
tẽpeſta; q̃a pſeuerauit ad oſtiũ pulſus.
Vidua illa importuna pſeueranti ora-
tione obtinuit a malo iudice, q̄ uoluit
qui nec iuſtitia, nec miſericordia fuit
permotus, ſed tantum orationis im-
portunitate ſuperatus. Vt hinc ad-
moneamus quanto certius exaudiet
nos miſericors, & pius, ac iuſtus Do-
minus continue orantes. Quamobrẽ
petentes ne ceſſemus donec acceperi-
C mus, ſed conſtanter, ac perſeueranter
fores illius pulſemus petentes q̄ pe-
tere neceſſe habemus. Quiſquis. n. pe-
tit, inquit Dominus, accipit, & q̃ quæ-
rit inuenit, & pulſanti aperietur. Sed
quid petere debemus, nota quod quin

Quinque ĩ oratione petenda. Luc. 17.

que primo radicationem fidei & con
firmationem iuxta illud. Adauge no
bis fidem. Secundo, multiplicationem

Pſal. 24.

boni. Vnde pſal. Vias tuas Domine
demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce
me. Vias mandatorum, ſemitas conſi
D liorum. Tertio, amotionem mali, &

Pſal. 10.

remiſſionem peccatorum. Vnde Pſa.
Et omnes iniquitates meas dele. Quar
to, declinationem inferni, & purgato

Pſal. 6.

rij. Iux. illud. Domine ne in furore
tuo arguas me, ideſt in Inferno. ne-
que in ira tua arguas me, ideſt in pur-
gatorio. Quinto adeptionem glo-

Exo. 33.

riæ æternæ. Hinc Moſes. Oſtende mihi
gloriam tuam. Et reſpondit Domi-
nus: Ego oſtendam tibi omne bonum.

Cauſæ qua re ĩ oratione nõ exaudimur.

Et ſi ſæpe numero præcati ſumus, &
non accepimus, quid in cauſa fuit niſi
quod male orauimus, uel inſufficien-
ter, uel quia non cum fide, non deuo-
te, non humiliter, uel quia animo in-
conſtanti, uel pro his, quorum merita
contradicunt. Aſſimilantur namque
exoratores medicis corporalibus, qui
& ſi omnia exhibeant medicamenta,
ſi tamen qui infirmantur, non ſe abſti-
nent a noxijs cibis, nihil medicorum
proficiet cura, ac ſollicitudo. Sic licet
Sancti Domini exorent miſericordiã
pro eis, qui eorum orationibus ſe po-
ſtulant adiuuari, niſi & ipſi cum om-
ni mentis attentione, quæ Deo placi-
ta ſunt fecerint, nihil ſanctorum ora-
tiones eis negligentibus de animę ſuę
ſalute proficient, & tali caſu precan-
tes non exaudiuntur. Quandoque nõ
obtinemus quod petimus, quia non
utilia poſtulamus, ſępius quod prece-
mur, ut oportet neſcimus. Nam & ſi
nulli ſane intelligenti ambiguum eſſe
debet quòd in multis contemplatio,
& oratio dignior ſit, quam operatio.
Contẽplatio nãque q̃m principaliter

Actiua q̃do præminet contẽplatiuæ.

inhæret Deo, & rectior, eſt clarior, eſt
mundior, eſt ſecurior, eſt iucundior,
eſt beatæ vitæ ſimilior, tamen pro lo-
co, & tempore præeminet actiua, tum
quia anterior: nam prius quis ſe de-
bet exercere in actionis cãpo, uel quia
eſt obligatus actiuè ex præcepto, uel

Phil. 4.

ex officio, ſecundum illud. Mihi uiue-
re Chriſtus eſt, mori lucrum, quod ſi
uiuere in carne hic mihi fructus ope-
ris eſt, & quid eligã ignoro, coarctor
autem è duobus deſiderium habẽs diſ
ſolui, & eſſe cum Chriſto multo ma-
gis melius, permanere autem in car-
ne neceſſarium propter vos. Rurſum
oramus pro bono temporali ad uitæ
ſuſtentationem, nonnunquam quid
oramus neſcimus. Illud namque uer-
ti poteſt in periculum animæ. Quot
enim propter diuitias perierunt, ait
Scriptura. Nec non Dominum roga-
mus pro aliqua nos tentatione libe-





A rari, & hoc nec quandoque nobis con-
ducit, ſicut Paulo, qui, cum Dominum
deprecaretur, ut a ſe diſcederet ſtimu-
lus carnis, dixit illi Dominus. Sufficit
tibi gratia mea. Ita quòd ignorabat
quid ſibi expediebat. Et in his caſibus
quando non utilia petimus, Dominus
nos exaudit, licet exaudire non uidea
tur, quia non dat ad uoluntatem, ſed
ad utilitatem. Quare ait Aug. Bonus
Dominus, qui ſæpe non tribuit quod
petimus, ut tribuat quod mallemus. Si
B vero pro utilibus oramus, & non obti
nemus, eſt, quia non pſeueramus. Nos
enim vbi annum in precibus agimus,
deſiſtimus, ſed ſcriptum eſt Qui perſe
uerauerit vſque in finem, hic ſaluus
erit. Et in patientia veſtra poſſidebi-
tis animas ueſtras. Nec debemus ab
oratione deſiſtere, ſi diuina bonitas a
noſtro affectu ſe ſubducit, noſque totos
aridos, totoſque reddit indeuotos. Sic-
que quicquid nobis meditantibus of-
fertur deſipit. Cœlum nobis æneum
C uidetur, nihil ſapit, nihil delectat, quia
eo tempore, quo hęc aguntur ne deſpe

In oratione quare videtur ſponſus recedere a nobis.

remus. Orationem non prętermitta-
mus, ſed perſeueranter oremus. Nam
ſi ſubtrahit ſe a dulcedine contempla
tionis, manet tamen præſens quo ad
gubernationem, quo ad gloriam, quo
ad vnionem. Non ergo exiſtimamus
nos contemni ſi paulilper ſubtrahit no
bis ſponſus faciem ſuam, omnia, quæ-
cunque facit erga nos proſperabunt,
& de acceſſu, & receſſu lucrum acqui-
D rimus. Nobis uenit, & nobis recedit.
Venit ad conſolationem, recedit ad
cautelam, ne magnitudo conſolatio-
nis extolleret nos. Ne ſi ſemper apud
nos ſit ſponſus, incipiamus contemne
re ſodales. Et hanc continuam uiſita-
tionem non iam gratię aſcribamus,
ſed & naturę. Hunc autem gratiam
quando uult, & cui uult ſponſus tri-
buit, & non iure hęreditario poſſide-
tur. Recedit etiam ne nimis aſſiduus
contemnatur. Nam nimia familiari-
tas parere ſolet cõtemptũ. Inſuper ut
abſens magis deſideretur, deſideratus
auidius quæratur, diu quæſitus gra-
tius cuſtodiatur, ardentius diligatur,
ac ſuauius amplexetur. Rurſum, ne exi
lium deputemus per patria, ne arram
pro precij ſumma. Venit etiam ſpon-
ſus, & recedit viciſſim, ut prouocat
nos ad præſentem uitam deſpiciendã,
& ut ſurſum corda habeamus, ubi ui-
debimus non per ſpeculum in ænig-
mate, ſed facie ad faciem, ubi plene
gaudebit cor noſtrum. & gaudium no
ſtrum nemo tollet a nobis. Item ut fa-
cile cognoſcamus, quid ſimus ex no-
bis ipſis, & quid poſſumus uiribus no
ſtris. Quare inceſſanter orandum eſt,
& eo præcipue tempore a nobis ſunt
fores pulſandæ, nam mira hoc condi-
toris diſpenſatione agitur, ueniet
niet nobis ille feruor ſpiritus, quando
uidet nobis illud conducere. Nec alia
oratione deſiſtamus, ſi non ſtatim dat
quod petimus. Alto nanque conſilio
omnipotens Deus differre ſolet uoces
petentium, ut merita patientium cre-
ſcant, quatenus eo magis exaudian-
tur ad meritum, quod non exaudiun-
tur ad uotum. Vnde ſcriptum eſt. Deus
meus clamabo per Diem, & noctem,
& non exaudies, ſed non ad inſipien-
tiam mihi. Ad utilitatem quippe no-
ſtram proficit quod poſtulata tarde ac
cipimus, ut deſideria dilatione exten-
dantur, & ut diſcamus quid ſit donum
Dei, ſicque gratius habeatur, & ut me
lius datum cuſtodiatur nam quicquid
multo labore acquiritur, ſtudioſe cu-
ſtoditur ne amittaur. Et melius ſapiunt
quæ pluris emuntur. Et ut obſecran-
tes excitemur in certamine, ut maiori-
bus præmiſſis cumulemur in retribu-
tione. Ne igitur animo ſimus puſilli,
ſi non ſtatim quod petimus accipia-
mus. Nam non differt Dominus quaſi
renuens noſtras preces, ſed hac arte ſe
dulos nos efficiens ad ſemetipſum at-
trahere uult. Nam pater quamuis be-

nignus cum a puero rogarur, abnuit A
quaſi nolens dare, non ut neget, ſed vt
ardentius petat, & ſibi magis cōciliet.
Sic & nobis pater noſter tenuit ut ar-
dentis petamus, & tunc ipſe tem-
pore oportuno nos exaudiet. Ideo per
Oratio neceſſaria, & ſi ſciat De⁹ quid opus habemus.
ſeueranter utilia petamus. Sed q̃d igi-
tur, inquit quis, Deus noſtra opus ha-
bet oratione. An ignorat quæ ſit no-
ſtra neceſſitas? Quid igitur opus eſt pe
tere? Hæc fuit hæreſis quædam phylo-
ſophorum quibus reſpondendum eſt
nos non narratores eſſe, ſed rogatores. B
Aliud enim eſt narrare ignoranti, A-
liud ſcientem petere. Vnde Chryſo. in
Homelia. Non ergo oras vt doceas,
ſed vt familiarius efficiaris, continui-
tate interpellationis, ut humilieris, ut
rememoreris peccatorum tuorum. Sed
diſtinctius, & clarius dicimus quod ali
ter indicta eſt hominibus oratio ad
ſuperiores ſuos homines, aliter homi-
nibus ad Deum. Indicta eſt hominib.
oratio ad homines, ut deſiderium orā-
tis, & neceſſitas exprimatur, item vt C
deprecati animus ad cōcedendum fle-
Pſal. 37.
ctatur. Hæc uero non procedunt apud
Deum. Non enim orando intendimus
neceſſitates noſtras, aut deſiderio Deo
Matt. 6.
manifeſtare, qui omnium eſt cognitor,
eſt apud eum omne deſiderium noſtrũ,
& ſcit quibus indigemus. Nec etiam
diuina voluntas verbis humanis flecti
tur, vt velit quod prius noluerat, quia
non eſt Deus quaſi homo, qui mentia-
tur, nec ut filius hominis, ut mutetur,
nec pęnitudine flectitur. Sed oramus D
propter nos metipſos, ut conſideremus
defectus noſtros, & animam noſtram
flectamus ad fruenter, & pie deſiderā-
dum quod orando ſperamus obtine-
re. Et per hoc ad recipiendum idonei
reddamur. Vnde Augu. ait. Affectum
noſtrum patefacimus in te, confiten-
do tibi miſerias noſtras, & miſericor-
dias tuas ſuper nos, vt liberes nos om
nino quoniam cępiſti, ut deſinamus eſ
ſe miſeri in nobis, & beatificemur in
te. Deinde ipſa orationis attentio cor
noſtrum ſerenat, & purgat, & familia-
res nos Deo facit, dum mens noſtra ad
ipſum eleuatur, & quodam ſpirituali
affectu Deo colloquitur, in ſpiritu, &
ueritate ipſum adorans, & ſic fami-
liaris Deo effectus orando aditum ſibi Pſal. 4.
iterum parat, vt fiducialiter oret. Hanc
in oratione fiduciam habebat Citha-
redus noſter, quando dicebat. Cum
inuocarem, exaudiuit me. Non di-
xit. poſtquam ego inuocaui, ſed in
ipſo actu, cum inuocarem. Præte-
rea opus eſt orare, ut dum oramus,
profiteamur, & ſciamus habere nos a
Deo quod petimus, exemplumque
alijs præſtetur, & ut animus occupa-
tus circa ſancta eloquia a ſuperfluis
cogitationibus retrahatur. Quare
ſemper oportet orare, & perſeueran
ter, & ſi primo non exaudimur, non
deficiamus, imo precibus, & cla-
mori inſiſtamus. Vult Deus rogari,
uult cogi, inquit Gregorius. Vult
quadam ſancta importunitate vin-
ci, quemadmodum diximus de Bea-
ta hac Chananęa. Hinc dicitur.
Regnum cœlorum vim patitur, &
violenti rapiunt illud. Simus ergo in
oratione ſeduli, in precibus importu-
ni, ſimus raptores, ut regnum cœ-
lorum capiamus violenti, ut uim e-
tiam ipſis cęlis inferamus. Quid
hac rapina, locupletius?
Quid hac uiolentia
glorioſus. Bona
uiolentia, qua
Deus non
offenditur, ſed placatur,
proximus non læditur
ſed iuuatur, peccatũ
minuitur, non
multipli-
catur.

De



*De Transfiguratione Domini.* A
*Sermo IIII.*

Sermo 29.
ADMIRABILES nem
pe erant (dilectiſſimi
fratres) fabuloſæ illæ
ſuorum deorum tranſ-
figurationes, & Metha-
morphoſes, quibus Poetę prophani Io
uem in taurum, aut aliud quid muta-
tum fingunt. Sed admirabilior illa
2. Cor. 3.
fuit Moſis, ita vt non poſſent intende-
re filij Iſrael in faciẽ eius propter glo- B
riam vultus eius inquit ſcriptura. Verũ
admiranda hæc Chriſti Methamopho-
ſis longe, ut omittamus primam, hanc
Moſis præcellit. Nam claritas faciei in
Moſe exrrinſecus aduenit ex colloq̃o
cum Deo. Claritas vero faciei in Chri
ſto fuit ex innato gloriæ diuinæ fulgo
re, præterea Moſes tantum habuit cla
ritatem faciei, eamque talem, quæ ue-
lamine appoſito faciei non tranſpa-
ruit. Chriſtus uero in toto corpore tā-
tam habuit claritatem, ut ea tranſparẽ C
te veſtimenta eius viderentur eſſe can-
dida & fulgentia, ſicut nix, aut ut Gre
ci habent, vt lux. De hac igitur admira
bili transfiguratione verba facturus
2. Pe. i.
Apoſtolus Petrus inquit. Non enim in
doctas fabulas ſcilicet paganorum ſe-
cuti notam fecimus vobis Domini no
ſtri Ieſu Chriſti virtutem, qui ſcilicet
omnia operatur, & pręſentiam, quia
omnia ſunt ei præſentia, & ab æterno
præuidit. Sed ſpeculatores facti illius
magnitudinis, ideſt transfigurationis D
Mat. 17.
hæc docuimus quæ uidimus. De qua
transfiguratione ſic inquit Euangeli-
ſta Matthæus. Et poſt dies ſex aſſum-
Mar. 9. Luc. 8.
pſit Ieſus &c. Idem etiam dicit Mar-
cus. Sed Lucas ponit octo dies. Sed hæc
diſſonantia inter Euangeliſtas ſic uide
tur poſſe diſſolui, ut dicatur Matthæus,
& Marcum medios tantum dies connu
meraſſe Lucas uero etiam duos extre-
mos dies, ſcilicet quo Chriſtus locut⁹
eſt, poſuit, & illum, quo in monte eſt
transfiguratus. Myſtice vero ſignifica- A Dies octo myſtice q.
tur per Matthæum, & Marcum poſt ſex
mundi ætates quieſcēdum eſſe ab om
ni opere, & labore, & poſt mundi o-
pera veniendum ad reſurrectionem.
Quod idem myſterium per Lucam de
ſignatur, qui innuit octaua ætate eſſe
reſurgendum. Item, quia niſi homo ad
Deum eleuetur ſuper omnes creaturas
quas fecit iſtis ſex diebus, non poteſt
ad Deum eleuari. Rurſum poſt dies ſex
&c. Primus dies eſt cognitio ſui, & hęc
eſt prima dies mundi, in qua creatur B
Chaos ideſt confuſio mentis. Secundus
contritio cordis, tunc fit firmamētum,
& diuiduntur aquæ ab aquis. Tertius
eſt bonum propoſitum, in qua aquæ
inferiores congregantur in unum, &
uocantur Maria. Quartus confeſſio,
in qua fiunt in cœlo luminaria per cō-
feſſoris inſtructionem. Quintus ſatiſ-
factio, in qua fiunt piſces maris, & a-
ues, ideſt amari cordis gemitus, & deuo
tę orationes, quæ ſunt partes ſatisfa-
ctionis. Sextus, cautela cōtra recidiuũ, C
& diaboli aſtutias, quia Pharao con-
temptus ſurgit in ſcandala, & proſe-
quitur filios Iſrael de Aegipto in ter-
ram promiſſionis fugientes. Et hæc eſt
ſexta dies, in qua fit homo rationalis.
Septima dies eſt contemptus omnium
terrenorum. In hac Dominus requie-
uit ab omni opere, quod patrarat. O-
ctauus dies eſt mentis ſecuritas, cordis
iocunditas, conſcientiæ tranquillitas,
& in hac die Dominus transfiguratus
uidetur. Et aſſumpſit Petrum, Iaco- D
bum, & Ioannem. Tres tantum ducit, Tres diſcipuli quid ſignificant.
quia multi uocati, pauci uero electi.
Et qui fidem Sanctiſſimæ Trinitatis in-
uiolatam ſeruant, æterna merentur vi
ſione lætari. Et quia in ore duorum,
vel trium ſtat omne uerbum. Iterum
aſſumpſit tres tanquam potiores, nam
alta myſteria non ſunt omnibus expo-
nenda immediate, ſed per maiores ſuo
tempore debēt ad alios deuenire. Ideo
aſſumpſit has tres, tanquam potiores.

Petrum,qui fuit excellens propter dile
Matth. 16. ctionem,quam habuit ad Chriſtum,&
propter priuilegium dignitatis,qui cla
ues regni cœlorum accepit. Ioannes
vero excellit in doctrina Euangelica;
& propter priuilegium amoris, quo a
Ioan. 19. Chriſto diligebatur propter virginita
tem, & cui mater Ieſu committitur.
Iacobus autem propter prerogatiuam
martyrij, qui primus, ut inquit Am-
broſius inter Apoſtolos accepit ſoliũ
ſacerdotale, ideſt cęlum, quod eſt ſo-
lium Sacerdotale ueri Sacerdotis Chri
ſti, qui omnes facit Sacerdotes, & re-
ges. Et hic eſt Iacobus Zebedęi, qui
inter Apoſtolos primus martyrium ſu-
bijt. Rurſum aſſumpſit Petrum &c.
quia nullus intrabit in regnum cęlo-
rum,niſi fuerit de ordine alicuius iſto-
rum. Vnde per hos tres omnes electi ſi-
gnificantur.Per Petrum coniugati.Per
Iacobum continentes, ſeu pęnitentes,
per Ioannem virgines,ſeu clauſtrales.
Ezech.14. Vel aliter. Si fuerint hi tres uiri in me
dio eius Daniel, Noe, & Iob, ipſi libe
rabunt animas ſuas. Per Petrum præ-
lati, ſicut, per Noe, per Iacobum acti
ui, ſicut per Iob, per Ioannem contẽ-
platiui, ſicut per Daniel. Et aſſumpſit
Matth. 15. ſeorſum, a ſtrepitu mundi. Hinc Mat
thæus inquit, quod dimiſſis turbis pa-
rabolas aperuit, ideſt figuram mu-
tauit.Et quia ad videndam claritatem
Chriſti debet quis eſſe eleuatus in
montem contemplationis. Et quia
cum labore peruenitur ad montem
Aſcẽſionis claritatis Dei. In montẽ. Nota quòd
Chriſti o- aſcendit Chriſtus in montem,ut doce
cto. ret. Ita & tu aſcende in montem con-
Matt.5. uerſationis ſanctæ, ut docere valeas.
Eſa. 40. Hinc Eſai. Aſcende tu in montem, qui
Matt.14. euangelizas Syon. Item aſcendit in
montẽ,ut oraret. Et tu aſcende in mon
Eſa.11. tem contemplationis,ut orare valeas.
Venite, inquit Propheta, aſcendamus
Matt. 4. ad montem Domini,& ad domũ Dei
Iacob, & docebit nos uias ſuas. Item
aſcendit in deſertum, ut tentaretur a

A diabolo, vt tu in deſertum clauſtri a-
ſcendas,& diabolum vincas. Item aſi Matt. 25.
nam aſcendit, vt humilis, & manſue-
tus videretur. Et tu aſcende aſinã ſim-
plicitatis,ut humilis appareas,& ſtul-
tus propter Chriſtum, & Euãgelium.
Hinc Apoſt. Qui vult eſſe ſapiens, ſtul 1. Cor.3.
tus fiat vt ſit ſapiens. Item aſcendit in Matt. 24.
montem Olìueti, vt oraret antequam
pateretur. Aſcende & tu montem mi-
ſericordiæ,ut indigentibus ſubuenias.
Hinc Lucas. Eſtote miſericordes,ſicut Luc. 6.
B & pater ueſter miſericors eſt. Item Luc. vlt.
in crucem aſcendit,vt exaltaretur. Et
tu in crucem aſcende pœnitentiæ, vt
etiam poſt ipſum aſcẽdas. Vnde Luc. Luc.9.
Si quis uult uenire poſt me, abneget
ſemetipſum,& tollat crucem ſuam, &
ſequatur me. Item in cęlum aſcendit,
vt glorificaretur,& tu in cœlum aſcen
de per deſiderium, ut tandem perue-
nias mente,& corpore. Et ut magis in Matt. 17.
hoc deſiderio ferueas, hodie in mon-
tem aſcendit, ut gloriam ſuam tranſ-
C figuratus oſtenderet. Et tu in montem
aſcende perfectionis, & omnia aduer-
ſa tolera, ut transfiguratus glorioſus
appareas. Et transfiguratus eſt ante
eos. Vide tex.in c.quod quidam.1.q.1.
Non quòd priſtinam formam, & fa-
ciem amiſiſſet, vel amiſiſſet corporis
veritatẽ, & aſſumpſiſſet corpus aereũ.
Sed quomodo Euangeliſta declarat.
Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, ve
ſtimẽta eius facta ſicut alba, ſicut nix.
Vbi ſplendor faciei oſtenditur, & can
D dor ueſtium deſcribitur, non ſubſtan-
tia tollitur, ſed gloria commutatur,
verbi gratia. Sanus quis eſt,& rubicun
dus,cum infirmatur fit pallidus, & ſic
dicitur transfiguratus. Volunt quidem
dicere quòd Dominus omnes dotes Dotes cor
ab initio accepit. In natiuitate ſubti- poris an
litatem,quia exiuit clauſo utero. Vn- Dominus
de Euangeliſta. Ecce Virgo concipiet ab initio a(
in vtero,& pariet filium,&c. Agilita- ceperit.
tem, quando ſupra mare ambulauit. Matt.1.
Claritatem in trãsfiguratione,ut hic.
Im-



Matt.14. Impaſſibilitatem in cœna. Sed nõ eſt
verum, quia dos importat quandam
qualitatem immanẽtem corpori glo-
Tho.3. p.q. rioſo, ſed miraculosè habuit ea, quæ
41.ar. 2. pertinent ad dotes. Transfiguratus eſt
Teſtes in ante eos. Voluit Dominus in ſua trãſ-
transfigu- figuratione habere teſtes vtriuſque te
ratione Do ſtamenti, Moſen,& Eliam, Petrum, Ia-
mini. cobum,& Ioannem, vt gloriam ſuam
hominibus oſtenderet, & ad eam deſi
derandam homines prouocaret. Ad
gloriam autem æternæ Beatitudinis
adducuntur homines ad Chriſtum,nõ
ſolum,qui poſt eum fuerũt, ſed etiam
qui eum præceſſerunt. Vnde eo ad paſ
ſionem properãnte tam turbæ,quæ ſe
quebantur, quàm quæ præcedebant,
clamabant. Hoſanna. quaſi ſalutem
ab eo petentes. Et non Angeli,ſed ho-
mines ad hoc pro teſtibus inducũtur,
quia Chriſtus per ſuam trãsfiguratio-
nem manifeſtauit diſcipulis corporis
claritatem,quæ ad ſolos homines per
Mar.9. tinet. Hinc Marcus dicit. Ducit illos
Facies & ve feorſum ſolos. Et reſplenduit facies
ſtimenta eius ſicut ſol, &c. Per claritatẽ faciei
Chriſti. ſicut Solem, deſignatur claritas corpo
ris Chriſti futura,per claritatem ueſti-
mentorum, claritas ſanctorum, quæ
ſuperabitur a claritate Chriſti, ſicut
candor niuis a candore Solis. Vnde
Greg. 32. Gregor. inquit quòd ueſtimenta Chri
moral. ſti facta ſunt ſplendentia, quia in ſu-
pernæ claritatis culmine Sancti om-
nes ei luce iuſtitiæ fulgentes adhære-
bunt. Veſtiũ enim nomine iuſti, quos
ſibi adiunget ſignificantur. Secũdum
Eſa.49. illud Proph. His omnibus uelut orna-
mento veſtieris. Item per faciem diui-
nitas. Vnde Dominus Moyſi, inquit.
Exo. 33. Videbis poſteriora mea, ideſt huma-
nitatem meam, faciem autem meam
videre non poteris. Veſtimenta autem
facta ſunt alba, ſicut nix. Veſtimenta
humanitas Chriſti, quibus indutus Ia
cob benedicitur a Patre. Et ſicut Solis
ſplendor in infinitum ſplendorem ni-
uis excedit. Ita ſplendor diuinitatis

A ſplendorem humanitatis. Vnde Bern. Ber.
Qui veſtitus in terra deſpectus, in mõ-
te refulget. Hæ ſunt duæ illæ ſpõſi pul
chritudines, quæ geminantur in Can- Cant. 1.
ticis. Ecce tu pulcher es, & decorus.
Pulcher ſecundum diuinitatem, & in
ſolio patris, decorus ſecundum huma
nitatem in gremio matris. Et iterum,
Dilectus meus candidus, & rubicun-
dus. Candidus, quantum ad mundi- Cant.3.
ciam humanitatis. Rubicundus, quan
tum ad ſplendorem diuinitatis. Hanc
B duplicem pulchritudinem oſtẽdit Do
minus in transfiguratione. Dum re-
ſplenduit facies eius, ſicut Sol,& ueſti
menta eius, ſicut nix. Nam per faciẽ, Phil. 2.
diuinitas, per veſtimenta humanitas, Pulchritu-
quia habitu inuentus eſt, ut homo. Sũt dines Chri
& aliæ ſponſi pulchritudines. Prima ſti.
fuit in mortali corpore, de qua Pro- Pſal. 44.
pheta. Specioſus forma p̃ filiis hoĩum.
Secũda hic in trãsfiguratione. Tertia
in reſurrectione carne glorificata. De
qua Eſa. Quis eſt iſte, qui uenit de Eſa.63.
C Edon, tinctis veſtibus de Boſra. Iſte
formoſus in ſtola ſua, ideſt in carne
glorificata Quarta in diuinitate. Vn- Eſa. 33.
de Proph. Regem in decore ſuo uide-
bunt. In prima Dominus noſtram in-
firmitatem honorauit. In ſecunda o-
ſtendit futuræ Beatitudinis qualitatẽ.
In tertia exhibuit futuræ incorruptio-
nis veritatem. In quarta perditam in
Adam reformauit imaginem. Itẽ per
faciem Chriſti ſplendidam intelligi
poteſt manifeſtatio diuinorum ſecre-
D torum per Chriſtum facta. Hæc eſt fa- 1.Reg. 16.
cies Dauid decora. Vel facies Chriſti
eſt ſecundus eius aduentus, quando
aperte cognoſcetur, ſicut vnuſquiſque
cognoſcitur per faciem. Veſtimenta
autem Chriſti facta cãdida, ſicut nix.
Deſignant ſcripturas de eo annuntian
tes, quæ factæ ſunt lucidæ, & ſermo-
nes, ac ſcripturas Euangeliorum glo-
riam eius manifeſtantes, aut uita eius
in Euangelio refulgentem. Veſtes quo
que, quibus induitur Chriſtus, ſunt
Pro-

A Prophetiæ vnum canentes, & unum
per omnia nuntiantes. Vel ſunt Mar-
tyres, Virgines, atque Confeſſores.
Nam ueſtis alba ſignificare poteſt Vir
Eſa.63. gines, rubra Martyres. Veſtis lucida
Confeſſores. His omnibus ueſtib. ue-
Eſa.49. lut ornamento Dominus ueſtitur.
Vel facies ſunt Clerici, quia ſicut per
faciem cognoſcitur homo, ſic per Cle
ricos, & Religioſos debet cognoſci
Apoc. I. Chriſtus. Hæc facies debet transfigu-
rari in Solem, vnde Ioan. Facies eius,
B ſicut Sol lucet in virtute ſua, ideſt in
meridie, quando calet, & lucet. Sic de
bent lucere per ſcientiam, ardere per
charitatem, & amorem. Per veſtimen
ta Laici. Hæc veſtimenta debent con-
ſui vnitate fidei, & charitatis, & debẽt
ſe coaptare Chriſto per imitationem.
Moſes, & Verum ſufficit huic tunicæ, quòd ſit in
Elias in trãſ ſe alba, & munda, ſed hoc non ſufficit
figuratione faciei, imo oportet, ut alios illuminet
quare addu ſicut Sol. Et ecce apparuit illis Moſes,
cuntur. & Elias, &c. Moſes, & Elias in mediũ
C adducuntur propter multas rationes.
Prima, quia turbæ dicebant eum eſſe
Eliam, aut Hieremiam, aut unum ex
Prophetis. Capita Prophetarum ſecũ
ducit, ut ſaltẽ hinc appareat diſcrimẽ
inter Deum, & ſeruum. Secunda. Dat
ſignum de cœlo, Elia inde deſcenden-
te, & Moyſe ab inferis reſurgente.
Vnus uiuus, & alter mortuus, ut ſigni-
ficẽt Chriſtum moriturum, & iterum
Collo.3. victurum. Et ut nos uiuamus Deo, &
mundo moriamur. Item, quia Moſes
D legem dedit. Elias pro gloria Domini
zelator fuit, unde per hoc quòd ſimul
cum Chriſto apparent, excluditur ca-
lumnia Iudæorum accuſantium Chri
ſtum tanquam trãſgreſſorem legis, &
blaſphemiam Dei ſibi gloriam uſur-
pantem Quarta, ut Apoſtoli imitarẽ-
tur Moſis manſuetudinem, & Eliæ ze-
lum. Quinta, quia hi duas regenera-
tiones repreſentant illam, quæ fit in
baptiſmo per Moſen, qui aquaticus
appellatur, ſiue interpretatur. Et ſecũ-
dam, quæ fiet in fine mũdi, in qua om-
nes boni aſcendent cum Domino per
Heliam, qui interpretatur aſcendens
Dominus. Sexta, tres loquuntur. Mo-
ſes, Helias, & Ieſus, ideſt lex. Prophe-
tia, & Euangelium. Et tres audiunt Pe
trus, Iacobus, & Ioannes, ideſt fides,
ſpes, charitas. Vltima, ſicut Lucas di-
cit, loquebantur cum eo de exceſſu,
quem completurus erat in Hieruſa-
lem, ideſt de paſſione, & morte ſua.
Et ideo ut ſuper hoc animus diſcipu-
lorum confirmaret, ducit eos in me-
dium, qui ſe morti expoſuerunt pro
Deo. Nã Moſes cum periculo mortis
ſe expoſuit Pharaoni, Helias uero Re-
gi Achab. Et recte mors Chriſti uo- Mors Chri-
catur exceſſus, in qua eius humili- ſti dicitur
tas omnem exceſſit, vel ipſe omnem exceſſus.
hominem per humilitatem. Excedit
enim omnem opinionem humanam,
quod filius Dei dignaretur mori. Et
quia exceſſit omnia merita, & omnẽ
iuſtitiam. Non enim fuit iuſtitia,
quod moreretur, ſed mera miſericor-
dia. Item quia videbatur ebrius. Ita
enim calicem ſuum bibit, quod quaſi
vir ebrius factus. Vnde pſal. Ibi, Pſal.67.
ideſt in cruce Beniamin, ideſt Chri-
ſtus in mentis exceſſu. Reſpondens
autem Petrus dixit ad Ieſum. Do-
mine bonum eſt nos hic eſſe poſſunt
hæc uerba retorqueri ad carnalita-
tem. Secundum Chriſoſtomum, di-
xerat, enim Chriſtus ſe paſſurum, &
increpauerat eum, cum reprehendit
eum. Ideo noluit ſe opponere, quia
vidit ſe increpatum. Ideo cogitauit,
quod ſi ibi maneret, euaderet mor-
tem. Legerat enim de Helia, quod 4.Re.I.
quando rex, miſit quinquagenarium,
fecit deſcendere ignem de cœlo. Itẽ
de Moſe, quod quãdo iurgium occur- Num.16.
rerat in tabernaculo, quod deſcende-
rat nubes. Ideo cogitauit, quod per
Moſen poterat impetrari nubes, &
per Heliam ignis, vel ex nimio feruo-
re uides gloriam illam Petrus ita affe
ctus



A ctus erat, quod nunquam voluiſſet ſe-
parari. Ideo inquit. Bonum eſt nos
hic eſſet. Si ſtilla cõpellebat eum ita
dicere, quid erit de abyſſali plenitudi
ne? Et dicit ſi vis ſubdens tamen di-
Matt.6. uinæ voluntati. Et bene facit, quia uo
luntatem noſtram debemus ſubdere
uoluntati diuinæ, ſecundum illud fiat
volũtas tua, ſed errauit in hoc, qa cre-
didit, quod gloria poſſit haberi abſq;
2.Cor.5. morte, quod eſt contra illud Apoſt.
Scimus, enim quod ſi terreſtris domus
B &c. Item quia credit gloriam ſancto
rum eſſe in hoc mũdo, quod eſt contra
illud Meres.n. noſtra eſt in cęlis. Ad
huc eo loquente ecce nubes lucida. In
Exo.19. veteri teſtamento gloria Domini ap-
paruit in nube. Sed caliginoſa. Vnde
pſal. Nubes, & caligo in circuitu eius.
Sed in nouo teſtamento eſt lucida, ut
intelligamus differẽtiam legis nouæ,
& veteris. Et veterem plenam eſſe
umbris, nouam veritate. Sed miſtice
Nubes ca- nubes dicitur caro Chriſti. Nubes ori-
ro Chriſti. tur ex mari, & Chriſtus ex Maria. Nu C
bes mitigat calorẽ ſolis per ſui inter-
poſitionem, ſic caro Chriſti iram Pa-
tris, quia in ſe ſubſtinuit ictus. A nube
pluuia emanat, ſic ex latere Chriſti
emanauit pluuia aquæ ad noſtram
ablutionem, & ſanguinis ad redem-
ptionem. Item ſol ſub nube abſcon-
ditur, & Chriſtus in carne. Vnde ſcrip.
Nubes gra Vere tu es Deus abſconditus. Et uox
tia. de nube. Nubes lucida eſt gratia,
quæ mentem illuminat. Hæc nubes
D obumbrat, Dum Deus loquitur in cor
de per inſpirationem, exterius per fla
gellationem in corpore. In aure per
Iob.4. prædicationem. De prima dicitur por
ro ad me eſt factum verbum abſcon-
2.Cor.4. ditum. De ſecunda. Mors operatur in
nobis, vita autem in uobis. De tertia
Can. 2. ſonet uox tua in auribus meis vox .n.
tua dulcis, & facies tua decora. Vel
uox de nube vox eſt patris, quia Do-
minus habitat in nube. Hic eſt filius
&c. vbi tangitur dignitas Chriſti, quia
ſingularis filius Dei. Alij vero dicun
tur filij Dei per adoptionem. Vnde Pſal.81.
pſal. Ego dixi Dij eſtis & filij excelſi Deut.18.
omnes. Ipſum audite. Hoc Idem
præcipit Moyſes. Prophetam dé gente
tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſci-
tabit tibi Dominus Deus tuus. Ip-
ſum audies. Et nota quod ſicut in ba
ptiſmo ubi declaratum fuit myſte-
rium primæ regenerationis oſtenſa
eſt operatio ſanctiſſimæ Trinitatis,
quia ibi fuit filius incarnatus appa ruit
Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, &
pater ibi fuit declaratus in voce, ſic in
transfiguratione, quæ eſt ſacramẽtum
ſecundę regenerationis tota Trinitas
apparuit. Pater in uoce, filius in ho-
mine, Spiritus ſanctus in nube clara,
quia ſicut in baptiſmo dat innocen-
tiam, quæ per ſimplicitatem columbę
deſignatur, Ita in reſurrectione dabit
electis ſuis claritatem gloriæ, & refri-
gerium ab omni malo quæ deſigna-
tur in lucida nube. Voluit etiam Do
minus habere teſtimonium, de cœlo a
Patre, de inferno, a Moyſe de paradiſo Phil.2.
ab Helia, de terra a diſcipulis. Vt in
nomine Ieſu omne genu flectatur cœ-
leſtium, terreſtrium, & infernorum. Et
audientes diſcipuli ceciderunt in fa-
ces ſuas, & timuerunt. Iſti in faciem,
quia boni humiliantur intellectu, &
affectu. Econtra Hæli retro cecidit.
Conueniens fuit diſcipulos voce pa- 1.Reg.4.
terna terreri, & proſterni, ut oſtende-
retur quod excellentia illius gloriæ,
quę tunc demonſtrabatur, excellit
omnem ſenſum, & facultatem morta- Exo.33.
lium, ſecundum illud. Non videbit
me homo, & uiuet. Sed ab hac fragi-
litate ſanantur homines per Chri-
ſtum, eos in gloriam adducẽdo, quod
ſignificatur, dum dixit eis ſurgite, no
lite timere qui ſurgentes neminem
viderunt, niſi ſolum Ieſum; quia ipſe
ſolus eſt, de quo lex, & prophetæ uſ-
que ad Ioannem, & quia ipſe eſt ſuffi-
ciẽtia omnium, & in ipſo ſolo eſt gau 1.Cor.15.
dendum

dendum. Et præcepit eis ne cui quæ vidiſſent, narrarent. Vt non cito quenquā laudandum oſtenderet. Et quia diſcipuli non dum transfigurati trā ſfigurationis myſlerium prædicare nō

1. Cor. 15.

debebant. Vnde Apoſt. Qualis cœleſtis tales cęleſtes. Debemus etiam & nos transfigurari, ſi volumus prædicare Domini transfigurationem. Et

Vt transfiguremur q̃ neceſſaria.

vt transfiguremur, oportet nos habere Petrum, ideſt cognitionem Dei ſui, & proximi. Cognitio Dei cauet deſperationem, cognitio proximi mouet ad compaſſionem, cognitio ſui vitat prę ſumptionem. Item oportet ut habeat Iacobum, ideſt luctam contra mundum, contra carnem, contra diabolum.

Gen. 32.

Vnde nec Iacob benedictionem habuit Angeli poſt luctam. Item oportet, ut habeat Ioannem, ideſt gratiam, ſine qua, nec Cognitio, nec lucta aliquid valet. Vnde Apoſt. Si diſtribuero omnes facultates meas, &c. & ſi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, debemus etiam transfigurari de culpa ad gratiam per pęnitentiam, & hoc eſt incipientium de virtute ad virtutem, & hoc proficientium, & de mundo ad clauſtrum per contemplationem, ſed de hac in ſermone ſequēti præſtet hoc nobis Deus, vt trāsfiguremur, ſed nō de una figura in aliam, vt ſunt inaniter gloriantes, ſed ut trāſfiguratus eſt Ieſus, ideſt poſt ſex dies, & per ſex perſonas, quæ transfigurationi interfuerunt. Amen.

*De Vita Contemplatiua. Sermo. V.*

Sermo 30. Luc. 10.

PRÆCEPTO bonum eſt nos hic eſſe. Hæc verba, vt audiſtis in ſermone præcedenti, dixit Apoſtolus Petrus Domino, quādo fuit ante ipſum trāſfiguratus. Et moraliter ſignificant, quod qui ad montē contemplationis aſcendunt, nequaquam vellent ad mōtana deſcendere, ſed ſemper in ſublimi perſeuerarę, ſic multi clauſtrales poſtquam ſemel culmen contemplationis aſcēderunt, & aliquid de cœleſtium ſapore guſtauerunt, nequaquam volunt ad laborem actiuæ deſcendere, quos ſignificat Petrus Dicens. Bonum eſt nos hic eſſe, ſed neſciebat q̃d diceret: quia aliquando ad actiuam oportet deſcendere propter proximum. Sic filij Ruben voluerunt remanere vltra Iordanem, ſed Moyſes reſpondit illis. Nunquid fratres ueſtri ibunt ad pugnam, & vos hic ſedebitis, ſ. in ocio contemplationis.

Num. 32.

Verū vt hæc contemplatiua vita magis, atq; magis amplectatur à nobis, quando amplectenda eſt, de ea ſermonē facturus, operę precium eſſe duxi, vt conſideremus primum definitionē, ipſius contemplationis, & in quo propriè contemplatio conſiſtat. Deinde gradus, per quos aſcenditur in Dei contemplationem. Rurſum contemplationem quæ præcedere debent. Item impedimenta contemplationis. Inſuper Dignitatem. Item, quæ ſint neceſſaria ad contemplationem. Poſtremo fructus, & utilitates contemplationis.

Cōtemplationis definitio.

Circa primum ſciendum eſt, quod contemplatio eſt libera mentis perſpicatia in ſapientiæ ſpectaculo cum admiratione ſuſpenſa. Vbi notandum, quod principaliter contemplatio conſiſtit in operatione intellectus circa Deum. Vnde hac ipſum contemplationis nomen ſignificat quod viſionē. Vnde Greg. dicit, quod contemplatiua uita ad ſolum videndum principium an habet, ſcilicet, Deum, nihilominus tamen contemplatiuus vtitur inquiſitione rationis, vt deueniat ad viſionem contemplationis, quam principaliter intendit.

Greg. ſup Ezech. lib. 2. Hom. 14.

Conſideratio ſiue cogitatio.

Et hæc inquiſitio ſecundum Ber. dicitur conſideratio. Conſiderat enim creaturas, in quibus admiratur diuinam Maieſtatem, & ſapientiam, & beneficia Dei, ex quib⁹ inardeſcit in eius amorem, & peccata propria, ex quorum ablutione mundatur cor, vt Deū videre poſſit. Vnde & nomen contemplationis ſignat illum actum principalem, quo quis Deum in ſeipſo contemplatur.



Speculatio

Sed ſpeculatio magis dicit illum actum, quo quis diuina in rebus creatis quaſi in ſpeculo inſpicit & ad hanc reducitur meditatio.

Admiratio

Subſequitur poſtea admiratio, quæ eſt actus conſequens contemplationem ſublimis ueritatis. Ad cognitionem vero ſublimis ueritatis pertingere homo dupliciter poteſt primo per ea, quæ ab alio accipit, & ſic quantum ad ea, quæ homo a Deo accipit, neceſſaria eſt oratio, ſecundum illud inuocans, & uenit in me ſpiritus ſapientię.

Sapi. 7.

Quantum vero ad ea, quæ per ſcripturam tradita ſunt, neceſſaria eſt lectio.

Tho. 22. q. 180. ar. 3

Alio modo neceſſarium eſt quod adhibeat proprium ſtudium, & ſic requiritur meditatio. Meditatio autem duos fines habet; timorem, & amorē.

Meditationū plures gradus.

timorem ſcilicet ſeruilem metuentem pęnam purgatorij, aut inferni, & filialem, qui formidat Deum offendere, aut ingratum eſſe ei. Meditationes uero, ideſt mentis exercitationes quanto ſeruili timori magis approximant tanto minoris ſunt meriti, & quanto filiali, tanto Deo acceptiores ſunt, & maioris meriti; & purificant animam a peccatis, & adducunt, magis ad proficientem uitam. Ideo meditationum minor gradus eſt in merito, quæ timorem ſolum incutiunt, vt ſunt de Inferno, purgatorio, morte, iudicio & ſimilibus. Sunt tamen nobis neceſſariæ pro excitamēto feruoris contra vitia. Ideo olim ſanctis Patribus erant familiares. Poſt has ſunt illæ de vita æterna, & hoc exercitio in homine incipiente plus ſolet quærere vtilitatem propriam, quam diuinum honorem. Exercitium vero æternæ uitæ in proficiēte, & perfecto multo utilius eſt, & nobilius in gratia, & virtutibus. Deinde ſupra has meditationes ſunt illæ de contritione, & pęnitudine peccatorū, de pudore coram Deo, de auerſione a Deo à peccatis, quæ præueniunt ex reminiſcentia peccatorū pręcedentium. Cum amaritudine cordis, ſicut faciebat Ezechias. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meę.

Ezech. 38.

Decumentum ad recogitanda peccata.

Sed in rememorandis peccatis duo principaliter dēt attendere homo ne ad recolēda vitia priſtina nimis inſiſtat, vel ad quotidiana reuoluēda, deplorāda, confitenda nimis ſe deijciat, aut mentem occupet: nam omnis peccatorum rememoratio quam concomitatur quædam delectatio uitioſa, vel deſperatio piculoſa, vel puſillanimitas, aut ſcrupuloſitas nimia reijciēda eſt, eo quod affectum extinguit, animum deprimit, mentem obnubilat, & a contemplatione reuocat: quia tales remanent quaſi vulnerati dormientes in ſepulchris, de quib⁹ Proph.

Pſal. 67.

Ideo licet commemoratio peccatorum quotidiana cum diſciplina ſit vtilis: nam ſicut lima operatur in ferro, ita quod in qualibet confricatione de ferri rubigine modicum quid deradit, ſic quodlibet ſuſpirium de rubigine peccatorum demit, & eliminat. Peccata tamen carnalia magis ſuccincte recolat, ne ei diabolus id referat ad delectationem, vnde debuiſſet accipere medicinam. Porro dolorem de peccatis ſic ordinet quod potius defleat peccatorum deformitatem, diuinam offenſam, & indignationem Dei amiſſionem gratię, & glorię, quam diſpendium proprium, confuſionem, & periculum. Verum peccata ſunt meditanda uſque ad certum terminū, & nō ſemper. Etenim ſicut videmus in edificijs arcuatis quod ligna prius ſupponuntur, vt ſic muri firmitas ſuperędificetur, quo perfecte ædificato

Q & con-

& conſumato ligna ſuppoſita pęni- A
tus amouentur, ſic & mens hominis,
cum in amore primo imperfecta
conſiſtat, debet ſe occupare in recor-
datione peccatorum, ſicut inquit
ſcriptura. Iuſtus in principio accu-
ſator eſt ſui, ſed poſtquam in propria
mortificatione ſe ſenſerit proficere,
mundum vileſcere, carnem deficere,
& ſpiritu ſurſum aſpirare, tunc ad di-
uinam dilectionem debet dulciter, &
fortiter anhelare, & ad Deum poſſiden
dum innuberabilibus deſiderijs aſpi- B
rare. Poſt has in quarto gradu medi
tationum ſunt exercitia paſſionis do-
minicę. Scilicet meditari imaginem
Crucifixi in exteriori homine ſecun-
dum humanitatem eius in cruce pen-
dentem, qua abiſſali humilitate, pa-
tientia, mititate operatus eſt noſtram
ſalutem. Et hanc meditetur in om-
ni loco, hora, in omni opere intus, &
foris in proſperis, & aduerſis. Si co-
medit, intingat bucellā panis in eius
vulnera. Si bibit, cogitet potū, quē in C
cruce potauit. Si manus lauat, vel cor-
pus, cogitet ſanguinem, quo animam
ſuā lauit. Si vadit dormitum, cogitet
lectum crucis, & reclinet cor ſuum ſu
per ceruicas ſpineę coronæ. In inte-
riori vero homine portet imaginem
abyſſalis eius charitatis, ex qua cun-
cta creauit, amaram mortem ſuſti-
nuit, & ſeipſum totum dedit, vt ſic co-
gitationes, & meditationes vertentur
in affectiones, & in cōtemplationem
veritatis. Habemus igitur differen- D
tiam inter contemplationem, cogita-
tionem ſpeculationem, admiratio-
nem, & meditationem. Contempla-
tionum, vero ſex gradus diſtinguit Ri-
cardus de ſancto Victore lib. 1. con-
temp. cap. 6. quarum prima eſt ſecun-
dum ſolam imaginationem, dum at-
tendimus res corporales. Secunda au
tem eſt in imaginatione ſecundum ra
tionem, prout a ſenſibilibus progredi
mur ad intelligibilia. Tertia eſt in ra-

Contēplationū ſpecies ſex.

tione ſecūdum imaginationem, quod
fit, quando, per rerum viſibilium ſimi-
litudinem in rerum, inuiſibilium ſpe-
culatione ratio ſubleuatur. Quarta
autē eſt in rōne, ſm rōnē, qn̄ ex qui-
buſdam cognitis alia inuiſibilia inten
dit, quæ imaginatio non nouit. Quin
ta eſt ſuper rationem, quando ex diui
na reuelatione cognoſcimus ea, quæ
humana ratione comprehendi non
poſſunt. Sexta eſt ſuper rationem, &
præter rationem, quando ex diuina il-
B luminatione cognoſcimus ea, quæ hu
manæ rationi pugnare videntur, ſicut
ea, quæ dicuntur de myſterio Sanctiſſi-
mæ Trinitatis. Contemplationi uero
hæc præcedere debent. Primum, ut
quis occupetur in uita actiua prius, ut
poſtea peruenire poſſit ad contempla-
tiuam, vnde pſal. A mādatis tuis intel-
lexi. Hinc dicitur per Iob. Quod infer-
tur aceruus tritici in tempore ſuo, quia
quis poſt multa opera uitæ actiuæ ad
uitam contemplatiuam admittitur. Et
C Michol, ideſt quis omnia uel ex om-
nibus, filia Saulis, vxor Dauid, quæ nō
genuit liberos, quid aliud deſignat, niſi
uitam contemplatiuam, in qua non
poteſt exerceri qui prius in operibus
actiuę vitæ nō fuerit exercitatus? Ideo
nata eſt poſt Merob. Vnde dicit Domi-
nus. Venite ad me omnes, qui labo-
rati, & onerati eſtis, & ego reficiam
uos. Sic etiam Beatus Iacob Rachel
quidem concupierat, ſed in nocte loco
Rachelis introducta fuit Lia, quia ui-
D delicet omnis, qui ad Deum conuerti
tur, contemplatiuam uitam deſiderat,
quietem æternę patriæ appetit, Sed
prius neceſſe eſt ut in nocte uitę pręſen
tis operetūr bona, quę poteſt, deſudet
in labore, ideſt Liam accipiat, ut poſt
ad uidendum principium in Rachel
amplexibus requieſcat. Erat autem
Rachel magis dilecta a Iacob, quia cō
templatiua magis a Chriſto dilecta,
pauciores que generat filios, quā acti-
ua, quia nō uacant actioni, ſed quieti.
Inter-

Contēplationi quæ debent pręcedere.
Pſal. 118.
Iob.
1. Reg. 18.
1. Reg. 14
Matth. 11.
Gen. 29.



Interpretatur autem Rachel uidens, A
Deum. nam contemplatiua propriè
non per enigmata, neque per creatu-
ras, ſed ipſummet Deum, & princi-
pium, in quo relucent omnia contue
tur. Generauit vltimo poſt Liā, quia
poſteriores ſunt actus contemplatiue
quam actiue. Secundum, quod pręce
dere debet eſt plena ſui ipſius, & om-
nis commutabilis boni abrenūtiatio.
Vnde Greg. Qui contemplationis ar-
cem habere deſiderant, in campo cer-
taminis ſe per exercitium boni operis B
probent, vt ſollicite ſciant ſi nulla iam
mala proximis irrogen, t ſi irrogata a
proximis æquanimiter probant, ſi ob-
iectis bonis temporalibus nequaquā
mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis eis
non nimio mętore ſauciatur. Si ſic
mortuus eſt mundo, tunc poterit ſe ab
ſcōdere in ſepulchro cōtemplationis.
Iux. illud. Mortui eſtis ſcilicet mūdanis
& caducis, & vita veſtra abſcondita
eſt. Signum autem quòd mundo mor-
tuus ſit, tunc eſt, ſi a mūdo deſpicitur, C
quia mare viua corpora in ſe retinet,
mortua vero mox extra ſe pellit, dicit
Gregor. Tertium eſt, ut mens uirtuti-
bus exerceatur. Hinc Maria Magdale-
næ præuenit vngere corpus Chriſti in
ſepulturam. Quid vnguentum nardi
piſtici, niſi virtutes deſignantur, pro-
pter ſui precioſitatem? Vnde anima
ſancta prius debet per exercitium vir
tutis iniungi, quæ vult in diuina con-
templatione ſepeliri. Vnde Glo. ſuper
illud pſal. A mandatis tuis intellexi, D
dicit. Non mandata ipſa dico me in-
tellexiſſe, ſed a mandatis, quia ea fa-
ciendo uenit quis ad altitudinem ſa-
pientiæ. Vnde (vt etiam ſuperius dixi-
mus) poſt hæ amplexus ad Rachelem
Iacob peruenit, quia perfectus quiſq;
ad fęcunditatem actiuæ uitæ ante in-
iungitur, & poſt ad requiem contem-
platiuæ uitæ copulatur. Sic poſt luctā
mutatur nomen, & de Iacob fit Iſrael,
quia ut dicit authoritas. Non erit Iſ-

Colloſ. 3.
Mar. 14.
Pſal. 118.

A raelita, qui prius non fuerit Iacobita.
Quartum requiritur ſecura cordis, &
conſcientiæ quies, quia mundus Domi
nus a mundo corde inſpicitur. Hoc
ſignatum fuit quando Ioſeph merca-
tus eſt Syndonem, &c. Syndon eſt pan
nus lineus candidus, & ſignificat in-
ternum mentis candorem. Nam ſecun
dum Gregorium. Nequaquam con-
templatio commotioni coniungitur,
non poteſt enim mens perturbata con
ſpicere ad quod uix poteſt tranquilla
B inhiare, quia nec ſolus radius cerni-
tur, cum commotæ nubes cœli faciē
obnubilant, nec turbatus fons reſpi-
cientis faciem reddit, quam tranquil-
lus proprie oſtendit. Sic etiam, ut in-
quit Albertus Magnus de ueris uirtu-
tibus, ex conſuetudine uenialium ſe-
curitas mentis, & Dei familiaritas a-
mittitur, & gratia multiformis negli-
gitur, nec uolari poterit penna tali
uiſco linita, ſic paruæ negligentię ani
mam obſcurant, & impedimentū am
C plioris gratiæ faciunt. Requiritur
pręterea totalis mortificatio ſenſuum
exteriorum, qua mens mundo mortua
conſeruetur ne a uitiis corrumpatur,
quod bene fuit ſignatum, quando Ni-
codemus ferens miſturam myrrhæ, &
aloes quaſi libras centum, quibus ca-
ro mortua incorrupta conſeruatur,
quia per mortificationem ſenſū mens
a uitiis incorrupta permanet. Hoc etiā
præfigurabatur per ſoporem Adę, qa
ad contemplationem nemo eleuatur,
niſi ſe abſtrahat ab exterioribus ſenſi-
bus. Sic dormiens Iacob in itinere ui
dit Angelos. Quid aliud eſt in itinere
dormire, niſi in uia huius ſæculi ab im
pedimēto actionum ſęcularium quie
ſcere? Et uidit Angelos, quia illi diui-
na conſpiciunt, qui ab appetitu tem-
poralium rerum oculos claudunt.
Angelos uero aſcendentes, uel deſcen
dētes cernere eſt ciues ſupernæ patrię
contemplari, uel quāto amore autho-
ri ſuo ſemetipſos tranſcendendo inhę
Q 2 reant,

Ioan. 19.
Ioan. 19.
Gen. 2.
Gen. 28.
Greg. in li. Iob. c. 32.

reant, uel quanta compaſſione chari-
tatis noſtris infirmitatibus condeſcen
dant. Sed notandum, quòd ille dor-
miens Angelos conſpicit, qui in lapi-
dem caput ponit. Hic erubeſcant Re-
ligioſi illi, qui ceruicalia mollia tanta
auiditate quærunt. Sed quid eſt in la
pide caput ponere, niſi Chriſto capi-
te, ideſt monte inhærere? ideſt qui nõ
ſolum à præſentis uitæ actione remo-
ti ſunt, ſed etiam uirtutibus exercen-
tur. Hæc ſunt igitur, quæ præcedere
debent contemplationem. Et his con
traria illam impediunt. Videlicet ſen
ſus egens, cura pungens, culpa mor-
dens, & irruẽtium corporearum phan
taſmata imaginum. Primum ergo eſt
ſenſus egens corporis. Nam in tantũ
anima ad corpus afficitur, ut niſi Deꝰ
hoc fecerit ex abundantia perflua gra
tiæ ſingularis, difficile eſt, ut tempore
ualidæ famis, frigoris, caloris, infir-
mitatis, ut anima defectum contem-
plationis non patiatur. Secundum
eſt cura pungens, ideſt ſolicitudo cu-
rarum, & occupationum etiam uti-
lium. Hinc dicitur de Martha. Mar-
tha, Martha ſolicita es, & turbaris cir-
ca plurima, &c. Tertium, culpa mor-
dens, ideſt peccatum in anima exiſtẽs
uel actu, uel memoria: nam utrumq;
reddit animam tenebroſam, & impe-
dit a contemplatione, ad quam requi-
ritur animæ puritas. Et ideo eo tem-
pore, quo uolumus contemplari, co-
gitationes noſtras ad peccata refle-
ctere non debemus, licet omni tem-
pore peccatores nos æſtimare debe-
mus. Quartum, quod impedit con-
templationem, ſunt phantaſmata cor
poralium imaginum, quæ difficilius
Gen. 31. amouentur. Hinc legitur feſtinaſſe
Rachelem, ut abſconderet Idola, quia
ad uitam contemplatiuam ſpectat re-
mouere phãtaſmata, quæ rectam Dei
Dignitas contemplatiuę uitę. cognitionem impediunt, & in hoc
commendatur ſolitudo. Dignitas ue-
ro contemplatiuæ uitæ exprimitur a

A Dño, dũ inquit Marthæ. Maria opti-
mam partem elegit, quare autẽ pars
Mariæ ſit optima, ſubinfertur cum di-
citur, quæ non auferetur ab ea. Actiua
enim uita cum corpore deficit. Quis
enim in æterna patria panem, uel po-
tum eſurienti, aut ſitiẽti porrigat, ubi
nemo eſurit? aut ſitit? Sed contempla-
tiua hic incipit, ut in cœleſti patria
perficiatur, quia ignis amoris qui hic
ardere inchoat, cum ipſum, quẽ amat
uiderit, in amore ipſius amplius igne-
B ſcit. Hinc deſcribitur Rachel pul-
chra, & uidens Lia, id eſt actiua, Lip-
pa, quia contemplatiua. Vita magis
eſt ſpecioſa in animo, dum quieſcit.
Et alibi dicitur. Melior eſt racemus Iudi. 8.
Ephraim uindemiis Abiezel. Vt me-
lius dicatur unum opus uitæ contem-
platiuæ, quod per racemum Ephraim
multis operibus uitæ actiuæ, quæ per
uindemias Abiezel intelligũtur, quia
unum eſt neceſſarium, & Maria opti-
mam partem elegit, dum Martha tur-
C batur erga plurima. Poſtremo fru-
ctus uitæ contemplatiuæ conſideran-
tur ex eo, ꝙ contẽplatio dicitur mons
pinguis cognitione, deuotione, chari-
tate, ſecuritate, tranquillitate, agilita-
te, & ſuauitate. Sed hinc aliud ſermo-
nis initium ordiemur, quoniam ſuffi-
cere uidentur ea, quæ dicta ſunt de
contemplatione.

D

*De Vtilitate contemplationis.*
*Sermo VI.*

IN varijs Scripturæ lo- Sermo 13.
cis inuenimus montes
accipi pro contempla-
tiuis, ſiue pro contem-
platione. Hinc montes Pſal. 113.
exultantes, ut parietes ſunt contem-
platiui, qui in iucunditatis ſuæ exceſſi
bus puram, & ſimplicem ueritatem
contemplantur. Et Mons Oreb eſt al- Exod. 3.
titudo contemplationis. Et montes Iob 39.
paſcuæ ſunt altę contemplationes in-
ternę



Ioſue 2. ternę refectionis. In hunc montem
Math. 5. nos quidem dicimur aſcendere Deus
autem deſcendere. In hoc mõte do-
cetur Deus, quia uita contemplatiua
abundat cognitione. Ideo in perſona
Exo. 19. contemplatiuorum dicitur. Venite
aſcendamus in montem Domini, &
docebit nos uias ſuas. Sic & Moſes
aſcendit montem, ut daret legem po-
pulo ſuo. In hoc monte aſcendendum
eſt, ut a Domino protegamur. Hinc
Exo. 19. dictum eſt Loth. In monte ſaluum te
fac. nam in altitudine contemplatio-
nis proteguntur contẽplatiui in abſcõ-
Pſal. 26. dito, tabernaculi ſui in die malorũ, qa
dum mali florẽt in mũdo, abſcõdũtur
per fidẽ, & cõtẽplationẽ in abſcõdito
Colloſ. 2. tabernaculi, i. in Chriſti humanitate,
quę dicitur tabernaculum, ideſt habi
taculum Diuinitatis. Nam in ipſo ha
bitat omnis, plenitudo Diuinitatis
corporaliter. Proteguntur etiam a
Pſal. 63. conſpectu malignantium ideſt dęmo
num. Vnde patet quam vita contem-
platiua ſit pinguis defenſione. Vnde
Pſal. in perſona contemplantis dr̃. Leuaui
ideſt ſurſum direxi oculos meos inte
riores ideſt intellectum, & affectum
in montes contemplationis, vnde ve
niet auxilium mihi ideſt multiplex
cognitio, quæ auxiliatur ad gloriæ aſ
ſecutionem, & pœnæ æternæ vitatio-
Matt. 14. nem. In hoc monte contemplatiui
etiam habent mentis quietem, quia
mons locus eſt ſilentij, Vnde dicitur
quod aſcendit Ieſus in montem ſolus
orare. Ex quo intelligitur quod con-
templatiua abundat mentis tranquil-
litate. Hinc in perſona eorum dicitur.
Pſal. 71. Suſcipiant montes pacem, ideſt tran-
quillitatem. Hoc eſt, contemplatiui
alti, & cælo propinqui indigent pace,
quia perturbatus oculus non poteſt
cæleſtia contemplari. Hęc quies men
tis multum eſt deſideranda, & ample
ctenda, nam nihil dulcius, nihil ditius.
Titulus eſt religionis, ager benedi-
ctionis, hortus delitiarum, Arca Dei,

A gaudium Angelorum, Theſaurus re-
gni, Habitaculum Spiritus ſancti ſpe
culum animæ, purum, & clarum, quo
ſe cognoſcit, & Deum. Hanc in contẽ
platione quietem deſignabat Abra- Gen. 48.
ham ſedens ad quercum Mambre. Et
ſedens, Iacob ſuper lectum, eſt vacans
contemplationi in quiete conſcien-
tiæ. Sic ſedere ſub vmbra ſponſi eſt Cant. 2.
in eius contemplatione quieſcere, &
in protectione Spiritus ſancti. Eſt etiã
mons locus eminentiæ, quia contem-
B platiuus ſemper habitat ſurſum. Hic Num. 35.
eſt deſignatus per Lęuitam, de quo di
citur, quòd non recipit hæreditatem
in terra. Quis Lęuita, niſi contempla-
tiuus? qui non habet hæreditatem in
terra. quia a terrenis ſegregatus ſurſũ
habet cor. & alibi dicitur. Quod talis Gen. 15.
non ſecat auem, quia non diſtrahitur
in temporalia, non ſeparatur a veri-
tate, nec habet corpus aduerſum Spi- 1. Theſ. 5.
ritui. Sed tota eius contemplatio eſt
in cœlis. Sed in hoc multum oportet 1. Reg. 24.
C vigilare, quia in abruptiſſimis Petris
Saul quærebat Dauid, quia in altitu-
dine contemplationis diabolus perſe
quitur ſanctos, ut præcipitet per ſu-
perbiam, quæ deſignata eſt per Aqui- Dan. 7.
lam, quæ ponitur apud Danielem, cu-
ius alæ ſunt præcipitatio, & præſum
ptio. Vel mons dicitur locus eminen
tiæ, quia contemplatiuus anhelat ad
ſolum uidendum Deum ſine omni
meditatione, ac inueſtigatione præ-
uia. Et hic eſt primus modus contem Contemplationem duo modi.
D plandi, vel anhelat ad cognoſcendum
Deum per creaturas, & hic eſt alter
modus contemplationis ſcilicet Scho
laſticus, & communis unus eſt in in-
tellectu, & alter in affectu, unus in lu-
mine, alter in amore. In hoc etiam
monte fit ſacrificium Deo Hinc præ-
cepit Dominus Abrahæ, ut filium ſuũ
immolaret in montem, vnde colligi-
tur quod contemplatiua abundat de-
uotione. Eſt etiam Mons locus incen Eccl. 45.
dij propter radios ſolis. Hinc in Eccl.
di-

dicitur. Tripliciter ſol vrens montes, A
ad deſignandum quod uita contem-
platiua abundat charitate. Vnde Gre:
Contemplatiua quidem uita eſt cha-
ritatem Dei, & proximi tota mente
retinere. Poſtremo mons locus eſt pa
Ezech. 34. ſcuæ. Vnde per Ezech. dr̃. In paſcuis
vberrimis paſcuā, & in montis excel-
ſis Iſrael erunt paſcua earū. ibi reqe-
ſcēt in herbis uirentibus, & in paſcuis
piſcibus paſcentur ſuper mōtes, quia
contemplatiua abundat cognitione
Vnde de contemplatione dicitur. In B
illa die ſtillabunt montes dulcedinē,
Dulcedo cōtemplationis. & colles fluent lacte. De hac dulcedi-
ne contemplationis inquit Greg. Con
templatiua etenim uita amabilis ual
Greg. li. 2. ſuper Ezech. Rom. 14. de dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam
animam rapit, cæleſtia aperit, terre-
na autem habere eſſe contemptui o-
ſtendit, ſpiritualia mentis oculis pate
Gen. 32. facit, corporalia abſcondit. Vnde
bene dicitur per ſcrip. Quod poſt ui-
ſionem Angeli emercuit neruus Ia-
cob, quia inſpecta ſuauitate dulcedi- C
nis Dei, quæ habetur in contempla-
tione, marceſcit in homine omne ter
renum, & omnis carnalis uoluptas.
1. Reg. 1. Sic etiam dicitur de Anna, quę non ac
cipiebat cibum, quia vitæ contempla
tiuæ ſuauitas non admittit uanam, &
Suauitas in cōtemplatione aufertur multis ex cauſis. terrenam conſolationem. Verum iſta
ſuauitas quandoque contemplatiuis
aufertur. Sicut præfigurabat abſentia
illa Beniamin, ſine quo noluit Iudas
aſcendere ad patrem. deſignabat enim
Gen. 44. defectum ſuauitatis in contemplatio- D
ne, ſine qua confitens, ſeu laudans
Deum videt ſe in laudibus Dei defice
re. Hic autem defectus contemplatio
nis ſolet quandoque oriri tum ex amo
roſa quadam indignationem, quæ cō
tingere ſolet inter amantes propter
inditium amoris alteri cuique oſten-
ſo, quo mutuus amor, vel in minimo
relaxari timeat, eo quod Zelotipus
eſt. Sic Spiritus ſanctus ſentiens ani-
mam quantumlucunque conſolatio-
nem extraneam admiſiſſe, ſenſionem A
ſuper dulcedinis, & amoris ei ſubtra-
hit per indicium illud, amoroſam ei
indignationem oſtendens ei, ut ipſa
ſe deliquiſſe cognoſcat, corripiat, &
caueat, ne quod abſit indignationem
ſuam reſeruet, qui ſine comparatione
ſolus amari deſiderat. Rurſum, ut a-
nima dilecta cognoſcat hanc a ſeme-
tipſo minime habuiſſe, nec proprijs
exercitijs meruiſſe, ſed ex ſola libera
dilecti bonitate profluxiſſe, ne per in-
curiam, uel propriam complacētiam B
inſoleſcat ſed magis humiliare ſe ſtu-
deat. Item, illam ſubtrahit, quia natu
ra ſenſualis ex affluentia ſenſionis il-
lius nimium debilitatur, & uulnera-
tur, præſertim circa pectus, ubi ma-
gis ebullire facit uitalem cordis ſan-
guinem. Inſuper ut dilectæ animæ in
noteſcat euidentius ſcia propria te-
pididas in exercitijs amoris uirtutum,
& bonorum operum, & magis ſolli-
cita reddatur ad requirendam gratiā,
& auxilium a dilecto, quaſi ſine illius C
conſolatione, nec in amore uirtutib9,
exercitiis, nec in acquiſitis iam per-
ſiſtere ualeat. Vltimo, ut cognoſcat
quod in illa nec eſt uera ſanctitas, nec
uera amoris iuſtitia, quia nec ſanctio-
res ſunt, nec magis diligunt qui eam
recipiunt, ſed qui præſentem ſuam
uoluntatem dininæ uoluntatis ſubie-
ctam habent, ita ut ſecundum diui-
nū beneplacitum pauperes eſſe ſciūt
omni interna conſolatione, & ſapo-
re, & in hoc ſolo poſſe cōſolari quod D
Deum potiſſime amant. Hæc ſubtra-
ctio delectationis ſignificabatur per
ſomnium Nabuchodonoſor, cuius o- Dan. 2.
blitus eſt, ſed poſt modum etiam eius
interpretationem accepit. Deſignat
enim delectationem contemplatio-
nis aliquando auferri a contemplati-
uis, ac poſtea multo plenius reddi.
Sic Lucta Iacob cum Angelo hoc de-
ſignabat, nam qui luctatur aliquando
ſe ſuperiorem, aliquando inferiorem
inuenit.



inuenit. Et contemplatiuus in contē- A
plationes certamine modo ſuperat,
quando ſeſe ad cæleſtia erigit, & ali-
quid de incircūſcripto lumine guſtat,
modo ſuccumbit quando deguſtando
iterū deficit, & ad ſuæ cæcitatis tene
bras ſuſpirando, atque lamentando rè
dit. Tunc autem uincitur Angelus,
quando iterum redit ad diuinam con
templationem, & conſolationem, &
humano intellectu comprehenditur
Deus. Sed quid faciet anima, ut ualeat
recuperare gratiam uitæ contempla B
4. Reg. 3. tiuę? Imitetur Eliſeum, qui de uerbo
Domini requiſitus cum Spiritum Pro
phetiæ ſibi ſenſiſſet deeſſe, pſaltem fe
cit adduci, quo pſallente mox in eum
inſiluit Spiritus Domini. Sic & tu fi-
delis anima mentalibus delicijs aſſue
ta, quę ſoles ad Theoricos quoſdam ex
ceſſus ſubito quodam tripudio, gau-
diorum ſubleuari. Huius exemplo di-
ſce quid agere debeas ut ſub neceſſi-
tatis articulo uelut ad manū habeas,
quo te ad aſſuetas delitias reparare C
ualeas. Quid enim per pſaltem, niſi
quandam in Deum, exultationem ac
cipimus? quæ tunc adducitur, cum
prouida recordatione cordis ex recor
datione diuinorum beneficiorum e-
xultatio reparatur? Pſallimus autem
cum ex magno cordis tripudio in Deū
Pſal. 49. iubilamus? Vnde pſal. ſacrificium lau
dis honorificabit me & illic iter &c.
Reuocatio ergo beneficiorum Dei cū
intenſis meditationibus fecit vt repa-
remus in nobis cordis exultationem, D
Suauitas in contemplatione modo guſtus, modo ebrietas dicitur. & iubilum mentis quem ſcriptura
modo vocat guſtum, modo ebrietatē,
vt oſtendat quàm parua ſit ad compa
rationē futuræ plenitudinis, & quàm
magna in comparatione cuiuslibet
mundanæ iucunditatis. O dulcedo
miranda, quæ tam magna es quod
extinguis ſitim omnium mundano-
rum, & tantæ dulcedinis es, quod in
dulcedinem vertis omnia ſupplicia
tormentorum, tantæque ſuauitatis,
quòd animam excitas ad ſuperiorū A
deſiderium, & tam parua quod de il-
la plenitudine vix ſtillam modicam
decerpis. Modicum enim quid de tan
to fælicitatis pelago mentibus, inſtil-
las, mentes tamen quas infundis ple-
nè inebrias. merito tantillum de tan-
to guſtui dicitur. Et quia mentem a Effectus iubili mētis.
ſeipſa ſic alienat, ebrietas dicitur. Nā
ex hoc guſtu ſolet mens tam ineffabi-
le gaudium concipere, quod nec ab-
ſcondi poteſt, nec ſermonibus aperi-
ri, & tamen quibuſdam motibus per- B
ditur, vt vberibus lachrymis, uocibus
inuſitatis, multi modis membrorum
inquietis geſtibus, & importunitati-
bus, ut diſcurrere, ſaltare, manibus
plaudere, manib. tremere. Vnde pſal.
Beatus, ait, homo, qui ſcit iubilatio-
nem, quia ſciri quidem mente poteſt,
ſed dictu exprimi non poteſt. Ex hoc
iubilo ſequitur conſcientiæ exhilara-
tio, obliuio omnium præteritorum
dolorum, exultatio animi, claritas in-
tellectus, illuminatio cordis, ac tandē C
innouatio totius hominis, & mutatio
in Deum. De hoc guſtu, inquit ſcript. Can. 5.
Guttur illius ſuauiſſimum. Ac ſi dice-
ret. Amoris eius guſtus, & conſolatio
ſpiritualis adeo ſuauis eſt, ut non ſolū
mentem reficiat, ſed etiam corporis ci
bum obliuiſci faciat, & corporis labo
res, imo mortem amariſſimam dulcē
facit. O dulcedo igitur melliflua quā
dulcis es in meditatione, dulcior in
contemplatione, dulciſſima uero ſem
per in æterna beatitudine. Quare me D
rito anima tali dulcedine affecta cla-
mare debet cum ſponſa, & dicere.
Trahe me poſt te, in odorem un- Cant. 1.
guentorum tuorum. Petit igitur
trahi donec per contemplationem ſa-
poroſam omnia creata liberis alis, id
eſt affectibus ſupergredi ualeat. Do-
nec inquam omnes adulterinas conſo
latiunculas ulteriori cōſolationis ſpi-
ritu inebriata faſtidiat. Dicens cum
Proph. Renuit conſolari anima mea Pſal. 76.
me-

memor fui Dei, & delectatus ſum. A
Sed vbi? in odorem vnguẽtorum tuo-
rum. Sed quod quæſo uult odor iſte,
cur non ſapor, aut viſus, aut aliquid
huiuſmodi. Rationem audi. Cuncta
ni fallor delectamenta ſenſibilia, quæ
exterioribus ſenſibus concipiuntur, ſi
frequentata fuerint, faſtidium gene-
rant, ut de eſuriẽte ad eſcas delicatas,
quarum ſatietas mox faſtidium gene-
rat. Sola vero fragrantia odoris ſua-
uiſſimi delectabiliter reficit, corpus
non aggrauans, faſtidium non gene- B
rans, ſed appetitum renouans. Per il-
lam itaque non incongruè illa dulcis
influentia Diuinæ dulcedinis, & amo
ris deſignatur, cuius nimirum refectio
appetitum reuocat. Appetitus uero
refectionem ingeminat, & alter alte-
rum in hac viciſſitudine confortat.
Hac dulcedine ebrius factus Petrus
propter unam guttam illius uini di-
xit hodie Domino. Bonum eſt nos
hic eſſe. Sed neſciebat, ut inquit Euan
geliſta. Quid diceret. Quia oportet C
quandoque illam dimittere ad tractan
da temporalia, uel alios corrigendos.
quamuis cum amaritudine deſeratur.
Ezech. 3. Hoc deſignabat quando abijt Ezech.
amarus ad reprehendendum populũ,
poſtquam locutus eſt Dominus ei. Fi
gura enim eſt eorum qui relicta dul-
cedine contemplationis ad actiuam
cum amaritudine deſcendunt. Sic
Gen. 32. etiam inquit Angelus Iacob. Dimitte
me, iam enim aſcendit aurora. Ac ſi
diceret. Deſine a contemplatione, & D
curre ad actiuam, quia & ſi melior, ſe
curior, atque ſuauior ſit contemplati-
ua, quàm actiua, tamen pro loco, &
tempore præeligenda, quia anterior,
Actiua q̃-doque cõtẽplatiuæ præfertur. quia poſt Liam Iacob requieuit in am
plexibus Rachel. Tum etiam eſt fœ-
cundior, quod etiam deſignatum eſt
in Lia, quæ plures habuit filios, quam
Rachel, quia actiua vita dum occupa-
tur in opere accendendo proximos
modo, per verbum, modo per bonum
exemplum ad ſuã imitationem, mul-
tos in bono opere filios generat, &
ideo quãdo ex precepto, vt ex officio,
vt ſunt prælati, uel alij de quib. Apoſt. Phil. 1.
Mihi uiuere &c. Vel ex obedientia
quid obligatur ad operandum, uel ad
audiendas confeſſiones debet deſiſte-
re a contemplatione. Nam quando-
que Dominus melius inuenitur per
operationis laborem, quam per ociũ
contemplationis. Vnde ſponſa in Can Cant. 3.
ti. inquit. In lectulum meum per no-
ctem quæſiui quẽ diligit anima mea,
quæſiui illum, & non inueni. Quid igi
tur facies? Surgam, & circuibo ciuita
tem. Nec ſtatim inuenit, quia non ſu-
bito in primo die, vel ſecundo oſten-
dit Dominus ſe operantibus, ſed tan-
dem poſt magnum laborem. Et hoc
eſt quod inquit Iacob Angelo. Non Gen. 32.
dimittam te, niſi benedixeris mihi.
Imo inquit Greg. quo qui ſolitudinis, Nota.
loca querunt vt cõtemplatione fruan
tur, & ſe abſtinent ab operibus acti-
uis, & a profectu animarum, uerbi gra
tia, ab audientia confeſſionum, vel
a prædicatione uerbi Dei, hoc ſcire
debent quod tot animarum rei ſunt,
quot in publicum prodeuntes prodeſ
ſe potuerunt. Hinc inquit Salomon. Prou. 11.
Qui abſcondit frumenta in tempore,
maledicetur in populis. Benedictio au
tem ſuper caput uendentium. Et Do-
minus reprehendit illos quos inuenit
ſtantes. Exeundo circa horam xj. & di
xit eis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi.
Sic etiam cum Elias maneret in ſpe-
lunca. Vox ad eum facta eſt. Quid hic
agis, Elias. Vt nobis documento ſit,
quod deteſtatus Dominus om-
nes illos, qui malunt late-
re, quam in publico
alijs prodeſſe. Sed
modo ſermo-
nem conclu-
damus.

Domi-



## DOMINICA III. In Quadrageſima. A

### *Sermo I.*

Sermo 32. Luc. 11. Mat. 12. Iud. 16.
ERAT Ieſus eijciens dæ
monium, & illud erat
mutum. Legimus in
libro Iudicum quòd cũ
tonſor raſiſſet ſeptem
crines Sampſoni, Dalida cæpit abige-
re eum, & a ſe repellere, quem Phili-
ſtijm apprehendentes ſtatim eruerũt B
oculos eius, & clauſum in carcere mo
lere fecerunt. Quid hoc, dilectiſſimi,
ſignificat niſi detrimentum, quod pec
cator incurrit ob peccatum. Ecce per
ingreſſum Sampſonis ad Dalidam
Tonduntur illi ſeptem crines, in qui-
bus illi erat maxima fortitudo, & ſta-
tim captus a Philiſteis, & illuſus poni-
tur ad molam erutis oculis, quia pec-
cator conſentiendo mulieri, ideſt car-
ni, blandiente libidine, ſtatim amittit
gratiam ſeptiformem Spiritus ſancti C
quã ſpoliatus eruuntur oculi, quia a-
deo intellectus obtunditur, vt a dœ-
monibus illudatur & faciat eum mo
lere, & in gyrum vertere vbi uolunt,
quia affligunt eum, ita vt de peccato
trahant ad peccatum. Sed quid faciet
iſte, ſic duram patiens ſeruitutem? re-
currat ad verum medicum animãar
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,
qui non venit vocare iuſtos, ſed pec-
catores ad pęnitentiam, & qui ſoluit
compeditos, & illuminat cęcos, quẽ- D
admodum hodie non ſolum per
Chriſtum locutus eſt mutus, ſed etiã
a cęcitate illuminatus eſt. Nam quin-
que miracula facta ſunt in homine
iſto. Primum, quia curatus fuit a dœ-
monis uexatione. Secundum, quia il-
luminatus fuit a cęcitate. Tertium,
quia recepit auditum. Quartum, quia
recepit facultatem loquẽdi. Sed quia
aliquis poſſet recipere facultatem lo-
quendi, adhuc tamen non loqueretur,
ſi loqui non didiciſſet, Ideo quintum
miraculum fuit quod cum iſte loqui
non didicerit, nec unquam audiuerit
alios loqui, ſtatim loquutus fuit. Vnde
inquit Euangeliſta Lucas. Et erat Ie-
ſus eijciens dœmonium &c. Vbi nõ-
ta frequentiam Domini in eijciendo Frequẽtia
dœmonia. Primo enim eiecit de cœlo Domini in
eijciendo. Vnde Io. inquit. Proiectus eijciendo
eſt draco ille magnus ſerpẽs antiquus, dæmonia.
qui uocatur diabolus, & ſathanas qui Apoc. 12.
ſeducit vniuerſum orbem, & proie-
ctus eſt in terram, & Angeli eius cum
eo miſſi ſunt. Secundo proiectus eſt
de paradiſo illum maledicendo. Vn- Gen. 3.
de Dominus. Quia hoc feciſti, maledi
ctus eris iter oĩa animantia, & beſtias
terræ. Tertio proiectus fuit de monte.
Vnde Euaageliſta. Vade Sathana, ſcri- Matth. 4.
ptum eſt enim, Dominum Deum tuũ
adorabis, & illi ſoli ſeruies, ipſum
ignominioſè expellendo. Quarto eie
cit de corporibus a dęmone oppreſ-
ſis. Hinc Lucas inquit, qui pertran- Act. 10.
ſijt benefaciendo, & liberando omnes
oppreſſos a diabolo, corporali ſcilicet Cauſæ
vexatione quam ſæpe permittit ut dia quarã a dia
bolus inferat, vel propter diuinæ bolo vexã
potentiæ oſtenſionem, ſicut dicitur tur homi-
de obſeſſo ab infantia, quem nullus nes corpo-
poterat liberare, niſi Chriſtus. Vel pro raliter.
pter culpæ punitionem. Vnde Lucas. Mar. 9.
Erat, inquit, homo in Synagoga ſpiri Luc. 4.
tum habens immundum, ſcilicet pro
pter peccatum incontinentiæ. Item Tob. 3.
propter meriti accumulationem, vt
patet de Sara. Vel propter aliorum eru Luc. 8.
ditionem, ſicut de illo, in quo erat le-
gio, cui dixit Saluator. Redi in do-
mum tuam, & narra quanta fecit ti-
bi Dominus. Vel propter parentum
punitionem, quia filij ſecundum cor-
pus ſunt res parentum, ideo parentes
puniuntur in filiis, ut patet de Dauid. 1. Reg. 12.
Cui dixit. Nathaan. Quoniam blaſ-
phemare feciſti inimicos nomen Do-
mini, propter verbum hoc filius, qui
natus eſt tibi morte morietur. Quin-

R to

to eiecit a mundo, ipſum ab eius po-
teſtate eripiendo, & hoc per ſuam paſ
Ioan. 12. ſionem. Vnde Ioan. inquit. Nunc prin
ceps huius mundi eiicietur foras. Sex-
to deijciet eum in infernum, in incē-
Eſa. 14. dijs æternis deputando. Vnde Eſaias
inquit. Veruntamen ad infernum de-
traheris ad profundum laci. Eijciens
dœmonium, ideſt conſuetudinis pec-
cata, quia humanum eſt peccare, An-
gelicum emendare, diabolicum perſe-
Super Ioã. uerare. Et hic difficilius ſanatur, ſicut
c. 11. reis in dicit gloſſa deſignans impeditionem
fremuit. ex parte hominis: nam difficile ſurgit
quem moles prauæ cõſuetudinis pre-
mit. Rurſum eijciens dœmonium.
Quod intellige poteſtatiue, nam ſic
nemo poteſt eijcere dœmonium, niſi
ſolus Deus. Alij autem ſancti propter
eius inuocationem dęmonia eijciũt.
Quinimo etiam peccatores, vt in-
Luc. 9. quit Lucas. Vnde gloſſa ſuper Matth.
Matt. 7. dicit. Prophetare, uirtutes facere, dę-
mones eijcere interdum non eſt meri
ti illius, qui hoc operatur, ſed inuoca-
tio nominis Chriſti hoc facit ad dam
nationem inuocantis, uel ob vtilitatē
eorum, qui vident, aut audiunt. Item,
Eijciens ideſt per vim expellens, quia
magnum eſt a læſione ceſſare, quia
tanto grauius diabolus dimittit, quan
to poſſedit diutius, Vnde ad deſignan
Mar. 1. dum hoc inquit Marcus, quod diſcer-
pens eum ſpiritus immundus, & ex-
clamans voce magna exijt ab eo. Vn-
de ex uerbo illo. Diſcerpens, vehemē-
tem dolorem in exitu diabolus oſten
dit. Item diſcerpere idem eſt quod
proijcere. Vnde ſciendum, quod quan
do dæmon cõpellitur exire ab obſeſſo
cõſueuit aliquod nocumentũ inferre.
Sed quando a Ieſu procijcitur, nihil
tale fit. Vnde turba præ admiratione,
Luc. 4. vt inquit Euangeliſta Lucas, dicebat.
Quid eſt hoc verbum, quod in poteſtā
te, & virtute imperat immundis ſpiri-
tibus, & exeunt. Et eiiciens Lucas in-
quit quod ſpiritus apprehendit illum,

A & ſubito clamant, & elidit, & diſſi-
pat eum cum ſpuma, & uix diſcedit
dilanians eum. Nota quòd ſeptem ver Diaboli 7.
ba ponit Lucas, quorum actus ſignifi effectus in
cant ſeptem effectus diaboli in pecca- peccatorē.
torem. Primo apprehendit eum per
conſenſum. Vnde ſcript. Omnes per- Thre. 1.
ſecutores eius apprehenderunt eum
inter anguſtias. Secundo clamare fe-
cit per impudentiam. Vnde Eſa. Pec- Eſa. 3.
catum ſuum ſicut Sodoma prædicaue
runt, nec abſconderunt. Tertio allidit
B per elationem. Vnde Proph. Eleuans Pſal. 101.
alliſiſti me. Quarto diſſipat per auari-
tiam. Vnde Iob. Cogitationes meæ Iob 17.
diſſipatæ ſunt torquentes cor meum.
Quinto facit ſpumare per luxuriam.
Vnde Hierony. Venter mero æſtuans
ſpumat in luxuriam. Sexto vix. diſce
dit propter peccandi conſuetudinem,
quia ſecundum Bedam. Quanto diu-
tius poſſidet, tanto difficilius recedit.
Septimo dilaniat, ruere faciendo de
peccato in peccatum. Vnde Gregor.
C Peccatum, qđ per pœnitētiam non di
luit, mox ſuo pondere ad aliud trahit.
Rurſum, Eijciens dæmonium. Nota Vniuerſi-
verbum, conſidera myſterium. Inde- tas pecca-
finite loquitur Euangeliſta, Volens in torum in
hoc nobis inſinuare uniuerſitatē pec- muto hoc.
catorum, quæ erat in iſto. Vnde Ioan. Apoc. 12
inquit. Quod proiectus eſt draco ille
magnus ſerpēs antiquus, qui uocatur
diabolus, & ſathanas, qui ſeducit uni-
uerſum orbem. In quibus verbis no-
tantur ſeptem peccata mortalia. Di-
D citur enim draco propter inuidiam,
magnus propter ſuperbiam, ſerpens
propter aſtutiæ calliditatem. Hinc di-
citur de eo, quòd ſerpēs erat callidior
cunctis animantibus terræ. Vel ſerpēs
propter inuidiam. Antiquus per gu-
lam, quia hoc eſt peccatum antiquũ,
ſcilicet primi hominis; Diabolus per
luxuriam, quia diabolus interpreta-
tur defluens. Sathanas, quando ten-
tat per iram, quia ira nobis maxime
aduerſatur, quia perturbat animam





in toto, ita quod impedit a ſuperiori,
& inferiori. Qui ſeducit uniuerſum
orbem, quando tentat per accidiam.
Hoc etiam fuit figuratũ, quando Do-
minus a Magdalena eiecit ſeptem
dæmonia, ideſt ſeptem peccata mor-
talia, quæ ſeptem nominibus dæmo-
num in Sacra Scriptura repertis con-
Septem no ueniunt. Quæ ſunt Diabolus, Behe-
mina dæ- moth, Leuiathan, Aſmodęus, Satha-
monum. nas, Exterminator, Dæmon. Diabolus
interpretatur deorſum fluens, & ſu-
perbiam ſignificat, quæ Luciferum de
cœlo, & Adam de Paradiſo expulit.
Luc. 14. Vnde Dominus. Qui ſe exaltat humi
liabitur, & qui ſe humiliat exaltabit.
Behemoth, ideſt animal ſignificat gu-
lam, quæ facit hominem, quaſi beſtiã.
Vnde Pſal. Nolite fieri ſicut equus, &
mulus in quibus non eſt intellectus.
Leuiathan, additamentum, ſignificat
auaritiam, quæ ſemper addit denariũ
Pſalmus. denario, domum domui. Vnde Proph.
Eſai. 5. Vę qui coniungitis domum domui, &
agrum agro copulatis. Aſmodæus in-
terpretatur factura iudicij, ſignificat
Gen. 6. luxuriam, per quã Dominus diluuio
mundum iudicauit. Sathan, aduer-
ſarius plaſmationi, inuidiam ſignifi-
cat, quæ ſemper maioribus aduerſa-
tur. Exterminator inuidiam, quæ ſem
per hominem ponit extra terminos
ſuos. Dęmon, ſufficiens iniquitas, ac-
cidiam denotat, quæ ſufficiens eſt ad
puniendum hominem, cum nil utili-
Eccleſ. 30. tatis ſit in ea. Vnde ſcript. Multos oc-
cidit triſtitia, & non eſt utilitas in ea.
Habitat ergo diabolus in ſuperbis.
Leuiathan in auaris. Behemoth, in gu-
loſis. Aſmodæus in luxurioſis. Exter-
minator in iracundis. Sathan in inui
dis. Dęmon in accidioſis. Propter hãc
Sampſon amiſit fortitudinem in ſinu
Dalidę. Chriſtus ergo eijciens dęmo-
nium, inſtruit nos, qualiter dęmonem
eijcere debemus, videlicet Diabolum
humilitate. Leuiathan bonorum de-
nudatione male acquiſitorum. Vnde

A Aug Si tenes obolum, teneris a Diabo
lo ob obolum male acquiſitum.
Aſmodęum virga diſciplinæ, ſic no-
ſter Pater Benedictus eiecit Diabolũ
a Monacho, qui orare non poterat, per
virgã crucis. Vnde Eſa. Pauebit Aſſur Eſa. 30.
virga percuſſus. Exterminatorem per
ſtillicidium verbi Dei. Vnde Matth. Matt. 8.
Obtulerunt ei multos dęmonia haben
tes, & eijciebant ſpiritus immundos
verbo. Sathanam, ideſt inuidiã fumo
deuotæ orationis. Behemoth, ideſt gu
B lam ieiunio. Vnde Dominus. Hoc
genus Dæmoniorũ nõ eijcitur, niſi in
ieiunio, & oratione. Dæmonem, id
eſt accidiam aqua calida lachryma-
rum. Sic Pharao ſubmerſus eſt in ma- Exo. 14.
ri rubro, id eſt lachrymarum fluuio.
Eijciens dęmonium, & illud erat mu-
tum. Mutus dicitur dęmon triplici- Mutus dici-
ter, & ita facit homines mutos. Pri- tur dęmon
mo dicitur mutus a laude Dei. Vnde triplicitur.
Pſal. Quia non infernus confitebitur
tibi, &c. Et ſic facit homines mutos
C a Dei laudibus, qui de beneficijs rece- Pſalmus.
ptis non referunt Deo gratias. Imo
ſunt ut porci, qui etiam comedendo
ſemper murmurant. Secundo Diabo-
lus dicitur mutus ad uera loquēdum, Ioan. 8.
ſed ſemper mendax eſt. Sic etiã mul-
tos modo facit mutos aſſidue menda-
cia loquentes. Vnde Luc. Ananias Act. 5.
cur tentauit Sathanas cor tuum men-
tiri Spiritui ſancto. Tertio mutus eſt
Diabolus ad ueniam petendam de ſua
tranſgreſſione. Vnde Iob. Indura- Iob 40.
D tum eſt cor eius, vt lapis, ſic linguas
multorum ligat etiam iſto ligamine
ne confiteantur. Vnde ſciendum, ꝙ
ſolet Diabolus imitari lupum rapien
tem ouem, quam non rapit per pe-
dem, aut manum, ſed per collum. Sic
Diabolus lupus eſt. Vnde Ioannes. Ioan. 10.
Lupus rapit, & diſpergit oues. Qui
non tenet peccatorem per pedē. nam
dimittit ambulare hominem ad Ec-
cleſiam. Non per manum, quia per-
mittit hominem eleemoſynam dare.

Non per aurem, quia permittit verbũ A
Dei audire, ſed duntaxat tenet eũ per
guttur, ne iniquitates manifeſtet in
confeſſione. Imitatur etiam Diabo-
lus furem, qui claudit hoſtium dom⁹,
ideſt os peccatoris manu, in qua ſunt
Gen. 3. quinque digiti. Primus eſt pudor. Sic
obmutuit Adam. Huic digito debet
reſiſtere peccator per memoriæ reue-
lationem tempore iudicij. nam nil
Matth. 10. opertum, quod non reueletur. Secun-
4. Reg. 5. dus digitus eſt timor, ut patet de Gie-
zi, qui timuit confiteri veritatem, in- B
terrogat⁹ ab Eliſeo vnde veniret, ideo
ſtatim percuſſus eſt lepra. Sic accidit
timentibus confiteri peccata coram
Sacerdote, nam poſt hoc publicabun-
Iob 6. tur toto mundo. Vnde Iob. Qui ti-
met pruinam, cadet ſuper eum nix.
Iſte digitus debet excludi per timorẽ
Pſal. 118. iudicij. Vnde pſal. A iudicijs.n. tuis
timui. Tertius digitus eſt malus amor
Act. 5. ad peccandum, vt de Anania, & Za-
phira, qui amore pecuniæ noluerunt
confiteri ueritatem, & ideo morte ſu- C
bitanea præuenti ſunt. Quartus di-
gitus eſt hypocriſis, contra non nullos
religioſos, qui peccatum nõ confiten-
tur, ne exiſtimentur mali. Iſti faciunt
vt Adam, qui folijs ficuum operuit ſe
poſt peccatum. Vnde Bern. Si medi-
ci opus expectas oportet, ut uulnus de-
tegas. Quintus digitus eſt conſuetu-
Matth. 27. do mala. Vnde Salo. Impius cum in
Gen. 4. profundum peccati peruenerit, con-
temnit, ſcilicet pœnitentiam. Sic fuit
Iudas, qui plus peccauit deſperando, D
quam tradendo. Sic Cain. Facit etiam
cęcum, & ſurdum. Vnde Chryſoſt.
Magna (inquit) & miranda eſt nequi-
tia dęmonis alterum ingreſſum oppi-
lauerat, per quem ille crediturus erat,
ſcilicet auditum, & viſum, & tertium,
ſcilicet linguam, ne confiteretur. Au-
ditum enim oppilat, ut non audiant
Chriſtum pulſantem ad cor peccato-
ris. Viſum vero, dum excęcat ad cœ-
leſtia contemplanda, dum non penſat

A quam ſit fęda carnis voluptas, & mu-
lier, quam amat. Amor iſte carnalis
excęcauit Sampſonem, deiecit Da-
uid, infatuauit Salomonem. Iſte ſic
mutus, ſurdus, & cęcus ſanatur a Chri
ſto. Vnde erat eijciens dęmonium.
Et cum eieciſſet, locutus eſt mutus.
Ecce perfectio ſanitatis. Nam nemi-
nem curat Ieſus, quem perfectè nõ cu
ret. Hoc fuit figuratum, quando ſana- Hugo ſup.
uit leprã, paralyticum, ſocrum Simo- Matth. 8.
nis, & dęmoniacos. Vnde per Eſa. di-
B citur. Perdam Babylonis nomen, id
eſt ipſam peccati infamiam, & reli-
quias, ideſt impedimẽta ad bene agen
dum, & germen, ideſt prauam uolun-
tatem, & progeniem, ideſt opera pra-
ua. Nomen perdidit, quando lepram
curauit, reliquias, quando paralyticũ,
germen, quando ſocrum, progeniem,
quãdo curauit dęmoniacos. Rurſum
mutus iſte curatus a Domino, ſignifi-
cat populum gentilem, qui erat dę-
moniacus, cęcus, & mutus, Dęmonia-
C cus, Idola colens, & ideo a Diabolo
poſſidebatur. Cęcus, Creatorem ſuum,
nec nominari ſciens. Mutus a Dei lau-
de. Vnde liberatus locutus eſt lau-
dem Dei, vt omnis lingua confitea-
tur &c. Sed hæc modo ſufficiant, quia,
ad ea, quæ ſuperſunt a' rius erit opus
Sermonis.

*Sermo II.*

NVLLA maior peſtis (di- Sermo 33.
lectiſſimi fratres) quam Inuidię
D inuidia. Inuidus non malum.
quærit quid dicit, ſed ſo
lum vt dicat. Inuidi ſi-
miles ſunt ſcarabeis, qui ſicut illi nu-
triuntur ſtercore, ſic illi aliorum infor-
tunijs. Adulter in breui complet pec-
catum ſuum, inuidus nunquam quie-
ſcit. Ex inuidia Abel fuit occiſus.
Datan, & Abiron, & Maria inſurgunt
contra Moſen. Inuidi ſunt imitato-
res diaboli. Ex inuidia mors intrauit
in



in orbem terrarum. Hinc Paulus in A
Epiſtola hodierna hortatur nos, ut imi
tatores ſimus Dei, & non diaboli. At
contra Phariſæi hodie ex inuidia imi-
tantes ſuum patrem diabolum, viden-
tes a Domino factum miraculũ, quod
locutus eſt mutus, inquiunt, In Prin-
cipe Dęmoniorum Beelzebub eijcit dę
monia, ideſt confęderatus, & familia-
ris eſt principi dæmoniorum, & con-
ſenſu illius minorem dæmones obe-
diũt ei, vt exeant quando vult, & hoc di
cebant ex inuidia, & ideo legitur hi- B
ſtoria, Ioſeph. Sed turbæ admiratæ
ſunt, & recte, quia ſi Moſes fecit mira-
cula, & alij ſed non tot, quot Ieſus.
Nec qui ſolo tactus, nec ſtatim, vnde
ei ſoli conuenit dicere. Domine quis
ſimilis tibi. Et dicebant, nunquid iſte
eſt filius Dauid, ſcilicet manſuetus cõ-
tra dęmonium deſiderabilis aſpectu
contra cæcum, manu fortis contra
mutum? Vnde nota quod turbæ .i.
ſimplices mirantur, ſed Phariſęi, ideſt
diuiſi dicebant. In Belzebub principe C
dæmoniorum eijcit dæmonia. Sed
forſan hæc ſola contumelia fuit Dño
illata? minimè quidem; Imo ſi ſacram
ſcripturam recte conſiderabimus, in-
ueniemus & alios. O mira Saluatoris
clementia, quos poterat mergere in
profunda inferni, ſuſtinet patienter,
& non prorupit in improperia. Ecce
Contumelię contra Dominum quidam dicunt Dominum, furioſum.
Alij phantaſmata, Alij potatorem vi-
ni, & deuoratorem. Alij ſeducen-
Mar. 3. tem turbas. Alij filium fabri. Alij D
Matt. 14. hortulanum. Alij ſpiritum. Luc.
Matt. 11. vlt. Alij dęmoniacum, ut hic. Sic
Luc. 4. & nos furioſum dicimus, cum eius ſer
Ioan. 20. uum bene facientem, & bene prædi-
Io. 8. cantem ſtultum æſtimamus. Nam qui
Luc. 10. uos ſpernit inquit Dominus, me ſper-
4. Re. c. 21. nit. De hoc dicitur quod defluebant
& c. 9. ſaliuę in barbam, in quo prædicatio-
nis abundantia ſignificatur. Et dixit
Achis ad ſeruos ſuos. Vidiſtis homi-
nem inſanum? Et alibi. Quid venit

A inſanus iſte ad te? Illi vero cenſent
phantaſma. Qui abſtinentem quaſi
non ſit homo, admirantur, & irrident.
Vnde dicit Euang. Venit Ioannes neq;
manducans, neque bibens. Et dicunt. Matt. 11.
Dæmonium habet. Illi uero forato-
rem dicunt, qui viros religioſos, quos
vident, dicunt in occulto vacare deli-
tiis. Vnde Iob. Eſſe ſub ſenſibus deli- Iob. 30.
tias reputabant. Illi reputant Domi-
num ſeductorẽ, qui monẽtes ad introi
tum religionis dicunt ſeductores. Sed
B hæc bona ſeductio eſt. Vnde Proph. Se- Hiere. 20.
duxiſti me Domine, & ſeductus ſum,
fortior me fuiſti, & inualuiſti, factus
ſum in deriſum tota die. Illi dicunt
filium hominis filium fabri, qui pro-
pter generis ignobilitatem contem-
nunt alios, & promouere nolunt. Vn
de ſcrip. Nunquid Saul inter prophe- 1. Reg. 10.
tas, & quis pater eius? At illi hortula-
num exiſtimant, qui propter laborem
magnum, quem in religione habent,
negotiationes adducunt. Vnde per
C Ioan. Dominus. Nolite facere do- Io. 11.
mum patris mei domum negotiatio-
nis. Illi uero ſpiritum dicunt, qui pro
pter diuinum opus, vel ſermonem, ali
quem ſpiritualem dicunt. Vnde Luc. Act. 32.
Videntibus autem illis nihil mali fieri
in eo conijcientes dicebant eum eſſe
Deum. Illi autem uocant eum dæmo-
niacum, & familiarem cum Beelze-
bub principe dęmoniorum, qui ex in-
uidia detrahũt bonis operibus ſeruo-
rum Dei. Sicut ex inuidia hodie Do-
D mino dicebant. In Beelzebub princi
pe dæmoniorum eijcit dæmonia.
Alij vero tentãtes ſcilicet ad proban-
dum, & decipiendum, ſignum de cœ- 1. Reg. 7.
lo quærebant ab eo. Sicut tonitruum
tempore Samuelis, aut ignis emiſſio-
nem tempore Eliæ. Iſti autem, qui 1. Cor. 1.
hoc ſignum petebant de cœlo, erant
Scribæ, & Phariſæi, quorum ſemper Iudic. 6.
propriũ eſt quærere ſigna a Dño ſicut
Apoſt. inqt. Iudæi ſigna quærunt. Sic
Abraham, Gen. 15. Gedeon Nec ta-
men

men iſtis ſcribis exhibet Dominus hęc
ſigna viſibiliter, quia ſi ea miraculoſe
oſtenderet, ipſi deprauarent, & dice-
rent aliunde prouenire. Adhuc ſcri-
bę noſtri, & Phariſæi petunt ſigna dé
cœlo, ideſt ſignum ſublimitatis uo-
lunt habere in ſe, ſigna vero, quæ ſunt
propriæ Chriſti nolunt videre, imo cō-
tradicunt, & contemnunt, cum tamen
nullam excuſationem afferre valeant
quod non viderint. Nam vbique po-
ſitus eſt nobis in ſignum. Poſitus eſt
enim in præſepio in ſignum humilita-
tis, puritatis, & paupertatis, Angelo
paſtoribus teſtante. Et hoc vobis ſi-
gnum. Inuenietis infantem pannis in-
uolutum poſitum in præſepio. Item
poſitus eſt in cruce in ſignum patien-
tiæ, & obedientiæ. Vnde Dominus

*Christus vbique nobis eſt poſitus in ſignum.*

Luc. 2.
Moſi. Fac ſerpentem æneum, & pone
eum pro ſigno. Item poſitus eſt in ſe-
pulchro in ſignum quietis, & cōtem-
Num. 21. plationis. Hinc Dominus Iudæis. Si-
gnum non dabitur eis, niſi ſignum
Matt. 12. Ionæ, ſicut, enim &c. Item poſitus
eſt in inferno in ſignum charitatis].
Eſa. 7. Vnde Eſa. Pete tibi ſignum a Domino
in profundum inferni, ſiue in excel-
ſum ſupra. Item poſitus eſt in cœlo
Eſa. 55. in ſignum uictoriæ. Hinc Eſaias. Et
erit Dominus in ſignū victoriæ, quod
non auferetur. Item poſitus eſt in ſi-
gnum, ideſt in ſigillum, vt in eo impri
mamur per meditationem cordis, &
Cant. 8. imitationem operis. Vnde in canticis
habetur. Pone me vt ſignaculum ſu-
per cor tuum, & ſignaculum ſuper
brachia tua. Item poſitus eſt in ſignū
ſimilitudinis, quo diſtinguitur, familia
Pſal. 4. Dei a familia non Dei. Hinc pſal. Si-
gnatum eſt ſuper nos lumen vultus tui
Domine. Sed huic ſigno multi contra
dicunt, qui in ſe ſimilitudinem Dei de
Iob. 24. ſtruunt. Vnde Iob. Ipſi fuerunt rebel-
les lumini. Item poſitus eſt in ſignum
Pſal. 59. cautelæ. Vnde Pſal. Dediſti metuen-
tibus te ſignificationem, vt fugiant à
facie arcus, ideſt iræ Dei. Item poſi-

A tus eſt in ſignum recte viæ, ſicut crux
ponitur in biuijs, & in Eccleſia. Vn-
de Eſa. In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in
ſignum populorum. Tandem poſi- Io. 3.
tus eſt in ſignum populorum. Hinc
Ioannes. Nemo poteſt hæc ſigna fa-
cere. ideſt miracula, niſi fuerit Deus
cum eo. Sed huic ſigno contradicunt
Iudæi dicentes. In principe Beelzebub
eijcit dæmonia. Sed Scribis & Phari-
ſæis tentantibus Dominū, & blaſphe-
mantibus, Ecce quædam mulier de
B turba ſuauitate verborum Chriſti ac-
cenſa cum magna fiducia coram Scri-
bis & Phariſæis beatidudinem In-
carnationis Chriſti confitetur, eleuans
vocem, & dicens. Beatus venter, qui
te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. Et re
vera Beatus venter, qui domus fuit
aromatum, qui pretium habuit redē-
ptionis noſtræ, & pignus cęleſtis hære
ditatis. Venter ille fuit tabernaculum Eccl. 14.
in quo requieuit is, quem nec cœli,
nec terra capere poterant. Vnde
C Eccl. Qui creauit me, requieuit in ta-
bernaculo meo. Venter ille habuit
theſaurum regis cœleſtis, ideſt filium
Dei in carne aſſumpta abſconditum.
De quo Eſaias. Vere tu es Deus abſcon
ditus. De quo theſauro loquitur Do- Eſa. 45.
minus dicens. Simile eſt regnum cœ Matt. 13.
lorum theſauro abſcondito in agro.
quem poſuit Dominus Deus in terra,
vt haberent homines acceſſum ad eū
& impleuit illud. Aperiet tibi Domi- Deu. 28.
nus theſaurum ſuum optimum cœ-
D lum. At Dominus dixit. Non ſo-
lum Beata eſt quæ verbum Dei habuit
in ventre, ſed etiam omnis ille, qui au
dit uerbum Dei, & cuſtodit illud. Vbi Ser. domini, ſeruatũ in
nota quod tribus modis ſeruatur ver-
bum Dei in corde, ore, & opere iuxta corde ore,
illud. Erunt verba hęc, quę ego prę- & opere.
cipio tibi hodie in corde tuo: Ecce pri
mum, & narrabis ea filijs tuis. Ecce
ſecundum, & ſequitur. Et ligabis ea
quaſi ſignum in manu tua. Ecce ter-
tium, ſcilicet operatio. In corde au- Deut. 6.
tem



Leu. 11. tem ſeruatur verbum Dei per amorē,
Pſal. 1. & iugem meditationem, ut ſit animal
rutilans, quod ſolum erat mundum
in lege. Secundum illud Pſal. In lege
Domini voluntas eius, & in lege eius
meditabitur die, ac nocte. Debet au-
tem in corde ſuſcipi verbum Dei, ſi-
cut ſurculus in trunco ad fructifican-
Iaco. 1. dum. Hinc Iacobus in manſuetudine
ſuſcipite inſitum verbum. Item ſicut
theſaurus in abſcondito, ne rapiatur.
Diabolus enim rapit ſemen, quod ſe-
minatum eſt in corde hominis, ut ab-
ſcondatur ſub terra humilitatis, vt di-
Prou. 20. citur Matth. cap. 13. Et quod verbum
Dei ſit theſaurus, habetur in Prouerb.
Theſaurus deſiderabilis, & oleum in
habitaculo iuſti, & imprudens homo
diſſipabit illud. Item vinum in cel-
Cant. 7. lario. Verbum enim Domini dicitur
vinum, quia inebriat. Hinc dicitur. Gut
tur tuum ſicut vinum optimum. Hoc
Mat. 19. vino erant inebrati Apoſtoli, quando
ad vnum verbum denudabant ſe, &
relinquebāt omnia, vt inquit Petrus.
Ecce nos relinquimus omnia. Itē ver-
bum Dei debet ſeruari in corde, quaſi
liquor precioſiſſimus in vaſe, ne effun
datur per obliuionem, uel negligen-
Luc. 2. tiam. Hinc dicitur de Maria, quia cō-
ſeruabat omnia uerba hæc conferens
in corde ſuo. Sed econtra quidam in-
cludunt per indiſcretam taciturnita-
tem, & cuſtodiunt ſicut frumentum in
arca, ideſt in quinternis, & libris nun-
quam ſeminantes, & nunquam inde
comedentes, & ideo nunquam me-
tent, & iſti tales maledicuntur a Domi
no cum ſeruo nequam, qui abſcondit
Matt. 25. pecuniam Domini ſui. Nam ſapien-
Eccl. 20. tia abſcondita, & theſaurus inuiſus
quæ utilitas in vtriſque? Alii includūt
in vaſe immundo ideſt in corde pra-
Eccl. 15. uo, de quibus dicitur. Non eſt ſpecio-
ſa laus in ore peccatoris. Item cor de-
bet ſeruare verbum, ſicut ſponſus nu-
ptam, ut eam præ omnibus diligat, vt
eam nulli abuſioni ſubigat, vt ancil-

A las, & pediſſequas eius ipſi non præ-
ponat, ſed plurimi ſunt adulterantes
verbum Dei præponentes ancillas, i.
verba mundialia, uel amatoria, quod
multum diſplicet Deo. Item verbum
Dei ſeruatur in ore, ſicut fons fluen-
do. Vnde Eſa. Erit ſicut fons irriguus, Eſa. 58.
cuius non deficiunt aquæ. Item ſer-
uatur in opere multis modis. Sicut vi-
tis per culturam, nam ſicut vitis are-
ſcit ſine cultura, & deperit. Sic fides
ſine operibus mortua eſt. Item ſeruа- Iaco. 11.
B tur ſicut uita per cibum. Opus enim
cibus ſpiritualis eſt. Vnde dicitur per
Ioan. Meus cibus eſt, vt faciam volun Ioan. 4.
tatem patris mei, qui miſit me. Item
debet ſeruari uerbum Dei, ſicut ignis.
Primo manus circumapplicando per
bonam operationem. Hinc Lucas. Lu- Luc. 12.
cernę ardentes in manibus veſtris. Se-
cundo ligna ſubminiſtrando per cru-
cis Chriſti, & aliorum beneficiorum
recordationem. Hinc dicitur in Leuit. Leuit. 6.
Ignis in altari meo ſemper ardebit,
C quem nutriet ſacerdos ſubiiciens li-
gna mane per ſingulos dies. Tertio
ſuffocando per orationem, & me-
ditationem. Vnde pſal. In meditatio- Pſal. 38.
ne mea exardeſcet ignis. Conemur er
go fratres non tantum eſſe auditores
verbi Dei, ſed etiam factores, quia nō
tantum auditores legis iuſti ſunt apud
Deum, ſed factores legis iuſtificabun-
tur. Hi enim a Domino beatificātur, Rom. 2.
quia ſi quis (inquit Dominus) ſeruaue
rit ſermonem meum, nō guſtabit mor Ioan. 2.
D tem in æternum.

## DOMINICA QVARTA
### in Quadrageſima.
*Sermo I.*

MVRMVRANTE po- Sermo 34.
pulo contra Moſen, & Num. 11.
Deum, ac dicente præ
deſiderio carnis, & ci-
borum, quos comede-
bat in Aegypto. Quis dabit nobis car
nium

nium eſcas, bene nobis erat in Aegy- A
pto. Et promittens Dominus Moſi
eſcas carnium, vſque ad menſem, do-
nec verteretur in nauſeam, Dixit Mo-
ſes. Sexcenta millia peditum ſunt, &
tu dicis dabo eis eſum carnium menſe
integro, &c. Cui reſpondit Dominus.
Nũquid manus Domini inualida eſt?
Iam nunc videbis vtrum meus ſermo
opere compleatur. Sic mihi uidetur
fratres in præſenti Dominica accidiſ-
ſe. Ecce reſpondente Philippo ad Do
mini interrogationem. Ducentorum B
denariorum panes non ſufficiunt eis,
vt vnuſquiſque modicum quid acci-
piat. Et alter. Eſt puer vnus hic ha-
bens quinq; panes ordeaceos, & duos
piſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos?
Dixit Dominus. Nunquid manus Do
mini inualida eſt? Iam nunc videbitis
vtrum meus ſermo opere cõpleatur.
Fecitque homines diſcumbere, & ut
ſaturati, atque impleti ſunt, college-
rũt duodecim corphinos fragmento-
rum ex quinque panibus, & duob. pi- C
ſcibus, quæ ſuperfuerunt his, qui man
ducauerant. Sed modo veniamus ad
hiſtoriæ explicationem. Poſt hæc.
Quia Iudæi offenſi erant de uerbis Ie-
ſũ, ideo mitigans Dominus eorũ furo
rem, ſeceſſit. Hinc Euangeliſta ſub-
iungit. Poſt hęc abijt Ieſus trans ma-
re, &c. Ad literam dãs nobis formam
patienter ſuſtinendi, & cautelam ce-
dendi furori. Nam ſicut iacula cum in
durum aliquod incidunt, grauius fe-
riunt, quæ autem non habent ali- D
quod obuians, diſſoluuntur cito im-
Cedẽdum furori. miſſa, & quieſcunt. Ita & ſi cum au-
dacibus hominibus impetuosè, & reſi
Eccl.8. ſtendo inceſſerimus, ſęuiunt magis, ſi
Exod.2. autem eis ceſſerimus, facile mollimus
1.Re. 21. eorum inſaniam. Hinc inquit ſcript.
1.Reg. 19. Ne des contra faciem contumelioſi.
Sic etiam fecit Moſes fugiens in terrã
Madian cedens Pharaoni. Sic Dauid
ceſſit Saulo. Et Helias a facie Hieza-
bel. Et hoc intelligendum, ubi perſo-

nalis eſt perſequutio: ſed ubi grex quę- A
ritur, debet paſtor ſe exponere pro
ouibus. Poſt hæc abijt Ieſus trans ma
re, &c. Chriſtus dicitur abire trans ma
re, quia ſemper in tranſitu fuit in ma-
ri huius ſęculi. In uia enim peccato-
rum non ſtetit, ut inquit pſal. Sed per Pſal. 1.
nauem crucis tranſijt mare ſęculi prę
ſentis, & uenit ad gloriam reſurre-
ctionis. Secundum illud, Aſcendens Matt. 9.
Ieſus in nauiculam, transfretauit, &
uenit in ciuitatem ſuam. Sic tranſiens
Deus coram Moſe deſignabat Chriſtũ B
impleta lege trãſeuntem per crucem
ex hoc mundo ad Patrem. Tranſiuit
enim Dominus hoc mare, quando ma
re mortalitatis, & pęnalitatis aſſum-
pſit naſcendo, calcauit moriendo, &
tranſiens reſurgendo peruenit ad glo
riam. Sic & nos oportet prius tran-
ſire per uarias tribulationes, ut poſſi-
mus introire ad regnum cęlorum. Vn
de Apoſt. Si compatimur, & conregna
bimus. Et ſequebatur eum multitudo Sequebantur multi
magna, quia videbant ſigna, quæ fa- C
ciebat. Hinc nota quod multi ſeque- Chriſtum, ſed ob ua-
bantur ut noua uiderent. Et hi ſunt cu
rioſi. Alii, ut comederent de panibus, rias cauſas.
& hi guloſi. Alij, vt ſanitatem recipe Ioan. 6.
rent, vt infirmi. Quidam ob inuidiã, Luc. 14.
vt eum in ſermone caperent, ut Phari Luc. 19.
ſæi. Alii vt doctrinam caperent, vt bo-
ni, & hi erant diſcipuli. Hinc Lucas
dicit quod erant fere quinque milia,
ad ſignificandum, quod quidam ve-
niunt ad doctrinam, vt ſciant, quidam
vt viuere ſciant, quidam vt videantur D
boni, quidam obſeruandi gratia, alii
cauſa ſocietatis, & conſuetudinis. Et ſe
quebatur eũ multitudo magna, q̃do
Ieſus aſcendit in mõtẽ. Vt re ipſa oſtẽ
deret, quod quando exaltatus fuerit a
terra in montem crucis, tunc omnia
ad ſe trahere debebat. Subiit ergo in
montem Ieſus ideſt latenter aſcendit.
Aptus locus refectioni mons: per mõ
tem enim ſignificatur perfectio iuſti-
tię. Secundum illud iuſtitia tua, ſicut Pſal. 31.
mons



Ioan. 4. mons Dei. Nam terrena hæc non ſa- A
tiant, imo qui ex hac aqua biberit, ſi-
tiet iterum. Quo. n. pl⁹ aquæ volupta
tis, & diuitiarũ ſunt potæ, eò magis ſi-
Oſeæ. 4. tim generãt. Vnde Oſe. Comedẽtur, &
non ſaturabunt, fornicati ſunt, & non
ceſſauerunt, ſed ſpiritualia ſatiant. Et
ideo Dominus ad montem aſcendit,
vt oſtendat in ſpiritualibus ſatietatẽ,
& perfectionẽ inueniri iuſtitiæ. Hinc
Salo. Iuſtus comedit, & replet animã
ſuam, venter autem impiorum inſa-
Pſal. 67. tiabilis. Et Pſ. Mõs Dei mons pinguis. B
Item ſubiit in montem. Vt per hoc
erudiat tumultus, & turbationes fuge
re. Aptum enim quid eſt ad philoſo-
phiam ſolitudo. Ideo ſæpe Dominus
Luc. 6. pernoctat, & orat. Docens eum, qui
ad Deum uadit locum a tumultu pu-
rum inquirere. Vnde ſcript. Sapientiã
ſcribe in tempore vacuitatis. Et qui
minoratur actu, ſapientiam perci-
piet. Item ſubiit in montem, &c. quia
poſt tranſitum huius maris ſubiit in
cęlum in die aſcenſionis. Et ibi ſede- C
bat cum diſcipulis ſuis ideſt cum An-
gelorum, & ſanctarum animarum
turmis, cum quib. aſcendit ſecundum
Pſal. 67. illud pſalmi. Aſcendiſti in altum,
cæpiſti captiuitatem, dediſti do-
Gen. 32. na hominib. Et alibi. In baculo meo
tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cũ
duabus turmis regredior. Erat enim
proximum enim Paſcha, dies feſtus Iu
dæorum. Paſcha ideſt tranſitus Domi
ni, vt det intelligere quod quiſquis
pane diuini verbi, & corpore, & ſan- D
guine Domini deſiderat refici, debet
Eccl. 24. tranſire de vitiis ad virtutes. Hinc di-
uina ſcriptura. Tranſite, inquit, ad
me omnes, qui concupiſcitis me. Item
quia nobis Paſcha, ideſt feſtum eſſe de
Cap. 1. bet, quando patimur. Vnde Iac. omne
gaudium exiſtimate fratres, cum in
tentationes varias incideritis. Rur-
ſum, qui ſunt uere Iudæi, ideſt confitẽ
tes ſe eſſe hic peregrinos, debent ha-
bere Paſcha, ideſt tranſitum pro feſto,

quando tranſeunt de morte, vt poſſint A
plene refici. Hinc pſal. Cum dede- Pſal. 126.
rit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæredi-
tas Domini, fili merces fructus vẽtris.
Sic ſęcularis debet prius mare huius
mundi tranſire, & ab eo ſe elongare,
& aſcendere in montem religionis, &
tunc ſequitur eum multitudo magna.
Quæ nam hæc multitudo? niſi intel-
lectus, & affectus circa Ieſum. Item
ad vitæ ſuę eminentis, & exemplaris
exemplum multi ſequuntur eius do-
ctrinam, & vitam. Hinc dicitur in figu B
ra Abraham. Egredere de terra tua, & Gen. 12.
& de cognatione tua, & de domo pa-
tris tui, & veni in terram, quam mon-
ſtrauero tibi, & faciam te in gentem
magnam. Et alibi legitur quod poſt-
quam Iacob exiuit de terra ſua, ha-
buit filios, & pauit gregem. Oportet
ergo hominem ablactari a dulcedine
mundi, quod eſt abire trans mare Gali-
leæ, quæ eſt aqua dulcis, & in montem
religionis ſecedere, vt ſequatur eum
multitudo magna. Et nõ ſolum opor C
tet religionem ingredi, ſed in illa per
ſeuerare, & hoc eſt ſecedere, & non re
trocedere. iux. illud. Iob. Iuſtificatio- Iob. 27.
nem, quam accepi non deſeram. Et
Apoſt. Quis nos ſeparabit a charitate,
Chriſti tribulatio, an anguſtia, &c.
Et erat dies feſtus. Tunc homo facit
feſtum, quando eſt vere Iudæus, quia
ſoli Iudæi ideſt confitentes peccata
ſua faciunt iſtum tranſitum de mem-
bris diaboli in corpus Chriſti, de cul-
pa ad gratiam, de vitiis ad virtutes, D
de ſeruitute diaboli in libertatem
Chriſti, de exilio uitæ pręſentis ad pa-
triam æternæ fęlicitatis. Et tunc faciũt
Deo, & Angelis, & ſibi, & toti Eccleſię
feſtum, & gaudium. Iux. illud. Gaudiũ Luc. 15.
eſt Angelis ſuper uno peccatore pœ-
nitentiam agente, quam ſupra nona-
ginta nouem iuſtis, qui non indigent
pœnitentia. Cum ſubleuaſſet oculos
Ieſus. Duo ſecundum literam ſunt
conſideranda. Primum, vt diſcamus
S Chriſti

Chriſti maturitatem oculos non eri-
gentis huc, atque illuc, ſed pudice ſe
dentis, & attente cum diſcipulis ſuis.
Prou. 11. Cõtra quod dicitur. Generatio, cuius
Eccl. 19. ſublimes ſunt oculi. Et iterum. Ex ui-
ſu cognoſcitur vir. Secundum vt diſca
mus quod neque ocioſe ſedebat cum
diſcipulis ſuis, ſed attente eos docens,
& ad ſeipſum corda eorum conuertẽs
diſcipulos, quos docebat intuebatur.
Miſticè autem oculi Domini ſunt do-
na ſpiritualia, quæ cum electis ſuis
miſericorditer concedit, tunc in eos
oculos ſuos ſubleuat, ideſt reſpectum
pietatis impendit. Hoc petebat Da-
uid dicens. Reſpice in me Domine, &
Miſerere mei. Et vidiſſet quia multi-
tudo maxima uenit ad eum. dixit ad
Philippum, &c. quia religioſus, ſiue
prælatus, qui neceſſe habet ſpirituali-
ter paſcere turbam ad ſe venientem,
& quia non habet, vnde paſcat, neceſ
ſe eſt quod aliũde emat labore, ſtudio,
& aſſiduitate orationum, ſecundum
Eſa. 55. Eſa. Qui non habetis argentum, pro-
perate, & emitte abſque vlla commu-
tatione vinum, & lac. Hoc autem di-
cebat tentans eum. Sed cum tentare
videatur eſſe ignorantis, ideo ad hoc
excludendum ſubiungit Euangeliſta.
Ipſe enim ſciebat quid eſset facturus.
Vnde ſciendum quod diuerſimode
aliquis alium tentat vt experimẽtum
de eo ſumat. Aliter enim tẽtat homo,
quia vt addiſcat. Aliter diabolus, quia
Iac. 1. ut decipiat. Deus uero nõ vt decipiat,
qa ipſe neminẽ tentat, nõ vt addiſcat,
quia ipſe eſt qui ſcrutatur corda, & re-
nes, ſed tentat ut aliis de tentato expe-
Gen. 22. rimentum tribuat. Sic tentauit Deus
Abraham, non ut eius virtus Deo, ſed
ſibi, & aliis manifeſtetur. Sic & Phi-
lippum tentat, ut aliis inſinuaret
ſuam reſponſionem inducens per
hoc eos in certiſſimam futuri ſigni re
ſponſionem. Reſpondit ei Philippus.
Ducentorum denariorum panes non
ſufficiunt, ut unuſquiſq; modicum qd

A accipiat. Vbi inſinuatur quam fuerit
rudis, pluſquam alij diſcipuli. Sicut
alibi. Domine oſtende nobis patrem,
& ſufficit nobis. Qui nullam diſpoſi-
tionem uidetur habere ad miraculum
faciendum. Et ideo inducit illum mo
dum, quo homines induci ſolẽt ad pa-
ſcendum, ſcilicet per pecuniam. Vbi
etiam inſinuatur Chriſti paupertas.
Andreas uero uidetur reſpectum habe
re ad miraculũ, & ideo dicit. Eſt puer
unus hic. Recordabatur for.e de Eli- 4. Reg. 4.
B ſeo, qui de uiginti panibus pauit cen-
tum uiros, ſed tamẽ opinatus eſt Chri
ſtum non eſſe maius miraculum fa-
cturum. Miſtice præter communem
expoſitionem de quinque libris Moy-
ſi, & duobus piſcibus, qui ſaporem da Quinque panos per.
bant panibus, ideſt Pſalmi, & Prophe
tæ auſterum legis ſaporem temperan-
tes, quia dum erudiuntur, populum de
promiſſione dominicæ incarnationis
nouæ gratiæ dulcedine paſcunt, quaſi
in virtute aquæ ſpem confouentes hu-
C manę uitæ. De quibus dicitur in Gen. Gen. 40.
Vidi ſomnium, quòd tria caniſtra fa-
rinæ haberem ſuper caput meum, &
in vno caniſtro, quod erat excelſius,
portare me omnes cibos regios, quæ
fiunt arte piſtoria, aueſque comedere
ex eo. Primum caniſtrum Lex. Secun-
dum Prophetæ. Tertium, Pſalmi, in
quibus ſunt omnes cibi regij, vnde ſo
liloquia appellantur. Farina eſt ſub-
tilis doctrina, quæ in his eſt, ex qua co
medũt aues, ideſt viri contemplatiui.
D Sunt enim duo piſces, duæ perſonæ,
Regia, & Sacerdotalis, quibus regeba-
tur populus Iudæorum, ſignificantes
Chriſtum verum Regem, & Sacerdo-
tem. Sed hæc quid ſunt inter tantos,
quia per ea non potuit genus humanũ
ad cognitionem perfectæ veritatis ad-
duci. Licet enim Deus in Iudæa no-
tus eſſet, gentes tamen eum ignora-
bant. Eſt puer unus hic, qui habet quin
que panes ordeaceos, & duos piſces,
ſed hæc quid ſunt inter tantos. Puer
eſt



eſt affectus, qui ſemper debet ad eum A
recurrere, ſicut puer ad matrem. Vn-
Pſal. 122. de pſal. Sicut oculi ancillæ, &c. Et ite-
Pſal. 24. rum. Oculi mei ſemper ad Dñm, qui
debet eſſe puer, ideſt purus ſine macu-
la per innocentiam, & pœnitentiam,
vnus per concordiam quo ad proxi-
mum, vnus non diuiſus, quia non im-
petrat. Et debet eſſe plenus, ut habeat
quinque panes hordeaceos, in memo
riam paſſionum Domini, qui ideo pa
nes dicuntur, nam reficiunt: & quin-
que, propter quinque vulnera, hordea B
cei, propter aſperitatem tormentorũ.
Hi panes debent ſemper commorari
inter vbera. Cor enim inter vbera eſt,
quia nunquam debet quis obliuiſci de
Cant. 1. tantis beneficijs. Iuxta illud. Faſcicu-
lus meus mihi inter ubera mea com-
morabitur. Sed nota quòd cum pani-
bus ſunt piſces, quia nũquam eſt ama
ritudo abſque cõſolatione. Hinc pſal.
Secũdum multitudinem dolorũ meo-
rum conſolationes tuæ lætificauerunt
Pſal. 93. animam meam. Sed nos ſumus ſicut C
pueri, qui datis ſibi pane, & piſce pa-
nem proijciunt, & piſcem comedunt.
Ita nos quod dulce eſt retinemus, &
quod amarum eſt reijcimus. Sed quid
Prou. 1. Dominus? Mane conſurgent, & non
inuenient me, eo quòd exoſam habue
runt diſciplinam. Homo enim plus de
bet comedere de pane, & utilius eſt ei
quàm de piſce. Et ita Dominus proui
dens noſtræ vtilitati in præſenti plu-
res dat tribulationes, quàm conſola-
tiones. Modo enim tempus eſt tribu- D
Eſa. 37. lationis. Vnde Eſa. Dies tribulatio-
nis, & anguſtiæ dies hæc. Et quemad-
modum pauper homo raro, & non
quotidie, ſed in feſtis dieb[9] dat piſces
familiæ ſuæ: Sic Chriſtus ſuis non
dat ſemper conſolationem, ſed raro,
vnde Bernard. Rara hora, & parua ho
ra, & hoc, ut auidius quæratur delecta
tio æterna. Aliter quinque panes.
Contritio, oris confeſſio, ieiunium,
oratio, & eleemoſyna, quæ ſunt par-

tes ſatisfactionis, & quia hæc dura
ſunt, dicuntur panes hordeacei. Duo
piſces, exemplum Confeſſorum, &
Martyrum dat ſaporem panibus, quia
ſecundum Gregor. Si exempla præde-
ceſſorum penſamus, nihil eſt graue,
quod ſuſtinemus. Vel aliter quinque
panes, cognitio ſui, pudor commiſſi,
timor inferni, dolor amiſſi, & cogni-
tio mundi. Duo piſces. Fides, & Spes,
quæ dant ſaporem panibus, ut poſſint
comedi. nam quis panes comederet,
niſi de venia, & gloria ſperaret. Et quo
modo ſperaret, niſi Dominum beni-
gnum crederet? Vel aliter. Puer Chri-
ſtus dat quinque panes, ideſt quinque
ſenſuum refectionem. Dat præſentia,
quaſi panem, quo ſatiatur uiſus, om-
nia uana, & caduca eſſe cognoſcens.
Vnde Script. Vidi cuncta ſub Sole, & Eccl. 1.
omnia vanitas. Hoc pane ſatiatus Da
uid dicebat. Auerte oculos meos, ne Pſa. 118.
uideant uanitatem. Dat præterita, quo
ſatiatur auditus, cum audit non eſſe
quæ fuerunt. Dat futura, quo ſatiatur
odoratus, ideſt timorem iudicij. De
quo Iob. Procul odoratur bellum, id Iob. 39.
eſt dies iudicij, qui timendus eſt ante-
quam ueniat. Dat bona ſpiritualia
promittens cęleſtia, quo ſatiabitur gu
ſtus in futuro, hic autem prouocatur,
vnde pſal. Guſtate, & uidete, quã ſua- Pſal. 39.
uis eſt Dominus. Item ſatiatur tactus
per flagella, vnde in Canticis dicitur. Cant. 5.
Venter meus, ideſt conſcientia mea
intremuit ad tactum eius, ideſt flagel
lum Domini, reputans illud mihi ac-
cidere pro peccatis meis. Duo piſces.
Cognitio illuminans intellectum, &
dilectio inflammans affectum. Co-
gnitio tribus panibus dat ſaporem,
quia cognitio præſentia intelligit, fu-
tura præuidet, præteritorũ recordat.
Dilectio duobus ultimis, quia qui di-
ligit Deum, præ guſtatione bonorum
cęleſtium etiam flagella delectantur.
Vnde Paulus. Libenter gloriabor in 2. Cor. 12.
infirmitatibus meis inhabitet in me
S 2 virtus

A virtus Chriſti. Iſti quinque ſenſus, qui ſic debitæ regũtur, figurantur in quinque filijs Marathiæ. In Cherubin templi, quorũ alæ ſingulæ habebant quinque cubitos. Similes ſunt quibuſdam maximis hominibus, qui ſunt in India ad quantitatem quinque cubitorum: ſimiles etiã arbori myrrhæ, quæ vſque ad quinque cubitos creſcit: ſimiles etiã pinnulis roſæ, quas natura in quinario numero terminauit, quia pro certo, illi qui ſunt verè filij Mathatiæ ideſt Dei patris, illi, qui ſunt B Cherubin, ideſt pleni ſcientia, & philoſophia in templo Eccleſiæ Sanctæ Matris, illi, qui ſunt in India, vbi feruet calor ſolis per ignem charitatis, illi, qui ſunt myrrha per fragrantiam ſanctitatis, & honeſtatis, illi, qui ſunt pinnulæ roſarum per cõſiderationem roſarum ideſt uulnerum Saluatoris, quæ ſub numero quinario continentur, eos Dominus reficit quinque panibus, ideſt quinque ſenſibus. Et erant ferè quinque millia. Et alibi C quatuor millia hominum ſatiantur ſeptem panibus. Myſtice per quinque millia intelliguntur ſolũ, hi qui præcepta legis obſeruant. Per quatuor millia, perfecti religioſi, quia doctrinam Euangelicam implent in conſilijs. Quinque millia ſuper fœnum. Quatuor millia ſuper nudam terram, nam plus eſt terram premere, terrena omnia calcare, quam ſuper fœnum iacere, ideſt mollibus non delectari. Item in quinque millibus D ſuperfluerunt duodecim corphini. In quatuor millibus ſeptem ſportę, quia quatuor millia triduo cum Chriſto fuerunt, & ideo amplius cęleſtis pabuli acceperunt. Illis vero, qui ſunt modicæ capacitatis plura ſuperſunt intelligenda, quam illis, qui ſunt altioris intelligentiæ, ſed tamen aliqua. Item per fragmenta ſignificantur ſubtiliora, & ſecretiora ſcripturæ, quæ a rudibus capi non poſſunt, nec ſunt negligenda, ſed a perfectioribus, ideſt Apoſtolis diligenter colligẽda. Vnde ſcrip. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. Hæ ſunt micæ quæ cadũt de menſa Domini? quas canelli, ideſt humiles comedunt, iux. illud. Intellectum dat paruulis. Hæ ſunt ſpicæ, quas Apoſtili manibus confrixant, & manducant. Illis ergo viſis hoc miraculum, ſatiatis dixerũt quia hic eſt uere Propheta, qui venturus eſt in mundum. Vbi nota quod poſt ſaturitatem confitentur ei, ſecundum illud. Confitebimur tibi cum benefeceris ei.

1. Mach. 2. — Exo. 12. — Matt. 15. — Pſal. 118. — Matt. 12. — Pſal. 8.

*Eſt puer vnus hic habens quinque panes, Io. 6. Sermo II.*

NE Creatura tam nobiliſſima, vt homo, ſuo fine fruſtraretur, ad quẽ creata erat, nempe ad fruitionem ſanctiſſimæ Trinitatis, deſcendit Dei filius de cœ- C lis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, & homo factus eſt, vt languidum illum, qui hominem non habebat, qui eum mitteret in piſcinam, ſanaret. Quis homo ille, dilectiſſimi, niſi genus humanum. Nullus, enim poterat, iſtum hominem ſanare. Non homo, quia homo tenetur ſatisfacere de peccato, & ſatisfacere non poterat, nam ad ſatisfaciendum indignus reddebatur. Nec etiam alia creatura; quia totum D ſuum eſſe debet Deo, nedum pro alio ſoluere poteſt aliquid. Vnde decebãt eum eſſe Deum, & hominem, Deum, vt poſſet hominem, vt deberet. Quare venit puer iſte vnus habens quinque panes ad ſatisfaciendum pro illo homine, ſed quis puer iſte ſit attendite. Puer iſte Ieſus Chriſtus dicitur, qui non miniſtrari, ſed miniſtrare, venerat, vt viam nobis humilitatis oſtenderet. Etenim qui non efficitur vt paruulus, non intrabit in regnum cœlorum,

Sermo 35. — Io. 5. — Puer Chriſtus Ieſus.



lorum, ſed, qui talis fuerit, vt Chriſti A imitetur humilitatem, & innocẽtiam, hic intrabit in regnum cœlorum. Vel in cognitionem gratiæ, iuxta illud Ioannis dicentis. Hinc ſcribo vobis. O infantes, ideſt humiles ſpiritu quoniam cognouiſtis patrem. Et iterum, alius Euang. Confiteor tibi pater rex cœli, & terræ quoniam abſcondiſti hæc a ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. Pręterea vis agnoſcere puerum. Conſidera eius proprietates, quę in puero Ieſu perfectiſſimę inue- B niuntur. Puer enim incorrupti corporis caſtitatem ſeruat, amatur ab omnibus, vindicare ſeſe nec vult, nec poteſt, ſed ſtatim placatur. Sic puer iſte Ieſus eſt ſumme purus. Candor.n. eſt lucis ęternæ, & ſpeculum ſine macula. Hinc puritatem demonſtrat conceptus, & partus Virginis. Etenim voluit Virginem matrẽ, ut de immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus. Fuit etiam ſumme amabilis: quia non ſo- C lum ſpecioſus præ filijs hominum, ſed etiam præ filijs Angelorum, vt inquit Bernardus. Nam quid dultius omni ſuauitatis dulcedine quam videre hominem hominis conditorem? Summa ſimiliter placabilitas in hoc paruulo inuenitur, quia benignus eſt, & patiens, & cum malediceretur non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur, ſed teſte Ber Chriſtus paruulus eſt, & leniter placari poteſt. Quis enim neſciat quod puer facile D donare poteſt. Verum puer iſte vnus eſt, Quid per vnitatem niſi Redemptor noſter? Hunc deſignat vnus turtur pro peccato oblatus. Ipſe etiam eſt vnus vir, quem apprehenderunt ſeptem mulieres, ideſt ſeptem dona Spiritus ſancti & dicuntur mulieres, quia per ea aliquis in Deo generatur, & nutritur. Vnum etiam uocauit Deus Abraham, qui poſtea multiplicaretur, vt deſignaretur vnus

Matt. 11. — Leuit. 5. — Eſa. 4.

A Mediator Chriſtus, qui multos generaret in fide. Ipſe etiam dicitur unus lapis. Vnus etiam dicitur unitate perſonæ in multis naturis. Vnus & dicitur propter excellentiam, quia ſecundum non habet. Sed eſt puer electus dilectus ex millibus. puer per aſſumptionem carnis, electus ad opus, quod nemo alius fecit, nec facere potuit, dilectus, quia agnus ſine macula. Vnus, quia ſine pari. Vnus ob plenitudinem gratiæ, teſte Ioanne. Et uidimus eum B plenum gratia, & ueritate. Vnus Creator propter infinitatem Diuinitatis. Vnus homo propter eminentiam ſanctitatis. Vnus Dominus propter prælationem. Vnus magiſter propter infuſionem cognitionis, vnus Paſtor ob generalem refectionem populi fidelis. Vna hoſtia propter precium noſtrę redemptionis: Hinc languidus ille hominem non habebat qui mitteret eum in piſcinam, donec ueniret puer iſte, de quo dicitur per Euangeliſtã Mar- C cum. Quis putas puer iſte eſt. Qui diceret. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Donec (inquã) ueniret vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Deus, & homo, per quem ſanaretur. Et hic puer habet quinque panes. Grãde myſterium continet numerus iſte quinarius (fratres mei) quinque enim uerbis conſecratur Corpus Chriſti in ſacramento. Hoc eſt enim corpus meũ. Totidem conceptus eſt in utero matris. Fiat mihi ſecundum uerbum tuũ. D Peccatorum remiſſionem publicanus quinque uerbis meruit. Dicens, fili remittuntur tibi peccata tua. Paradiſus Latroni quinque verbis promittitur. Dicente Domino in cruce. Hodie mecum eris in paradiſo. Quinque prudentes virgines intrant ad thalamum ſponſi. Quinque lapides elegit Dauid pugnaturus cõtra Goliad. Quinque porticus habebat piſcina, vbi ſanabatur infirmus. In quinque libris Moyſi continẽ legis perfectio, & doctrina.

Eſa. 51. — Zach. 3. — Matt. 22. — Chriſtus dicitũ unus multipliciter. — Ioan. 1. — Mar. 4. — Numeri quinarij Myſteriũ. — 1. Reg. 17.

ctrina. Quinque ſunt ſenſus corpo- A
ris, per quos nobis rerum notitia inno
Quinque panesquinque vulnera Chriſti. teſcit. Quinque literas habet nomen
Ieſus, Et quinque Maria & tandem
quinque panibus hodie Dominus
pauit tot milliã hominum. Qui ſunt
hi panes? niſi quinq; vulnera Domini
noſtri Ieſu Chriſti. Niſi, enim ille per-
cuſſus fuiſſet, & de ſacro eius latere
ſanguis & aqua manaſſet, vniuer-
ſus mundus ſitim verbi Dei patiens
interijſſet? Hoc præfiguratum fuit in
muliere illa, cui dictum fuit per Eliã. B
3. Re. 17. Collige duo ligna, & fac de ipſa fari-
nula ſubcirenitium panem paruu-
lum. Duo ligna crucem ſignificant.
Vnde Hieremias. Mittamus lignum in
Hiere. 11. panem eius. Et eradamus eum de ter-
ra viuentium, ideſt mittamus lignum,
ideſt corpus Chriſti in lignum cru-
cis, ita vt nulla illius memoria rema-
neat. Farina eſt granum contritum
granum autem Chriſtus. Vnde ipſe.
Io. 12. Niſi granum frumenti cadens in ter-
ram mortuum fuerit, ipſum ſolum C
manet, ſi autem mortuum fuerit, mul-
tum fructum affert. Qui contritus
Eſa. 53. eſt per paſſionem. Hinc Eſai. Attritus
eſt propter ſcelera noſtra, qui non ſo-
lum attritus, ſed etiam contritus pro-
pter quinque vulnera in corpore ſuo;
quæ dicuntur quinque panes, non ſo-
lum hordeacei per paſſionem, ſed etiã
melliflui per deuotionem. Hinc Ber.
Foderunt manus eius, & latus lancea
perforauerunt per has rimas licet ſug
gerere mel de petra oleumq; de ſaxo D
duriſſimo. Mulier ergo, ideſt Anima,
vel Eccleſia colligens per fidem, &
deuotionem duo ligna crucis de fari-
nula panem facit, quando de paſſione
Chriſti ſe reficit. Sed quis locus refe
Io. 6. ctioni aptus? Et quidem mons, lo-
cus eſt ſatis aptus refectioni. Hinc
Euang. inquit quod ſubijt Ieſus in mõ
tem. & tunc cum quinque panibus, &
duobus piſcibus pauit tot millia ho-
Leuit. 2. minum. Quare quiſquis eſt, qui reſi-

A ci cupit paſſione Domini, aſcendat in
montem contemplationis, ibique mi-
nutatim diuidat ſimilam in ſartagi-
nem, ideſt diſtincte contempletur ſin-
gulas Chriſti paſſionis, pęnas, atque
dolores in cruce, qui cum ſint quin-
que, recte dicuntur quinque panes.
Primus dolor fuit in ſenſu exteriori, Dolores v. in Cruce.
qui maximus fuit propter uehemen-
tiſſimum ſenſum læſionis corporis:
nam propter magnam æqualitatem,
& nobilitatem, complexionis ſen-
B ſus tactus fuit in eo viuaciſſimus:
Vnde quia patiebatur in membris
maxime ſenſibilibus ſcilicet in ma-
nibus, & pedibus, vbi magna eſt ner-
uorum abundantia, in quibus maxi-
me viget tactus, hinc eius dolor fuit
intenſiſſimus. Tum denique quia pa-
tiebatur per totum corpus, cuius ma-
gnitudinem colligere ex eo poſſumus
quod ex ſola memoria imminentis
paſſionis præ cordis anguſtia emiſit
ſudorem ſanguineum, quia à planta
C pedis vſque ad uerticem non fuit in eo
ſanitas. Tum etiam quia mors confi- Eſa. 1.
xorum in cruce eſt acerbiſſima, quia
pręterquam configuntur in locis ner-
uoſis, & maxime ſenſibilibus, ipſum
etiam pondus corporis pendentis ma
xime auget dolorem. Adhuc etiam
temporis diuturnitas, quia non ſtatim
moriuntur ſicut qui gladio interficiũ-
tur. Tum etiam propter optimam
corporis complexionem, quia corpus
eius fuit formatum operatione Spiri-
D tuſancti. Secundus fuit dolor ſenſus in
terioris, quia nimirum apprehende-
bat ſe mori pro inimicis, & ingratis
etiam crucifixoribus, qui paſſionem
illam ſibi ignominioſiſſime infere-
bant, & hic dolor fuit multum inten-
ſior, tum propter Dei inhonoratio-
nem, & illorum à Deo ſeparatio-
nem. Tum propter dilectionis immen
ſitatem. Nam quanto maior dilectio,
tanto maiores ſunt plagæ compaſſio-
nis. Præuidebat, enim quantum ad
maxi-



maximam redimendorum partem ſe A
in vanum laboraturum, & tam ama-
ram mortem ſuſcepturum. Tertius do
lor fuit quia Chriſtus in anima ſua tã-
tum dolebat, quot & quantum fuerũt
peccata perpetrata, & perpetranda.
Pſal. 85. Vnde pſal. in perſona Domini inquit.
Et omnes fluctus tuos induxiſti ſuper
me, quia tunc omnia peccata in men
te portauit, & eorum debita ſupplicia
ſubſtinuit. Et tantum pro qualibet cul
pa ſumpſit dolorem, quantum require
bat emenda. Vnde ſuſcepit omnia pec B
cata vt ſua, non quidem ad commit-
tendum, quia peccatum non fecit, ſed
ad ſatisfaciendum quo ad ſufficien-
tiam. Quæ omnia peccata clarius, &
magis diſtincte cernebat, quam aliqua
mens humana peccatum aliquod ſin-
gulare cernere poſſet, cum viator erat
& comprehenſor. Quartus Chriſti
dolor fuit, quia omnium martyrum
& iuſtorum dolores, qui tunc fuerunt
& præceſſerunt, & futuri ſunt ita ſuſce
pit Chriſtus per compaſſionem, quod C
eius cordi doloroſius infixæ fuerant
quam in martyribus, alijſque electis,
qui illa ſupplicia ſuſtinuerant, & ſu-
ſcepit non ſolum in generali, ſed etiã
in ſpeciali. Alium etiam dolorem in-
expreſſibilem, & anguſtiam habuit
Chriſtus maternorum viſcerum pro-
pter nimiam compaſſionem. Vnde in
quit Chryſoſto. Chriſtus carnem Ma-
ria animã immolabat. Hi, & alij ſunt
dolores, quos ſaluator noſter paſſus
fuit in cruce Aſcendamus ergo omnes D
(dilectiſſimi in hunc montem, vt refi-
De paſſione Domini quæ medida. ciamur. Incipientes, proficientes, &
perfecti. Nam quilibet cuiuſcunque
generis refici poteſt. Incipientes con-
templentur opus redemptionis, ut cõ-
glorificentur. Proficientes modũ, quo
redemptio fuit facta ut imitentur. per
fecti cauſam Redemptionis, ut Chri-
ſto aſſimilentur. Primum quidem bo
num. Secundum melius. Tertium opti
mum, quia ducit ad puriſſimum cha-

A ritatis excercitium. Circa opus redẽ-
ptionis conſiderare nos oportet quia
redemit per ſupplicium, quo nullum
iniuſtius, quia paſſus eſt iuſtus pro in-
iuſtis, cum iniuſtis, & ex cauſis iniu-
ſtis, & ſub iudicibus atq; pęnis iniu-
ſtis. Redemit per opprobrium, quo
nullum vilius, vt vltra nunquam appo
nat, ſe homo magnificare ſuper ter-
ram, de quo dicitur per Sapientiam. Sap. 2.
Morte turpiſſima cõdemnemus eum
ideſt crucis, quæ uſque ad paſſionem
B Chriſti pœna reorum fuit, nunc au-
tem Tropheus eſt victoriæ, Eccleſię
gloria. Vnde Aug. Crux Chriſti, quæ
erat ſupplicium latronum, nunc tran-
ſit ad frontes Imperatorum. Si Deus
tantum honorem contulit ſupplicio,
quantum conferet ſeruo ſuo. Et aduer
te quod paſſio Chriſti fuit opprobrio- Paſſio Chriſti fuit turpis, turpior, & turpiſſima.
ſa ratione loci, turpior ratione tempo
ris, turpiſſima ratione ſociorum. Tur
pis ratione loci, quia Chriſtus in hor-
to ligatus eſt in domo Caiphæ cõſpu-
C tus, in domo Herodis illuſus, in domo
Pilati cęſus. In via crux a ſe baiula-
tur, & in Caluaria crucifigitur, in
loco ubi capita damnatorum trun-
cantur. Inde Caluariæ ſumpſit no-
men. Item non ſubtecto, ſed in al-
tur, ut manifeſtius confunderе-
tur. Turpior ratione temporis pro-
pter feſti magnitudinem, ubi om-
nes gentes concurrebant, Turpiſſi-
ma, quia cum iniquis, & conuitian-
tibus deputatus eſt Redemit etiã per
D precium, quo nullum precioſius, quia
non corruptibilibus auro, & argento,
ſed anima, & corpore, vita, & ſangui-
ne. Vnde canit Eccleſia. O admirabi-
le precium. Cuius pondere captiui-
tas redempta eſt mundi, tartarea con-
fracta ſunt. Clauſtra inferni, aperta
eſt nobis ianua regni. Redemit quoq;
per myſterium, quo nullum eſt pro-
fundius, cuius nec longitudinem, nec
latitudinem, nec ſublimitatem, nec
profundum humana capit intelligen-
tia.

tia. Redemit nos per exemplum, quo A nullum eſt perfectius. Paſſio namque Domini complectitur omnem perfectionem homini poſſibilem in hac vita. Hinc ait Petrus, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplũ, ut ſequamini veſtigia eius, ideſt patientiam, quæ comedatur in opere paſſionis. Humilitatẽ in modo. Charitatem in cauſa.

Veſtigia paſſionis

Patientia uere ſingularis: nam cum ſupra dorſum eius fabricarent peccatores, aduerſus patrẽ non murmurauit, a quo miſſus fuerat, B nec aduerſus genus humanũ, pro quo quæ non rapuit exoluit, nec denique contra populum peculiarem ſibi, a quo putantis beneficiis tot mala percepit. Item plectuntur aliqui pro peccatis ſuis, & humiliter ſuſtinent, & hoc eis ad patientiam reputatur. Flagellantur alij non tam purgandi, quam probandi, & coronandi, & maior in his patientia comendatur. Quo modo non maxima in Chriſto cenſeatur patientia, qui ſicut peccatum nullum unquã habuit nec actu proprio, C nec contractu, ſed nec in quo creſcere poſset habens?

Patientia Domini.

Humilitas autem admirabilis. Vnde dicit gloſa ibi Humiliauit ſemetipſum. Quanta humilitas. Humiliauit ſe Chriſtus vſque ad incarnationem, vſque ad mortalitatis humanæ participationem, uſque ad diaboli tentationem, vſque ad populi deriſionem, vſque ad ſputa, uincula, alapas, & flagella, & mortem crucis, quæ ignominioſior eſt. Ecce D humilitatis humile exemplum, ſuperbiæ medicamentum. Quid ſuperbis ò homo, & puluis morticinus, quid inflaris o ſanies putrida? Princeps tuus humilis eſt, & tu ſuperbus. Caput humile, & membrum ſuperbum. Et Ber. O humilem, o ſublimem, o nouiſſimũ & altiſſimum, O opprobrium hominum, gloria Angelorum, nemo illo ſublimior, & nemo illo humilior.

Humilitas admirabilis.

Charitas vero inæſtimabilis. Maiorem inquit Euangeliſta Charitatem nemo A habet &c. Tu maiorem Domine habuiſti ponẽs eam etiam pro inimicis. Vix pro iuſto quis moritur, tu vero pro iniuſtis paſsus es moriẽs propter delicta noſtra, qui veniſti gratis iuſtificare peccatores, ſeruos facere fratres, captiuos hæredes, exules reges. Igitur, fratres, Chriſto in carne paſso, & nos eadem cogitatione armamini.

Ioan. 15.

Charitas inæſtimabilis.

1. Pe. 4.

Etenim Paſſionis Chriſti cogitatio, & memoria maxima eſt fortitudo con-B tra diabolum, qui multum ipſam abhorret, cũ ibi victus fuerit. Vnde Ber. Tanta eſt virtus crucis Chriſti ut ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere poſſit inuidia. Sed continuo ad memoriam eius totius peccati, & mortis fugatur exercitus. Acuit etiam paſſionis Chriſti memoria hominem ad pugnandũ, & ſtrenuum reddit. Hinc Apoſt. Recogitate eum, qui talem ſubſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtra-C dictionem, ut non fatigemini animis ueſtris deficientes. Item mala huius mundi facit æquanimiter pati. Hæc eſt farina, quæ pulmentum cordit in domo Eliſei. Hoc eſt lignum, quod dulcorauit aquas amaras. Vnde Ber. Audi luctam, Suſtinuit te dilectus, ſine tu dilectum, non illum uincere peccata tua, te quoque illius flagella non ſuperent, & obtinebis benedictionem. Item facit propriam voluntatem deponere. Vnde ſcrip. Memoria memor D ero, & tabeſcet in me anima mea. i. voluntas propria, quia ut inquit Ber. Nihil ardet in inferno niſi voluntas propria. Facit rurſum mundum contemnere. Vnde Apoſt. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quare hoc, quia memor erat paſſionis Chriſti. O igitur fælix, & ſalubris memoria paſſionis Chriſti qui carnem ſuam dedit in cibum, & ſanguinem in potum. Animam in pretium, vulnera in remedium, brachia in refrigeriũ, crucem

Memoria paſſionis Chriſti q̃ utilis.

Hebr. 12.

4. Reg. 4.

Exo. 15.

Iere. 3

Gala. 6.



cem in clypeum, ſudorem in medica-A mentum. Clauos in ſalſamentum, coronam ſpineam in ornamentum, & cor apertum in amoris inditiũ, aquã lateris in ſuaue balneum, totam uitã, & mortem in exemplum, ut in cruce humilietur ſuperbia noſtra, dilatetur charitas noſtra, prolongetur perſeuerantia noſtra, exaltetur ſpes, & exaltatio noſtra. Amen.

## DOMINICA DE Paſſione Domini.

### *De precioſiſſimo Sanguine Chriſti. Ex Epiſtola. Sermo vnicus.*

Sermo 36.
Exo. 12.

CVM vellet Dominus vltima plaga tangere Pharaonem, & Aegyptum, in percutiendo omnem primogenitum Ægypti ab homine vſque ad pecus, Ne dilecta Iudæorum plebs una cum eis per-C cuteretur, ſimul enim habitabant, prȩcepit Dominus dilecto ſuo, atque familiari amico Moyſi, ut tolleret unuſquiſque agnum per domos ſuas abſq; macula maſculum anniculum, illumque interficeret, & ſumeret de ſanguine eius, & poneret ſuper vtrumq; poſten, & in ſuperliminaribus domorũ, & hoc tranſiens Dominus nocte illa, & videns ſanguinem, tranſiret domũ illam, & non eſſet in illa plaga diſperdens. Quid eſt hoc fratres? Quid hoc D præfigurat niſi efficatiam, fructum, atque uim ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Etenim ſi tanta uirtus eſt in figura, quid in ueritate? Sanguis ille ſupra utrumque poſten in ſuperliminaribus poni iubetur, quia non ſufficit ſingularem Domini noſtri Ieſu Chriſti dilectionem ſolum meditari, quia abunde pro nobis ſanguinem ſuum effudit, ſed oportet palam, & manifeſte crucem paſſionis illius in fronte portare, quemadmodum facie-A bat Apoſt. Inquiens. Ego ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Et tantum in cruce gloriabatur. Vnde inquit. Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti. Sed notandum eſt, quod ſicut agnus ſine macula occiſus eſt in liberationẽ Iſrael de Aegypto, ſic Paſſio Chriſti, quæ expresſius habetur ex conſideratione ſanguinis quam corporis, ſicut ibi habetur. Erit ſanguis uo-B bis in ſignum in ædibus, in quibus eritis, ad nihilum redegit diaboli poteſtatem, ſed quid tunc oportuit facere? Faſciculum hyſſopi, inquit Dominus tingite in ſanguine, qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrunque poſten. faſciculum hyſſopi ſignificat perfectionem, & integritatẽ fidei, limen domus eſt Chriſtus, per quem introitus conceditur ad cœlum. Faſciculum autem hyſſopi tingere in ſanguine, qui eſt in limine, eſt per fidẽ C rectam ſanguinem paſſionis Chriſti deuorare, & confirmare, ſed debemus eo vtrumque poſten, & ſuperliminare aſpergere, ideſt intellectum, affectũ & memoriam ita Chriſti ſanguine pfundere, & ſpiritualiter inebriare, ut intellectus huius ſanguinis circa genus humanum, virtute recognoſcat. Affectus tam ingens erga ſe beneficiũ diligendo ſapiat, & memoria tanti amoris, & largitatis ſacramentum nunquam obliuiſcendo ſemper teneat. D Hinc ſequitur ibi in tex. Et cum dixerint uobis filii veſtri, quæ eſt iſta religio. diceris eis. Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael de Aegypto percutiens Aegyptios, & domos ueſtras liberans. Sic ſic fratres, dilectisſimi ſi interrogentur filii Iſrael non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum: quid ſignificat hoc ſignum crucis in frontibus noſtris. recte reſpõdere poſſunt. Grata eſt commemoratio paſſionis

Gal.

Exo. 12.

Domini, quæ expreſſius ſignificatur
in ſanguine quando in corpore, vt ru
minando in mente noſtra beneficium
hoc, in amorem ipſius feruētes ſimus.
Leuit.6. Hinc dicitur in Leuit. Ignis in altari
ſemper ardebit, quem nutriet ſacer-
dos ſubijciens ligna mane per ſingu
los dies. Altare eſt memoria noſtra.
Ignis charitas. Ligna ſunt beneficia
nutrimenta amoris Dei, & præcipue
paſſionis Chriſti, quæ per ſingulos
dies ſubijci debent, nam non ſufficit
memoria beneficiorum Dei heſterna. B
Sicut non ſatis eſt corpori ſi heſterno
die pactum ſit, niſi etiam hodierno
die nutriatur. Igitur quotidie nutrire
debemus dilectionem lignis benefi-
ciorum Dei, & præcipue ſanguinis
eius, cuius quanta ſit efficacia, Apoſto
lus Paulus illis præcipue uerbis indi-
Hebr.6. cat. Dicens. Chriſtus aſſiſtens pontifex
futurorum bonorum, &c. Vbi in his,
& ſequentibus verbis notâtur plures
effectus paſſionis, uel ſanguinis Ieſu
Introitus ad gloriam fit prim' ſā guine. Chriſti, quorum primus eſt introitus C
regni cœleſtis, quod notatur ibi per
proprium ſanguinem introiuit in San
cta Sanctorum. Vnde etiam crux ipſa
clauis dicitur. Et dabo inquit Eſa. cla
uem Dauid ſuper humerum eius, &
aperiat. Nam in paſſione Domini cœ
lum diu clauſum quaſi ſoluto ſangui-
Ioan.19. nis eius precio eſt apertum. Hinc Io.
inquit. Vnus militum lancea latus e-
ius perforauit. Non dixit. Vulnera-
uit, ſed aperuit ut illic vitę quodam-
modo oſtium panderetur, unde ſa- D
cramenta Eccleſiæ emanauerunt, ſine
quibus ad vitam non intratur, quia
percuſſo Chriſti latere in cruce ſta-
tim manauit ſanguis, & aqua quæ ſūt
Eccleſiæ gemina ſacramenta, & pro-
diit ex eius latere Eccleſia, Virgo Chri
ſti ſponſa, quæ ex Chriſti latere forma
ta, aqua fuit purificata, & ſanguine do
Exo. 12. tata. Sanguis etiam agni qui poneba-
tur in limine deſignabat Chriſti ſan-
guinem eſſe ianuam vitæ. Secundus

A effectus eſt generis humani redēptio.
Hinc Apoſt. Petrus inquit. Non corru 1.Pe.1. Generis humani redēptio.
ptibilibus auro, & argento redempti
eſtis de vana veſtra conuerſatione, ſed
precioſo ſanguine, quaſi agni inconta
minati, & immaculati Chriſti. Hinc
nota quod dicitur. Redempti, quia
prius per modicā delectationem uen-
diti. Vnde pſ. Vendidiſti populum tuū
ſine precio. Vel primo empti a diabo-
lo p ſuggeſtionē, ſed redempti a Chri
ſto per ſanguinis effuſionem. Vel Chri
B ſtus emit hominem, quando creauit,
ſed etiam clarius emit, quādo omnes
creaturas ei ſubiecit, ſed cariſſime re-
demit quando pro eo ſanguinem ſuū
fudit. Vnde Apoſt. Empti enim eſtis 1.Cor.6.
precio magno. Tertius effectus ſangui Peccatorū ablutio.
nis Chriſti eſt peccatorum ablutio.
quod notatur, ibi. Sanguis Chriſti emū
dabit conſcientiam ab operibus mor
tuis. Hinc Io. dicit, quod miſit Domi- Ioan.13.
nus aquam in peluim, ideſt ſanguinē
in terram fudit, & cępit laudare pedes
C diſcipulorum, quia ſcilicet ſanguine
mundo mundans nos, fecit pulchros,
& Deo gratos. Vnde ipſe etiam in A- Apoc.1.
pocal. inquit. Qui dilexit nos & lauit
nos in ſanguine ſuo, quem pro nobis
effudit. Et Eccleſia canit. Vt nos laua-
ret crimine, manauit vnda ſanguine, ſe
cundum quod fuerat prædictum a Ia- Gen.49.
cob. Lauabit in vino ſtolam ſuam, &
pallium ſuum in ſanguine ſuo. Sed
quomodo nos lauit in ſanguine? Re-
ſp. In ſanguine, ideſt in fide ſanguinis
D eius, & paſſionis. Vnde de ſanctis di-
citur, quod lauerunt ſtolas ſuas in ſan
guine agni, ideſt in fide paſſionis Chri
ſti. Et nota quod ſepties legimus in Sanguis Chriſti ſepties effus'
ſcriptura ſanguinem Chriſti eſſe effu
ſum contra vij peccatorum morta-
lium maculas. Homo enim erat ma-
culatus in genitalibus per carnis con-
cupiſcentiam, intus in ſanguine per
iracundiam, extra in carne per gulæ
laſciuiam. Supra in capite per ſuper-
biam. Exterius in manibus per auari-
tiam



tiam inferius in pedibus per accidiā. A
Interius in corde per inuidiam. Sed
Luc.2. Chriſtus contra iſtas vij. maculas ſep-
ties ſanguinem ſuū diſtillauit. Primo
Luc.22. in genitalib. in circūciſione cōtra pec
catū luxuriæ. Scd̄o a ſudore in oratio-
ne cōtra peccatū iræ, quia ſcilicet ira
nimia facit quandoque ſudare. Et
de Chriſto legitur quod factus eſt ſu-
dor eius ſicut guttæ Sanguinis decur-
rentis in terram. Tertio in carnis fla-
Matth. 27. gellatione contra peccatum gulæ. Gu
la enim nimis delicatè nutrit carnem. B
Matth. 27. Quarto a capite in ſpinarum corona-
tione, cōtra peccatum ſuperbię. Quin
to in manibus in clauorum infixione,
contra peccatum auaritiæ. Tunc enim
fuerunt manus eius extentæ, & aper-
tæ. Sexto a pedibus in ipſorum con-
clauatione, cōtra peccatum accidiæ.
tunc enim fuerunt pedes puniti pro eo
quod fuerunt ad bonum nimis tardi
Septimo a corde in lateris effoſſione,
contra peccatum inuidiæ. Ex iſtis er-
go membris Chriſti ſanguis profluxit, C
quia ab omnibus maculis nos Lauit.
Iux. illud. Lauit nos in ſanguine ſuo.
Sanguis Chriſti prouocatio ad amorem. Quartus effectus eſt, quia prouocat
nos ad amorem, quod notatur ibi. Ad
ſeruiendum Deo uiuenti. Quę quidē
prouocatio oritur ex meditatione im
menſæ charitatis nobis oſtenſæ per
ſuam ſanctiſſimam paſſionem. Vnde
1.Io.5. Ioan. Tres ſunt, qui teſtimonium dant
in terra ſpiritus, ſanguis, & aqua. Spi
ritus, quem miſit de corpore, aqua,
quæ fluxit de latere, & ſanguis, quem D
effudit de corde, teſtes ſunt dilectionis
maximæ. Vnde Ber. ſuper verba illa:
Apud Dominum copioſa, apud Deum
redemptio. inquit. Vere copioſa Chri
ſti redemptio, quia vndam ſanguinis
per quinque partes corporis largiter
effudit, cum pro redemptione gene-
ris humani vna gutta precioſi ſangui-
nis eius ſufficeret. Sed data eſt copia,
vt magnitudine muneris uirtus inno-
teſceret diligentis. Vt enim oſtenderet

A quantum te diligeret, non aliter vo-
luit quam moriendo te de morte libe-
rare. Quare inquit Auguſt. O animá
mea non auro redempta, ſed pre-
cioſo ſanguine agni immaculati attē
de quid valeas, & quid pro te datum
ſit recogita. Recordare paſſionis Do
mini tui, vt te moueat ad diligendum
quia, vt inquit Ber. Hoc eſt quod ma-
gis me mouet, plus vrget, plus accen-
dit quam calix paſſionis tuæ Domine,
quem bibiſti, opus redemptionis no-
B ſtræ. Alius effectus eſt ſanctorum de Sanctorū de limbo eductio.
limbo eductio. Ideo, enim aſcendit
Chriſtus in palmam, hoc eſt in cru- Can.7.
cem, vt captiuam duceret captiui- Pſal.67.
tatem, & prædam acciperet ab infe-
ris. Hinc de pedibus effudit ſangui-
nem vt antiquos iuſtos de limbo in-
ferni educendos demonſtraret, & pa-
triā cęleſtem reduceret. Vnde per Za-
ch. dicitur. Tu vero in ſanguine teſta
menti eduxiſti vinctos de lacu in quo
non eſt aqua cœleſtis refrigerij. Et ad- Infernus dicitur lacus
C uerte quod infernus dicitur lacus ra-
tione profunditatis, ratione fęditatis,
ratione capacitatis. Vnde pſ. Aeſtima-
tus ſum inquit, cum deſcendentibus
in lacum, & factus, ſum ſicut homo in
ter mortuos liber. Iſtum igitur lacum
ſanguis Chriſti euacuauit, in quantū
ſanctos patres exinde virtus ſangui-
nis eius liberauit. Hic ſanguis recte Exo.13.
fuit præfiguratus per mare rubrum:
vbi per tranſitum maris rubri Popu-
lus Iſrael fuit de captiuitate Aegyptia
D ca liberatus. Mare enim rubrum, Chri
ſti ſanguinem ſignat, qui in colore
fuit rubens, & in effuſione fuit ama-
rus. Fuit etiam figuratus in Apoc. Vbi Apo.19.
dicitur, quod ille qui ſedebat in equo
albo, cui nomen erat fidelis, & verax,
qui habebat in capite ſuo multa dia-
demata, & habebat in femore ſuo
ſcriptum. Rex regum, & Dominus
dominantium, & vocabatur nomen
eius verbum Dei, habebat veſtes aſper
ſas ſanguine, & apprehendit beſtiam,

A &c poſuit eam in ſtagnum ignis, & ſulphuris & exercitus, qui in cœlo ſunt ſequebantur eum in equis albis: quia Chrs, qui fidelis eſt, & verax, rex regũ & verbum Dei dicitur, & qui omniũ dignitate diademate coronatur &c. poſtquam ibi in cruce de beſtia Luciferi triumphauit, eumque in ſtagnum ignis, & ſulphuris condemnauit. Ipſe ſuper equum album glorificatæ humanitatis reſurrexit, & exercitum cœlorum, ideſt conuentum Sanctorum Patrum ſequentiũ poſt ſe duxit, quos

B ſcilicet in ſtolis albis immortalitatis de inferno eripuit, & eduxit. Item ſanguis Chriſti eſt noſtri tuitio. Vnde habetur in Exo. Erit autem vobis in ſignum ſanguis in ædibus, in quib. eritis, & uidebo ſanguinem, & tranſibo uos, nec erit in uobis plaga diſperdens. Inſuper eſt inimici depreſſio. Vnde Pſal. Effunde inquit frameam, ut per hoc ſignificet quòd effuſio ſanguinis Chriſti framea eſt, qua afferitur inimicus. Eſt etiam ſanguis Chri-

*Noſtri tuitio.*
*Exod. 12.*

C ſti pro nobis ad Deũ poſtulatio. Hinc Apoſt. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam ſanguis Abel. Eſt autem Abel manifeſtà Chriſti figura, eiuſque paſſionis. Nam ut eſt frater Cain, ſic Chriſtus eſt frater Iudęorum, ex quorum genere eſt natus. Vt ille iuſtus, ita Chriſtus iuſtiſſimus, omniſque auctor iuſtitiæ: ille paſtor ouiũ, ſic & Chriſtus de ſe ait: Ego ſum Paſtor ouium. Illius munera ac-

*Poſtulatio pro nobis ad Deum.*
*Gen. 4.*
*Manifeſta paſſionis Chriſti figura Abel.*
*Ioan. 10.*

D cepta fuere Deo. Chriſtus ſui ſanguinis munere genus humanum Deo reconciliauit. Ille obtulit oues. Chriſtus ſeipſum, qui tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit. Ille per inuidiã a fratre ſue: hic à populo Iudæorum, qui dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit. Ille occiſus eſt in agro. Chriſtus extra portam paſſus eſt in monte Caluariæ. Et quemadmodum Abel plurimam, aut ube-

*Ioan. 11.*

A riorem hoſtiam obtuliſſe dicitur quã Cain. Ita Chriſtus vnica ſui oblatione vberiorem obtulit hoſtiam, quam fuerint omnia ueteris legis ſacrificia. Et quoniam effuſio ſanguinis Chriſti ſine comparatione quo ad utilitatem excedit effuſionem ſanguinis Abel. Ideo Paulus ait ſanguinem Chriſti melius loquentem, quam Abel. quia iſte ueniam, ille uindictam, Iſte ſalutem, ille damnationem clamat. Vnde Paulus, mortuus Abel adhuc loquitur.

*Hebr. 11.*
*Hebr. 11.*

B Sed quid clamat ſanguis Chriſti? veniam. Vnde Euang. inquit. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Clamat etiam ut ei ſimilia reſpondeamus. Vnde Salomon. Ad menſam magnam ſediſti, memento te ſimilia præparare. Item ſanguis Chriſti ad Deum eſt confęderatio. Vnde Apoſt. inquit. Pacificans per ſanguinem eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Hinc dicitur ſanguis fœderis, quia p̃ Chriſti ſanguinem factus eſt fœdus

*Luc. 23.*
*Ad Deum confęderatio.*
*Coll. 2.*

C inter Deum, & hominem. Hinc poſt reſurrectionem ſuam, & paſſionem oſtendit diſcipulis cruentas manus, & latus, dicens. Pax uobis, quia hęc pax fit cum Deo per Chriſti ſanguinem. Primo ratione precii ſufficientis, quod in eo pro noſtris debitis ſoluit, nam quæ non rapuit, tunc ſoluit precio ſanguinis pro bono pacis. Secundo ratione formoſitatis, qua nos Deo gratos facit. vnde Apoſt. Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro no-

*Eph. 5.*

D bis oblationem, & hoſtiam Deo gratam ad effectum noſtræ reconciliationis cauſa nimiæ dilectionis. Tertio hæc pax fit cum Deo ratione gratiſſimæ charitatis, quam in opere hoc demonſtrauit. Vnde Apoſt. Iuſtificati in ſanguine Chriſti, ideſt de reis iuſti, de fędis pulchri facti ſalui erimus ab ira per ipſum, & glorificamur in Deo per Dominum noſtrum per quem reconciliationem accepimus. Vltimus effectus eſt reuiuificatio atque itineris oſtẽ

*Rom. 5.*
*Reuiuificatio.*

ſio



A ſio ad ianuam cœleſtem. Hinc Dominus ſanguinem ſuum fundit etiam de uulnere lateris, & cordis, vt multos in fide, & bonæ uitæ ſtabilitate tentatos, & ideo frigidos, & quaſi mortuos calefaceret, & reuiuificaret, & reuiuificatis ſuo ſanguine iter cœleſte ſignificaret, ut poſt ipſum currerent. Hinc Ioan. inquit quod vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis, & aqua. Sanguis, qui eſt calidus, in quo eſt uita hominis, ut eos

*Io. 19.*

B frigidos in fide calefaceret, & quaſi mortuos in bona uita reuiuiſceret: Vnde pſal. Similis factus ſum inquit quaſi Pelicanus ſolitudinis. Pelicanus auis eſt, quæ mox natos filios, & cõtra tam ſe erigẽtes occidens, & mortuos triduo deplorans cum roſtro propriũ latus fodit, & ſanguinem in eos fundans reuiuificat. Sic Chriſtus frigidis, & mortuis peccatis ſubuenit ſanguine cordis, atque eius etiam ſanguine cœcos illuminat. Hinc inquit B. Effrem

*Chriſtus pelicanus.*

C quod quemadmodum columba, quæ habet ſanguinem medicinalem, ſi eius ſanguis extrahatur a latere, atq; liniatur oculis cęci expellit dolorem, & aufert caliginem. Sic Chriſti, qui dicitur columba propter pacem, ſanguis extractus a latere ſanauit oculos Longini. Et non ſolum ſanguis Chriſti illuminat, atque uiuificat, ſed etiam uiuificatis ad inſtar feræ vulneratæ iter cęleſte ſuo ſanguine ſignificat, & ſequendum demonſtrat. Vnde Dominus.

*Chriſtus columba.*

D Vulneraſti, inquit, cor meum ſoror mea ſponſa. Quare attende me uulneratum propter te, vide ſanguinem meum, & ſequere me. Hinc etiam venit Ieſus, & oſtendit diſcipulis manus & latus cruentum, non ſolum ut eos in fide confortaret, ſed ut per multas tribulationes iter cœleſtę mõſtraret. Et ſponſa ad ſuum ſponſum. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreę, hinnuloque ceruorum, quaſi diceret. Curre coram nobis, ut fera corde uulnerata,

*Can. 3.*
*Io. 20.*

A & ſanguine tuo cœleſtem ſemitam nobis oſtende, donec te comprehendamus, & in te delicias æternas capiamus. Quod ſi cupimus illas conſequi, neceſſe eſt ut exeamus ad eum extra caſtra, ſcilicet delicias carnis fugientes, & paſſionem eius imitantes. Nam Chriſtus pro nobis paſſus eſt nobis relinquens exemplum. Sed quod? Vide quid dicit Apoſt. Chriſtus per tabernaculum, & proprium ſanguinem introiuit in ſancta ſanctorum, ideſt per

B carnem ipſam pœnalitatibus, & laboribus ſubijciendo, & propriũ ſanguinem ipſum pro nobis fundẽdo, introiuit in ſancta ſanctorũ, ideſt in cœlũ. In hoc relinquens exemplum per paſſionem veniendi ad regnum, per calicẽ tribulationis ad gloriã Maieſtatis. Quod fit dupliciter, per tabernaculum, ideſt per carnem tranſeundo, ut totum ſimul, vt martyres, vel quotidie per partes, vt pœnitentes, ſecundum illud pſal. Quoniam propter te morti-

C ficamur tota die? æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Vnde in hoc quod Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit, arguuntur delicati, qui & hic uolunt gaudere in ſęculo, & in futuro regnare cum Chriſto, in alieno quidem ſanguine confidunt, ideſt in aliorum pœnitentia, ut intrent ad cœleſtia regna, ſicut ſacerdos veteris teſtamenti, qui in alieno ſanguine intrabat in ſancta. Præterea ut intrare poſſimus in ſancta ſanctorum hic, & ibi in

*Per tribulationes peruenitur ad regnum.*
*Pſal.*

D Chriſtum dormiamus, & requieſcamus, oportet nos eſſe peregrinos. Scitis enim, ꝙ poſtquam Iudas Iſcharioth pœnitentia ductus precium reportauerat Iudęis, emerunt Phariſęi agrum figuli, in quo peregrinorum corpora collocarentur. Quid per agrum, niſi mundus iſte totus eſt, in quo nos diſperſi, & diſſeminati Domino fructũ boni operis germinamus. At figulus Deus eſt, qui hominem fecit de limo terræ. Iuſte igitur figuli

agen

ager precio Dominici ſanguinis com A
paratur: quia totius generis humani ſa
lus eſt redempta ſanguine Redēpto-
ris. Sed quibus peregrinis inquam?
Quibus non eſt in mundo poſſeſsio,
his in Chriſto fit ſepultura. Iſtos au-
tem peregrinos, quos eſſe dicimus ni-
ſi deuotiſſimos Chriſtianos, & religio
ſos, qui renuntiantes ſæculo, & nihil
poſſidentes in mundo in Chriſti ſan-
guine requieſcunt. Chriſtianus enim,
qui mundum non poſſidet, hic totum
poſſidet Saluatorem. Ideo aut pere- B
grinis Chriſti ſepultura promittitur,
vt qui ſe a carnalibus uitijs, atque de
licijs tanquam peregrinum, & alie-
num cuſtodierit, is Chriſti requiem
mereatur, is recte dicere poterit. In
pace in idipſum dormiam, & requie-
ſcam. Amen.

*Item in eadem Dominica alius Ser-*
*mo applicari poteſt, qui*
*habetur de quinque*
*panibus 35.* C

## DOMINICA IN PALMIS.

Sermo 37. *Sermo I.*

Galat. 6.
GLORIARI nobis ad-
ſit (Fratres) niſi in Cru
ce Domini noſtri Ieſu
Chriſti, quia magnum
Gloria eſt ſacramētum crucis.
Chriſtiani Et non eſt aliud hoc ſacramento ſa-
Crux. cratius. Quare abſit, inquit Apoſtolus D
Apoc. 19. in alio quoquam fiduciā noſtram col-
Phil. 2. locare, quam in hac, quæ Salus eſt, &
Redemptio noſtra. Nam quæ poteſt
eſſe maior nobis gloriandi materia,
quàm quòd Rex ille Regum, & Do-
minus dominantium, cui donatum eſt
nomen, quod eſt ſuper omne nomen,
vt in nomine Ieſu omne genu flecta-
tur, cœleſtium, terreſtrium, & inferno-
rum, quod ille Dei filius, Deus ipſe, re-
licto ſolio regni ſui cęleſtis dignatus

eſt in hanc lachrymarum uallem de-
ſcendere, & eo uſq; ſe deiicere ut ſer-
ui ſpeciem in ſe ſuſciperet. Et quidem
ſerui nocentis, cum ipſa eſſet innocen
tia, dignatus eſt tanquam facinoroſus,
aliquis capi, alligari, flagris cędi, con-
ſpui, probris innumeris affici, dignatus
eſt, quod unum omnium eſt probro-
ſiſſimum, fuit & atrociſſimum ſuppli-
cii genus, morte crucis ad extremum
condemnari, dignatus eſt autem hæc
omnia tam dura perferre propter nos
qui ſerui, qui peccatores, qui inimici,
qui impij eramus, oblitus ſuæ dignita
tis, neque memor noſtræ indignitatis,
dignatꝰ eſt adeo nos diligere, ut ſemet
ipſum traderet pro nobis. Nunquid
hæc non eſt iuſtiſſima cauſa glorian-
di? Cum ille Dominus, quem laudant
Angeli, adorant dominationes, tre-
munt poteſtates non ſit dedignatus
noſtra cauſa noſtra carne indutus,
horrendas in ea ſuſtinere cruciatus. ad
extremum uero morte turpisſima cō-
demnatus per crucis crudele ſuppliciū
vitam pro nobis profundere? Quis hoc
amicus amici cauſa faceret? Quis pa-
ter propter unigenitum filium tanta
pateretur? Tam que prompto affectu
ad redimendum genus humanum,
quanta Dominus pro ſeruis pati di- Iſai. 8.
gnatus eſt? Hoc fratres feſtinatio, & ac
celeratio detrahendi ſpolia deſigna- Gen. 43.
bat. Hoc feſtinatio Ioſeph in domum
ob lachrymas, ſcilicet promptitudinē
affectus Chriſti erga redemptionem
generis humani. Quam autem aliam
ob cauſam? niſi ut è ſeruis liberos, ex
inimicis Dei filios faceret. Filios qui-
dem Dei patris, fratres autem ſuos, hæ
redes Dei patris, cohæredes autem
ſuos. Hinc recte Apoſt. Paulus Abſit,
inquit mihi gloriari niſi in cruce &c.
quia nulla poteſt eſſe tanta gloria, quę
cum hac, uel minima parte compara- Hiere. 9.
ri queat. Quinimmo omnis alia glo-
ria falſa eſt teſtante Propheta, & dicen
te. Non glorietur ſapiens in ſapientia
ſua,



ſua, & non glorietur fortis in fortitu- A
dine ſua, & non glorietur diues in di-
uitiis ſuis, ſed in hoc glorietur qui glo
riatur ſcire, & noſſe me, ideſt ſcire vir-
tutem crucis: nam ibi eſt uere gloria.
In alijs autem bonis præcipuis, animæ
ut eſt ſapientia, ſiue corporis, quemad
modum eſt fortitudo, ſiue in bonis ex
terioribus, ut ſunt diuitiæ, non debet
Iſa. 29. Chriſtianus gloriari. Nam talis gloria
falſa eſt, & caduca. Et primo gloriari
in ſapientia vanum eſt, quia talis glo-
ria tranſitoria eſt. Hinc Iſaias inquit. B
Ezech. 8. Peribit ſapientia a ſapientibus eius, &
intellectus prudentium eius abſconde
tur. Eſt etiam talis gloria imperfecta.
Vnde Proph. intellexi quod omnium
1. Cor. 9. operum Dei nullam poſsit inuenire ra
tionē eorum, quæ fiunt ſub ſole. Tum
etiam, quia laborioſa. Nam qui addit
ſcientiam, addit laborem. Eſt etiam
nociua, quia ſcientia inflat, ſed chari-
tas ædificat. Nec debet ſecundo Chri-
ſtianus gloriari in fortitudine, quia
Pſal. 142. fragilis. Vnde dicebat Iob. Nec for- C
titudo mea fortitudo lapidum, nec ca
ro mea Aenea eſt. Quia Domino non
acceptabilis. Hinc pſalmiſta. Non in
Iaco. fortitudine equi uoluntatem habebit,
neque in tibiis uiri beneplacitum eſt ei.
Tertio nec gloriari, debet in diuitijs.
Prou. 16. Etenim diuitiæ ueſtræ, inquit Iacobus,
putrefactæ ſunt, & ueſtimenta ueſtra
a tineis comeſta ſunt, quia inſufficien
Matt. 6. tes. Vnde Salomon. Quid prodeſt, in-
quit, habere diuitias, cum ſapientiam
emere non poſsit? Quia uerbum Dei D
impedientes, Euangeliſta teſtante, ꝙ
fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum,
& ſine fructu efficitur. Quia nociuæ,
nam diuitiæ cōgregatæ in malum Do
mini ſui. Abſit igitur gloriari niſi in
cruce, quia hæc eſt doctrina Chriſtia-
na ut non gloriemur niſi in Cruce Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, ut non erube-
ſcamus de cruce. Nam ubi mundi Phi
loſophus erubuit, ibi Chriſtianus the-
ſaurum reperit. Quod illi uiſum fuit.

ſtultitia, Chriſtiano factum eſt ſapien
tia, & gloria, & quare? quia in cruce
ſunt omnia, de quibus homines glo-
riari ſolent. Gloriatur enim homo de
acquiſita amicitia præcipue regum,
aut principum. Ecce crux ſancta ex
inimicis Dei filios effecit. Hinc Apoſt. Rom. 5.
Commendat, inquit, ſuam charita-
tem Deus in nobis, quoniam cum ini-
mici eſſemus, reconciliati ſumus per
mortem filii eius Deo. Inſuper gloria
ri qui ſolet de ſcientia, & hæc excellen
tior inuenitur in cruce. Vnde non exi
ſtimabat aliquid Apoſtolus ſcire ni- 1. Cor. 2.
ſi Chriſtum, & hunc crucifixum.
Etenim in ea uacare poſſunt com-
tēplatiui, in amaritudine Chriſti paſ-
ſionem tractantes, immo cum Chriſto
in cruce pendentes. Ita ut quilibet eo
rum dicat Chriſto. Confixus ſum cru
ci. Exercere poſſunt etiam actiui, dum
huius diuini præceptoris, & magiſtri
doctrina erudiuntur, & figura. Hinc
recte crux dici poteſt ſchola ad diſcen
dum, quia diſcitur ſeptem virtutibus
ſeptem vitia capitalia ſuperare. Pen-
det enim Dominus noſter Ieſus Chri- In cruce di
ſtus inclinato capite, vt doceat humili ſcuntur ſe-
tatem. Vnde Eſa. Incuruauit ſe homo, ptem pec-
& humiliatus eſt vir. Pendet perforatis cata morta
manibus, & apertis, vt diſcat homo, lia ſupera-
ne manus ſua contracta, & clauſa ſit re.
egentibus. Vnde Salomon. Manum Eſa. 2.
ſuam aperuit inopi. Pendet corpo- Prouer. 21.
re vulneribus lacero, ut diſcat, ne car-
ni ſuæ ſit blandus, & mollis, ne ſi-
bi negetur poſſeſſio regni cœleſtis.
Hinc inquit Apoſt. quod neque mol- 1. Cor. 6.
les regnum Dei poſſidebunt. Carpi-
tur contumelijs, & irriſionibus, & ſub
ſtinet, vt doceat manſuetudinem. Vn-
de Apoſt. inquit. In manſuetudine cū Eph. 4.
patientia ſupportantes. Potatur aceto
felle mixto, ut homo diſcat parſimo-
niam. Orauit pro crucifigentibus, ut
diſcat benignitatem. Hinc dicitur ad
Eph. Eſtote inuicem benigni. Pendet, Eph. 4.
non iacet, nec habet unde caput redi-
ret,

Pſal. 118. ret,vt diſcat a ſtratu ſurgere. Vñ pſal.
Media nocte ſurgebam ad confitendũ
tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.
In hac igitur ſchola erit gloriandum,
& eris beatus, cum ab eo fueris erudi-
tus. Gloriatur etiam aliquis de poten
tia,& hęc perfectiſſima habetur in cru
1.Cor.1. ce. Hinc Apoſt. Verbum crucis pereun
tibus ſtultitia eſt, his autem qui ſalui
fiunt,i. nobis,virtus Dei eſt. Item glo-
riatur homo de libertate adepta. Et
hanc adepti ſumus per crucem, nam è
ſeruis liberi propter illam facti ſumus.
Rom. 6. Hinc Apoſt. Vetus noſter homo crucifi
xus eſt, vt vltra non ſeruiamus pecca-
to. Gloriari etiam homo debet,quan-
do aſſumi ſolet ad aliquod magnum
collegium,ecce per crucem Chriſti aſ
ſumpti ſumus ad cœleſte collegium.
Coll.1. Pacificans, inquit Apoſtolus, per ſan
guinem eius ſiue quæ in cęlis,ſiue quæ
in terris ſunt. Sed quomodo aggrega-
bimur cum cœleſti illo Angelorum
exercitu? Aſcendendo. Hic uero aſcen
ſus fit per crucem. Nam crux eſt ſcha-
la illa ad aſcendendum figurata, vnde
Iacob uidit ſchalam ſtantem ſuper ter
ram,& cacumen illius tangens cœlos,
Angelos quoque Dei aſcendentes, &
deſcendentes per eam. Et Dominum
Gen.28. innixum ſchalæ. Verè ſchala iſta eſt
Crux ſchala Iacob. crux Sancta, quæ ſterit ſuper terram in
Chriſti paſſione, & cacumen eius teti-
git cęlum,ſolem eclypſando, & parua
cœli luminaria obtenebrando, cui
Dominus Chriſtus innixus, immo con
fixus ſchalæ morte ſua genus redemit
humanum, placatum faciens Deo pa-
Rom.5. tri. Vnde Apoſt. Reconciliati, inquit,
ſumus per mortẽ filii eius. In hac ſcha
la Angeli, i. homines, qui cum ratio-
nis participes cũ ſint Angelis,uel quia
adimplebunt ſedes Angelicas, aſcen-
dunt mente ſurſum eleuata,ut Chriſti
paſſionem,qua redempti ſunt contem
plentur. Deſcendunt uero conſideran-
do Chriſti in terris conuerſationem,&
doctrinam euangelicam in terra tradi

A tam, & ita in eius amorem inarde-
ſcunt. Inſuper gloriatur quis in trium-
phale ſignum uictoriæ, ſed crux triũ-
phale ſignum uictoriæ Chriſti eſt con
tra dæmones. Hinc Sap. Benedictum li Sap.14.
gnum,per quod fit iuſtitia. Gloriatur
etiam ignobilis, uel pauper, cum fit
nobilis, uel diues. Ecce per crucem fi-
lii effecti ſumus Dei,& fratres Chriſti:
hæredes Dei patris, cohæredes autem
Chriſti. In cruce igitur fratres glorie
mur,in cruce firmam ſpem, & fiduciã
B collocemus. Quid enim non certo no
bis de tam benefici, tam indulgentis,
non Domini,ſed pluſquam patris mi-
ſericordia polliceri poſſumus,& debe
mus? Quid eſt, quod ille non dabit pe
tentibus, qui ſemetipſum tradidit in
mortem? Quid eſt,quod negare queat
rogatus, qui tot,& tanta beneficia con
tulit ultro,non modo non rogatus, ve
rum etiam grauiſſimis iniuriis multũ Crucifixi imago cur in proceſſionib. præferatur.
prouocatus? Hęc eſt itaque cauſa,quã
obrem in ſupplicationibus,aut proceſ
C ſionibus Crux præfertur,in qua Chri-
ſtus fere depingitur, ſeu ſculpitur cru-
ci affixus,ut indicetur nobis,atque an-
te oculos noſtros ponatur,in quo glo-
riari,in quo ſpem noſtram habere nos
defixam oporteat. Quare merito Apo.
inquit. Abſit mihi gloriari niſi in cru- Cur in medio tẽpli.
ce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quinim
mo,non tantum crucem in ſupplica-
tionibus præferri inſtituit Eccleſia,ve
rum, & in medio templi cuiuſque in
eminentiori loco,ubi ab omnibus cõ
D ſpici poſſit,& crucis ſignum altiſſimis Num. 21.
in turribus poſuit. Et Chriſti crucifixi
ſtatuam erexit,quo ſicut in ſerpentem
Aeneum, quẽ in deſerto Moſes exalta
uit,qui morſi a ſerpentib. intuẽtes ſa-
narentur. Sic qui vellent a morſib. pec-
catorũ ſanari,quos intulit ſerpẽs dia-
bolus, in eum intuerentur,qui pro no
bis in cruce pendens mori dignatus
eſt, certa cum ſpe remisſionis pecca- Figuræ ſerpentis explicatio.
torum illius merito conſequendæ. Sed
notandum quod non caret myſterio,





& ratione, quod Moſes non lignum,
vel lapideum, ſed æneum ſerpentem
fecerit. Aeneus enim ſerpens magis
Chriſtum exprimebat, tum propter
ſuam ſoliditatem, tum quod ex ære cõ
flatus eſſet. Sic enim ſignificabatur ſo
liditas corporis Chriſti, quod morte
ſua deſtrui non potuit,ſed in ęternum
efficax perſeuerat, ac eundem charita-
tis ignem excoctum, ſuſpenſum fuiſſe
in cruce. Quod etiam Aeneum præce
perat Deus, ut Moſes faceret, id non
fecit abſque myſterio. Dicit enim Rab
bi Ioſeph medicos aſſerere,eum,quem
momorderit ſerpens, ſtatim mori, ſi
inſpexerit æs, ac propterea ex præce-
pto Domini Moſen ſerpentem æneũ
feciſſe, ut miraculũ magnificaretur,dũ
contra communem naturæ curſum æs
factum eſt ſalutare percuſſis a ſerpen-
tibus. Quod & ipſum ſi verum eſt, re-
cte myſterio crucis conuenit, eo, ꝙ
ipſa crux, de qua prius dictum erat.
Maledictus omnis, qui pendet in li-
gno,nobis iam conuerſa ſit in benedi-
ctionem,& quod prius erat malefacto
ribus mors, factum eſt omnibus vitæ
occaſio, & cauſa. Et hęc circa ſerpen-
tem æneum, figura nempe præcipua
inter omnes figuras crucis,& paſſionis
Crucifixi imago in vijs. Domini. Verum non in templis modo,
ſed in vijs etiam,& in compitis Chri
ſti crucifixi ſignum iſtud erigendum
putauit Eccleſia, vt ne viatores quidẽ
aliud agentes, tanti beneficij poſſent
obliuiſci. Qui ſimul etiam obiter ad-
monebantur quandoquidem aduenæ
ſumus omnes,& peregrini,neque ma-
nentem hic habemus ciuitatem, ſed
futuram inquirimus cœleſtem illam
Hieruſalem,quam ingredi uiam opor
teret ad eam anhelantibus: via enim
Ioan.14. noſtra Chriſtus eſt,ne aberremus, vita
etiam noſtra eſt,ne moriamur. Veri-
tas etiam ipſa eſt,ne decipiamur. Ego
ſum,ait, via,veritas,& vita. Huius igi-
tur veſtigiis incedamus neceſſe eſt. ſi
adytus nõ patet. Ipſo etiam Ieſu Chri

A ſto atteſtante,qui dixit. Qui non acci
pit crucem ſuam,& ſequitur me,non
eſt me dignus. Sic igitur & ingredien Matt. 10.
tium, & egredientium templum,& in
viam ſe dantium oculis Chriſti crucifi
xi, Simulachrum obiectum ſemper
voluit eſſe Eccleſia, multo maxime eo Crucifixi imago cur morituris. vel morte plectendis oſtẽdatur.
rum, qui ex huius vitæ diuerſorio
æternam illam in domum migraturi
præ cæteris conſolationis plurimum
indigent, quo ſuæ redemptionis pre-
cium agnoſcerent, & tanto æquiori
B animo corpus mortis huius relinque-
rent,indubitata ſpe cœleſtis patris hæ
redes futuros. Cui abundè per Chri-
ſtum cruci affixum pro peccatis om-
nibus eſt ſatisfactum. Quod in ijs
maiori etiam cura obſeruari voluit,
qui propter crimen aliquod patra-
tum ad extremum ſupplicium duce-
rentur. Quorum quo magis perter-
ritas eſſe conſcientias oportet,hoc ma
iori ſtudio ſollicita de ſalute eorum
mater Eccleſia ſuccurrendum eſſe du-
C xit, ne magnitudine flagitiorum
deterriti conſequendæ veniæ ſpem
abijcerent. Eius itaque factum eſt,in-
ſtitutione, ut cum ad ſupplicii locum
rei ducerentur, ſacerdos eos comita-
retur, Chriſti crucifixi ſignum præ-
ferret, plectendorum oculis illud
ingereret, atque in cruce Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti ſpem ſuam omnem
eos collocare iuberet. De qua can-
tat Eccleſia. O crux aue ſpes uni-
ca. Crux enim eſt meritum noſtrum.
D Crux eſt refugium noſtrum. Crux eſt
vita,ſalus,& reſurrectio noſtra. Quã-
obrem hortatur Sacerdos ad mortis
ſupplicium condemnatos, quandoqui
dem ſua non poſſunt, vt Chriſti cruci-
fixi merita allegent. Quid eſt enim
omne meritum cuiuſque hominis, niſi
miſeratio Domini? Hortatur etiam Sa-
cerdos ſontes,ut illius ſatisfactioni in-
nitantur,illius paſſionem, & mortem
Deo patri ante oculos proponant, cu-
ius vel vna gutta ſanguinis ad abluen-

da totius orbis peccata cumulate ſatisfecit. Propterea damnatus eſt ille, vt liberaret damnatos. Propterea doluit, ut ſanaret infirmos. Propterea timuit, ut ſecuros faceret. Propterea deputatus eſt inter latrones, quorum alter aſſumptus, alter eſt reprobatus, ut exemplum, & forma daretur indiſſolubilis manens in poſteros, quia nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit, nec vlla hora ſera eſt, cui compunctio diſtricta occurrit, nec eos, qui vitæ ſuæ quocunque tpis articulo veri ſunt iudices, iterum iudicari ſinit. Et non ſolum in templis, in parietib⁹, in feneſtris, &c. Sed ēt in fronte, & in mēte inſtituit Sācta mater Eccleſia imprimi ſignum crucis, ut doceant patres filios ſuos adhuc lactaneos muniri ſigno Sanctæ Crucis, quę quidem validiſſima armatura eſt contra aduerſarios, atque leui motu fieri poteſt.

Quare Dominus mortem crucis, & non aliā elegit.

Et ut hac ſemper muniti eſſemus, noluit Dominus permittere quòd Phariſæi eum de monte pręcipitarent, ſed tranſiens (vt legitur in Euangelio, per medium illorum ibat. Nec etiam uoluit lapidari, ſed quando tulerunt Iudæi lapides, ut iacerent in Ieſum, ipſe abſcondit ſe, & exiuit de templo. Quare ergo noluit Dominus præcipitari, vel lapidari, aut etiam gladio truncari? Vtique cauſa noſtræ ſalutis hoc effecit. Mors enim Chriſti ſignum eſt noſtræ ſalutis. Noluit ergo lapidari, aut etiā gladio percuti, quia nos ſemper nobiſcum lapides, aut ferrum ferre non poſſumus, quibus defendamur, ſed elegit crucem, quæ leui motu manus exprimitur, & contra inimici verſutias munimur. Elegit crucem, ut de illa non erubeſceremus, ſed velut coronam ſic lęto animo illam circumferremus.

Crucis ſignatio vbique adhibenda.

Quare Beatus Effren de vera pœnitentia admonens fratres ſuos ſic inquit. Pingamus in ianuis, atq; in frontibus noſtris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum ſignum Crucis. Armemur inſuperabili hac Chriſtianorum armatura. Ea enim victrix eſt mortis, fideliū ſpes, lux orbis terræ, paradiſi reſeratrix, hæreſum profligatrix, dæmonum expultrix, Monachorum adminiculum, firmamentum fidei magna, ſalutariſque cuſtodia, & gloria perpetua orthodoxorum in ęternum. Hanc ò Chriſtiane cunctis diebus, & noctibus, horis, atq; momentis, in omni loco circumferre nō deſinas, nihilque ſine illa perficias. Nam nullus tibi nocere poterit, ſi hac ſeptus fueris. Non enim ſceleſti dęmones tecum congredi audebunt, cū haſtam uident, quo lethale uulnus acceperunt. Etenim ſi loca ſolummodo uidemus, in quibus capite damnati pœnas perſoluunt, ingenti horrore concutimur. Quid paſſurum putas diabolum, ſi mucronē te uiderit tenere, quo vires eius Chriſtus diſſoluit, & quo caput draconis magno impetu rotauit?

Orig. Homil. 8. in diuer. Euang. locos.

Quapropter ita Origenes de dęmonibus ait. Qui aurata capitolia non timent, Crucem timēt. Ignatius quoque Epiſcopus Apoſtolorum proximus de Crucis trophęo ſcribit, quod illud videns dęmon expaueſcit, & audiens timet.

Ignatius.

Cuius rei clariſſimum documentū eſt illud, quod affert Gregorius Nazianzenus, quòd cum Iulianus apoſtata, qui fidem Chriſti deſeruerat, ex conſuetudine priſtina Crucis hoc ſignum ingruentibus dęmonum terrorib. fronti impreſſiſſet, ſtatim omni timore liberatus eſt, procul dęmonibus fugatis.

Spe. exemp. d. 1. 31.

Quid dicam de Iudæo Cruce ſignato, qui dęmones audiuit clamantes. Væ væ, vas vacuum, ſed ſignatum, & ſtatim fugati ſunt. Athanaſius quoque inquit omnia dęmonum præſtigia ſigno Crucis propelluntur. Idem etiam ſcribit Antonium Abbatem docuiſſe ſuos, ut cum dęmones viderēt, tam ſe, quàm domos ſuas Crucis armarent ſignaculo. Confeſtim inquit ſoluentur in nihilum, quia metuunt illud trophæum,



phęum, in quo Saluator aereas expolians poteſtates eas fecit oſtentui, ac murum inexpugnabilem Crucem appellat. Gregorius quoque Niſſenus nō alia contra dęmones arma habuit, quàm ſignaculum Crucis, & Chriſti nomen. Quare idem Gregorius iuſſit Cruces ligneas quibuſdam in locis a ſe collocatas adorari, & ad eas tanquā ad ſacra perfugia cōcurri. Hinc forte inoleuit quædam ſancta conſuetudo quorundam Religioſorum, qui decubentes in lecto ſecum habent Crucem ligneam in pectore. Somnumque capiunt cum hymno Vexilla regis. Vel Pange lingua, &c. Hinc expergeſcētes facile reuoluūt alicuius verſiculi hymnum, vel totum, non tantum ſemel in nocte, ſed quoties e ſomno vigilant. Et quid amplius dicam de hoc mirabili ſigno Crucis. Hoc ianuas clauſas reſerauit, hoc venenorum vires extinxit, vt manifeſtum eſt de Beatiſſimo Patre noſtro Benedicto, qui ſigno Crucis ędito vas peſtiferi potus ita confregit, ac ſi pro ſigno lapidem dediſſet. Hoc feroces beſtias repreſſit. Hoc lethales ſerpentum morſus curauit. Etenim ſi portas Inferni perfregit, ſi cœlorum oſtia reſerauit, ſi diaboli neruos recidit, q̄d mirum eſt ſi peſtifera venena, atroces beſtias, & alia huiuſmodi ſuperauit? Hoc igitur o Chriſtiane in mente tua inſculpe, & eximia voce cum Apoſtolo exclama. Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam Crux gloria noſtra, & caput, atque origo Beatitudinis libertas, & victoria eſt. Sicut perpulchre ſignificatur in Gedeone, qui typum geſſit Domini Saluatoris. Ille enim in trecentis viris Iudæorum populum de crudeliſſimis gentibus eripuit, ſic Chriſtus per myſterium Crucis totum genus humanum de poteſtate diaboli liberauit. Trecenti enim ſecundum computū numerum Crucem faciunt. Quare Hieronymus, inquit, quòd ſi cupimus dæmones fugare, quòd manus noſtræ ad omnem actū, atque inceſſum pingant Crucem. Sed neceſſe eſt altiſſimi huius ſacramenti conſiderationem Sermoni alteri reſeruare, præſertim quia in longum Sermo proceſſit.

Aug. de tēpore Serm. 108.

## *Sermo II.*

Sermo 38. Gal. 6.

QVID dulcius, & ſuauius eſſe poteſt, Fratres dilectiſſimi, quàm de Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti loqui, in qua ſolum eſt nobis gloriandum, teſte Apoſtolo. Cum illa innumerabilium bonorū ſit cauſa. Et quæ antea erat nomen condemnationis, nunc facta eſt res honoris. Et quæ prius in damnatione maledicti ſtabat, nunc in occaſione ſalutis erecta illuminauit. Hæc nos Deo reconciliauit. Hæc inimicitias interemit, pacem confirmauit, paradiſum aperuit, & quod nulli quamuis Dei amico per prius fuerat conceſſum, nec Adam, nec Abraham, nec Dauid, Latroni conceditur. Hodie mecum eris in paradiſo. Vbi notandum, quod duplex beneficium operatus eſt Chriſtus, latronem introducens in paradiſum: vnum quidem, quia paradiſum aperuit. Aliud vero, quia latronem introduxit. Crucifixus eſt, clauis retinetur, & paradiſum tam facile pollicetur. Hodie mecum eris in paradiſo. Omnib⁹ in cruce ſubiugatur iniurijs, totus dedecori, ſuccūbens infamiæ, inſultantium, deriſione deluſus, latronis aduerſam mentem valuit commutare, vt ex omni parte Diuinitas eius ſentiatur. Hanc præfigurabat arbor illa Nabuchodonoſor, quam in ſomnis aſpexit: de qua ſic in Daniele legitur. Videbam & ecce arbor in medio terrę, & altitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Hæc arbor Crucis Chriſti non immerito figura fuit, quia

Dani.

ſicut illa arbor altitudine ſua ad cœ- A
lum vſque protendebatur, ita crux
Domini ſola fuit, quæ fidelibus cęlum
aperuit. Hinc appellatur à Beato
Apoc. 3. Euang. Clauis Dauid quæ cęlum pan-
dit. Et non ſolum dicitur Clauis pa-
radiſi, verum ex alienatis reſtituit in
domeſticos, de longinquis proximos
fecit, de peregrinis reddidit ciues.
Quare non immerito dicamus cum
Apoſtolo. Abſit mihi o crux Sancta
gloriari niſi in te: quia per te diabo-
lus fuit victus ſicut pugna illa Da- B
uid contra Goliad ſignificabat. Nam
quando verus Dauid Chriſtus tulit
baculum in manu, ideſt pugnaturus
contra ſpiritualem Goliad .i. diabo-
lum, crucem ſuam portauit, & lapi-
de eum percuſſit, aſcendenſque ſuper
eum ſuo proprio gladio interfecit. Si-
cut enim baculus ſignificabat crucē;
ſic lapis Chriſtum: ipſe eſt enim lapis
viuus. Et tunc diabolus ſuo proprio
gladio interfectus eſt, quando per ne-
quitiā ſuam, & iniuſtam perſecutio- C
nem, quam exercuit in Crucifixum,
omnium in eum credentium perdidit
Iob. 40. principatum. De hac etiam dicitur
in libro Iob. Nunquid capies Leuiathā
hamo, ſupple ſicut & ego? Leuiathan
eſt diabolus, hamus ſiue aculeus in
eſca eſt Dei filius in carne humana aſ
ſumpta, abſconditus. Iſto hamo ca-
ptus eſt diabolus, & deceptus: quia
dum carnem innocentis Chriſti in cru
ce mordere, & ſanguinem effundere
iniuſte præſumpſit, latens aculeus Di- D
uinitatis poteſtatem eius perforando
deſtruxit. Hoc etiam figuratum eſt
apud Daniel. Erat draco magnus in
Babilone, & tulit Daniel picem, &
adipem, & pilos, & coxit pariter, & fe
cit maſſam, & dedit in os draconis, &
diruptus eſt. Pix & Pili ſignificant
ſimilitudinem carnis peccati. Adeps
ſanguinem Chriſti. Maſſa ex his, ſacra
membra Saluatoris data in poteſtate
hoſtis, ſed dum hæc iniuſte mordere

A nititur, iuſte poteſtas eius deſtruitur.
Quare inquit D. Augu. Quid fecit Re-
demptor captiuatori noſtro? tetendit
ei muſcipulam, crucem ſuam, poſuit
ibi eſcā corpus, & ſanguinem ſuum,
ille autem ſanguinem fudit non debi-
toris, propter quod iuſſus eſt reddere
debitores. Hinc canit Eccleſia. O crux
glorioſa, per quā diabolus eſt victus,
& mundus Chriſti ſanguine redem-
ptus. Et Haman appendi in ligno quid Heſt. 7.
aliud ſignificat, quod parauerat Mar-
B docheo, niſi vinci diabolum in cruce
quam parauerat Chriſto. Sic intelli-
gi poteſt de appenſione regis Babylo- Dani. 5.
nis in ſtatera. Et clauus, quo Iahel oc
cidit Siſaram, hoc etiam ſignificat cru
cem Chriſti, qua diabolus eſt cōfixus.
Hoc etiā deſignat patibulū, quo ſuſpē Iudi. 4. d. 5.
ſus eſt rex Hai. Idē deſignāt patibula, c.
in quibus ſuſpenſi fuerūt principes pi Ioſu. 8.
ſtorū, & principes populi. Et nō ſolū Gen. 40.
per crucem diabolus eſt victus, ſed to- Num. 21.
tus mundus ad Chriſti notitiam eſt
C vocatus. Hinc crux Chriſti dicitur
principatus: quia per ipſam diabolus
ſuperatur, & totus mundus ad Chriſti
notitiam, etiam gratiam reuocatur.
Quem quidem Principatum tunc ſu-
per humerum eius Chriſtus habuit,
quando crucem ſuam admirabili hu-
militate portauit. De quo principatu
ſic inquit Paulus. Factus obediens vſq;
ad mortem, mortem autē crucis, pro-
pter quod Deus exaltauit illum & do
nauit illi nomen, quod eſt ſuper omne
D nomen, vt in nomine Ieſu omne ge-
nu flectatur cœleſtium terreſtrium, &
infernorum. Nam recte in nomine
Ieſu omne genu flectitur, quia Chriſti
Crux ſuper omnia fortis omnem crea
turam ſibi ſubiecit & omnibus pro-
fuit. Hinc merito in ipſa gloriari
oportet. Cum Crux magnum in ſe
myſterium contineat. Cuius portio ta- Crucis my
lis eſt, ut ſuperior pars cœlos petat, ſterium.
inferior terræ inhæreat, fixa in inferno
rum ima contingat. Latitudo autem
eius



eius omnes partes mūdi appetat, quia A
& Chriſtus per paſſionem Crucis An-
gelis profuit in cœlo quorum nume-
rus, quia per Apoſtatam Angelum im
minutus fuerat, ex animabus fidelium,
quotidie adimpletur. Et nobis, qui
ſumus in terra, & illis, qui propter ori
ginale peccatum detinebantur apud
inferos. Sed & ipſis qui in diuerſis
mundi partibus habitabant. Iacens
vero crux quatuor etiam mundi par-
tes appetit, Orientem, Occidentem,
Aquilonem, & Meridiem, quia Chri- B
ſtus per paſſionem ſuam omnes gen-
tes ad ſe traxit, & omnia ſibi ſubiuga-
uit. Iuxta quod ipſe ſurgens a mor-
Matt. 28, tuis dicit. Data eſt mihi omnis pote-
Ioan. 12. ſtas in cœlo, & in terra. Et iterum,
Ego ſi exaltatus fuero, omnia traham
ad me, omnia dicit, & non omnes,
quia omne genus hominum, ſiue ma-
res, ſiue fœminas, ſiue liberos, ſiue ſer
uos, gentiles, vel Iudæos. Vel omnia,
ideſt hominem, qui cum ſit poſt om-
nia creatus, & omnia ſint propter ho- C
minem; quia cuncta ſubiecit Deus ſub
pedibus eius, & cum participet cum
omnibus, quæ ſunt in orbe terrarum.
Habet, enim eſſe cum lapidibus, cre-
ſcere cum plantis, ſenſum cum brutis
rationem cum Angelis. Ideo Chri-
ſtus in Cruce exaltatus omnia ad ſe
trahēdo, traxit ad ſe hominem, quare
recte cum Apoſtolo dicamus. Abſit mi
hi gloriari &c. Continetur etiam in
hac crucis figura altius ſacramentum
quod quanto eſt altius, tanto diligen- D
tius attendendum. Crux, enim habet
latitudinem, quæ eſt tranſuerſum li-
gnum, ubi figuntur manus, habet etiā
longitudinem, quæ ab ipſo tranſuerſo
ſurſum verſus ad caput eminet. Ha-
bet profundum in ea parte, quæ terræ
defixa eſt. Latitudo ſignificatur in bo-
nis operib. Longitudo in longanimita
te, & perſeuerātia bonorum operum,
Altitudo in ſupernorum præmiorum
expectatione, vt ſurſum cor habea-

A mus. Profundum ſignificat occultam Rom. 11.
gratiam Dei, quæ in abdito latet. Nā Pſal. 35.
quis cognouit ſenſum Domini aut
eius conſiliarius fuit. Et iudicia eius
ſicut abyſſus multa. Vel aliter. Lon-
gitudo eſt ipſius crucis vſque in finē
prædicatio. Latitudo vero eiuſdem
prædicatio uſque ad terminos orbis
terrarum. Sublimitas gratiæ cœle-
ſtis uirtute Crucis deſuper infuſa cre-
dentibus. Profundum vero ipſum Cru
cis myſterium, ſiue arcanum, quo de-
B ceptus fuit hoſtis antiquus. Eia igi-
tur fratres, hæc eſt doctrina Apoſtoli-
ca, ut gloriemur in Cruce, vt nulla ſit
nobis de cruce confuſio, quia habe-
mus de eius paſſione victoriam de ad-
uerſario noſtro diabolo, qui cum eius
ſignum uiderit, ſtatim vt fumus eua-
neſcit. Hoc ſignum Tau deſignabat, de Ezec. 9.
quo dicitur. Omnem autem ſuper Signum
quem uideris Tau ne occidatis & a Tau.
ſanctuario meo incipite. Quid igitur
Tau, quā ſignū interpretant̄ ſignifica-
C bat, niſi uexillum Crucis Chriſti quo
fideles contra dœmonum inſidias ſi-
gnantur? quæ litera merito aduerbiū
admirantis eſſe fertur: quia hoc Cru-
cis ſignum non ſolum mirantur mali-
gni ſpiritus, ſed etiam ad illius uiſionē
trepidant, & contremiſcunt, ac velut
confluit cera ab ardore ignis, ſic
diaboli ante eius conſpectum per-
territi fugiunt: quare nullo pacto eis
nocere ualent, qui ſigno Tau muniti
ſunt, ideſt ſigno Crucis ſignati. Præ-
D terea quid illud ſignificabat quod di-
ctum fuit Moyſi, vt virga percuteret
mare, niſi myſterium ſanctæ crucis.
Niſi .n. virga ſuper mare fuiſſet eleua-
ta non fuiſſet populus Dei de poteſta-
te Pharaonis liberatus. Sic ſi ſancta
Crux eleuata non fuiſſet, Chriſtianus
populus in æternum periſſet. Eleua-
ta vero virga, ideſt Cruce erecta cedit
mare, cedunt & fluctus eius, hoc eſt
vincitur mundus & mundi iſtius pote
ſtates. Oremus ergo fratres dilectiſſi-
mi,

mi,ut Dominus noſter.quod de Aegyptijs fecit in mari rubro, faciat in nobis, ut det nobis virtutem, & adiutoriũ Spiritus ſancti, ut in nobiſmet ipſis ſpirituales Aegyptios poſſimus extinguere, quod fiet ſi in ſerpentẽ ęneũ inſpexerimus, ideſt ſi crucifixum imitemur. Nam ſicut erecto ſerpente ęneo quicunque à ſerpente percuſſus ſerpentem æneum reſpiciebat, ſanabatur. Sic humanum genus, quod a ſpirituali ſerpente diabolo percuſſum fuerat, ſi Chriſtum reſpicit, ideſt in eum credit, ſanatur. Quicunque igitur, qui cupit diaboli vitare venenum, ad Chriſtum, qui in ſimilitudinem illius ænei in ligno ſuſpenſus eſt, fideliter aſpiciat, ut cum Beato Apoſtolo dicere poſſit. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quam omnes inſidias diaboli fugare poſſumus, ſicut perbelle notatur in uirga

Exod. 7.

Aaron, vbi ſic habetur. Proiecerunt ſinguli virgas ſuas; quæ verſæ ſunt in dracones, ſed deuorauit virga Aaron virgas omnes. Per Aaron ſacerdotem Chriſtum accipimus, qui eſt ſummus ſacerdos. Per virgam Aaron, per quã oblatrantes canes abigimus, Chriſti crucem intelligimus, per quam infeſtantes dæmones fugamus. Sicut ergo virga Aaron ſacerdotis in draconem verſa omnes magorum virgas abſorbuit, atque vorauit, ita crux Chriſti dæmonum prauitates conſumpſit, atque deſtruxit. Sic etiam nos fratres ſi volumus uictoriam conſequi de diabolo, oportet nos meditatione paſſionis Chriſti ſuperare illius inſidias, & eius opera non ſequi, quia quandiu quis illius opera exercuerit, tandiu diabolum contra ſe ſæuientem non ſentiet. Qui uero illum reliquerit, & de petra bibens Chriſtum ſequi voluerit, neceſſe eſt vt illum patiatur infeſtum, quia omnis, qui piè voluerit viuere in Chriſto, neceſſe eſt vt perſecutionem patiatur. Hinc

A eſt quod legitur quod poſtquam Moſes bis virga percuſſit petram, fluxerunt aquę, & populus bibit, & ſtatim iniuit bellum contra Amalech. Et factum eſt cum eleuaret Moſes manus, vincebat Iſrael. Quid per virgam, niſi Chriſtus? fuit bis percuſſa petra virga, ſic in crucis patibulo duo ligna eriguntur, nam in vno ſacras manus expandit, in alio vero a capite vſque ad pedes immaculatum corpus extendit. Bibit ergo de petra, & ex qua exiuit aqua populus. i. percuſſo latere Chri-B ſti, ex quo exiuit ſanguis, & aqua ideſt poſtquam quis ſuſcepit ſacramenta, neceſſe eſt illi ad pugnam accedere. Quid ergo fecit Moſes, vt populus Dei vinceret? leuauit manus. Quid p̱ eleuatione manus, niſi myſteriũ crucis demonſtratur. Sic & nos ſi aduerſarium ſuperate volumus, manus erigamus, i. ſigno crucis protegamur, orationi inſtantes, atque vigilantes in ea, & pręcipue circa Domini noſtri paſſionem

C Rurſum ſi cupimus æquo animo omnia ferre, paſſionem Domini ad memoriam reuocemus. Quemadmodum habetur apud Exod. quod murmurante populo Iſrael contra Moſen, & dicente. Quid bibemus? Ille clamauit ad Deum, qui oſtẽdit ei lignum, quod cum miſit in aquis, in dulcedine uerſę ſunt. Lignum, quod ſanctus Moſes in aquas amaras miſit, quæ protinus in dulcedinẽ uerſæ ſunt, quid aliud exprimit, niſi lignum crucis, in quo ſalus

Exo. 15.

D mundi pependit? Aquæ porro tribulationes iuſtorum ſunt. Sicut ergo lignũ illud in aquis merſum mox ad eius contactum aquæ dulceſcere ceperunt, ſic meditatione paſſionis Chriſti, quã ta ſcilicet pro nobis, qui indigni ſerui, atque ingrati paſſus fuerit Dominus omnia dulceſcunt: cum non deceat ſub capite ſpinoſo membra habere delicata. Poſtremo, quid dicam de hoc ſigno crucis. Hoc etenim ſigno conſecratur corpus Dominicum, ſanctificatur

Crucis ſacramentũ quam admirabile.

tur fons baptiſmatis, initiantur preſbyteri, & cæteri gradus eccleſiaſtici, & omnia, quæcunque ſanctificantur, hoc ſigno Dominicę crucis cum inuocatione Chriſti nominis conſecrantur. Tandem quam ſit grande crucis ſacramentũ attende, quid dicat Ambroſius.

Ambro. de cruce Ser. 36.

Per hoc ſignum ſcinditur mare, terra colitur, cœlum regitur, homines conſeruantur. Mare ſcinditur. Nam cum a nautis ſcinditur mare, prius ab ipſis arbor erigitur, velum diſtenditur, vt cruce Domini facta aquarum fluenta rumpantur, & hoc dominico ſecuri ſigno portum ſalutis petunt, periculum mortis euadunt. Quid enim velum ſuſpenſum in arbore, niſi Chriſtus exaltatus in cruce? quo velo diſtento, ſicut homines ventorum procellas negligunt, & peregrinationis vota ſuſcipiunt, peruenientes ad portum ſalutis, ſic vbi crucis ſignum erigitur, ſtatim & diaboli iniquitas repellitur, & ventorum procella ſopitur, atque ad portum æternæ ſalutis prouenitur. Hinc dicit Ioan. Euangeliſta, quod vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Vigilanti verbo vſus eſt Euangeliſta, vt non diceret, latus eius percuſſit, aut vulnerauit, ſed apuit, ut illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Eccleſiæ ſacramenta manauerunt, ſine quib. ad uitam quæ uera vita eſt non intratur. Hoc deſignabat il-

Gen. 6.

lud Noe, q̃ iuſſu Domini in arcæ oſtiũ fecit, qua intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura. Præfigurabatur enim Eccleſia, quia omnes, qui non intrant in eã, & non ſuſcipiũt ſacramenta, quæ emanauerunt de latere Chriſti in cruce dormientis ſunt perituri, & conſequi non poſſunt vitam æternam. Ecce igitur patet quòd per ſignũ crucis ſcinditur mare huius ſęculi, & peruenitur ad portum ſalutis. Sic etiam hoc ſigno terra colitur, quia bonus agricola cum parat terræ ſolum verte-

A re, & vitæ alimenta perquirere, non niſi per ſignum crucis facere conatur. Dum enim aratro dentale ſubijcit, affigit aures, ſtiuam erigit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipſa ſimilitudo quædam eſt Dominicæ Paſſionis. Cœlum quoque ipſum huius ſigni figura diſpoſitum eſt. nam cũ quatuor partibus, hoc eſt, Oriente, & Occidente, Meridiano, ac Septemtrione diſtinguitur quatuor quaſi crucis angulis continetur. Ipſius etiam inceſſus B hominis cum manus leuat, quid aliud depingit quam crucem? atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, ut ipſo quoque membrorum geſtu Paſſionem Domini fateamur. Et auis uolando etiam figuram crucis facit. Tandem ligni crucis etiam vmbra, vel figuræ in veteri quoque teſtamento plurimum ualuerunt. Nullum Moſes ſignũ ſine ſacramento ligni peregit. Vt enim ſigna, & prodigia in Aegypto faceret, virgam accepit a Domino, & ſigna C quæquæ diuinitus audiebat, & dicebatur ei. Eleua virgam tuam. Non utique Deus virgæ auxilio indigebat, ſed erigebatur, ut ſcire poſſimus quantum eſſet illud futuri ligni myſterium, cuius fuerat vmbra figuratum virgæ illius Sacramentum. Fortè ſi rubrum mare diuidendum eſt, iubetur Moſes eleuare virgam, & mare cognoſcens ventum ligni figuram, mox iter populo pandit inſuetum. Si ad aquam Marrhæ amaram venitur, niſi lignum in ſe ſuſcepe-D rit, non dulceſcit. Quæ res erat iudicio amaritudinem gẽtium per lignum in vſum dulcedinis quandoque eſſe vertendum. Nec Eliſeus ligni huius myſtici uirtutem penitus ignorauit, qui ſecurim de manubrio in gurgitem lapſam miſſo in flumine ligno de profundo euocauit. Significans Chriſtum per patibulum crucis de profundo inferni humanum genus eripuiſſe, ac de omnium peccatorum limo per crucis myſterium liberaſſe. Significans etiã

dura

dura corda,& ferreas hominum ceruices de profundo emerſas errore ligno crucis eſſe in poſterum ſubiugandas. Si etiam populus aquam non habet, vnde bibat, petra ligno percutitur, & datur per gratiam, quod non habuerat per naturam. O benedicta, ac millies benedicta Crux, cuius talis, ac tantus decerpitur fructus. Hic fructus ligni huius eſt plātatus ſecus decurſus aquarum, ſemper enim cruci baptiſma iungitur. Dedit hoc lignum fructum tempore ſuo, tempore Reſurrectionis, dabit cum apparuerit de cœlis ille, qui viſus eſt ſuper terram, cum præcedente ipſo crucis ſigno iam fulgido venerit de ſupernis, tunc reſurgent corpora ſepultorum, tunc exultabunt Sancti in gloria qui nunc de ſui Domini cruce non confunduntur. Sed gloriantur cum Apoſtolo Paulo. Amen

## DE CHRISTI RESVRRECTIONE.

*Sermo vnicus.*

Sermo 39. Cant. 3.
VIDIMVS Dilectiſſimi Fratres Regem Salomonem Chriſtum in diademate, quo eum mater ſua, ideſt Beata Maria in Conceptione corona carnea coronauit. Et nouerca in paſſione corona ſpinea, videlicet Synagoga. Modo egredi oportet filias Syon, Religioſos inquā, qui dicuntur filiæ, & non filij, non propter ſexus infirmitatem, ſed propter prolis fęcunditatem, quam debēt habere in doctrina vera, in operatione bona, in conuerſatione ſancta, & nihilominus debent inſiſtere contemplationi, ſic enim interpretatur Syō, ideſt ſpeculatio. Ad videndum diadema, quo eum coronauit pater in Reſurrectione, ſcilicet corona gloriæ. Tunc

Cant. 2.
enim caro Chriſti, quæ in Natiuitate floruit, in Paſſione aruit, per gloriam Reſurrectionis refloruit, tunc flores apparuerunt in terra noſtra. Primo rubei, qui fuerunt guttæ ſanguinis. Secundo nigri, liuores vulnerum. Tertio candidi, ideſt ſplēdores clarificati corporis. Sicque fuit Ieſus totus floridus, quia circundatus roſis hoc eſt guttis ſanguinis, ornatus uiolis, ideſt liuorib. vulnerum, vallatus lilijs, ideſt ſplendoribus glorificati corporis. Hinc merito Angelus ad mulieres inquit, volens eius reſurrectionem manifeſtare. Ieſum quæritis Nazarenum Crucifixum, reſurrexit, non eſt hic &c. (Matth. 24.) Ac ſi dicat. Ieſum iſtud ſaluatorē, qui mori uoluit, vt nos ſua morte ſaluaret, quod fuit infinitæ bonitatis, Nazarenum, ideſt floridum quæritis, reſurrexit. ſed quādo reſurrexit, & qualiter, & quomodo? Et quæ ſit vtilitas reſurrectionis attendite. Surrexit Dominus dilectiſſimi die tertia, & noluit vſque ad finem mundi differri, nec etiam nimis accelerari, ut uirtus Diuinitatis oſtenderetur & veritas mortis infra triduum oſtenderetur. Nam ſi ſtatim reſurrexiſſet, potuiſſet credi quod non fuiſſet mortuus. Item ſi multum diſtuliſſet, diſcipuli non remanſiſſent in fide, & ſic nulla vtilitas fuiſſet in paſſione ſua. Vnde in perſona ſua inquit pſal. Quæ vtilitas in ſanguine meo, ideſt in effuſionē ſanguinis mei, dum deſcendo in corruptionem? (Pſal. 29.) quaſi diceret nulla. Si enim multum differam meam reſurrectionem, venient diſcipuli mei in incredulitatem, & nulla vtilitas eſſet in paſſione mea. Et ideo die tertia reſurrexit, vt crederetur mortuus, & vt diſcipuli fidem non amitterēt.

Reſurrectio Chriſti quantū differat a reſurrectionibus aliorū.

Reſurrexit etiam die tertia, vt ex hoc appareat quātum differat reſurrectio Chriſti a reſurrectionibus aliorum. Inuenimus enim quod multi ſurrexerunt a mortuis, ſicut Lazarus, & filius viduæ, & filia Archyſinagogi. Sed reſurrectio Chriſti differt a reſurrectione aliorum in multis. Et primo, quo ad cauſam reſurrectionis, quia alij, qui ſurrexerunt,





non ſurrexerunt ſua uirtute, ſed vel Chriſti, vel ad preces alicuius ſancti, Chriſtus vero reſurrexit propria virtute, nam non ſolum erat homo, ſed ēt Deus. Et Diuinitas verbi nunquam fuit ſeparata nec ab anima, nec a corpore, & ideo corpus animam & anima corpus cum voluit, reſumpſit Hinc (Ioan. 10.) dicit poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Et licet mortuus fuerit, hoc non fuit ex neceſſitate, vel infirmitate, ſed uirtute, quia ſponte. Hinc cum emiſit Spiritum. Clamauit voce magna, quod aliis morientes nequeunt, quia ex infirmitate moriūtur. Vnde Centurio dixit. Vere filius Dei erat iſte. (Matt. 27.) Et ideo ſicut ſua virtute poſuit animam. ita ſua virtute recepit eā. Et quod dicitur eum patrem reſuſcitaſſe, iux. illud. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus. (Act. 2.) Non obſtat, quia eadem eſt virtus omnino Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hinc dicitur tertia die reſurrexiſſe, vt in virtute Trinitatis ſe oſtendat reſurrexiſſe. Rurſum differt quo ad vitam, ad quam reſurrexit, quia Chriſtus ad uitam incorruptibilem, & glorioſam, iuxta illud. Chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam patris. (Rom. 6.) Alii vero ad eandem vitam, quam prius habuerant. Et ſic nota quod triplex reperitur ſuſcitatio ficta, ſicut Samuel. qui licet vere Sauli apparuerit, (1. Reg. 27.) nontamen vere reſuſcitatus fuit a Phytoniſſa. Phyton ventriloquus, uel abyſſus dicitur, & ſignificat aliquos clauſtrales, qui largi ſunt in epulis, qui etiam habent abyſſum pecuniæ, per quas ſuſcitantur in pręlationes. Alia eſt ſuſcitatio imperfecta ſicut Lazari, & aliorum, qui iterum mortui ſunt. Alia vero dicitur perfecta, ſicut Chriſti, qui ſuſcitauit ad vitam immortalē, ſemper victurus. Quod autem Chriſtus reſurrexit, ſemper victurus, myſtice deſignatur, ut & nos reſurgamus ad vitam incorruptibilem, vt non iterum moriamur peccato, vt non regnet peccatū in noſtro mortali corpore, ut obediamus concupiſcentis eius, ſed neque exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibeamus nos Deo tanquam ex mortis viuentes. (Rom. 6.) Differt etiam, reſurrectio Chriſti quantū ad fructum, & efficaciam, quia virtute reſurrectionis Chriſti multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. (Matth. 27.) Vbi notādum quod cum momumenta aperta eſſent, non tamen ante ſurrexerunt, quam reſurgeret Dominus, ad ſignificandum quod ipſe eſt primogenitus reſurrectionis ex mortuis. (Apoc. 1.) Vtrum vero iterū mortui ſunt, tenenda eſt opinio Remigij dicentis, quod incunctanter tenere debemus, quod qui reſurgente Domino a mortuis reſurrexerunt, aſcendente eo ad cœlos, ipſi pariter aſcenderūt quoniam maius illis tormentum eſſet qui ſurrexerunt, ſi iterum morituri eſſent, quam ſi non reſurgerent. Differt vltimo quo ad tempus, quia reſurrectio aliorum differtur vſque ad finem mundi, niſi aliquibus ex priuilegio ante concedatur, ſicut Beatę Virgini, & vt piè creditur Beato Ioanni Euangeliſtæ. Sed Chriſtus reſurrexit tertia die, ut in ſignum ſpiritualis reſurrectionis iuxta illud Oſeæ. Viuificabit nos poſt duos dies, in tertia ſuſcitabit nos. (Oſeę 6.) Primus dies eſt contritio, ſecundus eſt confeſſio, tertius ſatisfactio. Item vt in nouitate vitæ ambulemus, (Rom. 6.) de bono in melius proficiendo, ſcilicet per fidem, ſpem, & charitatem. Item ſicut diem reſurrectionis pręceſſit dies mortis in Paraſceue, & dies quietis in Sabatho. Ita reſurrectionem noſtram glorioſam præcedat mortificatio vitiorum, & quies contemplationis æternorum. Hanc reſurrectionem tertia die factam ſignificabat trium dierum via in ſolitudinem. (Exo. 3. 19. 11.) Sic tertia dies, qua factæ ſunt nuptiæ in Cana Galileæ, (Ioan. 2.) reſurrectionem Chriſti ſignificat. Idem deſi-

gnat mundatio immundi ante altare A
Num.19. quæ fit per fidem reſurrectionis Chri-
ſti . Concludamus ergo Chriſti reſur-
rectionem noſtram præcedere, tum
ordine temporis, quia prius ad im-
mortalitatem reſurrexit, tum or-
dine cauſæ, quia reſurrectio Chriſti
eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Tum
etiam ordine dignitatis, quia præ
Qua hora cunctis glorioſior reſurrexit. De
ſurrexit hora autem ſuæ Reſurrectionis di-
Dominus. uerſæ ſunt opiniones inter ſanctos. nā
Iudic.16. quidam dicunt, ut Ambroſius, & Hie- B.
ronymus, quòd media nocte ſurrexit
Dominus. Tum propter illud Sampſo-
nis, qui in typo Reſurrectionis media
nocte ſurgens tulit portas Gazæ, ideſt
corpus Chriſti, quod fuit caſtrum mu-
nitum contra diabolum in ſupercilio
montis portauit, ideſt in gloria Reſur-
rectionis. Tum ex inſtitutione Apoſto-
lorum, qui inſtituerunt in primitiua
Eccleſia Miſſam decantandam in Pa-
ſcha media nocte in ſignum Reſurre-
ctionis, & ut uigilarent uſque ad me- C.
diam noctem, quòd nos propter fra-
gilitatem humanam in Sabbatho Pa-
ſchæ cātamus Miſſam in nona, facien-
tes mentionem de illa nocte, & in be-
56. nedictione cerei. Auguſtinus autem
29. dicit Dominum diluculo reſurrexiſſe.
Cui opinioni Eccleſia aſſentire uide-
tur, quæ matutinas laudes pro Domi-
ni Reſurrectione celebrat. Et Proph. di-
cit. Exurgam diluculo. Et alibi. Ad
ueſperum demorabitur fletus, & ad
matutinum lætitia. Et quod obijcitur D.
de Sanſone, quòd media nocte tulit
portas Gazæ. Intelligitur quod ſurre-
xit nomine ſciente. Vnde ſimile habe-
Matth.25. tur illud. Media nocte clamor factus
eſt, ecce ſponſus uenit, &c. Quod au-
tem Chriſtus illuceſcente die reſurre-
xit, myſticè deſignatur, quod nos per
ſuam reſurrectionem ad lucem glorię
inducebat. Sicut iam mortuus eſt die
aduesperaſcente, & tendente in tene-
bras, ad oſtendendum quod per ſuam

mortem deſtrueret tenebras pœnæ, &
culpæ. Hanc autem reſurrectionis ue- Matt. 28.
ritatē Dominus probauit teſtimonio Reſurrectio Domini probata per multa ſigna.
Angelorum, uacuitate monumenti in
ſignis lintheaminum, tādem ipſius Do
mini teſtimonio confirmata eſt, mira-
culis uero tribus glorificata. Primum
fuit quod clauſo monumento, & inte Matt. 28.
gro ſignaculo exiuit. Secundum terrifi
ca Angelorum apparitio. Tertium ter-
ræmotus. Item probauit per inimicos,
quorum ualidiſſimum eſt teſtimoniū.
Vnde Matth. Ecce quidam de cuſtodi-
bus uenerunt in ciuitatem, & nuncia-
uerunt Principibus Sacerdotum, &c.
Item probauit eam etiam tripliciter,
uidelicet aſpectu, unde Luc. Videte ma Luc.vlt.
nus meas, & pedes meos. Tactu. Vnde
ſequitur Palpate, & uidete, quia ſpiri-
tus, carnem, & oſſa non habet, & gu-
ſtus, ut ibidem infert. Adhuc illis du-
bitantibus, & mirantibus præ gaudio,
dixit. Habetis hic aliquid, quod man-
ducetur, & comedit partem piſcis aſ-
ſi, & fauum mellis. Sic etiam reſurre-
ctio ſpiritualis demonſtratur. Primo
quidem aſpectu ſanctitatis. vnde Matt. Matth. 5.
Sic luceat lux veſtra coram hominib[9],
vt glorificent patrem veſtrum, qui in
cęlis eſt. Quod autem Dominus oſten
dit manus, & pedes, deſignat quòd re-
ſurrectio ſpiritualis per affectum, diui
næ dilectionis, & effectum bonæ opera
tionis declaratur. Vnde legitur in Apo Apoc.3.
cal. Nomen habes quod viuas, & mor
tuus es, ſcilicet propter defectum di-
uinæ dilectionis, & defectū bonæ ope-
rationis. Secundo probatur tactu ad-
uerſitatis. Vnde Salomon. Aurum pro
bat fornax, ideſt homo tentatur tribu
latione. Quod autem Deus dixit.
Palpate & videte, quoniam ſpiritus car
nem, & oſſa non habet, myſtice deſi-
gnat quòd ſpiritualis homo carnalib[9]
conſolationibus non innititur, ſed ſpe
cœleſtis patriæ etiam aſpera pati non
formidat. Vnde Iob. Et hæc mihi ſit Iob 6.
conſolatio, ut affligens me dolorib. nō
parcat.



parcat. Tertio guſtu internæ, & æternę A
Colo.3. ſuauitatis. Hinc Paulus. Quæ ſurſum
ſunt quærite. Quod autem Dominus
comedit partem piſcis aſſi, & fauū mel
lis myſtice deſignat, quòd ſpiritualiter
reſuſcitati dulcedinem diuinitatis, &
humanitatis debent prægustare, quæ
quidem per piſcem aſſum, & fauū deſi
gnantur. Vnde Greg. Quid ſignare cre
dimus piſcem aſſum, niſi mediatorem
Dei, & hominum paſſum? Ipſe enim la
tere dignatus eſt in aquis generis hu-
mani, capi voluit laqueo mortis no- B
ſtræ, & quaſi tribulatione aſſatus eſt tē-
pore paſſionis ſuæ. Sed qui piſcis in paſ
ſione fieri dignatus eſt, fauus mellis in
reſurrectione nobis extitit, & qui in pi
ſce aſſo figurari voluit tempore paſſio-
nis ſuæ, in fauo mellis vtramque natu-
ram exprimere voluit perſonæ ſuæ.
Factus quippe mel in cera eſt, mel in
cera diuinitas in humanitate. Rurſum
probauit Dominus ſuam reſurrectio-
Apparitiones multæ in Reſurrectione. nem multis apparitionib. Apparuit. n.
ipſa die reſurrectionis qnquies. Primo C
Mariæ Magdalenæ. Secūdo mulierib.
redeūtibus a monumēto. Tertio Petro,
Ioan. 21. ſed nū inuenitur modus. Quarto duo-
Matth. vlt. bus diſcipulis euntib. in Emaus. Quin-
Ioan. 20. to diſcipulis congregatis propter me-
Ioan. 20. tum Iudæorum, quando non erat Tho-
Ioan. 21. mas cum eis. Apparuit etiam inter Re-
Matth. vlt. ſurrectionem, & Aſcenſionem quin-
Luc. vlt. quies. Primo Thomæ cum alijs. Se-
cundo diſcipulis piſcantibus ad mare
Tyberiadis. Tertio diſcipulis in mon-
te Tabor. Quarto in Hieruſalem. Quin D
to comedit cum diſcipulis. Surrexit au
Surrexit Dominus velociter. tem Dominus velociter, quia tertia
die. Nam ſicut ianuis clauſis ad diſci-
pulos intrauit, & ſicut ſalua virginita-
te de utero matris exiuit, ſic nec petra,
in quo iacuit, nec militum cuſtodia po
Socialiter. tuit retinere. Item ſurrexit ſocialiter,
quia multa corpora Sanctorum, quæ
Verè. dormierant ſurrexerunt. Itē vere. Iuxta
Luc. vlt. illud. Surrexit Dominus vere, & appa-
ruit Simoni. Vnde corpus ſuum palpa-

bile diſcipulis oſtendit. Deſignans ex
hoc quod corpus ſuum erat verum, &
ſolidum, & non phantaſticum, aut ra-
rum, ut eſt aer. Rurſum oſtendit quod
eſſet corpus humanum, oſtedendo eis
effigiem veram, ut oculis corporalibus
intuerētur, quam diſcipuli eius cogno
ſcentes gaudebant. Sicut inquit Euan- Ioan. 20.
geliſta. Gauiſi ſunt diſcipuli uiſo Do-
mino. Item oſtendit, quod eſſet idem
corpus numero. Quod prius habuit
per vulnerum cicatrices. Vnde Lucas. Luc. vlt.
Videte manus meas, & pedes meos,
quia ego ipſe ſum. Surrexit etiam ęter
naliter, quia ad uitam immortalem. Aeternaliter.
Vnde Apoſt. Chriſtus reſurgēs ex mor
tuis iam non moritur. Vnde quia Chri- Rom. 6.
ſtus prius neceſſitatem moriendi effu-
git, dicitur primogenitus mortuorum.
Et quia prius ſurrexit ad vitam immor
talem, dicitur lauiſſe ueſtimenta ſua,
quæ ideo prius ſordida dici poterant,
tum propter mortalitatem, & tribula-
tiones paſſionis, tum quia omnes pec-
catorum noſtrorum ſordes in ſe ſuſce- Leuit. 16.
perat. Hoc deſignabat, qui efferebat
caprum emiſſarium, & qui combure-
bat uitulum, & hircum, qui lauare ve-
ſtimenta ſua iubebantur. Sic etiam
dicitur. Ieſus indutus veſtibus ſordi-
dis, quibus exutus eſt per mortem, &
indutus nouis, & mundis in reſurre-
ctione. Sic etiam dicitur Deum conſci Pſal. 26.
diſſe ſaccum Chriſti, cum eius abſtulit
mortalitatem ſuſcitando eum a mor-
tuis. Sic comedere ſponſum fauum Cant. 5.
cum melle, quando fuit adimpletum,
niſi quando reſurrexit, & caro velut ce
ra coniuncta eſt animę, ceu melli, & fa
cta eſt immortalis. Hoc etiam deſigna Gen. 41.
bat mutatio veſtimentorum Ioſeph in
Ægypto, ſcilicet reſurrectionem Chri-
ſti in mundo factam ad vitam immor-
talē. Surrexit ēt potēter. Vñ in figura dr̃ Potenter.
de Sāpſone, ꝙ apprehēdit ambas fores Iudic. 16.
portæ ciuitatis. Deſignat. n. Chriſtum,
deuictis diabolo, & morte reſurgen-
tem. Hoc etiam deſignabat cetus,

Ion.2. in quo fuit Ionas, ideſt mors, quæ A
Chriſtum deuorauit, quem tamen re-
Matt.12. tinere nequiuit. Reſurrexit etiam
potenter. Vnde diſſoluta vincula bra-
Gen.49. chiorum Ioſeph, deſignant Chriſtum
ſuſcitantem a mortuis cõfuſis Iudæis
Pſal.7. qui eum vinxerant. Sic etiam exurge-
Cum ſollē re dicitur Deus in ira, quũ in reſurre-
nitate & ctione p̃ualuit Chriſtus in principes
lætitia. huius mundi. Surrexit rurſum cum
ſolemnitate, & lætitia quia, cœlum
Angelum tranſmiſit, Hinc per Euang.
Matt.28. dicitur. Angelus autem Domini de-
Ibidem. ſcendit de cœlo. Terra præ gaudio
exultauit, quia terremotus factus eſt
Matt.26. magnus. Et infernus ſanctos reſti-
tuit. Exultemus ergo fratres, & læte-
mur in ea, quia hæc eſt dies, quam fe-
cit Dominus. Dies vere admirabilis,
quia in ea mors ſuperatur vita repara-
tur, aditus æternitatis reſeratur. Exul
temur igitur, & lætemur in ea. Exul-
temus extra in corpore, lætemur, intus
in anima. Intus lætemur Chriſto re-
ſurgenti congaudẽdo cum Apoſtolis, C
qui gauiſi ſunt uiſo Domino a morte
cum Chriſto reſurgendo. iux. illud. Si
Luc. vlt. conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſur-
ſum ſunt quęrite. Exultemus etiam
Col.3. extra, in nouitate uitæ, quo ad morũ
honeſtatem ambulando. Secundum
Rom.6. dictum Apoſt. Quomodo Chriſtus re-
ſurrexit per gloriam patris, ita & nos
in nouitate vitæ ambulemus. Item
Chriſto reſurgenti laudes decãtando.
Vnde Greg. Neque fas eſt ut hac die
ſileat ad diuinis laudibus lingua car- D
nis, in qua caro reſurrexit au-
thoris. Exultemus ergo; &
lętemur in die reſurre-
ctionis Chriſti,
ut tandem
cum
eo lętemur in die reſure-
ctionis noſtræ.
Amen.

## DOMINICA IN OCTAVA Paſchæ.

*De Pace, & Pulchritudine pacis. Sermo vnicus.*

DILIGITE Pacem fra Sermo 40.
tres dilectiſſimi, quam
adeo dilexit Chriſtus, ut
eã oſtenderet in mundũ
veniẽdo, naſcẽdo, prædi
B cando, prædicatores mittendo, in die
cœnæ pacem diſcipulis relinquendo,
in paſſione pacem noſtram cariſſime
emendo, & poſt reſurrectionem diſci
pulos ad pacem monendo. Noluit na-
ſci in mundo iſto, donec per totum
mundum pax fuit ipſo nato multitu-
do Angelorum pacem hominibus
comendauit. Dicens, In terra pax ho- Luc.2.
minibus bonæ uoluntatis. Prędicans,
dixit. Beati pacifici, quoniam filij Matt.5.
Dei vocabuntur. Mittens vero prædi
C catores, voluit ut ad pacem mone- Matt.10.
rent. Sic inquiens. Intrantes do-
mum ſalutate eam dicentes. Pax huic Io.14.
domui. In die cœnæ relicturus eos,
pacem tanquam hęreditatem eis reli- Io.20.
quit, Pacem meam dó uobis, pacem
meam relinquo uobis. Apparens di-
ſcipulis poſt reſurrectionem, ad pacẽ
eos monuit, ipſos ſalutando non ſo-
lum ſemel, ſed bis, atque ter. Dicens.
Pax uobis. Spiritum ſanctum poſt re
ſurrectionem mittens, pacem in eis
D confirmauit. Pacem noſtram cariſ-
ſimè emit, mori enim uoluit, ut
nos Deo reconciliaret. Adhuc &
pacem peccatoris care paratus eſt
emere: nam quicunque peccator ſi
pœniteat, Deus paratus eſt remittere
omnem offenſam & emere pacem
eius regno æterno. Hanc Chriſtus
hodie diſcipulis commendat. Dicens.
Pax vobis. Ad hanc Apoſtolus horta
tur, inquiens. Sollicitι ſeruare unita- Eph.4.
tem ſpiritus in vinculo pacis. Nec mi
rum,



rum, quoniam tantum eſt pacis bonũ, A
vt in rebus terrenis, atque mortalibus
nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſi-
derabilius concupiſci, nihil poſtremo
poſſit melius inueniri, & ſicut nemo
eſt qui gaudere nolit, ita nemo eſt qui
pacem habere nolit. Congrue igitur
in pace locus præparatur ei, qui eſt
Alpha, & ω principium, & finis om-
nium, Chriſtus Dominus. Quam ut
conſequi poſſimus, noſque illi aptare,
operę precium eſt noſcere eius deſcri-
ptionem, atque pacis diuiſionem, & B
quæ ſint neceſſaria, ut illa acquiratur
ut poſſimus poſtea peruenire ad pul-
chritudinem pacis. De qua Eſai. Sede-
bit populus meus in pulchritudine pa
Eſa.33. cis. Deſcribitur autem pax a D. Augu-
Pacis defi- ſtino. Pax eſt tranquillitas mentis,
nitio. ideſt quieta, & ſuauis concordia debi-
tum ordinem ſeruans. Vbi enim non
eſt ordo, eſt confuſio, vbi confuſio, ibi
Pax multi- pacis perturbatio. Eſt autem pax mul-
plex. tiplex. Pax ſcilicet inordinata, ſimu-
lata, inquinata. Pax peccatoris, quæ C
eſt pax imperata, pax congregatio-
nis, mortis ſacræ, & pax æternitatis.
Prima eſt pax inordinata, ſcilicet cum
ſuperior obedit inferiori, vt ratio ſen
Prou.19. ſualitati, De hac loquitur Scrip. Cum
dicit. Nõ decet ſeruum dominari prin
Gen.3. cipibus, ideſt carnem ſpiritui. Et ſic
Adam obediuit Euæ. de quo omnis no
ſtra orta eſt miſeria. Ex eo enim quod
comediſti, & obediſti uoci uxoris &c.
Ezech.13. maledicta terra. Secunda eſt pax ſi-
mulata de qua per Proph. Deceperunt D
populum meum dicentes. Pax, pax, &
Hiere.6. non eſt pax. Et alius. Curabant con-
tritionem filiæ populi mei, dicentes,
Pax, pax, & non erat pax. Talem exhi-
Luc.27. buit Iudas, qui oſculo pacem ſimula-
bat, quam in pectore non habebat.
Cui Saluator. Oſculo filium hominis
2.Re.20. tradis? Talem etiam exhibuit. Ioab
Amaſæ. Salue mi frater, & effudit in
Pſal.27. teſtina eius ex vulnere, quo percuſit
eum in inguine. De talibus etiam lo-
quitur pſal. Loquuntur pacem cum A
proximo, mala autem in cordibus eo-
rum. Tertia eſt pax inquinata, ſcili-
cet eorum, qui conſentiunt in malis.
De hac loquitur Pſal. Zelaui ſuper ini-
quos, peccatorũ vidẽs, quæ alio uoca
bulo uocatur pax mundi, pax mala,
quæ eſt hominis cum vitijs, aut cũ dia
bolo, aut membris eius, & hanc pa-
cem non venit Chriſtus mittere in ter
ram, ſed gladium, ideſt diuiſionem.
gladius, enim eſt uerbum Dei, vnde
B per Hierem. vocatur Chriſtus, Di-
ſcordię uir. Quarta eſt pax pecto-
ris, ideſt cordis, quæ eſt hominis ad
Deum, & omnium potentiarum ad Hiere.15.
inuicem, & cum caro non concupiſcit
aduerſus ſpiritum. Hanc pacem dat
Deus, Hanc prædicauit Chriſtus, & re
liquit ſuis. Hæc pax non eſt impijs.
Eſt etiam pax congregationis. de qua Io.14.
Apoſt. Si fieri põt ꝙ ex vobis eſt cum
oĩbus hominibus pacem habentes. Et Rom.12.
alibi. Gloria in excelſis Deo, & in terra
C pax hominibus bonę voluntatis. Item Luc.2.
dicitur pax mortis ſacræ. De qua Si-
meon. Nunc dimittis ſeruum tuum Luc.2.
Domine ſecũdum uerbũ tuũ in pace.
Et Pſal. In pace in idipſum dormiã, & Pſal.4.
requieſcã. i. in pace pectoris in p̃ſenti
dormiã, ut in futuro in pace æternita-
tis requieſcam. Eſt etiã pax in nobis
metipſis. Igitur triplex pax eſt a no-
bis imperata a Deo. Primo cum homi
nibus, ſecundo cum nobis metipſis, ter
tio cum Deo. Hinc hodie Dominus Io.21.
D noſter tripliciter obtulit pacem diſci-
pulis ſuis. Ad habendam uero pa-
cem cum Deo, neceſſaria eſt confeſſio
peccatorum, ſic Dauid acquiſiuit pa-
cem cordis per confeſſionem pecca-
torum. Nã cum dixit. Peccaui Domi-
no. ait Nathan. Trãſtulit Dñs peccatũ 2.Re.12.
tuum Hinc per pſal. dicitur. Notus in
Iudęa Deus, & factus eſt in pace locus
eius. Notus in Iudęa, quæ interpreta-
tur confeſſio, & in pace factus eſt lo-
cus eius. Pax vero nobiſcum fit, quan-
do

do voluntas non eſt abſorta, nec ligata
aliqua inordinata Paſſione, quando
ſenſitiua regitur ſecundum pruden-
tiam ſpiritus, & totaliter voluntas fer
tur in Deum. At pacem cum hominib.
hi habent, qui habitat in vnum, & ij
ſunt in quibus eſt perfecta Chriſti cha
Pſa. 132. ritas. De talibus inquit Propheta. Ec-
ce, quam bonum, ideſt vtile & quam
iocundum, ideſt delectabile habitare
fratres in unum, ideſt concorditer ha-
bere vnam mentem, & vnam fidem.
Iuxta illud. Multitudini credentium
erat anima vna, & cor vnum. Verum ſi
in illis non eſt Chriſtus Charitas, ſunt
in vnum, non tamen habitant in vnũ.
Hi ſunt fratres moleſti, turbulenti, Su-
ſurrones, & murmuratores, qui non
ſolum ſe, ſed & alios inquietant, ſicut
iumentum inquietum non ſolum non
Eccl. 33. trahit, ſed calcibus frangit. Vnde dici-
tur de his, præcordia fatui, quaſi rota
currus, quia ſunt ſemper in continuo
murmure. Qui tamen ſunt, & habi-
tant in vnum, ſunt quieti, humiles, &
pacifici. Pacifici inquam in ſemetipſis
omnes animi ſui motus componentes
& rationi ſubijcientes, carnales con-
cupiſcentias edomantes. Pacifici etiã
in aliis, inter fratres diſſidentes pacem
facientes, atque paci reformandæ, &
conſeruandæ tam in ipſis, quam in
Pax qũo cõ ſeruetur. aliis uigilantes. Conſeruatur uero
pax, modo quinque vitia excludantur.
Eph. 4. Vnde Apoſt. Obſecro vos, vt ambule-
tis cum omni humilitate, & manſue-
tudine cum patientia ſupportantes in
uicem in charitate, ſolliciti ſeruare u-
nitatem ſpiritus in vinculo pacis. In
quibus verbis notantur virtutes, qui-
bus pax conſeruatur, & vitia, quibus
excluditur. Vnde inquit. Obſecro vos
vt ambuletis cum omni humilitate.
Humilitas enim eſt prima virtus, quæ
Prou. 22. conſtituit pacem, ne alter alteri ſe pro
ponat, quod eſt cauſa diſſenſionis, nam
inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, ſci-
licet diſſenſiones. Manſuetudo etiam

A pacem conſeruat, & mitigat rixas.
ideſt ne alteri iniuriam faciamus. Ta Pſal. 36.
les enim hæreditabunt terram, & de-
lectabuntur in multitudine pacis. Si-
cut ex aduerſo iracundia manſuetudi-
ni contraria prouocat rixas. Hinc ſe-
quitur in Apo. Et manſuetudine. Dein 1. Theſ. 5.
de ſequitur. Cum patientia ideſt ut il-
latas iniurias patienter ſubſtineamus,
vt malum pro malo alicui non redda-
mus. Sed ſemper quod bonum eſt ſecte
mur ad inuicem. Inſuper ut ſupporte-
B mus inuicem in charitate, mores alio-
rum graues, expectantes locum, & tẽ-
pus vt corrigamus, alias inordinatus
zelus turbaret pacem, ſic facientes eri-
mus ligati vinculo pacis, & peruenie
mus ad pulchritudinem pacis. Sed Ioan. 14.
quid eſt pulchritudo pacis, niſi pacis
perfectio. Pax æternitatis, de qua Io.
Pacem meam do vobis. Et Proph. Qui Pſalm. 147.
poſuit fines tuos pacem. Et iterum. Fa
ctus eſt in pace locus eius. Et Apoſtol. Pacis pulchritudo in patria.
Pax Dei, quæ exupat omnem ſenſum.
C Et in quo conſiſtit hæc perfectio pacis,
niſi quia in patria erit affluentia om- Eſai. 33.
nis boni, & carentia omnis mali. Hinc
Eſai. Sedebit inquit populus meus in
pulchritudine pacis, ad innuendam
eius perfectionem, & in tabernaculis
fiduciæ, quia ibi erit ſubtractus timor
malorum, & in requie opulenta, per
plenitudinem omnis boni, nam viſo
Deo, qui eſt eſſentia omnis boni, om-
ne bonum videtur. Quapropter dixit
Dominus Moſi. Ego oſtendam tibi om Exo. 33.
D ne bonum. Et eo habito omne bonum
habetur. Vnde Salom. venerunt mihi Sap. 7.
omnia bona pariter cum illa. Viden-
do igitur Deum, habebimus omnium
bonorum ſufficientiam, ſed quia malũ
bono opponitur, ideo ad præſentiam
omnis boni malum excludi vniuerſa-
liter neceſſe eſt. Hinc in illo finali bo-
no non ſolum aderit perfecta ſufficiẽ-
tia omnium bonorum, ſed plena quies
& ſecuritas omnis mali. Iuxta illud.
Qui me audiet, abſque terrore re-
quieſcet,



quieſcet, & abundantia perfruetur
terrore malorum ſublato. Ex quo ſe-
quitur, quod ibi erit futura omni-
moda pax. Non enim impeditur
pax hominis, niſi per interiorum
deſideriorum inquietudinem, dum
deſiderat habere, quæ nondum ha-
bet, vel per moleſtiam aliquorum ma-
lorum, quæ vel patitur, vel pati timet.
Ibi autem nihil timetur: nam ceſſabit
inquietudo deſiderij propter plenitu-
dinem omnis boni. Sic etiam moleſtia
omnis exterior propter abſentiam om
nis mali. Huius autem finalis boni
perfectio in æternum durabit. Non.n.
poterit deficere propter defectum bo-
norum, quibus homo fruetur, quia
ſunt æterna, & incorruptibilia. Oculi
Eſa. 33. tui inquit Eſai. videbunt ciuitatem o-
pulẽtam Hieruſalem, tabernaculum,
quod nequaquam transferri poteſt, &
ſubditur cauſa, quia ſolummodo ibi
erit magnificus Dominus Deus noſter.
1. Cor. 15. Nec deficere poteſt ſtatus ille per cor-
ruptionem ibi exiſtentium; quia uel
naturaliter ſunt incorruptibiles, ut An
geli uel etiam tranferentur in incorru
ptionem, ſicut homines. Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptio-
nem, inquit Apoſt. Nec ideo deficiet
ſtatus ille, quia voluntas hominis faſti-
diendo ſe auertat: quia Deus, qui eſt
bonitatis eſſentia, quanto magis uide-
tur, tanto magis amatur, unde magis
eius fruitio deſiderabitur. iux. illud.
Eccl. 4. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui
bibunt me, adhuc ſitient. Nec etiã defi
ciet ſtatus ille p hoſtis al cuius impu-
gnationẽ; quia ceſſabit ibi omnis mo-
Eſai. 35. leſtia ſecundum illud Eſa. Non erit ibi
Leo. i. diabolus impugnans. Nec ma-
la beſtia. i. malus homo non aſcendet
per eam, nec inuenietur ibi. Sed nec fi-
nietur ille ſtatus: quia aliqui a Deo in-
de excludantur: quia ibi non poterũt
repelli per culpam, Cum deerit om-
ne malum, Nam Populus tuus ait Pro-
Eſa. 60. phe. Omnes iuſti. Nec propter promo-

A tionem ad melius bonum: quia ſtatus
ille non eſt emendationis, aut profe-
ctus ſed perfectionis. Et ideo Domi- Qualiter in Patria deſideriũ hominis adimplebitur.
nus dicit. Eum, qui uenit ad me, non
eijciam foras. Habebit igitur ſtatus il
le pacem ueram, non falſam, Conti-
nuam, non interruptam, ęternam, non
temporalem. Cum ibi erit carentia
omnis mali, & affluentia omnis boni:
quia replebit Dominus in bonis omne
deſiderium hominis. Ibi enim deſide-
rium hominis de cognitione ueritatis
B conſumabitur, quia per uiſionem pri-
mę veritatis omnia, quæ intellectus na
turaliter ſcire deſiderat, ei innoteſcẽt.
Ibi etiam deſideriũ hominis, quod eſt,
ut ſecundum uirtutem uiuat, adimple-
bitur, quia ratio in ſummo uigore erit
diuino lumine illuſtrata, ne a recto de
ficere poſſit. Sic etiam ſi honoris ſubli
mitas appetitur, ibi per illam uiſionẽ
homines ad ſummam honoris altitudi
nem ſublimantur, in quantũ Deo quo-
dammodo uniuntur. Et per hoc ſicut
C Deus ipſe rex ſęculorum eſt, ita & bea
ti reges dicuntur. Hinc Ioan. in Apoc.
inquit. Regnabunt cum Chriſto. Item
ſi famæ celebritas appetitur, ibi beati
adeo celebres redduntur ſecundum ue
ram cognitionem Dei, & omniũ Bea-
torum, ꝙ illa Beatitudo in ſacra pagi-
na frequentiſſime gloria nominatur.
Sicut in Pſal. dicitur. Exultabunt San- Pſal. 149.
cti in gloria. Si etiam diuitiæ deſiderã-
tur, in illa ęterna Beatitudine eſt bono
rum omnium ſufficiẽtia, Deus propter
D quod dicitur. Venerũt mihi omnia bo
na pariter cum illo. Et in Pſal. Gloria, Pſal. 3.
& diuitiæ in domo eius. Rurſum, ſi deſi
derium hominis eſt, ut delectationibus
perfruatur. Ibi eſt delectatio adeo pfe
ctiſſima, quãto intellectus eſt altior ſen
ſu. Et quanto illa delectatio eſt magis
pura ab omni permixtione contriſtan
tis, aut ſollicitudinis alicuius moleſtan
tis. De qua dicitur. in Pſal. Inebriabun- Pſal. 35.
tur ab ubertate domus tuæ. Et torren
te uoluptatis tuæ potabis eos. Item ſi
na-

naturale hominis deſiderium eſt con- A
ſeruatio. tunc Beati omnino cõſequen
tur, quando perfectam beatitudinem,
& ſempiternitatem conſequentur om
ni nocumento ſecuri, ſecundum illud
Eſa. 49. Eſa. & Apoc. Non eſurient, neque ſitiẽt,
Apo. 21. & non percutiet eos æſtus, & ſol. Pa-
tet igitur quam ibi erit perfecta pax,
cum ibi omne deſiderium hominis
quietetur per affluentiam plenam om
nium bonorum. O igitur pax ſuper
omnem pacem. Pax, quæ exuperat om
nem ſenſum, pax in corde, pax in car- B
ne, pax ab iniquis hominibus, pax cũ
omnibus proximis, pax ab ipſis dæmo
nibus, pax cum Deo, & pacis non erit
finis. merito a iuſtis eſt deſiderabilis,
& delectabilis, teſte Propheta. quia de
lectabuntur iuſti in multitudine pa-
Pſal. 36. cis. Et vere in multitudine, quia ibi eſt
multiplex pax. hic autem plurima bel
la. Primo enim eſt pax ad homines,
quia erunt omnes pacifici. Hic eſt bel
lum contra ſpiritum, nam caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus C
aduerſus carnem, ſed tunc adinuicem
Iob. habebunt pacem. Vnde Iob. Scies, in-
quit, quod pacem habet tabernaculũ
tuum. Hic voluntas ſibi aduerſatur
per diuerſa deſideria, ſed tunc non di-
Pſal. 75. uiſa, ſed vnita erit in Domino, quia in
Eſai. 19. pace factus erit locus eius. Hic bellum
contra Deum, ob peccata, ibi omnes
iuſti. Igitur pax ſumme delectabilis,
quia erit vera pax. Nam ſi pax ſecun-
dum Augu. Eſt ſerenitas mentis, tran-
quillitas animi, ſimplicitas cordis, a- D
moris vinculum, conſortium charita-
tis. Ibi ſerenitas mentis, quæ refertur
ad rationem, non erit ligata, neque ab
ſorta aliqua inordinata paſſione. Tr-
quillitas animi, quæ refertur ad ſenſiti
uam, quieta erit paſſionum moleſta-
tione. Simplicitas cordis relata ad vo-
luntatem totaliter erit in Deum obie-
ctum ſuum, ibi perfectum amoris vin-
culum in proximum, conſortium cha
ritatis ad Deum. Rogemus Beatam Vir
ginem, vt hic inuicem in pace viuen-
tes, in nuncupationem eius familiæ
tranſeamus, vt filij Dei vocemur, quia
Beati pacifici, quoniam filij Dei voca-
buntur. Amen.

## DOMINICA II. POST Paſcha.

### *De vero paſtore Christo. Sermo I.*

QVIA a narratione diui Sermo 41.
ni nominis omnes crea
turæ & linguæ deficiãt,
hinc ſacri ſcriptores
explicare conati ſunt
Deum per creaturas, vt ſic pro captu,
pro viribus, & pro fide noſtra intueri
poſſimus, An aliquid ei poſſit compa-
rari. Laudant igitur legis ſacræ periti
modo ipſum, vt Agnum, vel ouem,
Agricolam, Aquilam, Dexteram, ſiue
brachium, fontem, ſponſum, gigantẽ,
ſtellam, ianuam, ſiue oſtium, lapidem
angularem, leonem, lilium, conualliũ,
margaritam, theſaurum, medicum,
montem, virtutem, viam, veritatem,
panem, viuum, pacem, petram, ſerpen
tem, & vt hodie ex Euangelica lectio
ne, audiſtis ipſe ſe fatetur paſtorem.
Vt per hæc vocabula diuinarum diſpo
ſitionum myſteria cognoſcantur, non
vt ipſa Maieſtas filij Dei proprie defi
nita demonſtretur. Vocat enim agnus 1. Reg. 17
occiſus a conſtitutione mundi, quia Exo. 34.
præter ipſum non eſt, qui tollet pecca Pſal. 79.
ta mundi. Ouis, quia pro nobis obla- Eſai. 53.
tus eſt, & ad omnes iniurias ſicut ouis
obmutuit, & vt ouis facile tradit quæ
habet ita Chriſtus ſponte ſeipſum pro
nobis obtulit. Agricola appellatur, qa Zach. 13.
excolit Eccleſiam Dei. Aquila dicitur Pſal. 102.
ob ſublimitatem volatus, & viſus per
ſpicacitatem, & vt Aquila alienã præ-
dam aliquando rapit, ſic Chriſtus præ
dam diaboli, & infernorum eripuit.
Dextera, ſiue brachium dicitur, quia





ab ipſo omnia continentur, & quia A
operatus eſt, redemptionem mundi.
Zach. 13. Fons occultus appellatur, & pacens
occultus, quia vnigenitus patris inuiſi
bilis Deus patens ipſe Deus incarna-
tus. Sponſus dicitur. Cuius typum geſ
Exod. 4. ſit Moyſis, qui dictus, eſt ſponſus ſan-
guinum, quia ſibi deſponſauit Eccle-
ſiam, quando verbum caro factum eſt.
Pſal. 18. Gigas dicitur propter fortitudinem,
Apoc. 8. qua alligauit fortem diabolum, ſtella
Ioan. 10. matutina appellatur, quæ datur uin-
Apoc. 4. centibus, ianua, ſiue oſtium, dicitur, B
quia per eius ſanguinem nobis datur
introitus ad cæleſtem ciuitatem. La-
pis angularis appellatur, quia vtrum-
que populum coniunxit, & vitam acti
uam, & contemplatiuam in ſe copu-
Gen. 40. lauit. Vitis dicitur ſecundum carnem,
ſecundum quam eſt eiuſdem naturæ
nobiſcum, qui ſumus palmites, quam
Pſal. 79. tranſtulit Deus de Aegypto, quando
translatus eſt de mundo ad patrem.
Leo eſt dictus, quia ipſe eſt rex regum,
qui mortem, ac diabolum virtutis ſuę C
Cant. 2. poteſtate cõminuit. Lilium dicitur con
uallium, quia corona humilium. Can-
didus Diuinitate, rubicundus humani-
Haba. 3. tate. Sol appellatur ſtans in habitacu
lo ſuo, quia ſtat in gloria, & in Eccle-
ſia. iux. illud. Vobiſcum ſum vſque ad
Matt. 28. conſumationem ſæculi. Margarita ap
pellatur, vt nihil eo precioſius habea-
tur. Theſaurus dicitur, quia in ipſo om
nes opes, diuitiæ cęleſtium regnorum
Eſa. 61. reconditæ cognoſcuntur. Medicus ap
pellatur, qui curat uerbis, & non her- D
bis, qui curat ſolo nutu, & voluntate,
& quandoque adhibitis contrariis.
Mons dicitur in quo loquitur Deus,
propter eius ſummam eminentiam.
Virtus appellaẽ, quia proprie de Deo
eſt, & omnis poteſtas in ipſo conſiſtit,
Ioan. 6. 21. panis viuus appellatur in ſpica, pro
Pſal. 36. 77. ſtatu legis naturæ in fide parentum,
103. 104. & panis in ſimila, in doctrina legis, &
Prophetarum. & panis formatus ſum
pta carne, & coctus in clybano, hoc
eſt in Virginis vtero igne Spiritus ſan A
cti, & panis in ſanguine, per labores,
& panis in craticula in Cruce poſitus.
Pax appellatur quia nos Deo reconci- Eph. 2.
liauit, & duos populos in vnum con-
iunxit. Via eſt, quia per ipſum ad pa-
trem nobis acceſſus eſt. Vita eſt, quia
dat uitã. Petra dr̃, quia credentib. for-
titudinem, incredulis duritiam præ-
ſtat. Serpens appellatur æneus, quia in Num. 21.
ueritate quidem corporis, ſed ſine veri
tate peccati ſuſcepit ſpeciem peccato
ris. Poſtremo hodie paſtorem ſe eſſe B
dicit, quia oues, quas redemerat, non
uulgari aliquo, & uſitato cibi genere,
ſed ſui ſanctiſſimi corporis, atque pre-
ciociſſimi ſanguinis alimento ſacia-
re voluit. O verè bonus Paſtor, qui ani
mam ſuam dat pro ouibus ſuis. Ani-
mam pro illis, carnem illis. Illam in
precium, iſtam in cibum. Res mira, Ip
ſe Paſtor, Paſcua, ipſe Redemptio.
Quis loquetur potentias Domini, au-
ditas faciet laudes eius? Quis Paſtor
oues proprio paſcit cruore? Matres C
multæ ſunt, quæ poſt partus dolorem
filios alijs tradunt nutritibus; At non
ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nul
la dilectio non dicam verbis, ſed neq;
cogitatione concipi tanta poteſt, quæ
ſit cum hac illius dilectione conferen-
da. Proprio ille corpore ſuo, proprio
ſanguine ſuo nos alere, ſibi coniunge
re, & conglutinare dignatus eſt, quis
igitur tantæ Charitatis magnificen-
tiam non miretur, & in eius amo-
rem non exardeſcat? Hoc eſt o bonæ D
Ieſu quod magis me mouet ad te di-
ligendum, ad te amandum, quod Pa-
ſtoris nomen aſſumere dignatus es.
Dicens. Ego ſum paſtor bonus. Nam Officia bo-
tria ſunt officia boni paſtoris. Pri- ni paſtoris.
mum eſt oues defendere, Secundum
eſt in bonis paſcuis tenere, & paſcere.
Tertium eſt errantes requirere. Sic Do
minus noſter Ieſus Chriſtus Primo o-
ues ſuas defendit a Leonibus ideſt dæ-
monibus, a Lupis ideſt tyrannis ab ur

ſis ideſt hæreticis. Vnde inquit per Eze A
Ezec. 34. ch. Pro eo, quod facti ſunt greges mei
in rapinam, & oues meæ in deuoratio
nem omnium beſtiarum, & poſt libe-
rabo gregem meum &c. Secundo pa-
ſcit oues ſuas in prato ſacræ ſcripturę,
gratiæ, & gloriæ. De quibus ibidem di
cit Dominus. In paſcuis uberrimis
paſcam eas, & in montibus excelſis
Iſrael erunt paſcuę earum. De primo
Pſal. 22. etiã prato inquit proph. Dominus re-
git me, & nihil mihi deerit, in loco pa
ſcuæ ibi me collocauit, ideſt in ſacra B
ſcriptura. Dicitur autem ſacra ſcriptu
ra paſcua, quia ibi cibus ſpiritualis
Matth. 4. inuenitur. De quo Dominus non in ſo
lo pane uiuit homo, ſed in omni uer-
bo, quod procedit de ore Dei. Et per
Ezech. 3. Ezech. dicitur. Cibauit me uolumine
illo. In paſcua autem ſacræ ſcriptu-
rę sũt quatuor expoſitiones, quaſi qua-
tuor diuerſa fercula. Primum eſt expo
ſitio litteralis. Secundum, expoſitio al
legorica. Tertium moralis. Quartũ,
anagogica. Primum eſt quaſi panis C
hordeaceus. Secundum, quaſi riligi-
neus. Tertium, quaſi triticeus. Quar-
tum quaſi ſimilagineus. Errantes po-
Ezech. 34. ſtea ſollicite requirit. Vnde per Ezech.
dicitur. Et ecce ego ipſe requiram o-
Luc. 3. ues meas. Et per Lucam. Quis ex uo-
bis homo, qui habet centum oues &c.
O igitur magna Domini noſtri Ieſu
Chriſti Charitas, qui oues ſuas defen-
dit, paſcit, & requirit. Imo etiam Cor-
pus pro ouibus ſuis dedit in cibum,
iux. illud Accipite, & manducate. San- D
guinem in potum, & animam in præ-
1. Ioan. 3. cium. Vnde per Ioannem dicitur. In
hoc apparuit Charitas Dei, quia ani-
mam ſuam pro nobis poſuit. Studea-
mus ergo fratres eum toto corde dili-
gere, eius ueſtigijs inhærere ut ſic de
paſcuis gratię poſſimus peruenire ad
paſcua gloriæ. de quibus paſcuis di-
Ezech. 34. citur. In paſcuis uberrimis paſcam
eas. Vbi notatur ubertas amęnitatis,
& Iucunditatis, quæ erit in paradiſi ui-

ridario. Vnde Hiere. Erit anima eorũ Hier. 31.
quaſi hortus irriguus. Tunc ibi qui
paſtor erit, erit & paſcua, & accuba-
re eas faciet, ut requieſcant in ſinu A-
brahæ Iſaac, & Iacob quod Dominus
per ſuam miſericordiam nobis & me
ritis pijſſime Dei Genitricis Mariæ
concedat. Amen.

## DOMINICA II. POST Paſcha.

### *De qualitatibus Prælatorum. Sermo II.*

IMITATORES Dei e- Serm. 42.
ſtote paſtores eius, qui Ioan. 10.
dixit. Ego ſum paſtor bo
nus. Et ſi non poteſtis ad
plenum eum imitari, ſe-
quamini quaſi a longe ueſtigia eius vt
inquit Apoſt. Petr. Vbi nota, ꝙ inquit 1. Pet. 2.
veſtigia, & non rem. Sic ſequebatur
Iob quando dicebat. Veſtigia eius ſecu Iob. 23.
tus eſt pes meus, uiam eius cuſtodiui,
& non declinaui ex ea. Sed quomodo
ſequendus eſt. Oſtendit ipſe, dum in-
quit. Ego ſum paſtor bonus. Nam cõ-
parans ſe bono paſtori, formam offi- Qualita-
cij ſui præbet omnibus paſtoribus. Pri tes boni pa
mo bonus paſtor intrat per oſtium, in ſtoris.
quo diſtinguitur a fure, qui aſcendit
aliunde. Oſtium eſt Chriſtus qui dicit
Ego ſum oſtium. Qui ergo non intrat
per Chriſtum, nec per oſtium intrat.
Item Chriſtus Spiritus eſt: qui ergo in-
trat per carnẽ, & ſanguinem ideſt per
pręces carnales, uel carnale obſequiũ,
non intrat per Chriſtum. Tales ſignifi- Ioan. 18.
cantur per Petrum, quem introduxit
ancilla oſtiaria in atrium Pontificis. i.
in prælationem, uel beneficium. Et hi
neſciunt generare niſi ſimiles in Eccle
ſia Dei. Vnde Io. Quod natũ eſt ex car- Ioan. 3.
ne caro eſt: quia conſanguineos ſuos
inducunt in Eccleſiam. Contra tales Mich. 3.
minatur Proph. dicens. Væ qui ædifi- Gal. 4.
catis Sion in ſanguinibus. Alij ſunt Eccl. 14.
qui



qui ſpirituales a principio uocantur, A
Sed poſtea ſe ad carnem, & ſanguinẽ
conuertunt, ideſt conſanguineos. Con-
tra quos dicitur. Sic ſtulti eſtis ut cum
ſpiritum cæperitis, nunc carne conſu-
mamini. Hi tales, quales ante fuerunt
ſe oſtendunt. Vnde, ut ait Scriptur.
In nouiſſimis manifeſtant malitiam
ſuam. Similes quibuſdam monſtris
marinis, faciem humanam prętenden
tibus, ſed in piſces deſinunt. Similes
Simiæ, quæ habet faciem ſimilem ho-
mini. Sed non poſteriora. Alij ingre B
diuntur in prælationes, vel beneficia
1. Math. 7. per poteſtatem vt alchimus per Bachi
dem conſtitutus eſt in ſacerdotium.
Quidam per ſeruitium corporale, vel
2. Math. 4. pecuniale. Sicut Iaſon, qui ambiebat
ſummum ſacerdotium, & adito rege
promiſit ei talenta argenti trecenta
ſexaginta. Item Chriſtus Charitas eſt.
1. Cor. 13. Quicumque ergo non quærunt lucrũ
animarum, ſed proprium, per Chri-
ſtum non ingrediuntur, Iſti potius
tonſores ſunt quam paſtores. Iacob. C
erat paſtor, Laban tonſor. Vnde Iacob
Gen. 31. ideſt Chriſtus fugit cum Laban ad cõ-
dendas oues iuit. Vnde Ber. Ter dictũ
eſt Petro paſce. Sed nec ſemel dictum
eſt tonde, vel mulge. Item Chriſtus
eſt ueritas. Qui ergo intrat per ſimu-
lationem, non intrat per Chriſtum, ſi-
cut hypocritę, qui ſimulant religio-
nem habitu, & conuerſatione vt pro-
moueantur. Alij per alios quaſi per
literas cõmendatitias intrant, vt cu-
riales per pręces magnatorum, de qui- D
2. Cor. 3. bus Apoſt. Nunquid indigemus literis
comendatitijs, ſicut quidam. Item alij
eligũtur propter pulchritudinem ſuæ
perſonæ, contra tales inquit Dominus
1. Re. 16. ad Samuel. Ne reſpicias vultum eius,
neque altitudinem ſtaturæ eius, quo-
niam abieci eum, nec iuxta intuitum
hominis ego iudico. Et poſtea ſequi-
tur. Adhuc reliquus eſt paruulus, &
paſcit oues. Item alij, quia largi ſunt
in donis, & ſuperfluis in conuiuijs.

Alij propter alios comprimendos. Vt
filij Iſrael elegerunt Hieroboam, ut
conculcaret Roboam. Omnes illi 3. Re. 17.
non intrant per oſtium, & ideo fures
ſunt, rem alienam inuito Domino con
trectantes. Secundũ eſt, quod bonus
paſtor debet cognoſcere oues ſuas.
Vnde per Salomonem dicitur. Dili- Prou. 27.
genter agnoſce vultum pecoris tui,
omneſque greges tuos conſidera. Et
per Euang. Et proprias oues uocat Io. 10.
nominatim. Nam ſi diſpenſator do-
mus ſummas rerum tenetur ſcire, quã-
to magis ſacerdos animas. Cum ei
dicatur illud. Erit anima tua pro ani 2. Re. 20.
ma illius. Hinc cum præcepto diuino
mandatum ſit omnibus, qui curam ha
bent animarum oues ſuas agnoſcere, Io. 21.
pro his ſacrificium offerre, verbiq; di-
uini prædicatione, ſacramentorum ad-
miniſtratione, ac bonorum omnium
operam exemplo paſcere, quæ omnia
nequaquam ab ijs pręſtari, & impleri
poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant.
Ideo ſacroſancta Synodus Tridentina Seſſ. 6. De
declarat diuerſis in locis omnes in di- refor. cap.
gnitate conſtitutos, quibus animarum 1. & 26. c. 1.
cura commiſſa eſt obligari ad perſona
lem ſuæ eccleſię vel diœceſis reſiden-
tiam, ut iniuncto ſibi officio defungi
teneantur, ideſt ut puſſilanimes conſo
lari poſſint, ſuſcipiant infirmos, cor-
ripiant inquietos increpatione ſacræ
ſcripturæ &c. quæ ad officium boni pa
ſtoris ſpectant. Tertium eſt, quia oues
præcedit. Hoc eſt ante eas uadit.
Quod eſt, quãdo uita, & doctrina præ-
cellit, ſicut & dignitate. Vnde de Sau-
le dicit, quod ſtetit Saul in medio po-
puli, & altior fuit uniuerſo populo ab
humero, & ſurſum. Hic prælatus de-
bet eſſe Angelus per innocentiam ſan 1. Re. 10.
ctimoniæ cordis. Et caſtitatis corpo Prælatus di
ris ſicut Angeli de quibus Matt. Qui citur Ange
nec nubent, neque nubentur. Et in lus.
hoc erũt eis ſimiles electi qui cum eis Matt. 22.
glorificabuntur. Vnde ſacerdos ma-
gnus in lege baltheo cingebatur ſupra Exo. 28.

pectus,per quod deſignatur ſanctimo
nia,vel caſtitas,cordis, quam facit ve
ra fides. Item fęmoralibus vtebatur
Bonus prę- quæ turpitudinem carnis eius vela-
latus con- bant a renibus vſque ad femora, per
parat̃ ſtel- quod ſignificatur caſtitas corporis.
lę matuti- Comparatur & bonus prælatus ſtellæ
nę. matutinæ propter multa, quę in ipſo
debent inueniri. Primo quia ſicut ſtel-
la,grandis debet eſſe in opere, paruus
tamen, & humilis ſua ęſtimatione.
1.Re.15. Hinc de Saule,dicitur,quod cum eſſet
paruulus in oculis ſuis. Caput in tri
bubus Iſrael factus eſt. Item quia ad
modũ ſtellę debet eſſe lętus,& hilaris.
Iſa.42. Vnde per Proph. dicitur. Non erit tri
ſtis,neque turbulentus. Item quia ui
gil debet eſſe ut ſtella,quia Beatus ille
Luc.12. ſeruus, quem cum venerit Dominus,
inuenerit vigilantem. Item debet eſſe
pulcher vt ſtella per famam. Vnde
Cant.5. per Salo. Species eiꝰ ut libani:quia ex
ſollicita cuſtodia, & ſpecula gregis
ſui prouenit fama & creſcit corona.
Item quia pręuius debet eſſe ante ſo-
lem, & nuntiare aduentum Iudicis ue
nientis ad iudicium. Vnde uerſus de
ſtella. Grãdis lęta uigil ſpecioſa præã-
bula ſoli. Debet etiam prælatus alios
pręire quo ad diſcretionem, compaſ-
ſionem,charitatem, & quia debet eſſe
Cant.7. omnibus communis. De his quatuor
Oculi ec- dicitur in cant. Oculi tui ſicut piſcinę
cleſię de- in Eſebon, quia oculi debent eſſe per
bent eſſe diſcretionem, piſcinę per compaſſio-
pręlati pro nem, in Eſebon per charitatis feruo-
pter qua- rem, quia Eſebon interprætatur ignis
tuor. in eis. Item debent etiam in porta fi-
lię Syon, ut omnibus ſint communes,
& ad omnes parati. Sed hodie iſti oculi
aut excęcati ſunt puluere terrenorũ,
Gen.29. aut defluunt ſanie delitiarum. Sicut
de Lia legitur, ꝙ Lippis erat oculis. Et
1.Re.13. de oculis Heli, cuius oculi caligaue-
rant,& uidere non poterant lucernam
Dei antequam extingueretur. Debet
ergo pręlatus alios pręire uita, & do-
Ioan.21. ctrina, & ſubſidio. Hinc Dominus tri-

A pliciter dixit Petro. Paſce oues meas.
Hinc comparatur pręlatus militi pro-
pter ſubſidium, agricolę propter uer-
bum, paſtori propter officium paſcen-
di bonis operibus. Alias ut inquit Ber.
Monſtruoſa res eſt gradus ſummus,
& infimus animus, ſedes prima, & uita
ima, lingua magniloqua, & manus
otioſa, ſermo multus, & fructus nul-
lus. Nam actio ut ait Ambr. debet
congruere nomini, & nomen actioni,
ne ſit nomen inane, & crimen imma-
B ne, honor ſublimis, & vita decliuis.
Qui ergo hominum ducatum ſuſci-
pit, ſi cupit ut diſcipuli eius obediant,
quod præcipit re ipſa operetur. Nam
ut dicit ſapiens. Longum iter eſt per
præcepta, breue, & efficax eſt per exẽ-
pla. Hæc eſt enim optima doctrina,
ut prælatus vitæ uiam ſubditis bene
viuendo denuntiet; Alias prælaturæ
gradum non ſuſcipiat, qui neſcit ho-
mines beneuiuendo præire. Ars, enim
artium eſt regimen animarum. Vnde il-
C la uox auditorum corda libentius pe-
netrat, quã dicentis uita commẽdat.
Vnde eius operario non ſolum utilis
eſſe debet, ſed etiam ſingularis, ut ſi-
cut ſubditos honore ordinis ſuperat,
ita etiam morum virtute tranſcendat.
Quare imitentur (fratres dilectiſſimi)
paſtores verum paſtorem, qui de ſeip-
ſo dicit, Ego ſum paſtor bonus. Sint
per caſtimoniam mentis, & corporis
Angeli. Sint operatione præcipui, in
ſilentio diſcreti, ne aut tacenda pro-
D ferant, aut humanam amittere gra-
tiam formidãtes loqui recta pertime-
ſcant. Sint ſingulis compaſſione præ
cipui, contemplationi ſuſpenſi. Sicut
Apoſt. qui raptus in tertium cœlum
dicebat. Quis infirmatur, & ego non 2.Cor.11.
infirmor. Et alibi fratres ſi præoccupa
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos
qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite
in ſpiritu lænitatis, ne & tu tenteris,
&c. ubi nota quod inquit in aliquo nã
contra ſæpius peccantes ex conſuetu-
dine



dine ſeuerius eſt agendum. Et inquit
pręocupatus, ideſt imprudenter, & ex
ſurreptione lapſus, non ex malitia. In
crepent igitur regulariter cum omni
patientia, & doctrina; cum ſępe plus
erga corrigendos agat beneuolentia,
quam auſteritas, plus exhortatio, quã
comminatio, plus charitas, quam po-
Conc. Tri. teſtas. Quandoque etiam nonnulla
ſeſſ. 13. ca. aperte cognita mature tolerent, cum
1. de refor. rerum oportunitas minime congruit,
ut aperte corigantur. Nam vulnera
immature ſecta deterius inferueſcũt,
& niſi cum tempore medicamenta cõ
ueniant, conſtat proculdubio quod
medendi officium amittunt. Con-
gruit etiam bonis paſtoribus oues ad
paſcua ducere, & reducere. & mutare
paſcua modo uerbo, modo exemplo
inſtruere, modo diuerſa ſanctorum
exempla, quaſi diuerſa fercula propo-
nere. Maiores verbo, Agnos, ideſt in-
firmos exemplo paſcere. Solent, enim
pueri dicere. Da exemplum, quia in
eo qui habet verba ſine bona uita, im-
Prou.14. pletur illud. Vbi plurima verba ibi
frequenter egeſtas. Melius enim in-
uitat medicus bibere amaram potio-
nem, quando ipſe prius bibit, quam
cum dicit. Bibe. Iſta ſunt fratres inter
cętera, quę ſpectant ad bonos pa
ſtores, vt ſic poſſimus per-
uenire ad uiſionem
illius veri paſto
ris qui di-
xit.
Vbi ſum ego, ibi erit
& miniſter meus
Amen.

A DOMINICA TERTIA
Poſt Paſcha.

*De Peregrino Manſionario, & Ad-*
*uena. Ser. vnicus.*

MVLTI ſunt (dilectiſſi- Sermo 43.
mi) qui non contemplã
tes ea, quæ non uiden-
tur, ſed tantum ea, quæ
uidentur, non peregri-
ni, non hoſpites, aut aduenæ. Sed man
B ſionarii ſunt in hoc ſęculo, declinan-
tes oculos ſuos in terram. Non ſic pri-
ſci illi Patres, Abraham, Iſaac, & Ia- Gen.47.
cob, qui peregrinos ſe eſſe oſtenden-
tes, non hic hæreditatem poſſidebant,
non domos ædificabant, ſed in caſulis
habitabant. Non ſic Chriſtus, qui in
mundo hoſpes fuit, & peregrinus, cũ
nec manſionem propriam habuerit,
nec diuitiarum facultatem. quare de Matt.8.
ſeipſo dicebat, Vulpes foueas habent,
& uolucres cœli nidos, filius autẽ ho-
C minis non habet unde caput ſuum re-
clinet. Ad hanc igitur peregrinationẽ
fratres hortari cupientes cum Apoſto-
lo Petro, Obſecramus uos tanquã ad- 1.Petri.2.
uenas, & peregrinos, abſtinere a car-
nalibus deſideriis, quæ militant aduer
ſus animam. Verum qui in hoc mun-
do ſint manſionarij, & quare uia iſto-
rum proſperatur, & qui ſint peregrini,
ac eius ſigna attendite. Tria ſunt uoca
bula (Chariſſimi) quę inter ſe differũt.
Peregrinus, Aduena, & Manſionarius,
D Manſionarius eſt, qui uiuit in aliqua Maſionarius
terra, & manet, & poſſeſſiones acqui-
rit, igitur in hoc mundo manſionarii
ſunt mali, qui ſtatuerunt oculos ſuos
declinare in terrã, de quib. dr̃ p Hiere.
Plãtaſti eos, in bonis tpalibꝰ & radicẽ Hiere.12.
miſerunt, proficiunt, & faciunt fructũ.
Ac ſi diceret, plantaſti eos, & radicem
miſerunt confirmatis, ſcilicet proſpe-
ritatibus; proficiũt, ſicut arbor creſcit,
per augmentum proſperitatis, & fa-
ciunt fructum, implentes opere quod
mente

mente diſponunt.Simile etiam inquit
Iob 21. Iob.Ego quãdo recordatus fuero per-
timeſco,&c.Quare impii uiuunt,ſub-
limati ſunt,confortatique diuitiis, ſe-
men eorum permanet coram eis,ideſt
in augmentum fœlicitatis cum ma-
gno patrimonio dantur, & hæredes.
Propinquorum turba, & nepotum in
cõſpectu eorum,ideſt adeſt uita aſſunt
honores,& diuitiæ, aſſunt filij, aſſunt
nepotes.Domus eorum ſecuræ ſunt,&
pacatæ,& nõ eſt virga Dei ſuper illos,
ideſt peccantes viuunt, lugẽda agũt,
B & gaudia nõ relinquunt, & virga eos
ſupernæ diſciplinæ non percutit. Et
tanto amplius in culpa proficiunt,quã
tò minus ex culpa feriuntur. De ho-
rum numero erat ille, de quo Domi-
nus in Euãgelio inquit.O anima mea
habes multa bona repoſita,epulare,&
bibe,opprime pauperes, deſpice uici-
nos,dilata te,extende alas, aſcende ſu
per Sydera.Non ſit pratum, quod lu-
xuria tua non pertranſeat. Sed quid
C ſequitur. Ducũt hi in bonis dies ſuos,
Punctus di- & in puncto ad inferna deſcendunt.
citur præ- Et recte longitudo uitæ præſentis pun
ſens uita. ctus eſſe cognoſcitur,cum fine termi-
natur. Nam cum ad extremum quiſ-
que perducitur, de præterito iam ni-
hil tenet,quia tempora iuncta delapſa
ſunt in futuro nihil habet, quia vnius
horæ momenta non reſtant. Vita ergo
quæ ſic anguſtari potuit,punctus fuit.
Nam in puncto ſtylum ponimus, & le
uamus. Quaſi ergo in puncto vitam te
D tigit,qui hanc accepit, & amittit.Vel
aliter quia hi,qui in proſperitatib. flo-
rent,ſubita morte rapiuntur,ita vt nec
flore, ante mortem liceat quæ pecca-
uerunt, punctus dici poteſt. Sed quia
nonnunquam vita iuſtorum ſubito fi-
ne terminatur melius illud accipimus
ſi de temporali vita illud ſentiamus,
quia quicquid tranſire potuit ſubitum
fuit,igitur iocunditas hęc, & floritio
malorum non eſt inuidenda, nam ad
hoc ſaginantur, vt pingues interfician

A tur,quando ſimul congregabuntur ad
æternam occiſionem ſicut animalia,
quibus liberius indulgentur paſcua, ut
ad immolandum fiant pinguiora. Vn-
Super Iob. 31. de Gregor. inquit, iniuſtus ad debitam
mortem currens effrænatis voluptati-
bus vtitur,quia & vituli, qui mactandi
ſunt, in liberis paſcuis relinquuntur.
At econtra iuſtus a delectationis tran-
ſitoriæ iucunditate reſtringitur, quia
nimirum vitulus ad laboris vſum vitæ
deputatus ſub iugo tenetur. Negãtur
B electis in hac vita bona terrena, quia
ægris, quibus uiuendi ſpes eſt, nequa-
quam a medico cuncta, quæ appetunt
conceduntur. Dantur autem reprobis
bona, quæ in hac vita appetunt, quia
deſperatis ęgris omne,quod deſiderãt
non negatur. Non ergo admiren-
tur iuſti de impiorum gaudiis,quando
& ipſi per iter aſperum ad ſalutis pa-
triam redeunt, & illi per amęna prata
ad foueam tendunt. Nam ſæpe diuina
prouidentia tolerat quod iam ad ſup-
C plicia præſcita condemnat, permittit
florere; quos adhuc cernit deteriora
perpetrare.Quia enim videt ad quam
damnationis foueam tendant, hoc eis
pro nihilo eſſe exiſtimat.quod hic per
uerſi relinquenda multiplicant. At qui
præſentem uitam uiam ſibi eſſe con-
ſpicit,& non patriam,qui in dilectio-
ne prætereuntis ſæculi cor figere de-
ſpicit, qui non remanere in trãſeunti-
bus,ſed ad æterna peruenire concupi-
ſcit hæc omnia terrena, & tranſitoria
D deſpicit. Hi uero in multiplici repe-
riuntur eſſe diſcrimine. Alii enim di-
cuntur. Aduenæ,alij peregrini,alij mũ
Aduena qͥ dicatur. do mortui,alij crucifixi. Aduena vero
dicitur ille, qui in aliena terra viuit,
ſed ibi poſſeſſiones non habet.Morali-
ter iſte eſt homo necdum perfectus,
qui adhuc viuens in mundo plus de-
bito amat temporalia,bene tamen vti
tur licitis, honorat enim Deum de
ſua ſubſtantia,bonis operibus intentus
Et hic etſi temporalia omnino non
abijcit



abijcit, tamen ea ſubijcit, nihil enim
rapinę,uel fraudis propter diuitias mo
Eſai. 54. litur.De hoc inquit Eſa. Aduena quõ
Peregrinᵒ. dam tuus adiungetur tibi.Sed peregri
nus eſt qui tranſeundo terram alienam
præterit, nec manens ad viuendum,
nec poſſeſſiones acquirens ad manen-
dum. Huiuſmodi eſt, qui ſolo corpo-
re in hac peregrinatione conſtitutus
tota auiditate, & deſiderio in illa æter
na patria conuerſatur, vt dicat cum
Phil. 3. Apoſtolo. Noſtra conuerſatio in cœ-
lis eſt, ideſt deſiderio mentis, & ſpe, &
contemplatione conuerſatur in cęleſti
Matt. 6. bus iux. illud. Vbi eſt theſaurus tuus,
ibi eſt cor tuũ, ideſt mentis deſideriũ.
Theſaurus noſter Chriſtus eſt. Dicit ẽt
Pſal. 72. cum propheta. A te quid volui ſuper
terram. Vnde & renuit conſolari ani-
ma eius,memor enim eſt Dei. Confi-
tetur enim ſe non ſolum hoſpitem, &
peregrinum eſſe ſuper terram,iuxta il
Heb. 13. lud. Non habemus hic manentem ci-
uitatem,ſed futuram inquirimus, ſed
C etiam nec mundum ipſum permanen-
1. Ioh. 2. tiam habere,quia præterit mundus,&
concupiſcentia eius. Et ideo non quæ
rit in mundo certam manſionem, vbi
dolor eſt in ingreſſu, dolor in progreſ
ſu,dolor in egreſſu. Vnde per Ioannẽ
Apoc. 8. dicitur Væ,væ,vę habitantibus in ter-
ra. Cognoſcit enim quod in terra ini-
micorum eſt, vnde ingemiſcit, quod
aliunde venit,vnde erubeſcit,& neſcit
quid ei futurum eſt,vnde pertimeſcit,
Sicut dicit Bern. Vide homo unde ve-
D nis & erubeſce. Vbi es, & ingemiſce,
quo vadis, & pertimeſce. peregrinum
autem oſtendunt tria Lingua,mores ſi
retinet alterius prouinciæ,& operatio
nes. Nam ſi loquitur de mundo, non
eſt peregrinus, ſed indigena in ea, ſi
Peregrini tria ſigna. habet linguagium cæleſte, peregrinũ
ſe oſtendit. Hinc per Ioan. Dominus.
Ioan. 2. Qui de terra eſt,de terra loquitur,ideſt
ex ſe nihil ſapit,nec loquitur niſi terre
Matt. 26. na. Et per alium Euang. Vere & tu ex
illis es, nã & loquela tua manifeſtum

A te facit.Verum aliquando qui de terra
ſunt, poſſunt tamen quodammodo lin
guam cæleſtem diſcere, vnde certius
ſignum noſtræ peregrinationis ſunt
mores, & operationes id eſt ſi cæleſtia
contemplatur, & operetur, ſcilicet ſi
uita ſit cæleſtis,& angelica, quia in car
ne præter carnem uiuere angelica, qa
ea uita eſt. Vnde Apoſt.in carnẽ enim 2. Cor. 10.
ambulantes, non ſecundũ carne mi
litantes. Sed tertium ſignum certiſſi-
mum eſt amor. Multi enim quamuis
B ſint de terra, bene loquuntur de cœle-
ſtibus,ſicut doctores multi,& prædica
tores, & mores habent ſatis honeſtos
exterius,ut Hypocritæ, qui tamen de
patria cœleſti non ſunt,quia affectio-
nem mundanam non ad cæleſtia, ſed
ad terrena conuertunt. Vnde Ber.Pere Peregrinus quis.
grinus uia incedit regia,non declinat
ad dexteram,neque ſiniſtram,iurgan-
tes non attendit, ſi nubentes, aut cho-
reas ducentos, aut quodlibet aliud fa-
cientes uiderit, nihilominus tranſit,
C quia peregrinus eſt, nec pertinet ad
eum de talibus, ad patriam tendit, ui-
ctum, & ueſtitum habens non uult a-
lijs honorari. Et ſuum cognoſcẽs exi-
lium, implorat incolatum, dicẽs Do
mino. Quoniam aduena ego ſum, & Pſal. 38.
peregrinus, ſicut omnes patres mei. Paral. 29.
Item peregrini ſumus coram te,& ad-
uenæ ſicut omnes patres noſtri. Item
peregrinus eſt, qui uadit de hoſpitio
in hoſpitium, donec perueniat ad lo-
cum,quo tendit.Sic ſi tranſit de virtute
D in uirtutem,donec videbitur Dᵒdeo-
rum in Sion dicitur pereginus. iux.il-
lud Pſal.Ibũt de virtute in virtutẽ,&c. Pſal. 83.
proficiendo, ideſt de actu vnius virtu-
tis in actu alterius virtutis, donec vi-
debitur facie ad faciem Deus Deorũ,
ideſt Chriſtus in Sion, ſuperna, ideſt
in patria. Iter iſtud fuit figuratum in
itinere filiorum Iſrael, quo per diuer- Num. 33.
ſas deſerti manſiones peruenerunt ad
terram promiſſionis. Quid per diuer-
ſas manſiones, niſi diuerſæ virtutes,
per

A per terram promiſſionis ęterna patria deſignatur. Sed notandum quòd multi ſunt peregrini coram mundo, ſed non coram Deo, ſicut hyppocritæ, qui per dulcem locutionem, vel honeſtam exterius conuerſationem ſe ſimulant eſſe ciues cœli, ſed per internam affectionem ſunt ruſtici inferni.

Mortui mundo. Gal. 6.

Alij autem ſunt mortui mũdo, quod plus eſt quàm peregrinari. Vnde Chryſoſtomus. Paulus multo plus dicit, non ſolum ſe a mũdo extraneum, ſed & mortuum, B imo & crucifixum. Vnde inquit.

Crucifixus mundo.

Mihi mundus mortuus eſt, & ego mundo, ideſt ea, quæ mundi ſunt, ſcilicet delectationes mihi crux ſunt, & econuerſo. Vnde Bernar. Peregrinus poteſt occaſione viatici pluſquam oporteat detineri quærendo, & prægrauari portando. Mortuus ſi deſit etiam ipſa ſepultura, non ſentit. Sic vituperantes, ſic laudantes, ſic adulantes audit, vt detrahentes, imo uero nec audit, quia mortuus eſt. Qui uero raptus eſt uſq; C ad tertium cœlum, crux eſt illi omne, quod mundus inhæret, & his adhæret, quæ mundo Crux eſſe videntur. Vidiſtis ergo fratres qui ſint manſionarij.

Poſitiones hominum quatuor.

Qui aduenæ. Qui peregrini, & qui mundo mortui, ſiue crucifixi, qui etiã deſignari poſſunt per quatuor hominum poſitiones, ſcilicet accubitus, ſeſſio, ſtatio, & ambulatio. Nam cum homo iacet, omnes partes corporis quieſcunt. Et hi ſunt manſionarij, qui iacentes in mundo quieſcunt, totam ſpem, D & fiduciam ponentes in numero diuitiarum quorum Deus venter eſt. Cum vero ſedet, inferiores corporis partes quieſcunt, quia ſedere videntur, ſed ſuperiores laborant. Et hi ſunt aduenæ, qui plus debito amant temporalia, vt ſunt boni coniugati, qui bene vtũtur licitis, ſed tamen diuiſi ſunt, qa partim ſeruiunt Deo, partim mundo. Honorant Deum de ſua ſubſtantia, tamẽ ſolliciti ſunt vltra modum de vxore, poſſeſſionibus, & filijs. Cum vero ſtat, totus laborat homo erigens ſe, quia generaliter pondere ſuo laborat, & hi ſunt mundo mortui, & crucifixi, ideſt contemplatiui, quorum conuerſatio in cęlis eſt, ſpem omnem in Deo ponentes, opprobria, famem, nuditatem', preſſuras amore Chriſti ſuſtinentes, quibus uiuere mori eſt, & mori lucrum. Cum vero ambulat, additur laboris grauis ex motu fatigatio.

Paſtoris officium.

Tales ſunt peregrini, qui vadunt de hoſpitio in hoſpitium, ideſt paſtores animarũ, quibus ambulare incumbit non tantũ de virtute in virtutem, ſed etiam incumbit nunc exhortari, nunc increpare, nunc minari, nunc conſolari, nunc docere, nunc prædicare, nunc legere, nunc orare, quibuſdam ridere, quibuſdam flere, quibuſdã applaudere, quoſdam fugere, quoſdam mente, & litteris viſitare, iſte eſt labor officij paſtoris. At euentum iacentium, ſiue ſedentium, vel ſtantium, aut ambulantium ſi vultis ſcire notate.

Mũdus mari aſſimilatur.

Mundus iſte dilectiſſimi mari ſæpe comparatur, per quod multiplex eſt tranſitus. Nã quidam tranſeunt vado, quidam nauigio, quidam ponte, quidam ſubmerſi natant in fluctu. Iſti ſunt quatuor illi ſtatus, quos ſupra diximus. Iacẽtes enim ſubmerguntur, & deſcendunt in profundum quaſi lapis. Coniugati vado mare tranſeunt, & medijs fluctib. iſti ſaluabuntur igne purgati. Contemplatiui aquam maris ponte tranſeunt, ſecuriorem viam eligentes, quibus mundus mortuus eſt. Primi ſunt manſionarij. Secundi Aduenę. Tertij Mũdo mortui. Paſtoribus vero incumbit cęteris ſubuenire, & bonos facere quãtum in ſe eſt vita, & exemplo relucere, vt non ſimulate, & ficte, ſed vere ſint peregrini, imitantes Chriſtum, qui dicitur peregrinus, vagando de hoſpitio ad hoſpitium, de hoſpitio vteri virginalis, ad mundum, de mundo ad ſepulchrũ per quadraginta horas. qui ſicut peregrinus multas aduerſitates patitur mo-





A do ab imbribus, modo a latronibus, ſic Dominus per totũ tẽpus vitæ ſuę aduerſitatib. fuit, ſubiectus.

Ioan. 19.

In cuius figurã cum natus fuit, ſtatim fleuit. Qui ſicut peregrinus pro pileo habuit coronam ſpineam, pro pera lanceam, pro baculo crucem, quam ipſemet in locum Caluariæ portauit ipſum ſequamur fratres, & ſi non poſſumus modo veſtigijs corporeis, ſequamur mẽte, & auiditate ſemper loquentes, quæ cœleſtia ſunt, ſemper futuram B ciuitatem inquirentes, cœleſtem illam Hieruſalem, quæ dicta eſt viſio pacis. Ad quam nos perducere dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus meritis ſuæ glorioſiſſimæ Matris Mariæ. Amen.

## DOMINICA IIII. POST Paſcha ex Epiſtola.

### *De Silentio. Sermo vnicus.*

Sermo 44. Iaco. 1.

C SANCTVS Iacobus Apoſtolus, dilectiſſimi, ſic inquit. Si quis putat ſe Religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio. Reuera ita eſt. Nam quomodo poterit Religioſus appellari, qui linguæ laxat habenas? Cum religionis cuſtos, & fideliſſimæ ſtabilitatis fundamentum, vt cœleſtis illa fiſtula, inquit Ambroſius, vt ſilentium?

Pſalmus.

Beatus ille Monachus, qui cuſtodit vias ſuas, ſicut dicit Regius Propheta, D vt non delinquat in via ſua. Qui iugiter Deum orat, vt ponat labijs ſuis cuſtodiam. Etenim ſi multi etiam ſtabili corde firmati incauti tamen Sermonis fluctuantis errore ſæpe ceciderunt, quid incauti? Et ſi Sancti viri tam ſolliciti oris ſui fuere cuſtodes, quàm ſollicitos eos eſſe oportet in vitia pronos?

cap. 7.

Quod bene Sanctus Pater noſter Benedictus de taciturnitate nobis aperuit, dum ſic obſeruandum ſilentium eſſe inquit, ut etiam a bonis eloquijs propter taciturnitatis grauitatem perfectis rara debeat concedi licentia.

Matth. 12.

Quod ſi, vt eſt in Euangelio, reddenda nobis ratio eſt de omni verbo ocioſo, quid erit de verbo mendaci, mordaci, & iniurioſo, de elato detractorio, laſciuo, nempe ad tale eloquium Monacho os aperire omnino denegatur. Vera eſt ſententia fratres, in multiloquio non effugies peccatum. Et ideo teneat quiſque animæ ſuę conſtantiã, ne in offenſione loquendi labia feſtina prorumpat, & quando neceſſitas exigit, vt mutua colloquia miſceantur, quæ dicenda ſunt, antea explorata habeat, atque ita demum ſermonẽ proferat præditum, dulcem in colloquijs, ita vt vbique etiam ſi ſit correctione vtẽdum, auſteritate careat. Multo ſemper pauciora, quàm audierit referat. Namque natura, & loquendi, audiendique modum ad proportionis regulam metiẽs duas aures linguam vnam nobis effinxit, quaſi multo plura audire debeamus, quam dicere. Quare ſeruemus, quod communis noſtra inſtitutio fixit, diſciplinam dico ſilentij, quæ cum a nobis ſtrictè, & perfectè cuſtodita fuerit, profecto in nos feruor deuotionis conſeruatur. Nempe ſicut ſolet obſtrui vas, in quo ſeruantur aromata, ſiue vnguenta precioſa, ne odor exaletur, ita oportet nos ſeruare ſilentium, vt feruor in nobis deuotionis præſeruetur. Enimuero ſi os noſtrum ad loquacitatem diſſoluitur, quicquid eſt deuotionis exalatur, noſtræ enim conſcientiæ poſſunt atteſtari qualiter nobis poſt longas confabulationes inueniatur meus quodammodo vacua, meditatio minus deuota, ſicca magis affectio, non ita pingue orationis holocauſtũ propter verba, quæ diximus. Facilè enim lingua labitur, & in lubrico poſita eſt, difficileq; poſſumus cordis innocentiam tueri, & a grauibus nos ſeruare peccatis, qui linguæ neſci-

mus frenum inijcere. Nempe ſi ori no- A
ſtro non inuigilamus, innumeris noſ-
met peccatis obſtringimur, quę plerū-
que tamen ipſi præ oculis cęcitate nō
aduertimus. At vbi ventum erit ad ex-
trema, cordis oculi aperientur, & ade-
runt demones, dictaque omnia nobis
procaciſſimè reuocabunt, & ſummas
nos in anguſtias adducent, quę plerun
que ſolent in deſperationem adduce-
re eos præſertim, qui frenandæ linguæ
nullam nauant operam. Quis enim ſa-
nè numerare poterit quātas modicum B
linguæ membrum contrahat ſordes,
quàm multiplex in labijs incircun-
cisis immunditia coaguletur, quàm
ſit grauis pernities oris incircumſpe-
cti. Eſt enim lingua diſſoluta in ſer-
monibus ocioſis. Eſt lingua doloſa in
duplicibus, & proditoribus, de quibus
dicit Pſalm. Domine libera animam
meam a lingua doloſa. Eſt & magni-
loqua, in ſuperbis, & arrogantib. ſicut
Propheta teſtatur. Diſperdat Domi-
nus vniuerſa labia doloſa, & linguam C
magniloquam. Eſt lingua impudica,
quæ laſciuiæ famulatur. Lingua ſer-
pētina, in inuidis, & detractorib. Acue-
runt, inquit Dauid linguas ſuas, ſicut
ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs
eorum. Item maledica, quę nunc in fa-
cie contumelias irrogat, nūc in occul-
to. Eſt lingua mendax, in periuranti-
bus, mentientibus, & falſis teſtibus. De
qua in Prouerb. dicitur. Sex ſunt quæ
odit Dominus oculos ſublimes, & lin-
guam mendacem, deinde reperitur lin- D
gua gladioſa, in iracundis, & furioſis,
qui conuitijs, & opprobrijs occidunt
multos. Filij hominum dentes eorum
arma, & ſagitta, lingua eorum gladi⁹
acutus. Eſt etiam lingua blaſphema in
Deum blaſphemantibus, ac Sanctos.
Denique lingua blāda, quæ eſt in men-
tientibus, de qua ſic dicit diuina Scri-
ptura. Vt cuſtodias te a muliere mala,
& a blanda lingua. Propterea ſerue-
mus, fratres mei, ſilentium, validum

Ligua multiplex.
Pſal. 119.
Pſal. 11.
Pſal. 139.
Prouer. 16.
Pſal. 59.
Prouerb. 6.
Prouer. 18.

ſcutum noſtrum. Nam qui eſt cuſtos
oris ſui, ſi ſtultus eſt, ſapiens reputabi-
tur. Si linguam ſuam cuſtodierit Mo-
nachus, mitis, manſuetus efficitur, &
modeſtus. Etenim qui prius verba ſua
examinat, ſi dicendum hoc, ſi dicen-
dum aduerſus hunc, ſi tempus ſermo-
nis ſit huius, is profecto modeſtiam,
manſuetudinem exercebit, & patien-
tiam. Patientiam quidem, dum nō ex
indignatione, & ira in ſermonem pro
rumpit, vel aliqua paſſione, non libidi-
nis ardorem flammare in ſermone ſuo
indicat, vel ineſſe dictis ſuis ſtimulos
conſcientiæ. Poſtremo modeſtiā exer-
cet, dum ſermo, qui commendare inte-
riora debet, vitium aliquod eſſe in mo
rib. non aperit, nec prodit. Qui diligit
ſilentium, obedientiam ſeruat, humi-
litatem retinet, verecundiam adornat,
ſenib. reuerentiam exhibet, iuuenibus
exemplum præbet, leuibus, & diſſolu-
tis timorem, extraneis bonam famam,
correligioſis concordiam generat, &
pacem, ſicut inquit Eſaias. Erit opus iu-
ſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium.
Ex ſilentio enim iuſtitia nutritur, ex
qua veluti ex propria arbore pacis fru-
ctus colligitur. Monach⁹ qui linguam
ſuam cuſtodit, vitæ profectionem ac-
quirit. Vnde dicit S. Iacobus. Qui ver-
bo non offendit, hic perfectus eſt vir.
Et Philoſopus. Ad ſummam perfe-
ctionis te volo eſſe breuiloquiū. Item
Seneca. Auribus frequentius, quàm lin
gua vtere. Et Iacobus in hodierna Epi
ſtola. Eſtote inquit veloces ad audien
dum, & tardi ad loquendū. Deniq; ſilen
tij ſtudioſus Deo coniungitur per con-
templationem. Vnde dixit quidam.
Bonum eſt prestolari cum ſilentio Sa-
lutare Dei, & ſequitur. Sedebit ſolita-
rius, & tacebit, & eleuabit ſe ſupra ſe.
Religioſus ergo qui contemplatione
ſuſpenſus eſſe debet, ſilentij grauitatē
ſtudeat obſeruare. Facit etiam homi-
nem ad ſui cognitionem redire, ſicut ſu
peruacuis rebus quis extra ſe diſpergi-
tur,

Silentij vtilitas.
Eſai. 53.
Tre. 3.



tur, totuſque hoſti detegitur. Dicit. n. A
ſcriptura. Sicut vrbs patens, & abſque
murorum ambitu, ita eſt monachus,
qui nequit cohibere linguam ſuam.
Tandem ad omnia vtile ſilentium.
Ecce Iob plagam ſuam ſilentio vicit,
& tolerantiam ſuam taciturnitate ſu-
perauit. Quicunque ergo appetit a
peccatis abſtinere, taceat. Complures
autem, ait B. Ambroſius, vidi loquen-
do peccatum incidiſſe, vix quenquam
tacendo. Vnde locutum eſſe aliquan-
do pænituit, tacuiſſe vero, nunquam. B
Cum ergo tam pro vtile ſit ſilentium,
claudamus, præcor, labia noſtra. Nam
ſi reſeratum manet vocis noſtræ veſti-
bulum, nulli dubium quin difficile ma-
gnopere ſit vt a peccatis ſimus immu-
nes, quia non tot gladio corpore, quot
lingua morte animæ cecidere. Cain
enim etſi fratricidio naturam viola-
uit humanam, tamen per vocem ſacri-
legium ſceleri ſuo addidit ut negaret
Deo necati fratris interitum. Populus
ipſe electus a Domino, cui tacitus Mo- C
ſes aperuit mare, ingratus cœleſtibus
beneficijs obmurmurabat, quo diui-
nā contraxit offenſam, deinde ipſum
ducē inuſitati itineris Moſen reſpuit,
& a fratre eius Aaron Deos ſibi fieret
quos coleret poſtulauit. Vnde pona-
mus fratres cuſtodiam linguæ noſtræ.
Et prima ſit cogitatio, quæ vrgeat ter-
ribiliter, præ manibus ignem eos vſtu-
rum, qui ore temere vti fuerunt. Ad-
hibeamus ſecundam. Memento nouiſſi-
ma, & in æternum non peccabis, qui- D
bus opponamus & tertiam. Omnis ver
bi ocioſi reddes rationem in die iudi-
cij. Sed & ſi ſeruanda ſit lingua, non
tamen eſt inſolubiliter liganda. Nem-
pe quamuis uentus ſit ſermo, non ta-
men ſemper eſt ventus vrens. Surge, in
quit, aquilo, & verū auſter, perfla hor-
tum meum, & fluent aromata illius.
Eſt quoque magna ſermonis vtilitas,
& frequenter in lingua fructus præ-
cioſiſſimus reperitur. Ideo eſt maxi-

Linguæ cuſtodia triplex.

mæ repræhenſionis taciturnitas in prę-
latis, quibus ex officio incumbit in-
ſtruere, & corrigere ſubditos. Inde in-
quit B. Gregorius in paſtorali. Sicut
indiſcreta locutio in errorem protra-
hit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui
erudiri poterant in errorem derelin-
quit. Idem in Moral. Diſcreta viciſſitu
dine penſanda ſunt tempora, ne aut
cum reſtringi debet lingua, per verba
ſe inutiliter ſaluat, aut cum loqui utili-
ter poteſt, ſemetipſam per pigritiam
reſtringat. Idem B. Gregorius. ſic di-
cit. Sæpe nanque rectores improuidi
humanā amittere gratiam formidātes
loqui libere recta pertimeſcunt, & iux
ta veritatis uocem nequaquam gregis
cuſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed merce-
nariorum uice deſeruiunt. Hinc nan-
que eos per Eſaiam Dominus incre-
pat dicens. Canes muti non uolentes
latrare. Et paulo inferius. Clauis aper-
tionis eſt ſermo correctionis, quæ in-
crepando culpam detegit, quam ſæpe
neſcit ipſe etiam, qui perpetrauit. Eſt
etiam multum repræhenſibilis, in reli-
gioſis taciturnitas in diuinis horis per-
ſoluendis. Debent enim ſubditi ut Io.
inquit Tritemius Homelia octaua de
neceſſitate proferre uerba circa oratio
nes, quę ſunt de præcepto Eccleſiæ, uel
ordinis. Videant illi (inquit ipſe) quo
modo ſatisfaciant mandato Eccleſiæ,
qui orationes ſeptem canonicas uerbo
rum prolatione non exprimunt, ſed
ore clauſo ſeriem precum ſola cogita
tione oculis miniſtrantibus percurrūt.
Hanc ſententiam tenet Caiet. quam
ſequitur Armilla per tex. in c. 1. extra,
de celebratione miſſa & c. presbyter di.
91. Tales exortatur propheta ad loquē
dum in Dei laudibus, ac in gratiarum
actione. Vos, qui reminiſcimini Domi
ni ne taceatis, & ne detis ſilentium ei.
Ille, ergo dilectiſſimi, neceſſarius eſt
ſermo loqui in Dei laudibus. Ille dul-
cis ſoli fabulari Chriſto. Nam hoc eſt
opus noſtrum manere in ſolitudine.

Taciturnitas repræhenſibilis, quando.
c. ſit rector diſt. 43.
Eſa. 56.
Eſai. 62.

Ecce elongaui ait proph. fugiens, & manſi in ſolitudine, & iugiter eſſe in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque Dominum exorare lectionibus, vel operibus mentem occupare, nobis inuicem præbere cuſtodiam. Nos vero miſeri, atque miſerabiles in initio noſtræ conuerſionis timorati ſatis. Satis deuoti, & humiles ori noſtri circumſpecti inuenimur, ſed poſtea noſtrum obliti, Deique beneficiorum immemores poſt ſpretam ſæculi pompam, poſt aggreſſam Chriſti militiam diſſolute ſæcularibus nos ingerimus negotiis ſub prætextu charitatis, & qui ante iam a paucis cogniti eramus, modo curiam frequentamus, principumque familiaritates aſſequimur. Deinde vix diuinis laudibus expletis, de domo Dei exeuntes nos cum ſecularibus intromittimus, eos ſalutãtes, vt poſſimus ab iis perſcrutari quicquid faciunt homines. Inſuper de noſtra ſtabilitate obliti, ac ſolitudine, ſi ĩ noſtra eſset facultate aſſidue, vel ꝓpinquorũ, aut amicorũ frequẽtaremus ædes. Item, vt inquirimus, confabulati liberũ donec hora pertranſeat. Quot quæſo ſcurrilitates, detractiones, iactãtiæ, & impatientiæ uerba, atque riſum mouentia, peccata tamen nõ æſtimantes dicentes confabulamur. Imo donec hora pertranſeat, diuinam nobis deberemus repropitiare pietatem, ad Angelicam properare ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hæreditatem, ad promiſſam aſpirare fælicitatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem, ſic nimirum horam, ſiue tempus expendere debemus, non confabulando, non nos implicando ſæculi actibus. Heu nos miſeri ignoramus forſam monachi Aethimologiam. Si cupis, ait B. Hieronymus, quod diceris monachus, ideſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Et alibi ſicut piſcis ſine aqua caret uita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius, & taceat, quia mundo mortuus eſt, Deo autem uiuit. Agnoſcat nomen ſuum. Monos enim græce, Latine eſt vnus. Achos græcè, latinè eſt triſtis. Vnde dicitur Monachus ideſt, vnꝰ, & triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet. Obſecro itaque, fratres, a cognatis ſane amicis, ac parentibus cogitationes noſtras abſoluamus. Non licet enim nos, qui ad uirtutum certamina accingi debemus, & mundo vniuerſo cum omnib. quę in mundo ſunt renunciauimus, iterum ad ſęcularia negotia tranſire. O quam anima illa in die iudicii probabitur infœlix, omnique lachrymarum fonte flenda, quæ mundo renũtiãs, eique mortua, ac crucifica, iterum ſeculi actibus implicatur, & iterum inutilibus dudum curis exuta, rurſum redit ad dura ſeruitutis obſequia. Qui enim ad Angelicam dignitatem translatus humanis maculatur affectibus, ſimilis eſt pelli pardi, cuius pili, nec albi prorſus, nec omnino nigri ſunt, ſed mixtura aliter, atque aliter colorum punctata, nec cum albis, nec cum nigris connumerat. Conuenit ergo nobis Diuino officio mancipatis ab omni temporalium ſtrepitu liberos eſſe inuigilemus vt ueniam pro nobis atque omnibus obtinere poſſimus peccatorum, ad agendum pœnitẽtiam, ad acquirendam gratiam, gloriam promerendam. Operam demus tripudium in terris imitari Angelorũ, mox media nocte, orto iam ſole hymnis, & odis venerari creatorem. In memoriam reuocemus quod uocamur, reges, tanquam nos, & alios regentes, & hoc deſignat in capite corona. Sed qualiter magis, coram hominibus bona prouidere poſſimus, quam tacere? Legitur enim de Abate Pantone, quod cum a fratrib. deprecaretur vt aliquod verbum Alexandrino Epiſcopo diceret, ait. Si taciturnitate, non ædificatur, neque in ſermone modo ædificabitur.

16.q.1.ſicu pis placuit.

12.q.1.cap. duo ſunt.

Re-



Reminiſcebatur enim ſapientis dictũ, Quoties inter homines fui, minor homo redij. Studeamus ergo quando nobis facultas loquendi datur, uel de virtute diſſerere, vel ad audientium ędificationem ſermonem facere. Abſtineamus ab omni facetia, multis enim accidit qui talibus occupantur vt a recta ratione aberrent, animo ad riſus effuſo, & mentis compoſitione, ac ſolidita te diſſoluta. Solliciti ſimus quando collocutioni neceſſe eſt intereſſe, ori cautelam adhibere, ne in detractionis vitium incidamus ſolemus enim nos cũ omnia ad libidum non habemus, mordere Prælatos, ac ſeniores monaſterij, quod quam mortiferum ſit, quantum potero, breuiter demonſtrabo. Et præcipue in Prælatos. de quibus in Exodo dicitur. Diis nõ detrahes, quia recte Pręlati dicuntur dij, nam vices Dei agunt. Ijs nanque dicitur. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui vos audit, me audit. Etenim hi tales Mariæ lepram incurrunt, contra quam Dominus iratꝰ receſſit ab ea, ipſam lepra percutiens ob detractionem commiſſam in Moſen ducem populi ſui. Idcirco canibus comparantur, qui in macello morantur ſanguini inſidiantur, & ſanguinolenta habent labia. Similes ſunt porcis. Porcus enim & ſi in hortum intret vbi ex vna parte ſint flores, & alia ſtercora, floribus neglectis ad ſtercora currit, & ori ſuo ponit. Sic detractor ſi in aliquo cernit aliqua imitatione digna, quæ velut flores ſunt, & aliqua irreprehenſibilia, imitãda negligit, & ad reprehẽſibilia tanquam ſtercora in ore ſuo verſat. Vipera eſt detractoris lingua ferociſſima tamen, nimirum quæ tam lęthaliter tres inficiat flata vno ſe, & audientem, quando ei præſtat conſenſum, & cuius detrahitur ꝑcutientem famam. Lancea eſt iſta lingua profecto acutiſſima, quæ tres penetrat ictu vno. Lingua eorum inquit Pſal. gladius acutus. Gladius æquidem triplex eſt lingua detractoris. Quare abſtineamus (quæſo dilectiſſimi) a linguæ detractione, cuſtodiamus os noſtrum, ſcientes quia per cuncta, quæ de aliis loquimur, noſtra conſcientia iudicamur, & in iis ipſi deprę hendimus, quæ in alios arguebamus. Nulli ergo detrahamus, ne in eo nos ſanctos putemus, ſi cæteros laceramus. Etenim multi ad tãtam peruenere ſtultitiam, quod putent ipſos aliorum vituperatione laudabiles videri. Magis vitam noſtram diſcamus ordinare, quam alienam carpere, quia omnis ſuſurro, aut detractor a cætu ſanctorum eradicabitur, maxime ſi talis erit in Pręlatum. Quando ergo nobis cogitatio ſuggerit iudicare ſuperiorem, deſiſtamus ſicut a fornicatione, & ad draconem dicamus cogitationi principiantem. Non ego illius, ſed ipſe meus conſtitutus eſt iudex. Aurem quoque a detractione circumſpectam habeamus, quia non multum diſtat a vitio, vel detrahere, uel detrahentem temerario mentis aſſenſu ſequi. Detrahentibus vultum triſtem oſtendamus. Nam ſicut ventus aquilo diſſipat nubes, ita vultus triſtis linguas detrahentium. Beatus ille religioſus, qui ita ſe contra hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Sileat ergo os noſtrum a detractione. Sileat etiã a vanis, vanus enim ſermo vanam conſciẽtiam oſtendit, & qualis ſermo oſtenditur, talis animus comprobatur. Sit ſermo noſter irreprehenſibilis. Interrogatio os noſtrum aperiat. Sicut quidam in uitis patrum dixit. Saluus ſi vis fieri, quando venies ad aliquem, non prius loquaris quam ipſe inquirat. Proponamus nobis in taciturnitatis exemplum Beatum Agathonem, qui tribus annis lapidem in ore pro rigore ſilentij, portauit. Beatiſſimam Dei Genitricem, quæ ſecundum Ber. quater in Euangelio locuta fuit.

Detractio in prælatos quã mala.

Theo

Theo etiam triginta annis ſilentium A ſeruauit. Et quando neceſſitas exigit ut loquamur, Deum inuocemus ad ferendum auxilium, vt Dominus det nobis eruditionis linguam quomodo oporteat ſermonem dicere. Et iugum ſit in verbis noſtris, atque ſtatera. Ad menſuram ſermones proferamus libra examinatos iuſtitiæ, ut ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus. Quapropter conemur poſſidere hanc precioſam margaritam: Nam uere beatus eſt ille mona- B chus qui labia ſua moderat. Per taciturnitatem enim lachrymę generantur, mala multa declinantur, & humilitas nutritur. Ideo ad omnia bona ſilentium. Et vt hoc nobis euidentiſſimum ſit tale in medium proponamus exemplum. Ecce ſi nos de aliquo ſuperior reprehenderit, aut peccatum agnoſcimus, aut non. Si primo modo, taceamus, ne negãdo illum exaſperemus. Si non agnoſcimus, taceamus, ſecuri de conſcientia, & innocentia. Bo- C na, enim conſcientia non eget defenſione verborum, quæ ſua nixa eſt teſtimonio, ipſaque ſui eſt iudex. Vnde

1.Cor.4. Paulus inquit, Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Aduerſus calumniantes bonus religioſus ſuo iudicio contentus

Gen.39. eſſe debet merita autem ſua Chriſto

Dan.14. reſeruare. Sic Ioſeph tacuit accuſatus

Dan.13. ut melius eum innocentia, quam lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus ſapientior, & ora clauſit leonum, D Suſanna mulier tacens inimicos ſuos vicit, non enim apud Danielem verborum ſe ratione defendit, non patrocinij ſermone tutata eſt, ſed in ſancta fęmina tacente lingua pro ea caſtitas loquebatur. Denique apud præſidem Pilatum a principibus ſacerdotum Chriſtus Dominus accuſatur, & tacet, Bene enim tacet, qui defenſione non indiget. Ambiat defendi, qui metuit ſuperari. Chriſtus autem cum condem- A natur & ſuperat, cum iudicatur, & vicit, quia ſic innocens approbatur. Igitur fratres, cum tanta ſit virtus ſilentij, diligamus religionis cuſtodem, ſacrum ſcilicet ſilentium. Nam magni apud Deum meriti eſt, qui os ſuum cuſtodit, & alijs bonum, & ædificabile præbebit exemplum, quod nobis Dominus concedere dignetur. Amen.

## *De Laudibus Orationis.*
### *Sermo I.*

QVOD Dominus dedit, de perſeuerantia orationis late in ſermone xxviij. diſſeruimus, modo de eius commendatione a nobis dicetur, quatenus cognita a nobis eius eximia dignitate ad illius ſtudia accendamur, non ſegniter, vel ſuperficialiter, ſed ardenter, & humiliter. Tales, enim ipſa ſancta cupit habere cultores. Sed da mihi Domi- C ne Deus pennas, ſicut aquilæ, ut aliqua ſaltem de ipſius dignitate dicere ualeam. Ego, enim omnino me inutilem ad tam utiliſſimũ, iucundiſſimũ, præclariſſimum, amabiliſſimum & fructuoſiſſimum opus eſſe conſco, eapropter tuum imploro auxilium cum omni inſtantia, vt tuo fretus fauore eius laudes enarrare ualeam. Oratio dilectiſſimi, facit fęlicem commutationẽ in anima, quia ſtabulum conuertit in Dei templum, deſertum in cœlum, habitationem uitiorum in Dei habita- D culum, tenebras in lucem. Oratio præ cęteris deuotionem inducit, mentem ſanctificat, hominem cum Deo coniungit, & Deum adeſſe facit, a tribulatione eripit, Iter Dei oſtendit. In oratione homo ſedet ſecurius, dulcius iucundatur funditus extinguit in ſe exteriores ſollicitudines affectionibuſque temporalium ſe exuit, atque ſanctæ compunctionis ardore omnem humanæ conuerſationis macu-

lam

(Sermo 45.)



lam a corde extergit. Hæc ualde ſer- A uis Dei, & religioſis eſt neceſſaria, per quam Deus placatur, & Deus ad nos inclinatur. Per orationem Moſis Ioſue Amalech vincebat. Per hanc Saulus efficitur Paulus & doctor gentium, & prædicator orbis terræ. Oratio eſt animæ ſanctæ ſubſidium, Angelo bono ſolatium, diabolo maximum ſupplicium, Deo gratum obſequium, vitiorum extinctio, virtutũ mater, huius peregrinationis ſolatium, Animæ ſpeculum, conſcientiæ robur, cognitio- B nis uia, confidentiæ nutrix, charitatis incentiuum, laborum ſolatium, compunctionis cauſa, cœli porta, iuſtitiæ regula, domeſtica Dei, medicamentũ puſillanimitatis, gaudium cordis, humilitatis norma, obedientiæ plenitudo. Angelorum imitatrix, & omniũ ſpiritualium bonorum interuentrix

4. Re.20. Orationis vtilitas. optima. Vitam ad faciendam pœnitẽtiam prolongat, vnde legitur ꝙ Ezechiæ facta oratione additi ſunt uitæ quindecim anni. Sanitatem corporis C

Eccl. 38. imperrat. Vnde Script. Fili in infirmitate tua ne deſpicias te ipſum, ſed ora Deum, & ipſe curabit te. Spirituales morbos ſanat. Sicut enim Ieiunio ſanantur peſtes corporis, ita Oratione peſtes mentis. Rurſum Orationibus Danielis ſopiuntur flammæ, feræ hebeſcunt, cadunt hoſtes, inimici uincuntur. De ſpiritualibus hoſtibus uirtutẽ

1. Mach. 4. portat Oratio. Ipſa enim dęmones fugat. Vnde legitur quòd tuba cecinerũt hi, qui erant cum Iuda, & cõtritæ ſunt D gentes, & fugerunt. Legitur etiam quendam dæmonem miſſum a Iuliano apoſtata, ſtetiſſe pęr decem dies immobilem, quia quidam monachus nomine Publius non ceſſabat ſine ceſſatione orare, unde per eius orationem non poterat progredi. Oratione citius panduntur ſecreta, quam ſtudio. Hinc oranti Danieli panduntur myſteria, fiunt reuelationes, & quod ſęculi ſapientibus erat clauſum illi per ora- A tionem efficitur manifeſtum. Ipſa ad tranquillitatem maximam adducit. Vnde quotieſcunque impugnationibus, aut laboribus agitamur, ad orationis properemus ſuffragium, inſtemus precibus, quia ſic recuperabimus gratiã & exuberanti tranquillitate ex illa repleti abibimus. Per orationem uindicta differtur, ira placatur, pœna vitatur, & præmiorum largitas impetratur. Orantibus Angeli aſſiſtunt: nam mox ut oratio ab ore proceſſerit ſuſci- B piunt eam Angeli in manibus ſuis, & offerunt eam ante Deum ſicut Angelus, ad Tobiam dixit. Ego orationem

Tob.12. tuam obtuli ante Deum. Item legitur quod dum, ſanctus Bernardus no-

Spe. exem. D 3. 17. & 18. cturnis uigilijs intereſſet, vidit Angelos ſingulos iuxta monachos ſtantes, qui more tabellionum ſcribebat quod

Gen.28. quiſque eorum pſallebat. Deinde Deo offerunt in cuius ſignum dicitur, quod vidit in ſomnis Scalam Iacob. Scala iſta eſt ſancta oratio, per quam Angeli C aſcendunt, orationes noſtras Deo præſentantes, & deſcendunt beneficia reportantes. Et Dominus Scalæ innixus eſt, ideſt menti deuotæ. Oratio

2.Re.12. rurſum liberat ab omnibus peccatis commiſſis, vnde Dauid poſtquam orauit, audiuit. Translatum eſt pecca-

Luc.23. tum tuum a te. Sic Latro in cruce orauit, & remiſſionem obtinuit, & audiuit.

Luc.28. Hodie mecũ eris paradiſo. Sic Publicanus orauit, & iuſtificatus deſcendit in

Pſal.108. domum ſuam. Liberat etiam oratio D ab omnibus perſecutionibus, & inimicis. Pro eo, ut me diligerent, detrahe-

Ioſue.10. bant mihi, ego autem orabam. Orationibus iuſtorum dæmones obediũt.

3.Re.18. Oratio iuſti facit ſolem ſiſtere. Ignem cœleſtem impetrat, quo deſiderium ac-

4.Re.2. cenditur. Vnde legitur quod orauit

3.Re.17. Helias, & cecidit ignis de cœlo. Aquas currentes immobiles facit, ferrilitatẽ aquæ reddit. Cœlum claudit malis, & aperit bonis, Beſtias ferociſſimas facit manſuetas. Quare Agatha ſancta di-

xit.

xit. Mihi ſi feras promittis, audito A
Chriſti nomine māſueſcunt. Gratiam
Luc.1. impetrat. Vnde orauit Zacharias, &
Iac.1. genuit Ioannem Sapientiam impe-
trat. Hinc Iacobus, ſi quis veſtrum in-
diget ſapientia, poſtulet, a Deo qui dat
omnibus affluenter. Exemplum de
Eſa.37. Rege Aſſyriorum, nam cum Dominus
dixiſſet. Non intrabit ciuitatem hāc
& non iaciet ibi ſagittam &c. cum his
poſtea addidit quod centum octogin-
ta quinque millia occiſi ſunt de exer-
Num.17. citu eius. Similiter alibi dixit. Quem B
ex his elegero, germinabit uirga eius.
Sed cum etiam floruit, & fronduit, &
fructum fecit. Et in Euangelio legi-
Luc.1. tur, quod Zacharias orauit pro popu-
lo, additum eſt ei de filio naſcituro.
Vnde dicitur ibi. Exaudita eſt depreca
tio tua & Heliſabet pariet tibi filiū. Itē
3.Re.3. Salomon petijt ſapientiam, & addidit
diuitias, & gloriam. Vnde bene dicitur
per Apoſt. Qui dat omnibus affluēter.
Docet etiam oratio quid agendum ſit
Paral.20. in dubijs. Hinc Script. Cum ignore- C
mus quid agere debeamus, hoc ſolum
habemus reſidui, vt oculos noſtros di-
rigamus ad te. Eſt efficax ad omnia
deſideria obtinenda, ut ueritas ipſa te
ſtatur. Omnia quæcunque orantes pe-
titis, credite quia accipietis. Facit nos
Deo familiares. Et adeo ut per ora-
tionem eum retineamus, quare dixit
Exo.33. Dominus Moyſi. Dimitte me, & dele-
bo populum iſtum. Dei enim poten-
tiam ſerui preces impediebant. Om-
nem etiam triſtitiam expellit. Triſtatur D
Pſal.118. quis ex uobis, pſallat, & oret, Item, tri-
bulatio, & anguſtia inuenerunt me,
mandata tua meditatio mea eſt. Nam
omnibus manifeſtum eſt per præſen-
tiam rei amatæ alterum conſolari, ſic
ſponſa triſtitiam de ſui ſponſi abſen-
tia omnem a ſe expellit, dum illum ui
det, & cum eo colloquitur. quanto ma
gis quis conſolabitur cum per oratio-
nem colloquitur cum Deo ſuo gratias
illi agens quod tam patienter, tam mi

A ſericorditer expectauit ad pęnitentiā,
quod tam graues, & multas iniurias
paratus eſt remittere, cum quis firmi-
ter remittere, & ueraciter emendare
proponit quod tam magnam curam
gerit hominum quod ad imaginem, &
ſimilitudinem ſuam fecit, quos mem-
bra dilecti filij ſui conſtituit, & tem-
plum Spiritus ſancti ordinauit. Singu-
lis ſingulos Angelos ad cuſtodiam de
putans in carne, & ſanguine precioſo
Vnigeniti ſui reficiens. quodque præ-
B ſtantius eſt peccatoribus inimicis ſuis
uitæ neceſſaria prouidet abundantius
quam amicis. O quam tota ad amo-
rem Dei ſui accenditur anima, & om-
nem a ſe expellit triſtitiam, dum hæc
attente penſat. Vere quaſi omnium
oblita, amore ſui ſponſi ſuccenſa, tota
lāguet & ſicut languor homini ſomnū
ſubtrahit, cibū delicatū inſpidum red-
dit, vires corporis, & decorem perdit
omnem ornatum poſtponit, carnalis
amicitiæ obliuionem inducit. Sic hęc
C omnia in oratione aſſiduitas opera-
tur, dum ſingula Dei opera parua, &
magna conſiderat. Et ſpecialiter in-
flamatur ex quibuſdam Dei operibus,
ut eſt Incarnatio, Natiuitas, Circunci-
ſio, Baptiſmus, Ieiuuium, Corporis, &
ſanguinis ſui conſecratio, In cęna hu-
milis pedum ablutio, Mirabilis paſſio,
Glorioſa reſurrectio, Mirabilis aſcen-
ſio, Spiritus ſancti miſſio, Suiipſius fre
quens in ſacramento exhibitio. Aequi
tas circa omnes in extremo iudicio.
D Nam quælibet anima reputat hęc om
nia propter ſe eſſe facta. O quan-
tum inflammat animam ſpecialiter
Chriſti humilitas, qui cum in forma Chriſti hu-
Dei eſſet, & æqualis Deo patri, nō ſo- militas.
lum minorari voluit ab Angelis, ſed
& carnis peccati ſimilitudinem aſſu-
mens, imo etiam excelſus ſuper om-
nes factus eſt abiectio plebis, & oppro
brium peſſimorum hominum. O im-
menſa, humilitas, quæ Deum impaſſi-
bilem, & immortalem coegit eſurire





laſſari, miſerabiliter mori. Eadem A
humilitas coegit lauare piſcatorum
pedes. ac incomprehenſibilem Domi-
num Maieſtatis frequenter facit veni-
re ſub ſpecie panis, ad conſolationem
fidelium in ſacramento. Hæc, & alius
vt vnctio docet, ſi humiliter petimus,
expellunt a nobis omnem triſtitiam,
& valde nos accendunt ad Dei amo-
rem. Et præcipue ſi amabiliſſimam
ſuam paſſionem quis conſideret. Hęc
enim ſpecialiter ſaluberrimum eſt me
dicamentum ad omnem triſtitiam ex B
pellendum, quod quidem ex ſubie-
cto patebit exemplo. Erat quidam di-
ſcipulus, quem circa conuerſionis ſuæ
initia, triſtitia hæc inordinata tam le-
thaliter oppreſſerat, vt nec legere, nec
orare, nec quicquam boni facere poſ-
ſet & quid ſibi deerat, ignorabat, qui
dum die quadam in cella reſidens, ab
hac paſſione grauiter vrgeretur, & in-
credibili dolore affligeretur, facta eſt
ad eum deſuper quaſi uox quædam in-
tellectualis, Dicens. Quid hic ſedes C
ocioſus & in teipſo tabeſcis? ſurge nūc
& meam paſſionem deuote pertracta,
& in mea amaritudine tuum deuin-
ces dolorem, & conſiderans quis pro
te paſſus eſt, totus abſorbeberis in amo
rem. Quo audito frater ille ſurrexit, &
ſe ad meditandam Domini paſſionē
contulit, & ex eo tempore nunquam
talem animi ſenſit paſſionem. O uere
beatum arbitror eſſe monachum, qui
a memoria ſua nunquam excidet fa-
ſciculum mirrhę, ideſt cōgeriem tribu D
lationum, & paſſionū dilecti ſui, quas
pro ſalute ſua ſuſtinuit ſcilicet, infanti
lium neceſſitatem, deinde laborum
quos pertulit in prædicando, fatigatio
num in diſcurrendo, Vigiliarum in
orando, tentationum in ieiunando, la
chrymarum in compatiendo, Inſidia-
rum in colloquendo, Poſtremo pericu
lorum in falſis fratribus, conuitio-
rum ſputorum colaphorumq́, ſubſana-
tionum, exprobationū, clauorum,

A horumque ſimilium, quæ pro ſalute
humani generis ſuus dilectus noſci-
tur pertuliſſe. Etenim qui in his verſa-
tur, dum conſiderat vulnera ſui ducis,
ſua minime ſentit, Imo patienter op-
probria, & tribulationes ſuffert, vt
imitari ualeat dilectum ſuum, & vt
mereatur uoce Chriſti laudari & cœ-
leſti copioſaque mercede munerari, ſe
maledici deſiderat. Optimus igitur
modus expellendi omnem triſtitiam
eſt oratio circa Domini paſſionem.
B Accendit inſuper hominem ad liben-
ter ſuſtinendum omnia hominum
opprobia. Item oratio, & præcipue
ſupradicta eſt ſpei noſtræ ſubleuatio
& fratribus, qui nihil ſuſtinere poſ-
ſunt, ſolam orationem neceſſariā ait Spe. exem.
B. Antonius. Cum ergo tam utilis, 2.197.
tam iucūda, & fructuoſiſſima ſit oratio
eia fratres mei, ſine intermiſſione
oremus, ſimus ſtabiles, & conſtan-
tes in orationib. & in Sanctis medita-
tionib. Nam dum oramus, cum Deo lo
C quimur. Quid ergo dulcius? quid ſua-
uius? Verum quas conditiones debeat
habere oratio, vt Deo ſit grata, ipſe- Conditio-
met Dominus hodie dignatur oſten- nes oratio-
dere, dicens. Amen amen dico vobis, nis.
ſi quid petieritis patrem in nomine Ioan.16.
meo, dabit vobis. Quib. ī verbis docet
quales debeant petere. Quid, a quo, &
quomodo. Loquitur enim Dominus
cum Apoſtolis, & eorum imitatorib⁹,
dum dicit. Amen amen dico vobis.
Ecce quales debeant petere, ſcilicet
D credentes, & diligētes. Vnde per Euan Ioan. 9.
gel. dicitur. Quòd Deus peccatores nō
exaudit, ſcilicet in peccatis manentes.
Sed ſi quis Dei cultor eſt, ideſt pius in
Deum per fidem, & voluntatem eius
facit, quia non ſufficit fides, ſine ope-
rib. hunc exaudit. Et alibi. Longe eſt Prou.15.
Domin⁹ ab impijs, & orationes iuſto-
rum exaudiet. Et quamuis legatr̄, quòd Luc.18.
Deus peccatores exaudiet, vt publi-
canum confitentem, tamen intelligi-
tur prima, & ſecūda authoritas de pec

catore manente in peccato, nō autem A
de pœnitente. Sed quid ſit petendum
aliquid,ſcilicet vita ęterna,quę eſt q̄d,
vel aliquod temporale relatum ad ſpi
rituale,iuxta illud. Panem noſtrū quo-
tidianum,&c. Non autem ſunt peten-
da temporalia, quæ nihil ſunt. Vnde
Matt. 6. per Hiere. Aſpexi terram, & ecce va-
Hierem 4. cua erat,& nihili,vacua,q̄a nihil terre
num implet, nihili, quia cito tranſit.
Vnde Bernar. Si quid ſoliditatis habe-
rent implerent. Nec eſt mirum,quia
ſunt vmbra, & ventus. Hinc dicitur. B
Eccl. 34. Quaſi q̄ apprehenderit vmbrā, & per-
ſequitur ventum. Sed a quo ſit peten-
dum oſtenditur,cum dicit. Patrem. Et
non dicit meum, vt oſtendatur pater
omnium noſtrum. Et hoc dicit,quia de
facili impetrabimus a patre, & q̄ non
1. Ioan. 3. dabit,niſi vtile filijs. Vnde Ioan. Fidu-
ciam habemus ad Deum, vt quicquid
Luc. 11. petierimus, accipiemus ab eo. Et ali-
bi. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona
data dare filijs ſuis, quanto magis Pa-
ter veſter cœleſtis dabit ſpiritum bo- C
num petentib.ſe. Et dicuntur mali etiā
boni reſpectu diuinæ bonitatis. Vnde
Iob 25. Iob. Stellæ non ſunt mundæ in conſpe
ctu eius,ideſt in comparatione,quan-
to magis putredo, & filius hominis
vermis. Sed quomodo ſit petendum,
ſcilicet pie, & perſeueranter, & cum
concordia,& ad ſalutem, & pro ſe, at-
que tempore debito. Pie,ſicut filij,cor-
Matth. 20. de ſimplici, & intelligenti, vt cogno-
ſcamus quod petimus, per fidem,& at
tentionem, ne dicatur nobis illud. D
Neſcitis quid petatis. Item vt ſperam⁹
nos impetraturos, & diligamus tan-
quam filij patrem a quo petimus. Hęc
autem fiūt fide,ſpe,& charitate, quod
ſignificat aduerbium iſtud, pie. Nam
pietas ſecundum Auguſt. In his tribus
cōſiſtit. Et hoc notatur,per hoc,quod
dicitur.Pater,quia filius debet eſſe qui
petit. Debet enim oratio procedere
ex filiali affectu. Nam qui ex timore
petit,nō patrem,ſed Dominum petit,

A uel hoſtem. Rurſum debet fieri oratio
cum perſeuerantia. Hinc dicit petieri-
tis, quaſi perſeuerando. Vnde Apoſt. 1. Theſſ. 5.
Sine intermiſſione orate. Et Iacobus. Iaco. vlt.
Multum ualet oratio iuſti aſſidua. Et
hoc oportet fieri, quia ſemper habe-
mus in curia accuſatores,& contradi-
ctores. Vnde Zach. Et Sathan ſtat a dex Zach. 3.
tris eius,ut aduerſaretur ei. Sed quare
perſeueranter petēdum ſit? Audi Euan Luc. 11.
geliſtam dicentem. Si perſeuerauerit
pulſans, ſcilicet precib. Dico vobis, &
B ſi non dabit illi ſurgens eo, q̄ amicus
eius ſit, propter improbitatem tamen,
ideſt inſtantiam ſurget, & dabit illi
quotquot habet neceſſarios, quia Do
minus dat ad neceſſitatem, nō autem
ad voluptatem, uel ſuperfluitatē ſua
dona. Item cum concordia. Hinc di-
cit. Petieritis, in plurali. Vnde Domi- Matth. 18.
nus per Euangel. inquit. Dico uobis,
quia ſi duo ex uobis conſenſerint ſu-
per terram, de omni re, quamcunque
petierint, fiet illis a patre meo, qui in
C cœlis eſt. Vbi ſunt qui Eccleſiæ con- Greg.
uentum præſumunt contemnere, & ue Glo. rom.
nerandæ congregationis preces ſoli- vlt.
tarius anteferre? Nam impoſſibile eſt
multorum preces non exaudiri. Inſu-
per petendum eſt ad ſalutem, ea ſcili-
cet petenda ſunt ſpectantia ad uitam
æternam,& ordinate. Hinc dicit in no
mine meo. Ea nō eſt aliud nomē, &c. Act. 4.
Multi tamen petunt, quod impedit ſa-
lutem eorū,ſicut illi, qui petunt amo
tionem paupertatis, uel tentationis,
D ſicut Paulus. Vel qui petunt diuitias, 2. Cor. 12
quæ magis ſunt fomentum peccati.
Item petendum eſt pro ſe. Vnde dicit
vobis, quia aliquando pro alijs non
exauditur,contrariantibus eorum de-
meritis, pro quibus fit petitio. Vnde Hier. 7.
Dominus, inquit Hieremiæ. Tu ergo
noli orare pro populo iſto. Si ſic fiet
oratio, profecto dabit nobis.





*De Oratione vocali.* *Ser. II.*

Sermo 46. INTELLEXISTIS Fra
tres efficaciam, & virtu
tem orationis, & condi
tionis, quæ in ea requi-
runtur, modo operę pre
cium erit videre, & conſiderare ora-
tionis vocalis definitionem,& eius di-
uiſionem, & quare fuerit inuenta, &
vbi ſit facienda. Item modum, atque
præparationem adhibendam in ora-
tione, & orationis attente fructus.
Circa primum oratio vocalis ſic defi-
niri poteſt, quòd ſit petitio decentium
a Deo,quæ inter alias oratio Domini-
ca eſt, quæ principalior inuenitur. Si-
cut infra erit nobis tractatus diuiſus.
Oratio vocalis duplex. Iſta vero oratio vocalis diſtinguitur
in communem,& propriam. Prima ve
ro de neceſſitate fieri debet vocalis.
Ideoque in ſacris conſtituti,Beneficia-
rij,& Religioſi Profeſſi,atque Profeſſæ
Moniales ex præcepto tenētur ſeptem
Ad Horas canonicas qui tenent. Horas Canonicas proferre vocaliter,
quas voce alta, & intelligibili dicere
debent,vt poſſint ab auditoribus intel-
ligi, ſicut latius diximus in noſtris de-
Oratio vocalis valet ad multa. ciſionibus lib. 2. c. 52. & 53. At Oratio
priuata, quæ a ſingulari perſona ſiue
pro ſe,ſiue pro alijs offertur,non eſt ne
ceſſaria, vt ſit vocalis. Adiungitur
autem vox orationi, vel ad memo-
riam excitandam, vel ad torporem,
& ſomnolentiam excutiendam, vel
ad deſiderium accendendum, vel ad
excitandam interiorem deuotionem,
& ideo in tantum ſingulari oratio-
ne eſt vocibus vtendum, quantum
proficit ad excitandum interius men
tem. Si vero mens per hoc diſtra-
hatur, vel impediatur, eſt ab illa ceſ-
ſandum. Adiungitur etiam vox quaſi
ad redditionem debiti, ut homo Deo
ſeruiat ſecundum illud totum, quod
ex Deo habet,ideſt non ſolum mente,
& ſpiritu,ſed & corpore. Et hæc oratio
dicitur mixta,ideſt vocalis,& mētalis,

A & perfectiſſima eſt omnium, modo
nullum impedimentum afferat ora-
tioni mentali, nam duo meliora ſunt
quam unum. Et Deus omnipotens nō
verbis tantum, ſed & corde laudandus
eſt. Ita ut quolibet verbo orationis ſit
concors ſenſus cogitationis. Sed hæc Oratio vbi facienda.
oratio in generali vbique fieri debet,
vt inſinuat Apoſt. dum dicit. Volo er-
go viros orare in omni loco. Non. n.
locus tantum quærendus eſt, quantum
ſenſus. Daniel orans inter leones exul-
B tat. Tres pueri in fornace exultantes
Deum benedicunt. Iob nudus in ſter-
quilinio exultat. Paradiſum de cruce
latro promeruit, & quia ubique eſt
Deus, vbique effundenda eſt ad illum
deprecatio. Et ubi ſunt pericula, ibi
petendum eſt ſuffragiū. Tn̄ templū ma
teriale magis ad orationem cōgruum
eſſe cognoſcitur iux. Pſal. Vnam petij Pſal. 26.
a Domino, hanc requiram ut inhabitē
in domo Domini omnibus diebus vi-
tæ meę. Ibi enim ad deuotionem ma-
C gis excitatur propter ſolitudinem, &
quietem. Nam non mediocriter ad-
uerſatur exteriorum tumultus ad pa-
cem mentis, & animi ad obtinendam
tranquillitatem,quæ oranti animo ne
ceſſaria eſt. Sed ad Deum accedere vo
lentes obſeruent id,quod homines fa-
ciunt, qui cum terreno rege locuturi
habitum, & inceſſum, & amictum, &
omnia componunt, ita quod regis ani
mo nihil ſit quod diſpliceat. Multo
magis id perficere debent cupientes
D aſtare ante hominem, & Angelorum
Regem. Et ſi pauper, qui cum uult ab
aliquo eleemoſynam petere, ſtudet eū
præuenire, cogitans quibus verbis ad
impendendum optatam eleemoſynā
poſſit illum flectere. Quid Chriſti ſer- Pręparatio ī oratione.
uo, faciendum eſt, vt eius miſericor-
diam poſſit flectere? Multum ergo
iuuat orationis puritatem vita lauda-
bilis, ut obtinere valeat quod deſide-
rat. Et hoc præfigurabat oratio a Deo Luc. 6.
facta in monte. Mons enim non colli

git ſordes in quo notatur quod mun-
da debet eſſe mens orantis, vt exaudia-
tur. Peccato nanque graueſcit oratio,
& longe fit a Deo, Tantoque plus gra
uat, quanto improbrior eſt vita depre
cantis, nam & ſi laudes, quas peccator
dicit ſint bonæ, quia eius cor eſt im-
mundum, his Deus non delectatur, &
eum non exaudit, quemadmodum
nec alicui gratus eſſet precioſiſſimus
cibus poſitus in vaſe immundo. Qua-
re eis, qui improbe quidem viuunt ver
borum autē prolixitate ſe Deum pla-
care exiſtimant, uide quid dicat Deus.
Eſa. 1. Quando multiplicabitis orationem,
non exaudiam uos, ſi extenderitis
manus, auertam oculos meos a vobis,
manus enim veſtrę ſanguine plenę sũt.
Innocentium vero, & eorum, qui præ
ſens ſæculum contempſerunt, & car-
nem ſuam crucifixerunt aſcendit ora-
tio, & dat alas precibus ſpiritales. Qui
bus appropinquare poſſit in cõſpectu
Domini, & coelos penetrare. Peccato-
res tamen, qui propoſitum peccandi
D. Tho. 22. non habent, vt inquit D. Tho. ſi pro ſe
q. 83. art. 6. petant neceſſaria ad ſalutem pie, &
perſeueranter orando poſſunt a Deo
ex pura ipſius miſericordia impetra-
re. Et hæc vitæ puritas eſt præparatio
remota. Secunda uero præparatio ma
gis propinqua eſt, ut animus ab exte-
rioribus ad interiora reuocetur, ut ſe-
cundum Euãgelicum præceptum clau
ſo oſtio oremus patrem quod tunc ad-
implebitur, quando ab omnium cogi
tationum, ſiue ſollicitudinum ſtrepi-
tu, detractionibus, uaniloquijs, ſcurrili
tatibus, iræ, ſiue triſtitiæ perturbatio-
ne, concupiſcentiæ, ſiue auaritiæ no-
xio fomite cor noſtrum pęnitus amo-
uentes Deum deprecamur. Nam lon-
ge eſt aliquis a Deo, qui in ſęculi cogi-
tationibus fuerit occupatus. Implorã-
dum eſt Diuinum auxilium non ani-
mo in diuerſa vagante. Talis enim nõ
ſolum haud accipit quod petit, ſed am
plius Dominum irritabit. Etenim ſi in

A facie Principis quis ſtat, ac cauſam ſuã
illi exponit, cum magno tremore ſtat,
immotum ſeruans, & externum cor-
poris, & internum mentis oculum, ne
quo pacto periclitetur, quanto magis
ante Deum cum timore ita conſiſten-
dum eſt vt animus illi ſoli ſit intentus,
& nunquam alio euagetur, cum ipſe
non ſolum externum hominem, ſed
etiam internum tueatur. Quare non
ſolum ore quis orare debet, ſed ex cor
de profundiſſimo cum magno ſtudio,
B & magna animi alacritate, ex ipſis
mentis penetralibus preces effundere
debet. Tales enim magnam habent po
tentiam, vt ſi eas diabolus magno im-
petu inuadat, neque ſubuertere, neq;
concutere poterit. Nam quemadmo-
dum arbor, quæ alta radice fundata
eſt quibuslibet ventis incumbentibus
non mouetur, nec ipſam ſolida radice
fundatam procella ſubuertit. Quæ au
tem in terrę ſumma ſuperficie ſita eſt,
a qualibet parua turbinis incurſione
C euertitur, & radicitus euulſa iacet ſu-
per terram. Ita preces, quæ ab imo
quidem aſcendunt, & egerunt, radices
in profundo, etiam innumerabiles ve-
nerint cogitationes, etiam ſi ſedeant
principes dœmoniorũ aduerſum hunc
loquentes, imo ſi exurgat inſtructa to-
ta diaboli acies, firmæ manent, & ſta-
biles, & minimè euertuntur. Qui ergo Orationis
ſic ad orationem ſe præparat, etiam an bona.
tequam conſequatur quod poſtulat,
ex oratione magna bona percipit, nã
D omnes animi perturbationes repri-
mit, iram ſedat, inuidiam expellit, cu-
piditatem extinguit, & animum in ma
gnam tranquillitatem redigit. In ipſũ
denique cęlum aſcendit. Etenim quem
admodum pluuia, quæ in terram durã
decidit, uel ignis ferrum emollit: Ita
uitijs quemlibet induratum animum
talis oratio & igne vehementius, &
pluſquam pluuia mollit, & humectat.
Qui ſic attentè orat non ſolum acci-
pit quod petit, ſed etiam in ipſa ora-
tione



tione animam ſuam meliorem fecit,
mente extollitur, leuem reddit cogi-
tationem, nullaque animi perturba-
tione impeditur. Quæ autem ex ore,
& non ab imo aſcendunt, non poſſunt
quidem ad Deum aſcendere propter
eius, qui accedit ſocordiam. Et hoc eſt
in cauſa quod tam multos etiam pro-
lixis vacare precibus uidemus, nec ta-
men unquam uitalis panis refectio-
nem mereri, & quare nobis oratio non
ſapit? quare nobis cito vertitur in nau
ſeam, & tædium, ſicque foras vaga-
mur? Hæc ſane eſt ratio, quod corda
noſtra alienus amor occupat, volũtas
& intentio noſtra non in conditorem,
ſed in vaniſſimas, atque mortales fer-
tur creaturas. Hinc eſt quod ſtatim qñ
fuerit aliquis ſtrepitus, is nos euertit,
ſiue tumultus nos ab oratione abdu-
cit. Os quidem reſonat, cor vero eſt
Iac. 4. inane. Hinc Iacobus. Petitis (inquit)
& non accipietis, eo quod male peta-
Gen. 15. tis. Hinc inſurgunt multimode cogita
tiones, & vane, quas immittit diabo-
lus. Sicut legitur quod aues multę inſi
debant ſuper ſacrificium Abrahæ, quas
ipſe abigebat. Quare ita vigilare de-
bemus ne animus noſter aliud cogitet
prēter id ſolum, quod præcatur cum
ad orandum ſtamus, & adeo debemus
ſtare in oratione, vt mens noſtra ſecũ
dum Aug. concordet voci noſtræ. Mul
tum eſt etiam efficax ad orationem cõ
ſideratio ſui. Qui enim inuiſibilia Dei
cognoſcere cupit, prius neceſſe eſt, vt
cognoſcat ſeipſum. Nouiſſime conſi-
deremus quod cum oramus, Deo aſsi-
ſtimus, & cum omnipotente loquimur
ſi tamen non inaniter oramus. Quis
non paueat aſſiſtentiam Maieſtatis?
Quis diuinam non vereatur prēſen-
tiam? Quis Domini ſui non timeat di
Quis mo- ſplicere conſpectui? Quamobrem vbi
dus in ora- orationi inſiſtere voluerimus, diligen-
tione obſer- tisſimę modum deprecandi exquira-
uandus. mus, qui posſit altiſsimo placere. So
lent enim in modo orandi ſapientes

A oratores hanc habere diſciplinam, vt
iudicem fautorem ſibi prēſtent. Primo
incipiunt a laudibus eius, vt ſibi bene-
uolum faciant cognitorem. Deinde
paulatim incipiunt rogare iudicem, vt
patienter dignetur audire. Audent &
tertio poſtulationes ſuas depromere,
quid petant exprimere. Quarto quo-
modo cæperunt a laudibus, ſic in lau-
dibus deſinunt. Hæc (fratres) eſt bona
oratio, quæ ordinem ſeruat, vt ex Apo
ſtolo, & Propheta colligi poteſt. Ob- 2. Tim. 2.
B ſecro ergo primum omnium fieri ora Pſal. 8.
tiones, Ecce Dei laus. Domine Domi-
nus noſter. Obſecrationes, vt deſtrua-
tur inimicus, & vltor. Poſtulationes,
vt lunam, & ſtellas uideat. Laus Dei in
fine. Sic & nos hunc modum obſerua
re poterimus, glorificare prius Domi-
num addita animi humilitate, deinde
petitionem ſubijciemus. Cum ergo
prēcabimur, non ſtatim ad petendum
prorumpamus, alioquin prodimus a-
nimi noſtri affectum, tanquam qui ne
C ceſſitate coacti oremus. Ad Deũ oratu
ri igitur relinquamus noſipſos, deſera-
mus terram, tranſcendamus cœlum,
& incipiamus a glorificatione eius, qui
omnia condidit. Et ſumptis Sacræ ſcri
pturæ verbis dicamus: Benedicamus
te Domine lenem, & patientem, qui
quotidie nos precantes toleras, & mi-
ſericorditer expectas vſque ad mortē,
vt miſerearis noſtri, daſque omnibus
nobis reſipiſcendi copiam. Nam huius
gratia Domine taces, & toleras nos,
D vt te glorificemus, qui humani gene-
ris ſalutem diſpenſas, nunc quidem ca
ſtigandi timore, nunc vero admonitio
ne. Tu enim nos condidiſti, & non ipſi
nos. Tu es Deus noſter. Poſtquam uero
ut poterimus, illum ex ſcripturis glori
ficauimus tunc cum animi humilitate
cum Publicano ita ſubiungamus. Ego
quidem Domine non ſum dignus vt lo
quar ad te, quoniam magnus admodũ
peccator ſum, nos miſeros clamemus,
pectus tundamus, nec cœlum quidem
aſpi-

A aſpicere audeamus. O uere nos fęli-
ces, ſi ita precationi inſiſterimus, vt di
ligentiſſime intendamus quis, cui, nec
alterum diuidamus ab altero. Hæc
duo ſimul iuncta penna leuiorem red-
dunt orationem, humilitate docent,
mentem congregant, phantaſmata
propulſant, orationem ornant, flectũt
Deum, animum compungunt, & exau
dibilem efficiunt deprecantem Et ſi nõ
ſumus alicuius delicti conſcij, adhuc
eundem modum teneamus. Nemo.n.
B ſine peccato eſt, niſi ſolus Deus. Nam
licet in multis non peccemus, plura ta
men delictorum noſtrorũ ignoramus.
Quapropter inquit Apoſt. Nullius mi
hi conſcius ſum, ſed nec in eo iuſtifica
tus ſum. Et Propheta. Delicta quis in-
telligitur. Nam ſi cum arrogantia ad
Pſal.18. Deum acceſſerimus, etiam ſi innume-
rabilia bona fecerimus, & etiam ſi ad
ipſum virtutis faſtigiũ peruenerimus,
ab omnibus bonis excidimus. Huius
exemplum docuit Phariſęus. Vt pote-
C rimus ergo, extendamus ſemper hu-
militatis orationem, dicentes. Gratias
tibi ago Domine, quod peccata mea pa
tienter tuliſti, & in hunc vſque diem
ſupplicium de me non ſumpſiſti. Ego
quidem iam dignus olim erã, & ſum,
vt innumeris malis affligerer, & a fa-
cie tua abijcerer, At patiens illa beni-
gnitas tua leniter mecum, & tolerãter
egit, cuius nomine tibi gratias ago.
Quatuor modi ĩgrediendi ad Deum. Poſtea vero vtatur quatuor modis,
quaſi quatuor malleis, quibus pulſet
D ante ianuam pro ingreſſu ad Deum.
Qui ſunt offerre, exigere, conformare,
Offerre. & vnire. Primo igitur offerat ſpeciali-
ter perfectam abnegationem, & con-
temptum ſuijpſius, abſciſſionem om-
nium ſenſualium delectationum, qui-
bus poſſet inordinate cor maculari,
licet ſint res paruæ, puta verba ocioſa,
vana ſocietas, ocioſitas, leuitas, curio-
Petere. ſitas, & ſimilia. Offerat ętiam ſe in
mortificatione naturalium paſſionũ,
vt ſunt inordinata lætitia, amor, triſti-

A tia, &c. Item offerat ſe in voluntaria
reſignatione ad carendum omni ſenſi-
bili, ſeu experimentali gratia, deuotio-
ne, & varijs donis Dei propriè nõ ne-
ceſſarijs ad ſalutem. Similiter in prom
pta voluntate tolerandi omnia, aduer
ſa propter Deum. Rurſum liberaliter
efferat ſe beneplacito diuinæ volunta-
tis, etiamſi Deus æternaliter punire
vellet propter honorem, & amorem
ſuum. Et ſi non liceat ſe raſſignare ad
hoc, vt a Deo ſeparetur, vt ſunt dam-
B nati. Secundo facta hac liberali obla-
tione debet petere non diuitias, nõ hu
manam gloriam, non corporis ſanita-
tem, nam ipſe finxit nos, & curam ha-
bet de nobis. Et nouit quid vnicuique
conducit, ſiue infirmitate, ſiue ſanita-
te opus ſit, ſed petamus a Deo puriſſi-
mam intellectus illuminationẽ ad co-
gnoſcendum pleniſſimè. Primo diui-
num beneplacitum ad perfectè ipſum
exequendum. Secundo ad perfecte ip-
ſum cognoſcendum, hoc eſt abyſſalem
C ſuam humilitatem, ingratitudinem,
& indignitatem omne bonum reci-
piendi. Tertio ad habendam perfectã
notitiam omnium virtutum. Et ma-
gna orationum inſtantia ſatagat pro
acquiſitione illarum. Et præcipuè pro Cõformare.
iectis in immẽſum ignem diuini amo
ris omnibus vitijs, naturalibus paſſio-
nibus quaſi quodam faſciculo non ſi-
gillatim, ſed generaliter recollecto,
proiectis inquam in illum ignem, vt
conſumentur, conſurgat ardenti deſi-
D derio, ut eiſdem uirtutibus, quib. Chri
ſtus ornatus eſt, animam ſuam ador-
nare dignet. Rurſum uniat ſe, & tranſ Vnire.
fundat uoluntatem ſuam in diuinum
beneplacitum, & hoc penetratiuis, æ-
ſtuantibuſque deſiderijs, ita ut diuinũ
beneplacitum ſit ei ſemper ſummum
ſuum deſiderium, iucunditas, & ſola-
tium in omnibus, ſiue ſint exteriores
aduerſitates, ægritudo, perſecutio, de-
riſio, detractio, confuſio, & ſimilia.
Siue inferiores, ut ſubtractio gratiæ,
de-



deuotionis, ſpiritualis conſolationis,
obnubilatio mentis, &c. Et tempore,
quo hæc Dominus ſuper eum permit-
tit ſatagat magis fidelis inueniri. Ca-
ueat ſolatio in rebus uanis, ſed in bo-
nis operibus ſe exerceat. nam licet pro
tunc dicta bona opera non ſint ſapida,
ſunt Deo magis accepta, & nobis ma
gis meritoria, quia ſeruimus pro tunc
Domino Deo noſtro fideliter quodã-
modo ſumptib. noſtris. Poſtremo qua-
liter ſe homo habere debeat in ora-
tione, vt in ipſa proficiat, & creſcat,
non ab omnibus eadem forma ſerua-
tur. Aliqui nanque uerſantur in Pſal-
mis, & in Oratione Dominica, alijſq;
Orationibus uocalibus. Quidam circa
exempla ſanctisſima Ieſu Chriſti, ui-
delicet caſtitatis, humilitatis, altisſimę
paupertatis, obedientiæ, dilectionis
inimicorum, & cætera. Aliæ medi-
tantur diuina beneficia. Alij ipſius
bonitatem, excellentiam, & diui-
nitatem laudibus, & uotis, quibus
valent, extollunt. Verum notan-
Regula obſeruanda in oratione. dum quod quando aliquis præſentit
ſe iam, iamque impellendum inter-
na operatione Spiritus ſancti ad ali-
quod exercitium ſpirituale, relinque-
re debet omnem proprietatem ſuo-
rum exercitiorum, & particularium
orationum, & ſequi affectuoſa, prom-
ptaque volũtate tractum Spiritus ſan-
cti, & ſe ſecundum illum exercitare,
ſed quando non inuenit aliquem ſpe-
cialem tractum Spiritus ſancti tunc
ſpecialiter ſe exerceat in paſſione Do
minica, vbicumque eſt, & quodcun-
que opus faciat. Deinde Virgini glo-
rioſæ ſingulari cum deuotione ex cor
de ſeruiat. Ipſamque cœli Reginam
poſt Deum præcipua dilectione proſe-
quatur, preceſque illius horarias deuo
tiſſime perſoluat. Nam ſi in ſpecialem
eam patronam, & amicam elegerit, ma
gna a Deo dona, & chariſmata conſe
quetur, in tribulationibus, anguſtijs, &
in cunctis periculis, maxime autem in

A mortis angoribus haudquaquam ipſa
a dilecto filio ſuo ipſum derelinqui pa
tiatur. Præſtet hæc nobis Dominus
Deus omnipotens. Amen.

*De Aſcenſione Domini.*
*Sermo vnicus.*

OMNES Gentes plaudite Sermo 47.
manibus, exultationem cor
dis oſtendite per plauſum
manuum, Iubilate Deo in
B uoce exultationis, ideſt in uoce
exteriori demonſtrate interiorem af-
fectum, quoniam hodie excelſus ſu-
per omnes gentes Dominus paſſionis Pſal 45.
ſuæ ablato ſacrificio peregre profe- Greg. 5.
ctus eſt, ideſt in cœlum aſcendit quod 1. Reg. 2.
deſignabat recte illud Elcanæ, qui poſt
oblata ſacrificia abijt in domum ſuã. Iudi. 19.
Hodie profectus eſt Leuites cũ vxore
quam ſibi reconciliauerat, ideſt Chri-
ſtus reconciliata, & reuocata eccleſia
redijt ad Patrem. Ideo pſallite Deo
C noſtro ore, pſallite corde, pſallite ſa-
pienter, ideſt corde renouati, quia nõ Eccl. 15.
eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Pſal
lite inquam cum gaudio, & canticis,
tympanis, & citharis. Ita, enim vide-
tur fuiſſe antiquitus conſuetudo vt di-
xit Laban ad Iacob, quando peregrini Gen. 31.
reuertebantur ad patriam, ſcilicet redi
re cum gaudio, & tympanis & citha-
ris. Sic hodie Chriſtus Dominus de
peregrinatione ſua reuertens in bacu-
lo, ſcilicet crucis tranſiuit Iordanem
D iſtum, ideſt tranſcurſum, mortis, & Gen. 32.
nunc cum duabus turmis regreditur
comitatus, ſcilicet turba hominum, &
Angelorum. Ideo pſallite in iubilo
cum Apoſtolis, & in voce tubæ, ideſt
manifeſte annuntiate eius aſcẽſionem
cum Angelis, qui clara voce dixerunt
Apoſtolis viri Galilæi quid ſtatis aſpi-
cientes in cœlũ; hic Ieſus qui aſſum-
ptus eſt a vobis in cęlum, ſic veniet,
quemadmodum eum uidiſtis aſcen-
dentem in cęlum. Et recte gaudere de-
betis,

betis, quia humiliatus eſt diabolus, Genus humanum reparatum eſt, Iudęi confuſi, Angelicæ ruinę reſtauratæ. Et glorificatus eſt rex noſter quia aſcendit ſuper omnes cœlos Dominus non inquam indigens alterius auxilio, ſed propria virtute. Hinc non dicitur. Aſſumptus eſt, ſicut dicitur de Beata virgine: Aſſumpta eſt Maria in cęlum, vel translatus, ſicut Enoch. vnde ſcrip. Tráſtulit eum Deus vel euolauit, quod pertinet ad ſanctos ſed aſcendit. Et ratio eſt, quia Aſſumptio fit virtute Chriſti aſſumētis, qua filius obſequitur matri, euolatio uero fit miniſterio Angelorum. Sed aſcenſio fit propria virtute aſcendentis. Hinc non aſcendit in curru, ut Helias, de quo legitur. Et ecce currus igneus, & aſcēdit Helias per turbinem, ideſt ventum validiſſimum, qui rapuit Heliam in cęlum aereum, quia Helias in curru aſcendit, quia purus homo auxilio egebat alieno. Et ideo currus igneus, quo raptus, eſt sūt angelicæ virtutes, quarum operatione ſubleuatus eſt. Sed redemptor noſter non in curru, quia qui omnia fecērat, ſuper omnia ſua uirtute ferebatur. Et nec obſtat id, quod inquit Gloſa ſuper illud pſal. In manibus portabunt te, quod manibus Angelorum Chriſtus aſcendit in cęlum, quia Chriſtus manibus Angelorum aſcēdit, ideſt Angelis miniſtrantibus ut Domino ſuo, non quod ipſe indigeret auxilio eorū ſicut Helias indiguit auxilio alterius in ſubleuatione ſua. Et aſcendit propria virtute non tantum diuina, ſed etiam humana natura, quæ eſt virtus gloriæ, ſecundum quam Chriſtus aſcēdit, quæ quidem procedit ex parte animæ glorificatæ, ex cuius redundantia glorificabitur corpus ut dicit Aug. ad Dioſcorum. Erit tanta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam ut vbi vult ſpiritus, ibi erit corpus. Decet autem corpus glorioſum, & immortale eſſe in loco cęleſti, & ideo ex virtute animæ mouentis corpus Chriſti aſcendit in cęlum primo, ſcilicet virtute Diuina, ſecundo virtute animæ glorificatæ mouentis corpus pro vt vult. Aſcendit etiam Chriſtus potenter captiuam ducens captiuitatem quia eos, qui fuerant a diabolo captiuati, ſecum duxit in cęlum, quaſi in locum peregrinum humanæ naturę bona captione captiuos, utpote per victoriam acquiſitos. Hoc fratres deſignabat Abraham qui egreſſus de terra ex præcepto Dei peregrinatus eſt, deſcendens in Aegyptum & regreſſus eſt inde diues, quia Chriſtus, qui uenit è ſinu patris, & ex eius præcepto in terram peregrinationis, regreſſus eſt inde diues, quia aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Et aſcendens Iudas ad prædam, quid aliud ſignificabat, niſi Chriſtum aſcendentem in cœlum, captiuam ducentem captiuitatem, quum uidelicet naturam noſtram illuc deportauit, & omnes ſanctos ex limbo educi? Sic aſcendens Elcana cum omni domo ſua ad immolandum hoſtiam ſolēnē, typus erat Chriſti aſcendentis in cęlum cum patribus veteris teſtamenti. Hoc etiam ſignificabat egreſſus Noe cum filijs de arca, iſteſt Chriſtus cum patribus aſcendens de hoc mundo ad cœlum, gradiens in multitudine uirtutis ſuę, ideſt cum multo exercitu, & potenti ſocietate. Item aſcendit gaudenter, quia aſcendit in iubilatione. Vnde dicebant dęmones. Non fuit tantum gaudium heri, & nudius tertius. Veh nobis. Hæc ſunt verba Philiſtinorum, quando uociferabant filij Iſrael, dum adduceretur arca fęderis de Sylo in caſtra, vt per eam haberent diuinum adiutorium in prælio. Aſcendit etiam patenter quia uidentibus illis eleuatus eſt. Hinc dicit Euang. Viri Galilęi quid ſtatis aſpicientes in cęlum, quaſi ſubito reuerſurum ſperaretis, ac ſi dicant. Non uidebitis eum modo,

quia

Margin notes (p. 192): Eph. 4. — Aſcenſio euolutio Aſſumptio. quomodo differunt. — Gen. 5. — Aſcendit Chriſtus potenter. — 4. Re. 2. — Pſal. 90. — D. Tho. 3. p. q. 57. ar. 3. — A — B — C — D — Gen. 12. — Pſal. 67. — Gen. 49. — 1. Re. 1. — Eſa. 63. — Luc. ult.



quia non eſt uir in domo ſua. Abijt enim uia longinqua, ideo non redibit cito, ſacculum pecuniæ ſecum tulit: corpus, & animam, vbi ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ reconditi. Sed quò aſcendit in cœlum, vnde Aſcendēs Ioſeph ſuper currum, typus erat Chriſti in cęlum aſcendentis. Et quia aſcendit ſuper currum ſecundū deſignat ſeſſionem eius ad dexteram patris. Item aſcendit ſuper Cherubin, quia natura humana exaltata eſt in cęlis ſuper illum ordinem. Nec dicit ſuper Seraphin, ſed ſuper cherubin, quia vltra Seraphin non eſt niſi ſacer ordo Trinitatis. Si ergò diceret ſuper Seraphin. videretur dicere hominē aſcendere uſque ad Diuinam eſſentiam, & quod humanitas eſſet æqualis Diuinitati. Quod remouet, dicens ſuper Cherubin. Verumtamen Chriſtus homo, & Beata Virgo eſt ſuper omnes ordines Angelorum in cœlo, & loco, & merito. Vel aſcendit ſuper Cherubin: quod interpretatur, plenitudo ſcientiæ, quia omnem hominis ſcientiam excedit eius aſcenſio. Item aſcendit in cęlum, & ſedet a Dextris Dei. Vbi notandum quod nomine dextræ tria poſſunt intelligi. Vno modo gloria Diuinitatis, in quo filius Dei extitit ante ſæcula, vt Deus, & patri conſubſtantialis. Alio modo, Patris beatitudo. Vnde Auguſtinus. Sedere habitare intelligere, quomodo dicimus de quocumque homine. In illa patria ſedit per tres annos, ſic ergo ſedere a dextris eſt habitare in beatitudine, quæ dextera patris iudicatur. Tertio modo nomine dextræ intelligitur iudiciaria poteſtas. Vnde Aug. Ipſam dexteram intelligit ipſam poteſtatem, quam accepit ille homo a Deo ſuſceptus, ut veniat iudicaturus, qui prius uenerat iudicari. Igitur Chriſtus ſecundum quòd Deus, ſedet ad dextram Patris, ideſt ęqualis eſt Patri in diuinitate, ſecundum primam acceptionem dextrę. Chriſtus vero ſecūdum humanitatem ſedet ad dextram patris, ideſt collocauit Deus pater ad dextram ſuam, ideſt in potioribus bonis paternis, habens iudiciariam poteſtatem. Hoc etiam deſignabat collocatio Salomonis in ſolio ſuo. Et collocatio Ionæ in ſolio regali. Idem collocans rex. Alexander Ionatham, ut ſederet ſecum. Sed quare aſcendit? Ad introducendum ſuos in cęlum. Hinc dicit Pſal. Aſcendens in altum, captiuā duxit captiuitatem, ideſt captiuos de limbo eduxit. Vnde per Zacha. dicitur. Tu quoque in ſanguine tuo eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Item aſcendit vt pararet nobis locum. Vnde dicitur per Mich. Aſcēdet iter pandens ante eos. Et rurſum Aſcēſor cœli auxiliator tuus quia nos neſciebamus uiam niſi ipſe oſtenderet. Præterea aſcendit vt pro nobis interpellaret, iuxta illud. Qui eſt ad dexteram Dei, interpellat pro nobis. Etenim ſicut Pontifex in ueteri teſtamento intrabat ſanctuarium, ut aſſiſteret Deo pro populo. Ita & Chriſtus intrauit in cęlum, ad interpellandum pro nobis, ut inquit Apoſtolus: ipſa enim repræſentatio ſui ex natura humana quam in cœlum intulit, eſt quædam interpellatio pro nobis, ut ex quo Deus humanam naturam ſic exaltauit in Chriſto, etiam eorum miſereatur, pro quibus filius Dei humanam naturā aſſumpſit. Item aſcendit, ut mitteret Spiritū ſanctum. Vnde dicitur. Aſcendens in altum &c. dedit dona hominibus. De his dicitur. Venit ergo Dauid in Sicelech, & miſit dona ſenioribus Iuda proximis ſuis. Sicelech. interpretatur Sextarii effuſio. Hæc eſt uita æterna. In præſenti, enim datur gratia ad menſuram, ſed in futuro dabitur menſura bona, & conferta, & cogitata. Item interpretatur adductio uocis defecatæ. Hic enim quantuncumque ſit homo perfectus, ſemper eſt aliquid fecis per-

Margin notes (p. 193): Prou. ult. — Coll. 2. — Quo aſcendit. — Gen. 41. — Pſal. 17. — Hugo ibi. — Dextrę nomine tria ſignificant. — D. Tho. 3. p. q. 58. — A — B — C — D — 3. Reg. 2. — 2. Para. 23. — 2. Matt. 10. — Quare aſcendit. — Zach. 9. — Mich. 2. — Deut. 33. — Rom. 8. — Hebr. 7. — 1. Re. 30. — Luc. 6.

mixtum in laude, & opibus eius, ſed in
patria erit laus, & omnia ſincera, &
Eſa. 25. pura. Vnde per Eſa. dicitur. Faciet Do-
minus conuiuium medullatorum, &
uindemiæ defecatæ, per quæ ſignifica-
tur merces æterna, quæ erit in laude
Dei ſincera. Hæc etiam effuſio dono-
3. Re. 18. rum fuit ſignificata per ſcripturam di-
centem. Ecce nubecula parua quaſi ve-
ſtigium hominis aſcendebat de mari,
&c. Nubecula Chriſtus eſt, qui aſcẽdit
de mari, ideſt ab amaritudinibus mũ-
di, & tunc fugit a cõſpectu Heliæ, ideſt
Apoſtolorum, & uenit pluuia grandis,
ideſt abundantia donorum Spiritus ſan
Ioan. 16. cti. Hoc eſt, quod diximus, Dauid mi-
ſiſſe munera proximis ſuis. Vnde expe-
diens erat, ut abiret. Niſi enim abiero
(inquit Dominus) paraclitus non ve-
niet ad uos. Si autem abiero, mittam
eum ad uos. Hinc ait gloſa. Non quod
Gloſa. in terra poſitus dare non poſſet, ſed
quia non erant idonei recipere, niſi eũ
ſecundum carnem deſiſterent noſcere.
Poſtquam autem ab eis ſubtractus fue-
rat, traxit poſt ſe corda eorum ad cę-
leſtia, & æterna, quibus ſic eleuatis cę-
leſtes, & ſpirituales facti ſunt, & ideo
Spiritus ſancti capaciores. Aſcendit
etiam in cęlum, quia ipſe eſt ueritas,
& iuſtitia. Et hæc locum non habent
in terra, quare nec Chriſtus. Vnde di-
Oſee 4. citur per Oſeam. Non eſt ueritas, non
eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei
in terra. Item aſcendit in cœlum, ad
erigendum Charitatis affectum ad cę-
Collo. 3. leſtia. Vnde dicit Apoſt. Quæ ſurſum
ſunt ſapite, non quę ſuper terram. Et
Matt. 6. Euangeliſta. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi
Act. 1. eſt cor tuum. In ſignum huius Chri-
ſto aſcendente ſtabant Apoſtoli vulti-
bus in cœlum ſuſpenſis. Hinc etiam
Can. uoce ſponſæ dicitur. Trahe me poſt te,
quaſi uolentem, & non ualentem, ut
dicit Greg. Vnde huic uerbo alludens
dicit. Trahe me poſt te, in te, ad te, per
dilectionem, poſt te, ut te imitari ua-
leam, in te, ut tibi conformis in im-

A mortalitate, & impaſſibilitate fiam. Vi-
diſtis ergo fratres, quomodo, quãdo,
& quo, & quare Chriſtus per cœlum
aſcenderit, ut & nos temporalia con-
temnentes quæ ſunt, quæramus ubi
Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ Col. 3.
ſurſum ſunt ſapiamus, non quæ ſuper
terram. Non enim cum Chriſto aſcen-
dunt in peccato manẽtes. Vnde Apoſt.
ſurge qui dormis, & exurge a mortuis,
& illuminabit te Chriſtus. Neque ino-
bedientes. Tales, enim digni non ſunt
B Aſcenſione, vel Dei benedictione. Vn- Luc. 24
de aſcenſurus in cęlum, eduxit diſcipu
los in Bethaniam, ut oſtenderet ſe aſcẽ
dere propter eos, qui ſunt in die obe-
dientię. Sicut enim deſcendit, vt ſana-
ret inobedientes, ita aſcẽdit, vt ſecum
traheret obedientes. Neque etiam a-
ſcendunt ſuperbi. Vnde ſi vis aſcende-
re, primo deſcende. Hinc Iob. Qui hu Iob 22.
miliatus fuerit erit in gloria. Et qui in
clinabit oculos ſuos, ſaluabit. Et Apo- Eph. 4.
ſto. Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcen-
C dit. Sic enim oportebat Chriſtum de-
ſcendere, vt & nos aſcendere docere-
mur. Cupidi ſiquidem ſumus Aſcen-
ſionis, exaltari cupimus omnes, ſiqui-
dem nobiles creaturæ ſumus, & ma-
gni cuiuſdam animi. Ideoque altitu-
dinem appetimus deſiderio naturali.
Sed vę nobis, ſi voluerimus ſequi eum, Eſa. 14.
qui ait. Sedebo in monte teſtamenti.
Hunc ſequuntur, qui peccandi habent
concupiſcentiam, quibus dominandi
libido dominatur. Iſte eſt mons, quem
D aſcendit Angelus, & diabolus fact⁹ eſt.
Alij cum Adam aſcendunt montem
ſcientiæ, pernitioſa eſt Aſcenſio. Vnde Bern.
Bernar. Poteſtatis ambitio Angelum
priuauit fęlicitate æterna, ſcientiæ ap-
petitus hominem immortalitatis glo-
ria ſpoliauit. Quis ergo docebit nos
ſalubrem aſcenſum; Chriſtus, qui de-
ſcendit, ipſe eſt qui aſcendit, vt ſuo
aſcenſu ſalubrẽ nobis indicaret aſcen
ſum. Deſcendit de monte potentiæ
carnis infirmitate circundatus. Deſcen-
dit



dit de monte ſciẽtiæ, quoniam placuit
Deo per ſtultitiam prædicationis ſal-
uos facere credentes. Imo quid eo in-
ſipientius, qui tradebat animam ſuam
Mat. 17. ad mortem? Ergo deſcendit, ſed quo
aſcendit? In montem quo transfigura-
tus eſt coram diſcipulis, vt doceret nos
aſcendere ad futuram illam gloriam
innuptam. Aſcendit etiam in mõtem,
erigentem ſcalam octo diſtinctã ſca-
Matt. 5. laribus. Beati pauperes ſpiritu. Beati
mites, &c. Vbi verba vitæ locutus eſt,
vt ibi meditãs die, ac nocte ſcires qua
via peruenires. In tertio orauit, vt eun
di, & perueniendi bonam obtinere ſtu
deas voluntatem. Item ſuper aſinum,
ut ſubijcias appetitus tuos, & beſtiales
motus domares. Aſcendit etiam in cru
ce, vt non niſi Crux ſit gloria tua.
Sic enim nihil aliud reſtat, niſi aſcen-
das cum illo, qui eſt benedictus in ſę-
cula, cupiens diſſolui, & eſſe cum Chri-
ſto. Amen.

## DOMINICA INFRA OCTA-
## uam Aſcenſionis.

Sermo 48. *Vide Sermonẽ XXVII. & XXVIII.*
*& XLV. & XLVI.*

## *De Miſſione Spiritus ſancti.*
## *Sermo vnicus.*

Sermo 49. DIES nobis, dilectiſſimi,
gratus illuxit quo ſan-
cta Eccleſia poſt illam
ſingularem, inſignemq;
victoriam, qua publicus
propugnator mundo & militauit, &
vicit, poſtquam fragilitatem carnis
noſtræ non ſolum de inferis eruit, ſed
etiam in regni ſui excelſa ſubuexit, iux
Pſal. 67. ta dictum Prophetę: Aſcendens in altũ
captiuam duxit captiuitatem; hodie ce
lebrat aduentum Spiritus ſancti. Secũ-
Pſal. 41. dum illud. Fluminis impetus lætificat
ciuitatem Dei. quæ quidem verba cũ
ſpecialiter exponantur de miſſione Spi

A ritus ſancti in die Pentecoſtes. Ideo
loqui operepretium eſſe duxi. Primo
de donis Spiritus ſancti quod notatur Act. 2.
in eo, dum dicit fluminis impetus, &
per conſequens abundantiam ſignifi-
cat, quod adimpletum eſt in die Pen-
tecoſtes. Nam repleuit totam domũ
vbi erant ſedentes. Sic & alibi dicit
Dominus per Prophetam. Effundam Ioh. 2.
ſpiritum meum, copioſè & multis. Se
cundo cum Propheta dicat Spiritum
ſanctum, dicit flumen, An ne uocetur
B alijs nominibus. Tertio. de eius effecti
bus, dum inquit lętificat ciuitatẽ Dei.
Circa primum. Quę ſunt dona Spiritus
ſancti enumerat Eſaias, dum inquit in Eſa. c. 11.
perſona Domini. Et requieſcet. ſuper Dona Spi-
eum, &c. ſcilicet ſeptem, Dona uide- ritus sãcti.
licet ſapientiæ, & intellectus, conſilii,
& fortitudinis, ſcientiæ, & pietatis, &
timoris. Iſta ſunt dona, ſiue effectus
Spũs ſancti, qui in Chriſto pleniſſime
quieuit, quia manſit, & nunquam re-
ceſſit. Vnde per Ioa. dicitur. Super quẽ Ioan. 1.
C videris ſpiritum deſcendentem, & ma-
nẽtem, ipſe eſt qui baptizat. Item quia
in eo gratia nec creſcere, nec decreſce-
re potuit quia non ad menſuram de- Ioan. 3.
dit ei Dominus ſpiritum. Hi ſunt ſeptẽ Zach. 3.
oculi in lapide uno. Hæ ſunt ſeptem Eſa. 4.
mulieres, quæ apprehendunt virum v- Exod. 37.
num. Hæc ſunt ſeptem candelabra, vel Apoc. 1.
ſeptem lucernæ candelabri. Hæ ſunt
ſeptem ſtellæ in dextera filii hominis,
quem uidit Ioannes veſtitum prodere
ideſt carne. Item ſeptem ſpiritus, ideſt
D donorum diuiſiones, qui in cõſpectu Apoc. 4.
throni eius ſunt ideſt in Chriſto. Hæ
ſunt ſeptem lampades ardentes ante Apo. 5.
thronũ. Hęc ſunt ſeptẽ cornua, & ſeptẽ
oculi agni occiſi, & ſeptẽ ſpiritus miſſi
in omnem terram. Hanc ſeptiformem Gratia ſe-
Spiritus ſancti gratiam recipit Eccle- ptiformis
ſia in ſuis diuerſis fidelibus. Quæ qui- Spiritus ſan
dem deſignari poteſt per abietem. Nã cti deſigna
propter ſuam ſublimitatem, perpetuũ tur per Ab-
que uirorem ſignificare poteſt dona, ietem.
& gratias Spiritus ſancti ac virtutes, & Iſa. 41.

præcipue fortitudinem, quia arbor eſt A
robuſta, has abietes promittit Deus ſe
poſiturũ in deſerto, ideſt dona Spiritus
Sancti in cordibus eorum, qui tumul-
tus huius ſæculi fugientes ad interio-
ra cordis, velut ad quieta deſerta ſe cõ
Per flumina. ferunt. Significatur & per flumina a-
quæ uiuæ, quæ affluentia donorũ ſuo-
rum inebriat ciuitatem Dei, hoc eſt Ec
cleſiam, uel fidelium mentes. Vnde flu
uius torrens dicit magnam uim feruo
ris Spiritus Sancti quum mens pluſquã
intelligere poteſt expletur. Sic torrens B
uoluptatis dici poteſt multitudo do-
Eſa. 35. norum Spiritus ſancti. Sic fons egre-
Gen. 2. diens de Paradiſo ſignificare poteſt
Spiritum ſanctum à quo diuerſa dona
ceu riuuli procedunt. Sic aquas emit-
Iob 12. tere eſt, quando Deus dat dona Spiri-
tus ſancti, quæ ſubuertunt terrã, quan-
do conuertunt peccatorem. Significa
Per ſpolia. tur etiam per ſpolia. Vnde tunc diuidit
Chriſtus ſpolia, quum dat diuerſa do-
Per theſauros. na Spũs ſancti. Et uenti educti de the-
ſauris Dei, quid aliud ſunt niſi dona C
Pſal. 134. Spiritus ſancti, quæ dat Chriſtus. Sic
& 143. theſauri Chriſti, dona ſunt Spiritus ſan
Ruth. 2. cti, & ſapientiæ, & cæteræ uirtutes,
Para. 17. quos theſauros deſignabãt opes Booz.
Iſa. 39. & diuitiæ Ioſaphat, & theſauri Eze-
Eph. 1. chiæ. Ficus etiam, quæ ſunt dulcia, &
Per pignus hæreditatis. ſub quibus eſt quieſcendum dona ſunt
Spiritus ſancti. Sic pignus hæreditatis
eſt Spiritus ſanctus, ſeu dona eius,
ꝑ quæ anima noſtra ad interioris ſpei
Spiritus ſãctus dicitur flumen. certitudinem roboratur. Vocatur vero
Spiritꝰ ſanctus fluminis impetus, quia D
ſubito venit. Vnde Lucas, factus eſt re-
Act. 2. pente de cœlo ſanus. Item fortiter: Vn
de ibidem. Tanquam aduenientis ſpi-
ritus vehemẽtis. Itẽ abũdãter. Vñ ibidẽ.
Et repleuit totam domum, vbi erant
ſedentes. Dicitur etiã Spiritus ſanctus
flumen, quia flumen ima petit, & va-
Eſa. vlt. cua replet ſcilicet humiles. Vnde Eſa.
ſuper quem requieſſet ſpiritus meus
niſi ſuper humilem, & quietum. Redit
Pſal. 64. cor fœcundum. Vnde Pſal. Viſitaſti ter

A ram, & inebriaſti eam. Et Iob. Si conti Iob 12.
nuerit aquas, omnia ſiccabuntur, quia
ſi ceſſat aqua gratiæ, omnia corda au-
dientium areſiunt ab humore Spiritus
ſancti. Terrenitatem etiam corrodit, &
conſumit in corde hominis. Hinc Iob. Iob 14.
Alluuione paulatim terra conſumitur.
Et illud Grego. Guſtato ſpiritu deſipit
omnis caro. Sitim peccandi extinguit.
Vnde per Io. Qui biberit ex hac aqua Ioan. 4.
non ſitiet in æternum. Item ſubmergit
illos, qui profunda quærunt, & intrãt.
B Vnde Salo. Perſcrutator Maieſtatis op-
primetur a gloria. Dicitur etiam Spi-
ritus ſanctus Digitus. Vnde dixerunt
Magi Pharaonis, quando defecerunt
in tertio ſigno. Digitus Dei eſt iſte, quia Digitus.
Spiritus ſanctus aduerſatur malis. Idẽ Exod. 8.
deſignare poteſt digitus Moſis, aut ſa- Exo. 9.
cerdotis. Et Lucas etiam. Porro ſi in di Luc. 11.
gito Dei, ideſt in virtute Spiritus ſancti
eijcio dœmonia. Et recte Spiritus ſan-
ctus dr̃ digitus. Nã ſicut manus, vel bra
chium patris, filius. iuxta illud. Et bra- Eſa. 53.
C chium Domini, cui reuelatum eſt. Et
pſal. Emitte manum tuam de alto. Et Pſal. 143.
ratio eſt, q̃a ꝑ ipſum Pater operatur, &
ſicut manus, vel brachium eiuſdem eſt
ſubſtantiæ cum corpore: Ita filius cum
patre. Ita digitus dicitur Spiritus ſan-
ctus, quia procedit a patre & filio, ſi-
cut digitus a manu, & corpore. Vel
propter diſtinctionem donorum, quæ
per Spiritum ſanctum dantur homini-
bus, quia ſicut varij ſunt digiti, & una
tamen manus: Sic varia ſunt dona Spi
D ritus ſancti vnus tamẽ atque idem Spi
ritus. Nec obſtat inæqualitas digiti, &
manus. Licet enim maior ſit manus,
quam digitus, tamen quia digitus a
manu eſt, & eiuſdem ſubſtantiæ cum
illa, ideo ſignificatur Spiritus ſanctus
per digitum. Appellatur etiam Aura Aura tenuis.
tenuis, quia Spiritus ſancti inſpiratio
ſubtiliter mentes penetrat. Vel aura le 3. Reg. 19.
nis, quia notitiam ſuam Deus quate- Iob. 4.
nus cognoſci vtcunque valeat, noſtris Lenis.
ſenſibus temperat. Ventus vrens, quia Exo. 14.
tollit



tollit ab anima omnem peccati prauũ A
Oſculum. humorem. Oſculum etiam dici poteſt
Spiritus ſanctus, cuius virtus eſt vniti-
ua. Dicitur etiam Paracletus quod grę
cè idem eſt quod aduocatus, patronus,
Ioan. 14. 15. conſolator. Principalis etiam dicitur,
Principalis. quia firmat nos aduerſus dœmones, &
principatus, atque tentationes. Voca-
Pſalm. 50. tur etiam ſpiritus promiſſionis, quia
Spiritus ꝑmiſſionis. promiſſus fuerat a Chriſto, & quia pro
mittit Beatam vitam, in cuius promiſ
Spiritus rectus. ſionis Arrabonem datur. Dicitur etiã
ſpiritus rectus, quia eſt director quem B
ſequens anima, in veritate quærenda er
rare, atque deuiare non poteſt. Item
ſpiritus principalis potens ad operan-
dum. Et eſt effuſus de excelſo per ſua
Ignis. dona in Pentecoſte. Dicitur etiã ignis,
Luc. 12. quem Chriſtus miſit in terram & quia
ad modum ignis Spiritus ſanctus illu-
minat ignorantias noſtras. Vnde Scri.
Ignem miſit in oſſibus meis, & erudi-
3. Reg. 18. uit me. Vorat lapides cõuertendo cor-
da dura ad pœnitentiam. Calefacit,
& torporem ignauiæ excutit. Cruda, & C
horrenda decoquit, & condit, vt poſ-
ſint tanquam Dei fercula pręſentari in
cæleſti Dei ſicoque cõuiuio. Incinerat
per humilitatem, expellit omne frigus
peccati et timoris, eo quod non
cohabitat gratia cum peccato. Indu-
rat per fortitudinem. Conflauit etiam
tempore Apoſtolorum corda populi
audientis uerba illa inflammata, vt
omnibus eſſet cor vnum, anima vna,
& adeo conflat, vt ſeparari nequeat, di
cente paulo. Quis nos ſeparabit a cha D
ritate Chriſti? Surſum tendit per deſi-
derium æternorum. Transmutat etiam
adeo vt puerum paſtorem pſalmogra-
phum redderet, & piſcatores doctores
gentium & lumina mundi conſtitue-
ret, & perſecutorem Saulum in vas ele
ctionis, & in Paulum immutaret. Pur-
gat quoque omnem peccati prauum
humorem, igneus ille ſpiritus in nobis
Exo. 14. perfuſus. Hinc etiam dicitur uentus
urens, quia purgat animam ab omni

A peccati rubigine. Hinc eſt etiam quod
in die Pentecoſtes. Hoc eſt in quinqua-
geſimo die, Spiritus ſanctus datur, quia
per eum peccata remittuntur. Et Spiri
tus ſanctus qui eſt ignis, charitas, diſ-
funditur. In quo tanquam in ſpiritua
li Iubileo rei ſoluuntur, debita dimit-
tuntur, exules in patriam reuertuntur,
hæreditas amiſſa redditur, ſerui ideſt Rom. 7.
homines, ſub peccato venundati a iu-
go ſeruitutis liberantur. Gratias igitur
fratres agamus Spiritui ſancto de tot
B bonis a nobis per ipſum collatis. roga
muſque eum dicentes. Veni Sanctæ Spi
ritus. Veni conſolator animæ, prote-
gens in opportunitatibus, in tribula-
tione adiutor. Veni in ſpecie ignis ſi-
cut in linguis igneis Apoſtolis appa-
rere dignatus es, & nos ignaros intus
redde zelo ſuccenſos, & verbo erudi-
tos, & nos frigidos calefaciendo inflã-
matque molles, & diſſolutos conſoli-
da. Da præcor humilium doctor, atq; 3. Reg. 16.
ſuperborum deſtructor ſpiritum timo
C ris, vt hoc ſpiritu ſubuertantur mon-
tes, ideſt corda noſtra ſuperba humiliẽ Ioan. 16.
tur. Item ſpiritum pietatis, quod lique
faciat noſtra dura corda ad compatiẽ
dum miſeris. Item donum ſcientiæ, vt
quid agere, quid uitare debeamus a te
doceamur, item donum fortitudinis,
per quod in interiori homine cor ro-
boremur. Sic Petrus, qui prius uocem
ancillę timuit, poſtea publice prædi-
cauit, & tria millia vicit, & poſtea q̃n
que millia. Item donum conſilii, ut tẽ
D poralia contemnentes Deo pro æter-
nis ſeruiamus. Rurſum donum intelle
ctus, quo purgari poſſit intellectus ad
myſtica, & diuina intelligenda. Item
donũ ſapiẽtiæ, ut cæleſtia ſapiamus. Et Col. 3.
quę ſurſum ſunt. Veni igitur Sanctiſ-
ſimæ Spiritus veni, & apta nos tibi, cõ
deſcende propitius nobis, ut noſtra exi
guitas tuæ magnitudini, roboriq; tuo
noſtra imbecillitas ſecundum multitu
dinem tuarum miſerationum compla
ceat per Ieſum Chriſtum Saluatorem
no-

A noſtrum, qui cum patre in tui unitate uiuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

## IN FESTO SANCTISSIMAE Trinitatis.

### *De diuinis nominibus. Sermo I.*

Sermo 50.

Et ſi Deus quid ſit intueri non poſſit, cũ hoc ſit quod & cum dicitur, nõ non poteſt dici, cum ęſti- B matur, non poteſt æſtimari, cum comparatur, comparari nõ poteſt, cum definitur ipſa definitione creſcit, tamen Deitatis periti multiplices modos tradiderunt, ut poſſit a nobis cognoſci: quorum primus, & proprius eſt per abnegationem omnium, ea ratione, quia ipſe eſt ſuper omnia. Et quicquid eſt quocunque nomine ſignatum, eſt minus eo quod eſt Deus, C qui excedit noſtram cognitionem, quã per nomina nobis impoſita exprimimus. Et hic modus etiam a ſacris Theologis uocatur per exceſſum. Quia cũ ipſe ſit omnium exiſtentium cauſa, & ipſe nihil ſit exiſtentium, non quaſi deficiens ab eſſendo, ſed ſupereminenter ſegregatus ab omnibus, ideo excedit omnem perfectionem creaturarum, & ſic creaturarum perfectiones non ideo auferimus a Deo propter aliquẽ defectum Dei, ſed propter hoc, quod omnem perfectionem creaturæ exce- D dit. Propterea enim remouemus ab eo ſapientiam, quia omnem ſapientiam excedit. Secundus modus cognoſcendi Deum eſt per ignorantiam, quia hoc ipſum eſt Deum cognoſcere, quod nos ſcimus ignorare de Deo, quid ſit. Vnde Augu. Si non comprehenderis, quid ſit Deus, multum comprehendis ſi ſcis quid non ſit Deus. Et Hugo. Si nemo poſſit explicare dignè de Deo quid ſit, grandis tamen eſt effectus, ſcire quid

Quinque modis poteſt Deus cognoſci. D. Thom. ad Dion. de di. nom. c. I. 3. col- lect. 3. c. 7. l. 4.

Dion. de diui. nomi. c. 7.

D Tho. ad Dioni. c. I. le. 3.

A non ſit. Tertius eſt per intelligibiles proceſſiones, ideſt per creaturas, dum conſideramus quod quicquid eſt in creaturis, a Deo procedit, ſicut a cauſa. Et ita periti circa Deitatem, ut Apoſtoli, & Prophetæ laudauerunt Deum, ut multorum nominum, & innominabilem: innominabilem quidem dicunt, quia Deum, qui eſt omnium cauſa, ſuper omnia exiſtere conuenit. Conueniunt tamen omnia nomina exiſtentium, ut omnium cauſa. Quartus modus eſt B ad deſignandam excellentiam diuinã, ut ea, quæ priuatiue dicuntur, Deo attribuantur propter eius exceſſum. Sicut Deus, qui eſt clariſſimum lumen, dicitur inuiſibilis. Et qui eſt ex omnibus laudabilis, & nominabilis, dicitur & ineffabilis, innominabilis, & q eſt omnibus præſens, dicitur incomprehẽſibilis, quaſi ſit omnibus abſens. Et qui ex omnibus rebus inueniri poteſt, dicitur inueſtigabilis, & hæc cuncta dicuntur propter eius exceſſum. Quin- C tus, eſt per ſacra uelamina, ideſt per ſenſibiles ſimilitudines. Hinc nominant Dei Bonitatem, quæ eſt ſuper nominabilis per ſuum ſuper ſplẽdorem, aut per quaſdam diuinas apparitiones, ideſt imaginarias uiſiones, quibus illuminati ſunt Prophetæ, & Apoſtoli. Vnde circumponat ei formas humanas, aut igneas, aut electrinas, & ad laudem ipſius deſcribunt ei oculos, & aures, aliaque membra, quę facile eſt conſiderare quæ quidem alia ſignant, D quam quæ in ſuperficie apparent. Exẽplum de anima. Si animam ipſam ſermo formaret corporaliter, quamuis ipſa ſit ſimplex, aliter tamen intelligeremus in ipſa partes corporeas. Nam per caput intelligeremus mentem, quæ præſidet omnibus partibus animę, ſicut caput omnibus partibus corporis. At per collum, opinionem, quæ medio modo ſe habet inter rationem ſcientem, ueritatem, & inter irrationabiles partes animæ ſcientia ve-

D. Tho. ad Gyon. c. 7. l. I.

D. Tho. ad Dyo. c. I. l. 3. circa fi.

Dion. c. 9. l. 2. v. alteri Angelum.



ueritatis carentes. Per pectus furorem A intelligeremus, ideſt iraſcibilem, propter pectoris fortitudinem. Sed per uẽtrem concupiſcibilem, propter uẽtris mollitiem, uel quia concupiſcentia deſeruit uentri. Verum crura & pedes diceremus naturales uires animæ nutritiuæ, per quas ſubſtentatur uita, & ita breuiter uteremur nominibus partiũ corporalium, quaſi quibuſdam ſignis potentiarum animæ ſecundum ſimilitudinem quandam. Vnde multo magis in Deo, qui eſt ſuper omnia bene- B dictus oportet animum purgari a corporalibus phantaſijs per ſanctas expoſitiones Deo conuenientes, & myſticas, quando eum deſcribimus per ſenſibiles ſimilitudines, ut in ſpe Agni, Leonis, uel lapidis, aut ut ſtantem, uel ſedentem, aut ambulantem, &c. Verum antequam ad explicationem multorum nominum, quę Deo conueniũt, ut eſt omniũ cauſa deueniamus, prius conſiderandum eſt quod omnia nomina Deo conuenientia laudantur in ſa- C cris ſcripturis non particulariter quaſi uni ſoli perfecte conuenientia, ſed in Trinitatis tota, & perfecta & integra, & prima deitate, eo modo intelligenda hæc uerba, prout intelligit Angelicus Doctor. Exemplum. Quando dicitur. Quid me interrogas de bono. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Hoc intelligendum eſt de tota deitate, ſicut ipſum verbum Dei filius tanquam naturaliter bonitatẽ habens dixit. Ego ſũ Paſtor bonus. Et in pſ. dicitur. Spiritus D tuus bonus. Similiter Ego ſum; intelligendum eſt de tota Trinitate, ideſt de omnibus perſonis. Sicut Ioannes dicit de filio. Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. Et Apoſt. ẽt de filio. Tu autem idem ipſe es, & de Spiritu ſancto dicitur. Spiritus ueritatis, qui eſt, a patre procedit. Pariter ſi aliquis dicat quod non tota Trinitas eſt uita, quomodo uerum eſt, quod Dei filius dixit. Sicut pater ſuſcitat mor-

D. Tho. ad Dio. ca. 2. l. I.

Ad Dion. c. 2. lect. I.

Luc. 15.

Ioan. 10.

Exod. 3.

Apo. I.

Hebr. I.

Ioa. 16.

A tuos, & uiuificat, ſic & filius, quos uult viuificat. Et Ioannes. Spiritus eſt, qui uiuificat. Vnde omnia uerba Deo conuenientia inſunt toti Deitati ſecundum perfectum modum loquendi de Deo. ſicut ipſum Dei verbum dixit. Ego, & pater unum ſumus. per quod oſtenditur quod quæcunque dicuntur de filio, & de patre intelliguntur. Et iterum dicit filius. Et cuncta quæ habet pater, mea ſunt, & ſimiliter quæcunq; ſunt Patris, & Filii, ſacra ſcriptura at- B tribuit communiter, & unite diuino Spiritui. Sicut Apoſt. inquit. Hæc omnia operatur unus, atque idem Spiritus, &c. Tandem poteſt fieri hæc regula magiſtralis, quod omnia nomina deſignantia effectum in creaturas, pertinent ad diuinam eſſentiam. Diſcreta autem nomina, ideſt pertinentia diſtinctim ad tres perſonas ſunt ut nomen patris, & uſus patris, qui eſt generatio, ſimiliter & nomen filii, & actus, qui eſt generari. Et nomen Spiritus ſan- C cti, & actus eius, qui eſt proceſſio. Qđ autem Deus dicatur bonus uiuus, & ſapiens, & multis aliis nominibus nominetur, non eſt ex aliqua multitudine, ſeu diuerſitate in eius natura exiſtẽte, quia omnia hæc in eo unum ſunt, ſed ex diuerſis perfectionibus creaturarũ accipimus diuerſa nomina, quæ attribuimus Deo, ſicut primo principio omnium horum proceſſuum. Verum quia ſuperius diximus, quod deitatis periti laudant Deum ut multorũ D nominum, ut omniũ cauſam, modo reſtat ut ad explicationem ipſorum quã breuiſſime perueniamus. Laudant igitur Deum, ut omnium cauſam ex multis cauſatis. Laudant enim eum ut bonum. Luc. 18. ſicut pulchrum. Can. I. ſicut ſapientem. Iob 9. ſicut diligibilem. Can. 5. ſicut Deum deorum. Pſalm. 49. ſicut ſanctum ſanctorum Dan. 9. ſicut æternum. Barac. 3. ſicut exiſtentem. Iob 14. Nonne tu, qui ſolus es. Sicut cauſam ſæculorum. Eccl. 24. ſicut uitæ largitorem.

Ioan. 5.

Ioa. 16.

I. Cor. 12.

D. Tho. ad Dio. c. 2. & l. I. cir. fi. & le. 2. circa finem.

D. Tho. ad Dio. c. I. l. 2. col. 3. D. in fi.

gitorem. Act. 17. ſicut ſapientiam. 1. Cor. 1. ſicut mentem. Iſa. 27. ſicut rationem, ſicut cognitorem. 2. Thim. 3. ſicut præhabētem omnes theſauros vniuerſæ cognitionis. Col. 2. ſicut Virtutem. 1. Cor. 1. ſicut potentem. Pſal. ſicut Regem regum. Apoc. 29. ſicut veterem dierum, Dan. 7. ſicut ſine ſenectute, & inuariabilem. Iac. 1. ſicut ſaluationem. Matth. 1. ſicut iuſtitiam. 1. Cor. 1. ſicut Magnitudinem cuncta excedentem. Iob 23. ſicut in aura ſubtili. 3. Reg. 19. Et dicunt ipſum etiam eſſe in mentib. ſeu cordibus, Eph. 3. in animabus. Sapi. 7. & in corporibus. 1. Cor. 6. In cœlo, & in terra. Hier. 23. Dicunt eundē eſſe mundanum, ideſt in mundo. Ioh. 1. Circa mundanum. Eccle. 44. Supra mundanum. Eſa. ult. ſupra cæleſtem. Pſal. Excelſus ſuper omnes gentes. ſuper ſubſtantiale. Matt. 6. Solem, Malach. 4. Aſtrum, ideſt ſtellam. Apoc. vlt. Igneum. Deut. 4. Aquam Ioh. 7. Spiritum. Ioh. 2. Rorem. Oſeę vlt. Nubem. Oſeæ. 6. Lapidem, petram. 1. Cor. 10.

D. Tho. in opu. 63. c. 3. tertium principale Bon' Deus. Gen. 1.

Bonus igitur Deus dicitur per ſuam eſſentiam, cætera alia per participationem. Hinc dicitur Bonus, & valde bonus, ſolus bonus, & ſuper omnia bonus. Quod bonus ſit, teſtantur pariter omnes creaturę ab ipſo procedentes. Nam ſcriptum eſt quod vidit Deus cūcta, quæ fecerat, & erant ſingula per ſe bona, in vniuerſo bona ualde. Vnde ſicut vnaquæque arbor ex fructu bona cognoſcitur, ita omnis creatura bona, & multum bona Deum bonū, & ualde bonum efficaciter proteſtantur. Dicitur etiam ſolus bonus. Naturaliter .n. bonitas creaturarum viſibilium, & inuiſibilium non eſt ipſis innata, ſed ab ipſo ſolo duxit originem. Iuxta illud. Iacob. Omne datum optimum, ſcilicet naturale, & omne donum perfectum, ſcilicet gratuitum deſcendens a patre luminum. Eſt etiam ſuper omnia bonus. Hinc omnis bonitas cœleſtium, & terreſtrium comparata diuinæ Bonita-

Iac. 1.

A ti malitia eſt. Vnde Augu. Neque ulla anima poterit cogitare uere aliquid quod ſit te melius qui es ſummum bonum, & optimum bonum. Dicitur ēt pulcher. Hinc poſtquam ſponſus ſponſam de pulchritudine laudauerat, reſpondens inquit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Laudatur etiam ſicut pulchritudo. Hinc pſ. confeſſio, & pulchritudo &c. Et vt ſuper pulcher, quia in ſeipſo excellenter, & ante omnia habet fontem totius pulchritudi-

Pulcher. Pſal. Dion. c. 4. l. 4. ubi, S. Thom.

B nis, & quia omnibus rebus creatis dat pulchritudinem ſecundum vniuſcuiuſque proprietatem. Laudatur etiam vt ſapiens. Vnde Iob ſapiens corde eſt, & fortis robore, & merito, quia in ipſo præexiſtit omnis ſapientia, & eſt omnis ſapientiæ cauſa. Dicitur etiam Dilectio. Sicut inquit Apoſt. Deus charitas eſt, & Diligibilis. Hinc dicitur in Canticis. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Dilectio dicitur, quia eſt cauſa amoris, immittens alijs amo-

Sapiens. Iob 9. Dilectio.

C rem. Dicitur diligibilis eſſentialiter, quia ipſe eſt hoc, quod eſt amabile, & diligibile. Dicitur Sanctus ſanctorū, quia ab ipſo emanat ſanctitas in omnes ſanctos, & quia excedit omnes ſanctos. Hinc dicitur. Tu ſolus ſanctus. Laudatur etiam ſicut exiſtens. Quare dicitur per Iob. Nonne tu, qui ſolus es. Item ſicut vitæ largitor, quia ipſe eſt cauſa communis, & particularis uitæ, & omnium viuentium. Laudatur etiam ſicut mens. Sicut ratio, ſicut ſa-

Cant. 5. Dion. c. 4. l. 2. S. Tho. Sanctus ſanctorum. Dan. 9. Iob 14.

D pientia, quia ipſe eſt largitor omnis cognitionis, ſcilicet rationis, mentis, & ſapientiæ. Virtus, quia eſt cauſa omnis virtutis, largiens omnem virtutem. Iuſtitia, quia diſtributor bonorum vniuſcuiuſque, ſecundum quod dignus eſt. Lumē, quatenus eſt radius, & fons omnis intellectualis luminis. Fons non in ſe ſolo conſiſtens, ſed effuſio luminis deſuper manās ex ſua plenitudine illuminans omnem mentem ſuper cœleſtem, ideſt Angelos, & mundanam, i.





Magnus & paruus. Pſal.

homines, ut cognoſcant diuinam ueritatem. Dicitur etiam magnus. Vt eſt illud Pſal. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, quia magnitudinem ſuā, quæ eſſentialiter ei conuenit, ęternaliter tradit omnibus magnis. Sicut dicitur, ſapiens, quia ſapientiam tradit omnibus hominibus. Dicitur etiam magnus ſimpliciter, quia magnitudo eius extra omnem magnitudinem, eſt ſuperfuſa, & ſuper extenſa. Attribuitur etiam Deo in ſacra ſcriptura Paruum. vt dicitur quod apparuit in ſibillo aurę tenuis. Quæ quidem tenuitas, ſeu ſubtilitas manifeſtat diuinam paruitatē. Et quia ſubtile eſt penetratiuū, ideo dicitur paruus, quia ſine impedimento vadit ad omnia implens ea ſuis effectibus, & ſua præſentia, quia ipſe per omnia eſt, & p oīa opatur ſicut inquit Apoſt. pertingens vſque ad diuiſionem &c. Quandoque etiam in ſcriptura dicitur ſimilis, quia facit aliqua ſibi ſimilia, & quia eſt cauſa ipſius ſimilitudinis. Hinc apud Gen. dicitur. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Diſſimilis etiā dicitur, quia cauſata minus perfectionis habent quam cauſa. Omnipotens etiam dicitur, quia eſt principium, vniuerſale omnis eſſe rerum. Vocatur etiam antiquus dierum, quia ipſe eſt ante omnes dies, ante omne æuum, & tempora, non per modum pręteritionis, ſed quia ipſe eſt cauſa æui, temporum, & diei. Hinc etiam dicitur nouus. Sicut ſcriptum eſt per Eſai. Vocabitur tibi nomen nouum Scilicet, quia ipſe eſt antiquus ſine ſenectute, ſine aliqua deficientia, & præteritione. Dicitur ēt Canus. ſicut ſcribitur in pſ. Per qđ ſignificatur antiquitas eius, quod ſcilicet a principio æternitatis ipſe ſemper extitit. Appellatur etiam lapis, ratione firmitatis. Hinc dicitur in Euangelio ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam. Ignis, quia purificat corda peccatorum, unde dicitur. Ignis

3. Reg. 19. Hebr. 4. *Similis & diſſimilis.* Gen. 1. Antiquus dierum. Nouus. Iſa. 62. Canui. Pſal. 46. Lapis. Matt. 16. Ignis.

A conſumens. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiā præſtat. theſaurus dicitur, quia in ipſo omnes opes diuitiæ cæleſtium regnorum reconditæ cognoſcuntur. Deſcribunt etiam Deitatis periti ad cognoſcendam Dei Bonitatem, quæ eſt ſuper nominabilis, Deum in figura, uel in ſpecie hominis, & ad laudem ipſius deſcribunt ei oculos, Aures, & cætera membra. Deſcribunt etiam immobilem, ſecundum illud Malach. Ego Do-

Deut. 4. Petra. Theſaurus. Mala. 3.

B minus, & non mutor. Et ſedentem in ſæcula. Sicut illud Eſai. Super ſolium Dauid ſedebit ammodo, & vſq; in ſempiternum. Deſcribunt etiam & motū, ſicut ad omnia ambulans. ſeu procedens. Secundum illud. Cum audiſſet vocem Domini Dei ambulantis &c. Et multa alia membra, quæ in ſermone ſequenti dicentur. Verum quia humana membra figuraliter in Deo intelligenda ſunt. Ideo per caput intelligimus ipſam eſſentiam Diuinitatis,

Eſai. 9. Gen. 3.

C quæ omnia præcedit. Per capillos vero, qui lanę mundæ comparantur, intelligimus quod per hoc antiquus dierum eſſe credatur. Item per capillos ſancti Angeli, & vniuerſi electi typice accipiuntur. Oculos autem dicitur habere Deus, eo quod nulla creatura inuiſibilis eſt, ut inquit Apoſt. omnia eñ munda ſunt ante oculos eius. Vel per oculos reſpectum gratiæ intelligimus iuxta illud. Oculi Domini ſuper iuſtos, vel præcepta eius, per quæ nobis

Capilli Dei. Oculi. Hebr. 4. Pſalm. 33.

D lumen ſcientiæ ſubminiſtratur, myſticè accipiuntur. Vnde pſal. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. At palpebræ eius occulta ſunt atque incomprehenſibilia iudicia eius. de quibus dicitur. Palpebrę eius interrogāt, ideſt probant filios hominum. Aures etiam dicitur habere Deus, quia omnia audit & nihil illi ſub ſilentio latet. Hinc in libro ſapientiæ eſt ſcriptum. Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſconditur.

Pſal. 18. Palpebræ. Pſal. 10. Aures. Sap. 1.

Nares Dei. Nares Dei inſpiratio eius in corda fide A
2.Reg.22. lium. Vt eſt illud in libro Regũ. Aſcen-
dit fumus de naribus eius, ideſt lacri-
moſa compunctio pęnitentis per inſpi
Facies. rationem illius. Facies uero Dei ſigni-
ficat cognitionem diuinitatis eius ad
homines, de qua ſcriptum eſt. Oſtende
nobis faciem tuam, & ſalui erimus.
Hoc eſt. Da nobis cognitionem tuam.
Quæ cognitio per filium nobis inno-
Matt. 11. tuit. Ipſo dicẽte. Nemo nouit patrem,
niſi filius, & cui uoluerit filius reuela-
Os Dei. re. Os Dei, filius Dei patris, ideſt Chri- B
Hier. 9. ſtus Dominus. De quo Proph. ex perſo
na Iudæorum ait. Quia os eius ad ira-
Verbũ Dei. cundiam prouocauimus. Sic uerbum
Dei filius Dei, per quod omnia facta
ſunt. Iuxta illud. Verbo Domini cæli
Pſal. 106. firmati ſunt. Lingua Dei myſticè Spiri
Lingua. tus ſanctus, per quam Deus pater, ſe-
cretum ſuum hominibus manifeſta-
Pſal. 44. uit. Vnde in pſal. Lingua mea calamus
Labia. ſcribæ ueolciter ſcribentis. Per labia
Dei utriuſque teſtamenti conſonantia
intelliguntur. De quibus in prouerbiis C
ſcriptum eſt. Diuinatio in labijs eius.
Brachia. In iudicio non errabit os eius. Brachia
Dei, Filius eius, & Spiritus ſanctus in-
Eſa. 51. telligũtur. Sic in Eſaia, & Brachia mea
Brachium. populus iudicabunt. Sed per brachium
Dei patris ſingulariter filius eius acci-
Hiere. 32. pitur. De quo Hiere. Et nunc Domine
Deus meus, qui eduxiſti populum tuũ
de terra Aegipti in manu forti, & bra-
chio extento. Et recte dicitur brachiũ,
quia omnis creatura ab ipſo contine-
Dextera. tur. Sic dextera Dei patris vnigenitus D
Pſal. 117. filius eius accipitur de quo pſ. in perſo
na hominis aſſumpti ait. Dextera Do-
mini fecit uirtutem, dextera Domini
exaltauit me. Vel dextera Domini glo
riam Patris, ideſt æternam beatitudinẽ
Pſal. ſignificat. De qua Pſal. Ex perſona pa
tris ad filium, inquit. Sede a dextris
Manꝰ Dei. meis. Manus Dei poteſtas eius intelli-
Hier. 19. gitur. De qua per Hierem. Sicut lutum
in manu figuli, ita vos in manu mea do
mus Iſrael. Iterum, manus Domini fla-
gellum eius intelligitur, de cuius per-
cuſſione inquit Proph. Et extendam Sopho 1.
manum ſuper Iudam, & diſperdam
de loco hoc, reliquias Baal. Iterũ Iob. Iob 19.
Manus Domini tetigit me. Vel per ma
nus Dei filius intelligitur, pro eo, quòd
per ipſum facta ſunt omnia. Vnde Eſai. Eſai. 66.
Omnia hæc manus mea fecit, & ſan-
cta ſunt omnia. Digitus Dei ſingula- Digitus.
riter Spiritus ſanctus. De quo Domi- Matt. 12.
nus in Euangelio. Si ego in digito Dei Luc. 11.
eiicio Dęmonia. Quod alius Euangeli-
ſta declarans ait. Si ego in Spiritu Dei
eiicio Dęmonia. Digiti vero Prophetæ. Digiti.
Vnde Pſal. Videbo cœlos tuos opera Pſal. 8.
digitorum tuorũ per cœlos, libros le-
gis, & Prophetarum, per digitos uero
ſanctos Prophetas myſtice deſignauit.
Cor Dei arcanum ſapientiæ eius my- Cor Dei.
ſticè innuit. Ex quo uerbum, ideſt filiũ
ſuum impaſſibiliter ſine initio genuit.
Ipſo dicente per Proph. Eructauit cor Pſal. 44.
meum verbum bonum. Alas etiam di- Alæ Dei.
citur habere Deus, pro eo quod more
auis electos ſuos tanquam pullos ſub
ſe colligit, fouet, & ab inſidiis Diaboli,
& malorum hominum protegit, de
cuius protectione Pſal. ad ipſum ait. Pſal. 90.
Sub umbra alarum tuarum protege
me. Dicitur etiam Deus habere ſca- Scapulæ.
pulas, quia infirma membra Eccleſiæ
patienter quaſi in ſcapulis ſuis portat,
& portando protegit. Vnde per Pſal.
de uiro iuſto dicitur ſub ſcapulis ſuis Pſal. 90.
obumbrabit tibi, & ſub pennis eius
ſperabis. Poſteriora filii Dei, incarna- Poſteriora.
tio eius accipitur, de qua ſic ait ſcriptu
ra. Poſteriora mea uidebis, faciem au- Exo. 33.
tem meam videre non poteris. Ac ſi di-
cat Incarnationem meam uidebis, ſed
diuinitatem uidere non poteris. Vte- Vterus
rus uero Dei incomprehenſibilia, & oc
culta iudicia eius, quę rimari nequeũt,
myſticè inſinuat. Pedes Dei, ſtabilimẽ-
tum potentiæ eius ſunt, eo, quòd ubiq;
præſens ſit, & uniuerſa ei ſubiecta. Ipſo
dicente per Eſaiam, cœlum mihi ſedes Eſa. 96.
eſt, terra autem ſcabellum pedũ meo-





Pedes. rum. Sed pedes filii Dei Incarnatio A
eius intelligitur, quæ diuinitati ſubie-
Veſtimen- cta eſt, tanquam capiti pedes. Veſtimẽ-
tum. tum filij Dei caro eius, quæ a diuini-
tate aſſumpta eſt, figuraliter accipitur.
Eſa. 63. Quare Eſai. ait. Quis eſt iſte qui uenit
de Edon, ideſt de mundo, tinctis ueſti-
bus, ideſt cruentata carne de Boſera?
Pallium. ideſt de inferno. Pallium Dei, Eccleſia
dicitur. Vnde in Geneſi. Lauabit in vi-
no ſtolam ſuam. Hoc eſt in ſanguine
paſſionis carnem ſuam, & in ſanguine
vuæ pallium ſuum, ideſt Eccleſiam. B
Calceamẽ Calciamenta Dei incarnationem ſuã
ta. myſticè deſignant. Hinc per Proph. ait.
Pſal. 59. In Idumeam extendam calciamentũ
meum, ideſt plebi gentium manifeſta-
Greſſus bo incarnationem meam. Greſſus Dei
Dei. Aduentum filii Dei in mundum deſi-
gnant, & regreſſionem eius ad patrem.
Pſal. 67. Vnde Pſal. Viſi ſunt greſſus tui Deus,
ingreſſus Dei mei, qui eſt in ſancto.
Quid uero in Deo ſignificet ira, furor,
pœnitentia, ſcire, & neſcire, dormire,
& uigilare, cum ipſe ſit immutabilis. C
Subſequens ſermo declarabit.

## IN FESTO SANCTISSIMÆ Trinitatis.

### *Sermo II.*

*Ego ſum qui ſum. Io. Cap. VIII.*

Sermo. 51. PROFVNDISSIMVM ver-
Verbum eſt bum, ſimulque copioſiſ-
ꝓprie Deo ſimum. Quis enim di-
conuenit. gne eloquatur quid ſit
Deus. Quæ ſuppetit elo-
quentia? Quæ uires intelligendi? Quæ
Damaſ. lib. facultas proferendi? Nihil eſt quod de
1. c. 12. ſolo Deo proprie dici poſſit quam hoc
verbum Eſt. Quemadmodum ipſe dãs
Exo. 3. reſponſum Moyſi in monte inquit. Dic
filiis Iſrael. Qui eſt, miſit me. Quicquid
Ber. li. 5. de enim de Deo dixeris, ſi bonum, ſi ma-
conſidera- gnum, ſi beatum, ſi ſapiẽtem, uel quic-
tione. quid aliud, in hoc uerbo inſtauratur,
nempe hoc eſt ei eſſe, quod hæc omnia A
eſſe. Si et centum talia, addas non re-
ceſſiſti ab Eſſe. Si ea dixeris nihil addi-
diſti, ſi non dixeris, nihil diminuiſti. Ni Aug. t. 1. de
hil etiam competentius æternitati, uera reli-
quæ Deus eſt quam hoc uerbum. Qui gio. c. 49. in
eſt. Nam dum quid ſit æternitas, intelli fi.
gendo conſpicio, omnem mutabilita-
tem mentis aſpectu ab æternitate ſciũ-
go. Et in ipſa æternitate nulla ſpatia
temporum cerno, quia ſpatia tempo-
ris præteritis, & futuris rerum motib.
conſtant. Nihil autem præterit in æter- B
no, & nihil futurum eſt, quia & quod
præterit eſſe deſinit, & quod futurũ eſt,
non dum eſſe cępit. Eterniras autem tã
tummodo eſt, nec fuit quaſi iam non
ſit. Nec erit quaſi adhuc non ſit, quarę
ſola ipſa ueriſſimè dicere potuit hu-
manę menti. Ego ſum qui ſum. Et de
illa veriſſimè dici poterat. Qui eſt mi-
ſit me. Sed quid eſt fratres quòd Domi Aug. in
nus dicit. Ego ſum qui ſum. Et iterum. Eua. Ioan.
Niſi credideritis quia ego ſum, morie- c. 8. tra. 38.
mini in peccatis ueſtris, quaſi non ſit C
eorum quæ fecit. Nunquid cęlum non
eſt? Nunquid terra non eſt? Nunquid
homo cui loqueris non eſt? Nun-
quid Angelus, quem mittis, non eſt?
ſi omnia ſunt hæc, quæ per ipſum fa-
cta ſunt, quid eſt, quod ipſi proprium
quiddam tenuit, quod alijs non dedit,
vt ipſe ſolus eſſet. Nam quomodo au-
dio (inquit Augu.) Ego ſum qui ſum,
quaſi alia non ſint. Reſpondetur ta-
men quod quęlibet res qualicunque
excellentia ſi mutabilis eſt, vere non D
eſt. Non, enim eſt ibi verum eſſe, vbi
eſt & non eſſe. Quicquid enim muta-
ri poteſt, mutatum, non eſt quod erat.
Si non eſt quod erat, mors quædam
ibi facta eſt. Ecce nigredo mortua
eſt in capite albeſcentis ſenis. Mortuæ
ſunt uires in corpore languentis. ſta-
tio in corpore ambulantis. Mortua
eſt locutio in lingua tacentis. Cum er-
go omnes creaturæ ſint mutabiles, per
conſequens non habent verum eſſe. So

la autem veritas, quę Deus eſt, habet A
immutabiliter eſſe. Et ideo hoc eſt ei
proprium. Eſt. Sed cum ſolius Diuinæ
naturæ ſit, mutari ab eo quod eſt om-
nino non poſſe & ideo immutabilis
dicitur, ipſo dicente per Prophetam.
Mala.3. Ego Dominus, & non mutor. Et ite-
Iac.1. rum. Apud quem non eſt tranſmuta-
tio, nec viciſſitudinis obumbratio: &
1.Tim.6. rurſum Apoſtolus dicit. Qui ſolus ha
bet immortalitatē, & lucem inhabitat
inacceſſibilem. Et ideo ipſi uere com
petit hoc verbum Eſt. Quid eſt, quod B
cum cuncti nouerimus quod & huma
na anima, & Angelici ſpiritus ſint im-
Greg.34. mortales inſtituti, cur ab Apoſtolo
cap.c.4. ſolus Deus immortalitatem habere
perhibetur? Niſi quia ſolus Deus
uere non moritur: qui ſolus Deus
nunquam mutatur: Humana quip-
pe anima in lapſum non caderet, ſi mu
tabilis non fuiſſet, quæ a paradiſi quo-
que gaudijs expulſa, ſi mutabilis non
eſſet, ad vitam nunquam rediret. At in
hoc ipſo quod ad uitam redire nititur, C
defectus ſuos cogitur alternante ſemp
mutabilitate tolerare. Quia ergo ex
nihilo eſt condita, ex ſe nihilomi-
nus infra ſe tendit, niſi ad boni de-
ſiderij ſtatum artificis ſui manu te-
neatur. Ex eo itaque quod creatura
eſt, deorſum ire habet. Virtute nanq;
propria in præceps ire poſſe ſe conſide
rat, ſed ad Creatorem ſuum amoris
manu ſe retinet ne cadat, quouſque ad
immutabiliatem tranſeat, & eo vere
immortaliter, quo immutabiliter vi- D
uat. Ipſi quoque Angelici ſpiritus mu
tabiles ex natura ſunt conditi, quate-
nus aut ſua ſponte caderent, aut ex ar-
bitrio ſtarent. Sed quia humiliter ele
gerunt ei inhærere a quo erant crea-
ti, hanc ipſam in ſe mutabilitatem ſuā
ſtandi iam immutabilitate vicerūt. Vt
hoc ipſum merito tranſcēderent, quod
naturæ ſuæ ordine mutabilitati ſubeſ-
ſe potuiſſent. Quia ergo ſolius Diui-
næ naturę eſt eſſe, per conſequens ſo-

A lus ab Apoſtolo immortalitatem ha-
bere perhibetur. Verum cum ſolus
Deus ex ſui natura immutabilis dica-
tur, quare ſacra ſcriptura ſparſim per
diuinos libros motus in Deo deſcribit.
Dicunt enim Deum aſcendere, deſcen-
dere, ſedere, ſtare tranſire, ambulare,
pœnitere, iraſci, obliuiſci &c. ſed quia
hæc non carnaliter ſecundum hiſtoriā
a recte intelligentibus ſentienda ſunt,
ſed ſpiritualiter omnia de eo intelli-
genda ſunt, cum Deus non caro, ſed Aug.1.4. de
B ſpiritus eſt inuiſibilis, atque incorpo- de eſſen. di
reus, & immutabilis. Ideo ſecundum ui.col.1.
ſpiritualem intelligentiam dicimus ꝙ
aſcendere Deus dicitur, cum filius Dei
carnem a nobis aſſumptam in cœ- Aſcendere
lum uelut captiuam duxit. Sicut eſt Dei.
illud in pſal. Aſcendens in altum, Pſal.67.
captiuam duxit captiuitatem. Sede- Sedere
re Dei eſt potentialiter ſuper omnem Dei.
creaturam rationalem pręſidere. Vt eſt
illud in Pſal. Regnauit Dominus ſu- Pſal.46.
per gentes, Deus ſedet ſuper ſedem
C ſanctam ſuam. Deſcendere in mun-
dum Deus legitur, quando aliquid
nouum, quod antea non fuerat in
creatura humana operatur. Sicut filius
Dei deſcendiſse narratur, quando ue-
ram carnem ex Maria Virgine propter
noſtram redemptionē ſuſcepit. De cu Pſal.17.
ius deſcēſione, hoc eſt Incarnatione de
ipſo ſcriptū eſt. Inclinauit cęlos, & de
ſcēdit, & caligo ſub pedibꝰ eius. Cęlos
inclinauit, quia ante aduentum eius
prænuntios Angelos, & Prophetas mi-
D ſit. Caligo ſub pedibus eius, quia im-
pij homines a ſua malitia cęcati eius
incarnationem agnoſcere non potue-
runt, nec poſſunt. Stare Deus dicitur. Stare Dei.
Cum nos infirmos ad pęnitentiam con
uerſione vitę patienter ſubſtinet. Vn Abach. 3.
de dicitur per Proph. Stetit, & menſus
eſt terram, & diſſoluit gentes, ideſt ſte-
tit ad ſubueniendum, & diſſoluit gen-
tes in ſe a peccatorum uinculis. Tran- Tranſire.
ſire dicitur Deus, cum a cordibus quo-
rundam hominum, in quibus ante per





fidē inhabitare credebatur, poſtea ſub- A
repente quolibet delicto ab his rece-
Ambulare. dit, & ad alios tranſit. Ambulare autē
dicitur Deus, non de loco ad locum
trauſeundo, quod impiū eſt ita crede-
re, ſed deambulatio eius eſt in cordi-
2.Cor.7. bus ſanctorum delectari ſicut ſcriptū
eſt. Et inhabitabo, in eis & inambula-
Iraſci. bo, & ero illorum Deus. Iraſci uero
dicitur Deus, non animi perturbatio-
ne, quæ nullo modo, ei accidere poteſt
ſed tunc, quando peccatoribus delin-
quentibus iuſtam infert vltionem, B
ideſt reddit illis quod merentur. Et
Pęnitere Dei. hoc eſt ira, vel furor eius. Pœnitere di
citur, non quod more hominum pro
tranſactis operibus ſuis pęniteat, ſed
eius pœnitentia eſt ſtatuta mutare &
quod prius aliter inchoatum fuerat in
aliud mutare, ideſt aut de bono exigē-
tibus culpis in malum, ſicut de Saule
1.Re.15. legitur. Aut de malo in bonum, ſicut
Non pęnitere. de populo gentium. Non pœnitere,
eſt ſtatuta nullo modo mutare. Vt eſt
illud. Iurauit Dominus, & non pęnite- C
Pſal.109. bit eum. Obliuiſci dicitur Deus, cum
Obliuiſci. non miſeretur impijs & hoc non vtiq;
propter crudelitatem, quæ in Deo
non eſt, ſed per occultum iuſtumque
Indurare. iudicium ſuū. Indurare dicirur Deus.
Sicut de Pharaone ſcriptum eſt, quan-
do exigentibus eorum culpis cum du-
ritiam cordis, quam ipſe ſibi mala
perpetrando nutriunt non aufert. Dor
Dormire. mire dicitur Deus, cum Vnigenitus fi-
lius patris in aſſumpta carne mori pro
nobis dignatus eſt. vel cum electis D
ſuis tribulatis tardius ſubuenit. Vn-
Pſal.43. de in Pſal. dicitur. Exurge qui dormis
Vigilare Domine. Vigilare autem Dei eſt in de
fenſionem electorum ſuorum, & in ul-
tionem inimicorum ſuorum ſe ma-
Venire Dei nifeſtum Deum manifeſtare. Ve-
nire autem dicitur ad nos. Non
quia mutationem localem ſignificet,
quia Deus non mutatur, & ipſe eſt
Hiere.34. vbique ſecundum illud. Cœlum, &
terram ego impleo. Sed quia nouo

A modo uenit ad nos ſecundum quem
prius non fuerat, ideſt p effectum gra-
tiæ. Et per hunc effectum gratiæ facit D. Tho. ad
nos ad ſe accedere. Igitur cum hæc Ioan.c.8.
omnia, quæ de Deo dicta ſunt non ſe-
cundum literam, ſed ſecundum figura
tiuam locutionem accipienda ſunt, re-
ſtat quod nihil de Deo magis proprie
dici poſſit quam hoc verbum Eſt, cum
immutabilis ſit ſtudeamus etiam nos
(fratres) tanquam Dei filij eſſe Dei
imitatores. Simus mente conſtantes,
B nec aduerſis fracti, nec proſperis ille-
cti aliquatenus a uia rectitudinis fle-
ctamur. ſicut inquit B. Iob. Iuſtificatio-
nem, quam cępi tenere, non deſeram.
Sed heu quam nimis inconſtantes ſu-
mus in ſanctis meditationibus, ordina
tis affectionibus, in conſcientiæ purita
te, & in recta uoluntate. Heu quam
ſubito mutamur de bono in malum,
de taciturnitate in loquacitatem, de
maturitate in leuitatē, de charitate in
inuidiam de feruorē in accidiam, de
C humilitate in uanam gloriam, de man
ſuetudine in iram, de ſpirituali læti-
tia, & amore in carnalem. Ita quod
nunquam in uno momento in eodem
ſtato ſtabiles permanemus, niſi quod
heu conſtantes ſumus in ſpiritualibus
defectibus, in leuitatibus, in cogitatio-
nibus, & in effectionibus impudicis. Vt
ergo dilectiſſimi poſſimus eſſe ſtabiles,
de fundamento eſt cogitādum. Quod
fundamento diſcamus ab eo, qui ait.
Diſcite a me quia mitis ſum, & humi-
D lis corde. Vnde Aug. Conſtruere uis
fabricam miræ celſitudanis de funda-
mēto cogita profundæ humilitatis. Et
Hiero. Prima virtus Chriſtianorum
eſt humilitas. Item Gregorius. Origo
virtutis eſt humilitas, Illa in nobis ue-
raciter pullulat, quæ in radice propria
ideſt in humilitate perdurat. Hinc Au-
guſt. Arborem attendite, figat radicem
in humili ut uertice tendat ad cęlum,
Huic addendus eſt timor Domini ut Timor Domini.
ſemper timeamus, ſi cupimus ſtare.

Iux. illud, Beatus, homo, qui ſemper
Eccl. 18. eſt pauidus. Vnde Ber. Cũ adeſt gratia,
time ne indigne opereris ex ea. Amplius time ſubtracta gratia, quia reliquit te in cuſtodia tua. Si redierit gratia, multo amplius, tunc timendum, ne forte cõtingat pati recidiuũ. Et uere ſemper timendum nam deli-
Pſal. 18. cta quis intelligit? Quãuis, enim multi ſciant quod non commiſerint peccatum mortale, neſciunt tamen utrum omittendo mortaliter peccent. Rurſum (vt inquit Grego) plerunque in cõſpectu interni iudicis ſordet, quod fulget intẽtione operãtis. Ideo Apoſt
1. Cor. 4. dicebat. Nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Neſcit A etiam homo qualis futurus ſit, licet in præſenti ſit bonus. Ideo ſemper timendum ſi cupimus ſtare. Sed eſt etiã aliud fundamentũ, quod eſt Chriſtus Ieſus. ſi autem Chriſtus, procul dubio fides Chriſti. Per fidem quippe Chriſtus habitat in cordibus noſtris ſicut idem Apoſt. dicit. Porro fides Chriſti illa utique quæ per dilectionem operatur. Hæc enim poſita in fundamento neminem perire permittit. Hanc petebat Dauid propheta in pſalmis, qñ
B dicebat. Vnam petij a Domino, & hãc requiram ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ, quã nobis concedere dignetur Dominus. Amen.

*Finis Primæ Partis.*

# CONCIONVM SPIRITVALIVM TOTIVS ANNI,

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, MONACHO CASINENSI, Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo, Authore.

## PARS SECVNDA.

### IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

*De præparatione adhibendâ ad dignè percipiendam Sacram Euchariſtiam. Sermo I.*

Sermo 52. QVAE vlla orationis vis (Dilectiſſimi) ſingularẽ charitatem, quam pater ille miſericordiarum, & Deus totius conſolationis erga nos oſtendit, explicare queat? Fecit Deus rationalem creaturam ad ſuã imaginem, & ſimilitudinem, ut Beatitudinis ſuæ, qua ęternaliter Beatus eſt, ipſam faceret participem. Et quia eius beatitudinis particeps exiſtere aliquis niſi per intelligentiam non poteſt. Ideo Deus factus eſt homo. Non quia creator Deus, & ſummè beatus alterius indiguerit officio, qui bonorum noſtrorum non eget, ſed vt homo ſeruiret ei, & frueretur eo, cui ſeruire regnare eſt. In hoc enim proficit ſeruiens, non ille cui ſeruitur, vt ea ſeruitute non Deus, ſed homo ſeruiens iuuaretur. Voluit etiam Deus, vt cœlum, & terram atque omnia aſtra, cœli, totuſque orbis ſeruirent homini, & vt breuiter dicam cum Apoſtolo. Omnia ſunt hominis ſuperiora, æqualia, & inferiora. Superiora ad perfruendum, vt Deus Trinitas. Equalia ad conuiuendum, ſcilicet Angeli, qui ſi modo ſunt nobis ſuperiores, in futuro erunt æquales, qui & modo noſtri ſunt, quia ſunt nobis ad vſum.

Marginal notes: Gen. 2. — Deut. 4. — 1. Cor. 3. — A — B

A ſum. Noſtra etiam ſunt inferiora, quia
ad ſeruiendum nobis facta. O igitur
Dei ineffabilem bonitatem. Inſuper
verbum Dei in ſublime conſtitutum
ad nos deſcendere dignatus eſt, & vitã
ſuam per ſingulos ætatum gradus, in
fantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuen-
tutis nobis dedit, adijciens mortem, re
ſurrectionem, aſcenſionem, ac Spiritus
ſancti miſſionem, ut ſua cõceptio mun
daret noſtram, ſua uita inſtrueret no-
ſtram, mors ſua deſtrueret noſtram,
B reſurrectio ſua pręcederet noſtram,
Aſcenſio ſua præpararet noſtram, Miſ
ſus Spiritus ſanctus adiuuaret infirmi-
tatem noſtram; Vtque hæc omnia in
perpetua memoria manerent, oues
quas redimerat, non uulgari aliquo,
& uſitato cibi genere, ſed ſui Sanctiſſi
mi Corporis, & precioſiſſimi ſangui-
nis alimento ſatiare uoluit. Quis
tantæ, charitatis magnificentiam non
miretur? Quis non toto hilaritatis af-
fectu non ſuſcipiat? Quis non toto cor
C de ad ſuſcipiendum Dominum cone-
tur ſe pręparare cum omni cordis cõ-
tritione, & lachrymarum fonte, reue-
rentia, & tremore, corporis, & cordis
caſtitate, plena fide, vehementique de-
ſiderio. Nam ſi rex terrenus te ad nata
lem ſuum inuitaret, qualibus ſtuderes
veſtimentis ornatus incedere, quam no
uis, uel nitidis, quam ſplendidis, quo-
rum, nec vetuſtas, nec vilitas, nec ali-
qua fæditas oculos inuitantis offende
ret? Quanto ergo maiori ſtudio con-
D tendere debemus vt diuerſis virtutum
ornamentis anima noſtra ſit compoſi-
ta, ut ad illud ſacroſanctum conuiuiũ
in quo Chriſtus ſumitur procedamus,
ne ſine nuptiali veſte ingredientes di-
ſcubuerimus, ligatis manibus, & pedi
bus in exteriores tenebras detruda-
Mat. 22. mur. Et ne ſimus de numero reginæ
Vaſthi, quæ contemnens uenire ad cõ
Heſt. 1. uiuium regis Aſſueri, ita aduerſus eam
prolata fuit ſententia, vt nequaquam
vaſthi ingrediatur ad Regem, ſed re-

A gnum illius altera, quę melior eſt, acci
piat. Quid per reginam Vaſthi ſignifi
cantur, niſi omnes ij, qui non exhibẽt
ſe tales, ut digni valeant ad cœnam
ſanctiſſimi ſacramenti accedere? Et re
cte ſignificantur per Vaſthi, quæ inter-
pretatur diffinitio conſumata, quia de
eis conſumatum eſt iudiciũ, quod non
intrabunt in æternum conuiuium, niſi
digne veniant ad illud. Hanc ſenten- Luc. 14.
tiam dat Dominus dicens. Nemo ui- Num. 9.
rorum illorum, qui vocati ſunt, guſta-
B bit cœnam. Et alibi habetur, ſi quis im
mundus eſt in itinere, & tamen phaſe
non fecerit, exterminabitur anima il-
lius de populo ſuo. Quapropter ſacer-
dos, vel quiſquis Chriſti fidelis acce-
dens ad hanc regalem menſam, ad tã
dignum venerandumque cibum, ſcili
cet ad ipſum Dominum, noſtrum Ie-
ſum Chriſtum, non incuratè, ac inde-
uotè, ſed aliquo competenti modo prę
paratus accedat ſicut etiam nos horta-
tur ſcriptura. Dicens, præparate cor-
C da veſtra Domino. Et Dominus Sacer
dotibus ait. Sacerdotes, qui accedunt
ad Dominum Santificentur, ne percu- 1. Reg. 17.
tiam eos. Vnde primam præparatio- Prima prę-
nem adhibeant, vt diſcernant menſam paratio.
a menſa, hanc ab aliis prophanis, cœ-
leſtem hunc panem a communi. At-
que hoc fit, ſi accedamus, (ut inquit
Apoſtolus) cum corde uero, in plenitu-
dine fidei, cum corde uero, ideſt intel-
lectu ſine errore, in plenitudine fidei,
ideſt in plena fide credentes quæ non
D uidemus, ideſt non tantum ueritatem
carnis Chriſti ibi eſſe peracta conſe- Chriſtum
cratione. Hoc eſt &c. ex ui ſacramenti, eſſe in ſa-
ſed etiam animam Chriſti ſimiliter, & cramento
ſanguinem, atque eius diuinitatem ſi- ex vi ſacra
mul ibi eſſe cum carne per concomi- menti, &
tantiam, eo quod hæc a carne ſeparata ex reali cõ
eſſe non poſſunt. Similiter in calice uir comitãtia.
tute conſecrationis ibi eſſe ſanguinem, D. Th. 3. p.
per concomitantiam autem totum eſ- q. 76. ar. 1. &
ſe Chriſtum. Sed etiam credamus, at- 2. cõc. trid.
que ſentiamus, per redemptionẽ, quę ſeſ. 13. c. 3.
eſt



eſt in Chriſto Ieſu nobis, gratis remit-
ti peccata. At etiam intelligamus nos
ueluti e manu Chriſti corpus eius pro
nobis traditum, & ſanguinem in re-
miſſionem peccatorum ſumere. Curio
ſas autem quæſtiones multas, quæ iam
moueri poſſent circa hanc menſam,
uidelicet quomodo totus Chriſtus ſub
tam modica panis, & uini ſpecie ſub-
ſiſtere poſſit. Quomodo ſpecie panis
fracta totus ſit ſub ſingulis partibus.
Quomodo accidẽtia ſint ibi ſine ſubie-
cto, & alia id genus pleraque præſtat
prætermittere, quam perſcrutari. Ni-
hil enim poteſt hac una re eſſe perni-
tioſius. Si quidem homini Chriſtiano
credendum eſt, non diſputandum, non
diſcutiendum, non quærendum quo-
modo. Iuſtus ex fide uiuit ait ſcriptu
ra. Non ex argumentis, aut rationibus
diuina opera diſcutienda ſunt, ſed cre-
Gen. 27. denda. Non cauſemur ſi omnes ſenſus
noſtri decipiantur præter auditum. Si-
cut pulchrè figuratum eſt in Iſaac uo-
lente benedicere Iacob. Nam quid ſibi
ſpeciale, quid proprium reſeruaret in-
comprehenſibilis illa Maieſtas, ſi ſem-
per comprehendere poſſet ſapientia ho
minum altitudines cœleſtium ſecreto-
rum? Quid haberent ſuperna precio-
ſum, ſi noſtræ familiariter ſcientiæ ſub
iacerentur? Et ideo quanto minus capi-
mus operis intellectum, tanto magis
diſpenſatoris miremur conſilium. Ac-
ceſſuri itaque ad hoc cęleſte conuiuiũ
aſſumendum, & ad hanc magnam Re-
gis æterni cęnam fidei ſcuto ſe intus
armare ſatagant, quo poſſint omnia
inimici tela ignea repellere, ne uacil-
lent, ſi oculus corporis diſcordet oculo
1. Pet. 1. mentis. Aliud foris cernens, aliud intus
credens. Aduerſario inquit Petrus reſi-
ſtite fortes in fide. Iacula namque ue-
nenata hoſtis antiquus, nõnunquã etiã
corda deuotorum dubitationis, infide
litatiſque ueneno percutit, quibus ob-
2. Cor. 10. uiantes ſecundum Apoſtolum, in cap-
tiuitatem redigamus omnem intelle-

A ctum in obſequium Chriſti, ideſt in fi-
dem Chriſti. Credere, ſicut Eccleſia
credit. Non enim habet meritum, cui
humana ratio præbet experimentum.
Itaque quicquid dubitationis mali-
gnus ſpiritus ſuggeſſerit, aut humana
fragilitas alligata ſenſibus ingeſſerit,
contra nitatur fidelis. Dicens. Credo ſi-
cut Eccleſia credit. Narrat cancella-
ius Gerſun de quodam ſcholaſtico de-
uotionis ſpiritum habente, cuius ani-
mo inciderunt ſcrupuli multi quæſtio-
B num circa hoc ſacramentum. Pete-
bat hic inſtantia continua ſolutionem
dubiorum ſuorum a maximis Theolo
gis, quos nouerat Pariſijs, ſed creſce-
bat morbus ex remedijs. Et ſicut legi-
tur de Emorroiſſa peius in dies habuit
ex remediis, & impenſis. Conſuluit tan
dem ei vnus expertorum, vt ad oratio-
nem ſe totus conuerteret, & contra
ſcrupulos omnes ageret ſuſcipiens ſa-
cramentum, dicens. Credo ſicut Eccle
ſia credit. Credidit homo, acceſſit, ſe-
C renatus eſt, ſolidatus, & nec parum il-
luminatus circa venerationem huius
ſacramenti. Qui ergo in hac petra fir-
miter eſt ſolidatus, nihil periculi time-
bit, & nec propter ſcrupuloſos. Altera Secunda p̃-
vero pręparatio illa neceſſaria eſt mũ- paratio cor
ditiæ magnitudo. Vnde dicitur apud dis mundi-
Exodum. Sic autem comedetis eum, re tia.
nes ueſtros accingitis. Per ſingulum Exo. 12.
munditia caſtitatis deſignatur. de qua
Bernar. Quid caſtitate decentius, quæ
mundum reddit de immundo ſemine
D conceptum, de hoſte domeſticum, de Hoſte.
viatore homine Angelum facit. Diffe-
runt autem inter ſe homo pudicus, &
Angelus, ſed fęlicitate, non virtute.
Item ſola caſtitas eſt, quæ in hoç mor-
talitatis tempore ſtatum quendam im
mortalitatis gloriæ repræſentat. Decet
enim vt vas ſuſcepturum corpus mun- Eſai. 52.
diſſimum, ſit mundum. Vnde de Sacer- Alba cur a
dotibus dicitur. Mundamini qui fer- a ſacerdo-
tis vaſa Domini. Hinc eſt quòd alba a te pręcin-
Sacerdote cingulo præcingitur, ut prin gitur.

 cipalem

cipalem temperantię ſpeciem caſtitatem ipſam adhærere miniſtro Euchariſtiæ debere firmiter deſignetur. Vnde Greg. ſuper verba illa. Sint lumbi veſtri præcincti, ait.

Luc. 12.

Lumbos autem præcingimus, cum carnis luxuriam per carnis continentiam coarctamus.

Cinguli duo brachia.

Habet quoque cingulum brachia duo ſeſe complectentia, quòd dupliciter ſignificat munditiam mentis, & corporis, q̃m non ſolum carnali contagio perit caſtitas, ſed etiam mentali cogitatione impudica conſenſu accedente.

Matth. 5.

Vnde Dominus. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Recogitet ergo Sacerdos ſi mundus ſit. Etenim ſi olim templum illud figurale legis miniſtri introire non poterant, niſi purificationibus multimodis præmundati, quæ tunc in figura acta ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Populo denique ad montem Syna, vt Angeli vocem Moyſi præcepta dantem audirent, acceſſuro dicitur: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris,

Exo. 19.

Quid oportet facere, ſuſcepturum Dominicum corpus? Quare neceſſe eſt, vt acceſſurus ſit mundus, & ſingulariter mundus. Vnde ſcriptura. Sume (inquit) vas vnum, & mitte manum ibi.

Exo. 21.

Vas vnum, quaſi ſingulariter, & excellenter mundũ. Vas iſtud Apoſt. dicit eſſe vrnam aureã, quia debet cor quaſi vas puriſſimum eſſe, & aureũ, propter magnam puritatem, quod capere debet cœleſtem panem. Cum nihil in ſacrificijs maius eſſe poſſit, quàm corpus, & ſanguis Chriſti.

De conſec. diſ. 2. nihil.

Nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed omnes præcellit, quæ pura conſcientia puraq; mente ſumenda eſt. Attendat ergo ſecundum Hugo. ſi pura conſcientia accedit, quod eſt ſi non habet de præterito iuſtam accuſationem, de præſenti iniuſtam delectationem, ſed de futuro propoſitum abſtinendi a peccato. Quod quidem propoſitum præfigurabatur in cingulo ſa-

Exo. 28.

A cerdotali, quod ſtringit, & coarctat corpus, ne defluat in peccatum, & hoc cingulum erat quaſi rete byſſo retortum, quod ſignificat firmiſſimum propoſitum abſtinendi a peccato. Accedens igitur quemadmodum Ioſeph, debet inuoluere Ieſum in ſyndone munda, ideſt munda mente eum ſuſcipere. Hinc mos eſt Eccleſiæ, vt in ſacramentum altaris non ſerico, non panno tincto, ſed puro, lintheo, terreno, & contexto vtatur, tum ad deſignandum corpus B Domini noſtri Ieſu Chriſti purum per omnimodam innocentiam, terrenum, quia paſſibile, & mortale. Procreatum, atque contextum, ideſt quia multiplici tonſione peruenit ad gloriam, quemadmodum pannus lineus multiplici tonſione ad candorem perducitur. Tum etiam ad repræſentandam munditiam maiorem. Nam inter cetera genera pannorum illa, quæ ſũt de lino puro, ad candorem melius perduci poſſunt. Sic offerens, & ſumens C corpus Chriſti maxime prius iuxta dictum Apoſtoli debet ſeipſum probare, & diſcutere. Seipſum, & non alium. Seipſum. Cogitationes, verba, & opera. An ſit mundus a peccatis. Aliàs accedens cum peccato mortali abuteretur hoc ſacramento. nam tria conſiderantur in hoc ſacramento. Sacramentum tantum. Sacramentum, & res. Et res, & non ſacramentum. Quo ad primum habet rationẽ cibi, & potus. Cibus autem eſt viuorum, & non mortuorũ, D vnde carens vita ſpirituali per peccatum mortale abutitur hoc ſacramento. Quo ad ſecundum. Sumitur ibi Chriſtus, qui eſt Sanctus Sanctorum, vnde receptaculum eius debet eſſe Sanctum, & ideo abuti neceſſe eſt, qui ſumit cum contrario ſanctitatis. Quo ad tertium, accedens ſignificat ſe ad vnitatem corporis Chriſti tendere. Vnde ſi peccatum mortale in conſcientia teneat, per quod a corpore myſtico ſeparatur, fictionis culpam incurrit, & ſic ſacramento

De conſec. diſt. 1. conſulto.



ſacramento abutitur. Et non tantum debet ſe mundare a peccatis mortalib. quod quidem eſt de neceſsitate, ſed etiam a venialibus. Hinc bis Sacerdos abluit manus.

Sacerdos quare abluit man⁹.

Primo ante Miſſæ inchoationem, ſecundo oblaturus ſacrificium abluit extremitatem manuum, ideſt digitos: quia qui primo ſe ad Miſſam parans lauit ab iniquitate, modo ſacrificium oblaturus, quaſi ampliori indigens lotione etiam a venialium ſe purgat reliquis, dic. cũ Proph. Lauabo inter innocẽtes manus meas. Inter innocẽtes inq̃, nõ inter peccatores. Sic itaq; iſta extremitatum ablutio ſignificat & mundationem a minimis. Et fit non pedum, ſicut q̃ñ Dominus diſcipulis ſuis, ſed manum, quæ demonſtrat perfectã mundationem, Manus nanque eſt organum, & omnia opera attribuuntur manibus. Fit etiam tertia lotio poſt ſacramenti ſumptionem ad deſignandã lotionem cogitationis, locutionis, & operis. Vnde magnopere corpus Chriſti ſumens debet ſe præparare. Hinc ſicut ſupra diximus. Pannus lineus, qui conſcientiam mundam deſignat., cum magno labore ad candorem perducitur. Primo enim lauatur. Secundo torquetur. Tertio ſiccatur. Sic cum multis vigilijs, & ieiunijs ad internũ mentis candorem peruenitur. Oportet. n. vt quicunque ad ſuſcipiendum Dominum bene mundus fieri uelit, primo mũdet, per aquam lachrymarum opera, & cogitationes. Vnde Dominus ad Moſen. Lauabunt Aaron, & filij eius manus, & pedes, ideſt opera, & cogitationes aqua compunctionis, & confeſſionis, quando acceſſuri ſunt ad altare ne moriantur. Secundo debet torqueri per opera pœnitentiæ, caſtigare corpus ſuum, quia ſeruo maliuolo, ideſt corpori tortura, & compedes.

Eccl. 33.

Hinc poſtquam Ioſeph inuoluit corpus Domini in ſyndone, venit Nicodemus ferens miſturam myrrhæ, & aloes quaſi libras centum, quia myr-

A rha, & aloes, quibus caro mortua conſeruatur a corruptione, ſignificant caſtigationem corporis per ieiunia, afflictiones, orationes, &c. Tertio debet ſiccari per feruentem amorem Dei a carnalium deſideriorum amore, ut ſic fiat mundus valde, & purus, atque illud eueniat. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra, quia munda, tota, & torta. Tertia vero præparatio eſt humilitas.

Alia præparatio humilitas.

Hinc eſt, quod ſuſcepturus ſanctiſſimum ſacramentum dicet, orationẽ illam a Centurione ſumptam: B Domine non ſum dignus &c. Ac ſi diceret. Domine totius mundi creator, & rector non ſum (fateor) dignus ex mea iuſtitia, ex mea operatione, quia & ſi fecerim oĩa, quę pcepta ſunt mihi dicã tamẽ quod ſeruus in vtilis ſum. Nam quod debui facere, feci. Non ſum igitur vere dignus Domine vt tu intres ſub tectum meum, vbi nullus eſt virtutum ſplendor, & ornatus pro tuæ Maieſtatis manſione. Non enim delectaris C habitare in tabernaculis peccatorum. Ceterum quia peccatricẽm illã a contactu pedum tuorum non reiecisti, quin magis multis modis commendatam peccatorum ſuorum dimiſſione es conſolatus.

Luc. 7.

Quoniam item mulierẽ illam paſſam multos annos fluxũ ſanguinis a tactu fimbriæ tui veſtimenti non prohibuiſti, ſed illam tuæ virtute ſanitati reſtituiſti.

Matt. 9.

Quoniam denique Chananæam illam mulierem importunitate illas tuas aures pulſantem ſemel, & iterum tãdem oculis miſericor D diæ conſpexiſti. Tu Domine tantum dic verbo, qui patris es verbum coęternum, dic verbo virtutis tuæ, & ſanabitur. Anima mea, quia tuum dicere idẽ eſt quod facere. Sanabitur inquam per te cibum ſalutiferum ab omnibus morbis vitiorum. Et hanc orationem non tantum debet dicere ore, ſed & corde. Eſt enim qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Tales non exaltat Dominus, ſed ſolum humiles

miles ſpiritu. Ideo vt dignè ſumere Do
A minum quiſque mereatur in hoc ſa-
cramentali conuiuio, recumbat men-
te in nouiſſimo loco, ſe omnibus infe-
riorem recognoſcens, & tanto conui-
uio indignum, ut tandem audire me-
reatur. Amice aſcende ſuperius, & tũc
obtineat gloriam coram ſimul diſcum
bentibus. Nec difficile erit in veritate
ſe indignum recognoſcere tanti mini-
ſterij participationis, ſi maiores ſe di-
ligenter conſideret valde humiliantes.
B Conſideret inquam Io. Baptiſtã, quod
ab Angelo prænuntiatus in vtero, ſan-
ctificatus eſt, a pueritia extra tumultũ
hominum in Eremo conuerſatus, a
Chriſto ſuper cunctos mulierum na-
tos comendatus, nihilominus timuit
baptizare Dominum. Dicens. Ego a
te debeo baptizari. Attendat Mariam
Magdalenam, quæ tanto feruore Chri
ſtum diligebat, vt non erubeſceret in-
ter epulas conuiuantium lachrymas
effundere, ac pedes Domini lachry-
C mis irrigare, ac capillis tergere, pro-
pter quod a Domino audire meruit.
Dimiſſa ſunt tibi peccata multa, quo-
niam dilexiſti multum. Et tamen poſt
Chriſti reſurrectionem pedes ipſius tã-
gere non eſt permiſſa. Sic Petrus, cui
Dominus totius gregis ſui curam com
mittere dignatus eſt, ad piſcium captu
ra ſtupuit, & indignum ſe Domini prę
ſentia exclamauit. Dicens. Exi a me
Domine, quia homo peccator ſum.
Beatus quoque Marcus Euangeliſta,
D qui prę cæteris Domini reſurrectionẽ,
& regnum Spiritu ſancto inſpirãte de
ſcripſit, ſe tamen indignum tanto my-
ſterio ſentiens pollicem abſcidit, vt re-
probus ſacerdotio haberetur, timens
tractare corpus Domini in altaris ſa-
cramento. Quid igitur mirum, ſi ſacer
dos Io. Baptiſta impurior, Magdalena
amando tepidior. Petro Apoſtolo di-
gnitate inferior, Euangeliſta Marco
indoctior dominicum corpus ſumptu-
rus dicat corde, & ore. Domine non

A ſum dignus &c. Requiritur inſuper Di Prou. 25.
ſcretio. Hinc in prouerbijs dicitur. Diſcretio
Quando ſedens cum principe diligen- ut cibus di
ter attende quæ appoſita ſunt ante fa- ſernatur a
ciem tuam, quanta, & qualia, & pone cibo.
cultrum, ideſt diſcretionem in guttu-
re tuo. Nam non debemus eſſe vt ven-
ter, qui cibos non diſcernit. Vnde per
Salomonem dicitur. Omnem eſcam Ecc. 36.
manducabit venter de quibus Hier. in Hier. 4.
quit. Ventrem meum doleo, ideſt il- Exo. 12.
los, qui pleni ſunt omni ſpurcitia. Cõſi Luc. 15.
B deret ergo homo quod non ponitur
ante eum agnus typicus, nec vitulus
ſaginatus, ſed verus Agnus. Rurſum ne
ceſſaria eſt vnio, quia ſacramẽtum eſt
charitatis. Hinc Apoſt. inquit. Conue- Vnio neceſ
nientibus in vnum &c. ergo ſciſſura eſt ſaria.
impedimentum, vt nõ ad ſalutem, ſed
ad cõdẽnationẽ accipiatur. Hinc Aug.
In ſciſſura mentiũ Deus nõ inhabitat,
quia in pace factus eſt locus eius. Et Pſal. 4.
apud Oſeam habetur, diuiſum eſt cor Oſeę 10.
eorum, propterea perierunt. Quare
C nullus accedere debet ad hoc ſacramẽ
tum cum rancore, & odio, quia ſacra-
mentum eſt charitatis, ſed accedere de
bet cum feruore charitatis, quod præ-
figuratũ fuit in Ioſeph, qui fratres ſuos Gen. 43.
inuitauit ad conuiuium in meridie. i.
in charitatis feruore. Audiſtis igitur
(dilectiſſimi) qualiter præparatos nos
eſſe oportet, ut ſanctis carnibus eius
impleamur. Cogitate qui ſacrificij ve-
teris participes erunt, quanta vtebant
continentia, Quid non faciebant?
D Quid non agebant? Semper expia-
bantur. Nos vero miſeri, quot ſumus,
qui temere ſumimus corporis Domini
participationem, & potius a caſu, &
conſuetudine accedimus, quam cogi-
tatu, & mente. Si ſuperueniet Aduen
tus, & Quadrageſimæ tempus, Epi-
phanię, vel aliquod, in quo ſolemus cõ
municare myſteria ſumimus. Sicut ſi
tempus nos dignos faceret, non con-
ſcientiæ puritas. Dicito mihi, quis re
gem ore fętente oſculari eligeret? Et
Regem



Regẽ cœli fętente anima oſculamur?
A Quis immundis labijs ad ſacrificium
accederet? certe nemo: ſordidam tamẽ
habentes animam accedimus? Si ua-
ſa aurea vndique ſunt terſa, & reſplen-
dentia, & veſtes, & illa propter nos
fiunt, quãto igitur magis oportet ani-
mas eſſe puriores, ſanctiores, & ſplen-
didiores. Conſideremus quæſo ſi Rex
ſtatuiſſet ut ſi quis hæc facit, ſit parti-
ceps menſæ meæ, nonne per hoc om-
nia feciſſemus? Ecce menſa regalis no
B bis eſt appoſita, Angeli menſæ mini-
ſtrant, Ipſe Rex adeſt, præcipit ut mun
do corde accedamus, & nos retrocedi-
mus, & immunda conſcientia ac-
cedere non formidamus. Dicito mi-
hi ſi aliquis vtile aliquid eſſet come-
ſturus, & cibum precioſum, & accede-
ret ſtomacho aduerſis humoribus oc-
cupato, certe cibus ille precioſus ma-
gis lęderet, amplius noceret, & nul-
lum auxilium præberet. Sic iſte ſpiri
tualis cibus ſi aliquem repperit mali-
C gnitate pollutum, magis eum perdet,
non ſua natura, ſed accipientis vitio.
Hinc eſt fratres, quod poſtquam ad il-
lam ſacram menſam regiam acceſſi-
mus, iterum luto corpus contamina-
mus, quia a caſu, & tempore illum
ſumimus. Certe ſi aliquid ſapidum,
vtile, & delicatum eſſemus comeſturi,
nonne cuſtodiremus noſmetipſos, ne
alio malo cibo corrũperemur. Nem-
pe ſic. Et nos corpus Domini accipi-
mus, & ſathanicum ſubinducimus ci-
D bum. Quis rogo (fratres) poſt lon-
gam ualetudinem triginta, vel quadra
ginta dies ualens, rurſum ſemetipſum
illis cibis morbum inducentibus trade
ret, nonne priſtinum amitteret labo-
rem. Et nos non poſt triginta, vel qua-
draginta dies, ſed quam primum opus
mortis exequimur, Iracundi, Detracto-
res, ſuſurrones, Guloſi. Et eiſdem uitijs
dediti ſicut prius. Conſideremus, pre-
cor, quid Apoſtoli cum ſacras illas cę-
nas accipiebant, quid faciebant, in pre

A ces, in hymnos conuertebantur, & uigi
lias. Sic etiam Ieſus tunc magna, &
mirabilia narrabat, & annunciabat,
cum Iudas diſcederet vocatum eos,
qui eum erant crucifixuri. Sic quan-
do erat illa trium millium communi-
cantium multitudo, tunc uehementio
res erant in orationibus. Nos autem
miſeri & infelices non diſcernentes ci
bum a cibo ſubito in eadem uitia inci-
dimus, ad quæ prius. Quapropter obſe
cro ne in detrimentum animæ no-
B ſtræ hæc faciamus, ſed orationi, & bo-
nis operibus vacemus, ut cœlorum re-
gnum gratia Dei conſequi valeamus.
Amen.

*Sermo II.*

VErus ille Sampſon Chri- Sermo 53.
ſtus Dominus noſter (di Iudic. 14.
lectiſſimi) illud nobis
hodie mane propoſuit
problema. De come-
C dente exijt cibus, & de forti egreſ-
ſa eſt dulcedo. Sed quale eſt hoc pro-
blema, niſi ſanctiſſimum corpus ſuis
ſpeciebus panis, & vini occultatum?
Nam quid per comedentem, niſi Chri
ſtus intelligitur, qui cum diſcipulis co
medit. Iuxta illud. Rex ſedet in cæ-
na, cinctus turba duodena, ſe tenet ma
nibus, ſe cibat ipſe cibus. Igitur de il-
lo comedente exijt cibus ille euchari-
ſtię, quo diſcipulos pauit, & de forti
egreſſa eſt dulcedo, ideſt mellifluum
D ſacramentum, panis Angelorum om-
nem habens in ſe ſaporem ſuauitatis.
Verum quis noſtrum potuiſſet hoc ſol
uere, niſi inſtructus ab eius ſponſa ple-
na fide acceſiſſet, ſentiendo eius dulce
dinem, ideo quid dulcius melle, quid
fortius leone. Et vere quid dulcius
hoc ſacramẽto mellifluo, quid fortius
Chriſto, qui eſt fortitudo noſtra, ſed
quibus ijs profecto, qui imitantes Do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui
maximo cum deſiderio hoc ſacramen
tum

Luc. 22. tum inſtituit, ipſo dicente. Deſiderio
deſideraui hoc Paſcha manducare uo-
biſcum antequam patiar. Cum ardo-
re tanquam Leones ignem charitatis
ſpirantes caput noſtrum mente reuo-
luentes qualiter maximo cum deſide-
rio uoluit ut ipſa re per hanc eſcam
in illam miſceamur carnem, ſicq; unũ
corpus eſſemus, & membra ex carne
eius, & oſſibus eius. Ita & nos ad illã
accedamus, dicentes cum Beato Iob.
Quis dederit nobis, vt carnibus eius
B impleamur? Sed qualiter eum debe-
mus manducare, attendite. Tria inue-
nimus fratres, in manducatione corpo
rali alicuius pretioſiſſimi cibi. Scilicet
appetitus, maſtigatio, & delectatio. Ita
accedere uolentes ad hanc regiam mẽ
ſam, atque grande conuiuium, quod
Aſſuerus Beatitudo noſtra, in coniun-
ctione Heſter, figura Eccleſiæ ex genti-
bus collecta, parari iuſſit cunctis prin-
pibus, & ſeruis ſuis, qui in Suſis inuen-
ti ſunt, ideſt Apoſtolis, & pœnitenti-
C bus, ita, enim interpretatur Suſis. con
uerſio a peccatis, ſeptem diebus, ideſt
toto tempore vitæ pręſentis, in veſtibu
lo. Hoc eſt in militanti Eccleſia, tertio
anno imperij ſui. Non ante legem,
nec tempore legis, ſed gratiæ ſuper
magnificum corpus ſuum in cibum,
ſanguinem in potum, animam in pre-
Cum maximo deſiderio Euchariſtia ſumenda. cium, Deitatem in condimentum, De-
cet ante ſumptionem intimo corde
deſiderare, vt quemadmodum magna
prõptitudine paruuli papillas capiũt,
D & magno impetu labia uberibus infi-
gunt, Ita longe maiori accedere debe
mus ad Chriſtum noſtrum, ut trahere
poſſimus tanquam infantes lactanei
ſpiritus gratiam, & vnus ſit nobis do-
lor hac eſca priuari. Si enim Rachel il-
la formoſa deſiderij, impatiens exem-
plar, tam impatienter liberos deſidera
bat, vt minaretur etiam vitam abijce-
re, ſi deſiderium non obtineret. Da mi-
hi inquit liberos, alioquin moriar. Cũ
quanto deſiderio hic cibus a nobis eſt

A appetendus, quo dato non moriemur,
ſed viuimus in ęternum? Huius deſi- Exo. 12.
derij ardor figurabatur in comeſtione
agni, qui non aliter niſi aſſatus igni co-
medebatur; & feſtinanter: quia cum
igne charitatis, & uehementia, deſide-
rij comedendus eſt. Quod etiam ſigni Gen. 43.
ficabat Conuiuium illud, quod fecit
Ioſeph fratribus ſuis in meridie: quia
debet accedens ad ſacramentum habe
re charitatis feruorem. Hinc etiam ha Leui. 2.
betur in Leuit. Si de craticula fuerit
B oblatio ſimila conſperſa, tollet memo
riale de ipſo, & adolebit ſuper altare
in odorẽ ſuauitatis Domino. Panis in
craticula coctus, & oleo aſperſus Chri
ſtus eſt in cruce pro nobis paſſus, & to
tus vnctus Spiritu ſancto. Huius ſacri-
ficij memoriale eſt hoſtia, quæ offertur
in memoriam paſſionis dominicæ.
Hæc debet ſuper altare adoleri, ideſt,
accendi, quia cum feruore deſiderij, &
deuotionis in corde fideli debet ſuſci-
pi. Hic odor ſuauiſſimus eſt Domino,
C ideſt tam Deo gratus ut ob eius gratiã
remittat iram ſuam, & nos ſibi recon-
ciliet, & ad æternam pacem perducat.
Inſuper debemus & ſecundo maſtiga-
re membra, ideſt noſmetipſos, & ſan-
ctos, & caput, ideſt Saluatorem mundi
diſtricta diſcuſſione cogitare. Noſmet-
ipſos dijudicando, ſanctorum uitam
ad imitandum pertractando. Paſſio-
nis, & incarnationis Chriſti beneficia
deuotè meditando. Primo noſmetip-
ſos de noſtris exceſſibus debemus ante
D communionem iudicare: quia ſi noſ-
metipſos dijudicaremus, non vtique a
Domino dijudicaremur. Hinc Pſal.
hortatur, vt apprehendamus diſcipli-
nam. Et Aug. inquit. Aſcendas hic
aduerſum te tribunal mentis tuæ, &
conſtituto in corde iudicio, adſit accu-
ſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, &
carnifex timor Domini. Inde quidam
ſanguis animæ cõfitẽtis per lachrymas
profluat, & ſic ceſſat vindicta diuina,
cum confeſſio, & correctio præcedit
huma-



humana. Et ita homo dignus erit ad
ſummendum corpus Chriſti nunc in
ſacramento, & perfecta fruitione in fu
turo. Hæc autem correctionis diſcipli-
na figurabatur per baculum, quo co-
medebatur agnus Paſchalis. Baculus
enim deſignabat rectitudinem iuſtitię,
qua exceſſus noſtros corrigere debe-
mus ante ſacramenti ſumptionem.
Hinc Paulus ꝓbet (inquit) ſeipſum ho-
mo, & poſtea edat. Secundo debemus
maſtigare ſanctos, & bonos adhuc ui-
B uentes, uitam eorum imitando. Et hęc
erant calceamenta, quibus agnus co-
medebatur. Vnde Greg. Calceamenta;
in pedibus habere eſt mortuorum Pa-
trum uitam aſpicere, & noſtra ueſti-
gia a peccato uulnere cuſtodire. Hinc
Matth. 22. Dominus ait. Ecce prandium meum
paraui, tauri mei, & altilia. Quid per
tauros, niſi Prophetæ, & Apoſtoli, qui
fortitudine fidei quaſi cornu principi-
bus mundi reſtiterunt, & ab eis paſſi
uirtutum nobis exempla reliquerunt?
C per altilia uero ab alendo dicta, quæ
pinguia ſunt uolatilia, ſancti ſignan-
tur æterna charitate ſaginati, qui con-
templationis penna alta petentes occi
ſi ſunt. Hi nobis ſpiritualiter ſunt ma-
ſtigandi, ideſt ad imitandum diligen-
ter conſiderandi, ſed præcipue maſti-
gare debemus caput noſtrum Domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum, ideſt
ſubtiliter rimari mente ſua beneficia.
Vt ſic igne charitatis accenſi cum in-
tenſo deſiderij ardore accedere poſſi-
Leuit. 6. mus. Hinc dicitur in Leuitico. Ignis in
D altari meo ſemper ardebit, quem nu-
triet Sacerdos ſubiiciens ligna mane
per ſingulos dies. Altare eſt memoria
noſtra. Ignis charitas, ligna ſunt benefi-
cia nutrimenta amoris Dei, quæ per
ſingulos dies ſubijci debent, nam non
ſufficit memoria heſterna beneficiorũ
Dei. Sicut non ſatis eſt corpori, ſi heſter
no die paſtum ſit, niſi etiam hodierno
alimento nutriatur. Igitur quotidie nu
trire debemus dilectionem Dei lignis

A beneficiorum ipſius, & deſiderio amo-
ris æſtuare ad ſumendum hunc precio-
ſiſſimum cibum. Hinc hortans nos Do- Can. 5.
minus ad ſui hanc memoriam inquit.
Aperi mihi ſoror mea, amica mea, qa
caput meum plenum eſt rore, & cicin-
ni guttis noctium. Hoc eſt. Suſcipe me
in mentem tuam, in memoriam, in di-
lectionem quia caput meum, ideſt di-
uinitas plenum eſt rore, ideſt miſeri-
cordia ad dimittendum peccata, & ci-
cinni mei, ideſt humanitas guttis no-
B ctium, ideſt effuſione ſanguinis paſſi o-
num, & ſudoris lacrimarum ad redimẽ
dum hæreditatem tuam pro ſatisfa-
ctione peccatorum tuorum obligatã.
Et admirans Bern. de hoc immenſo be
neficio, quia in ſuæ paſſionis memo-
riam etiam ſe nobis dederat in cibum,
in hæc verba prorupit. O ſtupenda Dei
miſeratio, verbum carnem, Deus cine-
rem, figulus lutum, Deus morticinium
induit, vt iumenta manducarent pa-
nem Angelorum, homines iumenta
C erant, ſicut ait Proph. Homo cum in Pſal. 48.
honore eſſet &c. Ea propter cibus An-
gelorum mutauit ſe in pabulum peco
ris. Panis, enim Angelorum factus eſt
fęnum. Verbum quippe factum eſt ca
ro, & iuxta proph. Omnis caro fęnum
ergo cum hac memoria maſtigare de-
bemus per totum vitæ mortalis Chri
ſti tempus, & tanquam animalia rumi
nantia meditari die, ac nocte. Nam
ſic non ſolum in eius inflammabimur
amorem, ſed omnem uim inimici ex-
D pellemus a nobis. Quis enim maſti-
cans Chriſti humilitatem, qua ſeipſum
humiliauit, formam ſerui accipiens,
factus patri obediens uſque ad mor-
tem, mortem autem crucis, humilem
quoque eius ingreſſum in hunc mun-
dum, atque progreſſum, non ſanabitur
a malo ſuperbiæ? Si meditatus fuerit
Chriſti charitatem, qua ſe totum no-
bis in hoc corporis, & ſanguinis Sacra
mento in pignus æternæ ſalutis pro-
miſſæ donat, non tanget illum malum

inuidiæ. Si ruminauerit qualiter im- A
piger fuerit ad labores, omnia facien-
do,& ſubſtinendo quæ ad noſtram ſa-
lutem profecerunt,pertranſiens bene-
faciendo,& ſanando omnes oppreſſos
a Diabolo,ut ait Petrus, non tanget il-
lum malum inuidiæ. Si ruminauerit
manſuetudinem, ac patientiam cogi-
tarit quibus exprobationes, irriſiones,
iniurias,blaſphemias,Crucem, & fla-
gella ſubſtinuit, uelut Agnus ductus
ad victimam, non aperiens os ſuum
& Petro teſte.Cum malediceretur, nõ B
maledicebat,cum pateretur, non com-
minabatur,non tanget illum malũ iræ.
Si aduertit quam liberaliter ſe, & ſua
nobis impenderit, carnem in cibum,
ſanguinem in potum, animam in pre
cium,daturus diuinitatem ſuam in pre
mium, ſicut canit Eccleſia. Se naſcens
dedit ſocium, conueſcens in edulium,
ſe moriens in precium, ſe regnans dat
in præmium,non tanget illum malum
auaritiæ. Si in mentem reducet uitæ
eius ſobrietatem,& parſimoniam,non C
tanget illum malum gulæ. Si purita-
tem,qua de Virgine naſci uoluit, gau-
diis mundi, ac carnis uoluptati paſſio-
nis amaritudinem oppoſuit, liberabi-
tur a malo luxuriæ. Hæc ſignificaban-
tur quãdo Raphael, qui medicina Dei
Tob.6. interpretatur,ait Tobiæ iuniori. Cor-
dis eius particulam ſi ſuper carbones
eius apponas, fumus eius extricat om-
ne genus Dæmoniorum. Omne genus
Demoniornm in his ſeptem vitiis,qui-
bus ſuper accipitur. Hæc eſt illa opti- D
ma particula inter omnia Sacramen-
ta,quæ nobis Saluator exhibuit, ideo
poſita ſuper carbones igniti cordis ſta-
tim fumat in affectu ad Deum, & om-
nem vim inimici expellit a nobis. Fel
autem ualet ad ungendos oculos, in
quibus albugo eſt, & ſanabuntur. Fel
enim per ſuam amaritudinem paſſio-
nem Domini ſignificat,de qua dicitur.
Recordare paupertatis, & tranſgreſ-
ſionis meæ,abſinthii, & fellis. Hæc fel-

A lea amaritudo patientis Chriſti exter-
git albuginem, quam nobis ante ocu-
los uanitas mundi appoſuit,ut non vi-
deamus lumen cœli, ſed Chriſti ama-
ritudo reducit oculos a uanitate mun-
di,ut videre poſſimus.Tertio debemus
in hac manducatione interna dulce-
dine delectari.Hinc dicitur per Scriptu Eccl.49.
ram: Memoria Ioſiæ in compoſitione
odoris opus pigmentarij in omni ore
quaſi mel dulcorabitur. Ioſias qui in-
terpretatur fortitudo Dei, ſignificat
B Chriſtum.Hinc gloſa. Memoria Ioſiæ,
ideſt Sacramẽtum corporis eius, quod
in memoriam ſui iuſſit cõſecrari, opus
eſt odoriferum ueri pigmentarii,ideſt
Spiritus ſancti, qui illud compoſuit de
precioſiſſimis ſpeciebus, ſcilicet de
carne virginali, & ſapientia Dei. Hic
quaſi mel in ore cordis dulcoratur, ſi
uirtus eius in ſalutem humani generis
pie cogitatur. O quam dulcis eſt hæc
delectatio (fratres )nemo nouit niſi qui
accipit, ideſt experitur. Hoc eſt. Ille
C ſolus, qui guſtat quam ſuauis eſt Do-
minus. Et quis hanc meretur? niſi qui
fame æſtuat, ac ſitit, qui ardenter deſi-
derat Chriſtum.Hæc dulcedo ſpiritua-
lis quædam eſt prægustatio gaudii cœ-
leſtis potenter opprimens trinam fal-
ſam dulcedinem, quæ eſt in mundo.
Ibi enim eſt falſa dulcedo in delectabi
libus utendis & vere falſa, quia animã
perdit: nam ſi eſca foris delectat, acu-
leus intus perforat. Et ſicut piſces ha-
mo capiuntur, ſic homines tempore
D malo. Secundum quod eſt in mundo,
eſt grandis amaritudo in aduerſis ſub
ſtinendis. Mundus iſte aſſimilatur ma-
ri, quia multa, & magna amaritudo.
Hinc pſ. Hoc mare magnum,& ſpacio
ſum &c. Tertium,quod eſt, eſt amaritu
do in bonis faciendis. Ob quam cauſã
Deo diſplicent. Et ideo non reſpexit
Dominus ad munera Chain, quia ma
le obtulit. At dulcedo ſpiritualis fal-
ſam mundi dulcedinem reddit inſipi-
dam. Hinc Apoſt. inquit. Quæ fuerunt Phil. 3.





mihi lucra, arbitratus ſum vt ſterco- A
ra,ut Chriſtum lucrifaciam, & ratio
eſt, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis
caro, & anima ſaturata conculcat fa-
uos, ſic etiam grandem amaritudinẽ
ſpiritualis dulcedo reddit dulcẽ. Hinc
dicitur,quod Eliſeus miſit ſal in aquas
amaras,& in dulces conuerſę ſunt. Sic
Chriſtus omnem amaritudinem ſpiri
4. Reg. 2. tuali ſanat ſapore. Hinc Stephano la-
pides torrẽteis dulces fuerunt,& mul-
tis ſanctis ardentes prunæ viſæ fuerũt
tanquam roſæ ſuaues. Rurſum triſtitiã B
bonis conuertit in iucunditatem. Vnde
Dan.1. ſcrip. Apparuerunt (inquit) vultus me
liores præ cæteris, qui paſcebantur ci-
bo regio. Vultus eorum, quos panis ſa
tiauit, qui de cœlo deſcendit, ait gloſa
apparuerunt meliores decore, & hila-
ritate ad benefaciendum. Hanc dulce-
Eccl. 2. dinem pręfigurabat Salomon, quando
dicebãt. Laudaui igitur lętitiam quod
non eſſet bonum homini ſub ſole, niſi
quod comederet,& biberet, atque gau
deret, quaſi dicat. Sunt plurima gau- C
diorum genera, & delectationum car-
nis,& mundi,& hæc omnia vanitas,&
finis eorum mæror,& luctus. Vnde lau
daui præ omnibus lætitiam ſcilicet ve
ram, ideſt teſtimonium bonæ conſcien
tiæ, & quod nõ eſſet homini ſub ſole,
ideſt melius,in hoc mundo, niſi quod
comederet panem, qui de cœlo deſcen
dit,& bibere vinum, quod lętificat cor
hominis, ideſt ſanguinem Domini.
Sed aliquis forte dicet. Ecce ſæpius, vt
valeo me præparo. Corpus Domini
ſumo,& tamen nihil ſentio dulcedinis
ſpiritualis: ſed ſciendum eſt quod ci-
bus iſte eſt medicina ſpiritualis ho-
minis. Vnde ſicut medicus peritus qui
buſdam dat quandoq; medicinã dulcẽ
palato corporis quandoq; non ſic, ſed
dulcem palato mentis, quæ quamuis
non gutturi, bene tamen ſapit ratio-
ni. Sic Dominus noſter verus medic[9]
dat fidelibus ſuis ſemper dulce corpus,
ſed dulcedinem ſuam alio modo iſtis,

A alio illis diſtribuit, ſecũdum quod cui
que expedire nouit. Hinc eſt, quod qui
dam dulcedinem iſtam ſapiunt per af
fectum, & ardentiori delectantur
deuotione. Et alii eandem dulce-
dinem ſapiunt per pium intelle-
ctum, & ſufficienti reficiuntur vtilita-
te, in eo, quod credunt, & intelligunt
per hunc cibum ſanctiſſimum veram
vitam obtinere. Igitur quamuis quis
non ſapiat primo modo ſapit tamen
ſecundo per intellectum multę vtilita
B tis. Sed heu quam multi ſunt, qui nec
primo, nec ſecundo modo in hoc cibo
delectantur. Et quid in cauſa, niſi quia
præſentis vitæ delectationibus ſatiari
deſiderant, volunt comedere fructus
ante tempus,& ideo obſtupeſcunt eis
dentes, ut ſpiritualia ſapere nequeãt.
Nam luce clarius eſt quod conſolatio-
nes ſpirituales cum terrenis miſceri ne
queunt. Etenim omnio errat, ſi dulcedi
nem huius cibi percipere quis putat,
ſi terrenas conſolatiunculas ſiue in ver
C bo, ſiue in ſigno, ſiue in facto amat, ſi
carnem fouet, ſi in carne ſeminat, car
nem ſapit, quoniã vbi vaſa vacua non
ſunt, oleum ſtare neceſſe eſt. Et uinum
nouum in utres nouas mittitur, ut am
bo conſeruentur. Nam quomodo in
torrente illo voluptatis quis delectari
poterit, cum nec ipſa quidem verbi
carne, ut ueritas ipſa teſtatur, percipe-
re vllatenus Apoſtoli potuerint? Niſi
enim abiero. Paracletus non veniet ad
uos. Gratia myſterium (fratres mei.)
D Quid enim ſibi vult? niſi ego abiero. Bern. de Aſcenſ. Domini.
Paraclitus non veniet ad vos. An car-
nis illius conſortium, quæ de ipſo, &
per ipſum in Virgine,& de Virgine Ma
tre concepta erat,& nata. Sed vt oſtẽ
deret nobis uiam, ꝑ quã tendere debe-
mus, ut conſolationes diuinas recipia-
mus: nam niſi carnis præſentia ab Apo
ſtolorum aſpectibus ſubtracta fuiſſet,
ſpiritualis gratiæ plenitudinem occu
pata mens non admiſiſſet, non rece-
piſſet animus, non cępiſſet affectus.

Oportet igitur ſi Chriſtum eſurire, &
ſitire cupimus,ut ſtomachus noſter ſit
ieiunus a conſolationibus terrenis, ſi-
cut perbelle figuratum fuit in populo
Iſrael, quibus nequaquam datum fuit
manna,ideſt gratia Spiritualis duran
te farina, ſcilicet delectatione carna-
li. Quomodo nanque poterit Chriſtũ
ſitire, qui ſanũ palatum non habet?
Qui ſordidiſſimis,& diuerſarum ſpurci
tiarum ſordibus inuenitur aſtrictus?
Iſtis enim cibus iſte uertitur in nau-
ſeam ſicut populo Iſraelitico,qui remi
niſcentes carnem,cæpas,& alia, quib⁹
vexebantur in Aegipto, nauſeabant ſu
per cibum de cœlo præſtitum. Nam
non poteſt permanere Spiritus Domi-
ni in hominib. talibus, quia caro ſunt
ideſt carnales. Quapropter omnes ne-
ceſſe eſt ſpernere delitias, obliuiſci po
pulum ſuum,& domum patris ſui,qui
cunque appetit ſitire Chriſtum. Item,
vt ſit ieiunus a vitijs.Etenim qui habet
palatum infectum, nõ ſentit ſaporem
huius cibi,ſicut accidere ſolet febrici-
4.Reg.19. tantibus. Hoc figuratũ fuit in Berzel-
lai, quando dixit ad Dauid,qui offere
bat cibos menſæ ſuæ. Octogenarius
ſum hodie,non vigent in me ſenſus ad
diſcernendum bonum, vel amarum,
nec delectare poteſt ſeruum tuum ci-
bus, uel potus. Quid enim aliud ſigni
ficabat quam inueteratus in peccato,
quibus non ſapit hæc eſca? Igitur exi-
nanitum neceſſe eſt eſſe ſtomachum a
delectationibus tẽporalibus, atque a
uitijs, ſi volumus appetere cibum vi-
tæ. Tunc enim fit, vt guſtando, ſicut in
naturalibus fieri ſolet, magis appetitus
irritetur, iuxta illud. Qui edunt me, ad
huc eſurient, quia in ſpiritualibus deli
tijs ſaturitas appetitum parit, nã quan
to magis earum ſapor percipitur, tan-
to ardentius appetuntur*, & quo aui-
dius cognoſcitur, eo auidius amantur,
quod nobis præſtet Dominus noſter
Ieſus Chriſtus. Amen.

A *De excellentia Sanctiſſimæ Euchari-*
*ſtia. Sermo III.*

INTER cætera ſacramẽ- Sermo 54.
ta nullum eſt hoc vno Sacramen
Euchariſtiæ excellẽtius, tum Eucha
quã ob cauſam a Dio- riſtiæ cęte-
nyſio,& eum ſecuto Ber ris excellẽ
nardo ſacramentum ſacramentorum, tius.
& Hoſtia vocatur hoſtiarum. Quod
quidem tamen maxime illuſtratur, ſi
ad cęterorum pręſtantiam conferatur.
B Nam cum tria ſint, quæ in quolibet ſa-
cramento inueniuntur uidelicet ori-
go, perfectio,& finis origo, ſcilicet paſ
ſio Chriſti, cuius virtus nobis quodam-
modo copulatur per ſacramentorum
ſuſceptionem in cuius ſignum de la-
tere Chriſti in cruce pendentis flu-
xerunt aqua, & ſanguis, quorum
primum pertinet ad baptiſmum,
Alterum uero ad Euchariſtiam, quæ
ſunt potiſſima ſacramenta. Perfe-
ctio vero eſt in hoc, quòd continet gra
C tiam, at finis qui proximus dicitur,
eſt ſanctificatio hominis, vltimus autẽ
vita æterna. Hæc autem excellentius in
Euchariſtia inueniũtur. Etenim eſt hoc
ſacramentum ſpecialiter inſtitutum in
memoriam Dominicæ paſſionis. Vnde Matth. 26.
Dominus. Hoc quotieſcunque feceri- Noĩa plura
tis, in mei memoriam facietis. Et ideo hui⁹ ſacra-
quo ad originem vocatur ſacrificium, menti.
quia in eo repręſentatur paſſio Chriſti,
vel hoſtia. Nam cõtinetur Chriſtus, qui
eſt hoſtia ſalutaris. Quia etiam non mo
D do ſignificat, & confert gratiam, ſicut
cætera ſacramenta, ſed eum ipſum, qui
fons eſt, & largitor omnis gratiæ in ſe
continet Dominum noſtrũ Ieſum Chri
ſtum, recte etiam quo ad perfectionem
præſtat hoc ſacramentum alijs omnib.
Hinc ob excellentiam,& antonomati-
cè Euchariſtia dicitur. Similiter circa
finem, quia eſt conſummatio omnium
ſanctificationum, & id quod eſt om-
nium, ſcilicet cõgregari in vnum, huic
ſacramento attribuitur, dicitur cõmu-
nio.



nio. Nam per ipſum communicamus
Chriſto,& carnis eius, atque diuinitatis
participes efficimur. Ac ſicut cum illo,
ita & ipſi etiam inter nos vnum reddi-
1.Cor, 10. mur, vt ſimus omnes vnum corpus ſub
vno capite Chriſto. Iuxta illud, quod a
Paulo dictum eſt. Vnũ corpus, & vnus
panis multi ſumus, qui de uno pane
participamus. Similiter etiam quo ad
id, quod futurum eſt, maximam effica-
ciam habet, quia realiter continet id,
quo Ianua cœli nobis aperta eſt, ſcili-
cet ſanguinem Chriſti, ideo ſpecialiter
viaticum dicitur, quod viam nobis præ
ſtet eo perueniendi. Igitur vt comme-
moratiuum rei præteritæ, ideſt Chriſti
paſſionis, qua nos Deo ille Patri ſuo re-
conciliauit,& pro peccatis noſtris mor
te tua ſatisfecit, dicitur ſacrificium. Vt
commemoratiuum, rei præſentis, ap-
pellatur communio. Vt præfigura iuũ
Agnus Pa- rei futuræ, ideſt Dei fruitionis, quæ erit
ſchalis po- in patria, nominatur viaticum. In præ-
tiſſima fi- ſenti vero erit Sermo de hoc ſacramen
gura ſacra to, ut eſt ſacrificium. Digniſſima om-
menti. nium huius ſacramenti figura fuit agni
Paſchalis. Nam tria in hoc ſacramento
ſunt. Nempe id, quod eſt ſacramentum
tantum, ut panis,& vinum, & id, quod
eſt res,& ſacramentum, nimirum cor-
pus Chriſti verum. Et quod eſt res tan-
tum, ſcilicet effectus huius ſacramenti
agnus Paſchalis, quo ad hæc tria ſimul
præ omnibus alijs præfigurabat figuris
hoc ſacramentum. Nam huius, quod
eſt ſacramentum tantum, vt ſpecierum
panis, figura illic erat quod agnus pa-
ſcalis comedebatur cum pane azimo,
id eſt ſine fermento. Illius autem quod
hic eſt res,& ſacramẽtum, ſcilicet Chri
ſti occiſi, figura illic erat, & agnus, &
tempus, videlicet quod immolabatur
quartadecima Luna, qua vtiq; die cru-
cifixus eſt Chriſtus, qui etiam dicitur
agnus propter innocentiam. Quo vero
ad effectum figura illic pręceſſit in ſan-
guine agni paſchalis, quo protecti ſunt
filij Iſrael a deuaſtante Angelo, & edu-

A cti de Ægyptiaca ſeruitute. Ex his er-
go colligitur omnium figurarum di-
gniſſimam. Fuiſſe figuram immolatio-
nem agni paſchalis, quæ dicitur ſacra-
mentum,& ſacrificium. Sacramentum
quidem, dum comedebatur, ſacrificiũ,
dum immolabatur. Et ſicut non ſolum
erat ſacrificium agnus ille cuius ſan-
guine redempti erãt in Aegypto Iſrae-
litæ, ſed & agnus, qui ſequentibus an-
nis omnibus in redemptionis illius re-
petebatur memoriam, ſic etiam Chri-
B ſtus non tantũ quatenus in cruce obla-
tus eſt ſacrificium, ſed etiam quatenus
in hoc ſacramẽto exiſtens memoriam
nobis factæ in cruce redemptionis re-
nouat. De hac figura, inquit Apoſto- 1. Corin 5.
lus. Etenim Paſcha noſtrum immola-
tus eſt Chriſtus. Vbi Paſchæ nomine nõ
ſolum illa diei ſolemnitas verũ agnus
ille ſignificabatur, qui tum iuxta ritum
legis immolabatur,& immolatus man
ducabatur iudicare videtur ille Marci
locus. Vbi vis eamus, & paremus, vt
C manducemus Paſcha. Paſcha itaque ve Mar. 14.
ſtrum eſt ipſemet Dei filius. Hic eſt ille
agnus, de quo dixerat Hiere. Ego quaſi Hiere. 15.
agnus immaculatus, qui portatur ad vi Eſa. 53.
ctimam. De quo prædixerat Eſa. Sicut
ouis ad occiſionem ducetur, & ſicut a-
gnus coram tondente ſe obtumeſcet,
& non aperiet os ſuum. Hic eſt agnus Ioan. 16.
ille, quem venientem ad ſe, quaſi digi-
to demonſtrabat Ioannes, dicens. Ecce Ioan. 19.
Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun
di. Hic eſt de quo multo apertius Ioan.
D Euangeliſta teſtimonium dedit, quum Exo. 12.
referens quare milites non confregiſ-
ſent crura Chriſti, ait. Facta ſunt autem
hæc, vt ſcriptura impleretur, os non
comminuetis ex eo. Quæ verba ita vt
a Ioanne recitata ſunt, habentur in Exo
do vbi de ritu ſecundum quem agnus
Paſchalis erat commedẽdus, differitur.
Hic eſt Agnus ille immaculatus, cuius
precioſo ſanguine nos redemptos eſſe
ſcribit Petrus, quem in Apocal. Origi- 1. Pet. 2.
ne mundi ſalutẽ conſecuti ſunt, & con Apoc. 13.
ſequentur

ſequentur non per alium, quā per agnū
hunc pro nobis immolatum, qui pecca
ta noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſu
per lignum. Agnus innocens pro nocen
tibus, iuſtus pro iniuſtis fudit ſanguinē
ſuum, crudelem & ignominioſam cru-
cis mortem obiuit, atque iſto corporis,
& ſanguinis ſui ſacrificio mundū Deo
reconciliauit. Hoc eſt illud vnicum, &
ſingulare ſacrificium, cuius figuram ge
rebant varia illa patrum ſacrificia, quę
& naturæ, & legis tempore fuerunt.
Incipiēdo ab Abel iuſto, Melchiſedech,
Abraham ad ſacrificia legalia Aaron,
& filiorum eius tranſeundo, quibus nō
aliud actum eſt quam, vt fixum hoc in
memoriam hominum, quod a mundi
exordio nulli ſalus aliter, quam per hu
ius hoſtiæ, quod illa ſacrificia figura-
bant, fiducia contingeret. Hoc eſt illud
vnicum Chriſtianorum ſacrificium, de
Malach. 1. quo prophetauit Malachias, dicens. Ab
ortu ſolis vſque ad occaſum magnum
eſt nomen meum in gentibus, & in om
ni loco ſacrificatur, & offertur nomini
meo oblatio munda. Hoc eſt illud ſin-
gulare ſacrificium, quod quia non po-
terat ob eius dignitatem per unam fi-
guram, ſed ſignum expreſſe ſignificari,
uarijs fuit figuris præfiguratum. Et cir-
ca materiam, quæ eſt ſignum tantum.
Contentum, quod eſt res, & ſignum.
Rem, & non ſignum, ſcilicet diuerſita-
tem gratiarum, effectuum, operationū-
que multiplicitatem. Quo ad materiā,
præcipua fuit illa figura Melchiſedech,
ſicut aperte docet Apoſt. Vbi inter alia
dicit de Chriſto eſſe intelligendum il-
lud Regij Prophetæ. Tu es ſacerdos ſe-
Heb. 7. cundum ordinem Melchiſedech. De ſa-
cerdotio enim Melchiſedech ſcribitur,
quod panem, & vinum obtulerit. Erat
enim ſacerdos Dei altiſſimi. Nonne
Melchiſedech Chriſtum Regem ſalem,
Gen. 14. ideſt pacis ſacerdotē adumbrabat, qui
& ipſe ſub ſpeciebus panis, & uini cor-
pus, & ſanguinem ſuum obtulit, qua
Gen, 18. oblatione ſe ſacerdotē eſſe ſm ordinē

A Melchiſedech declarauit. Significatur
etiam in panibus Angelis ab Abraham
oblatis. Propoſitionis. Exo. 40. Primi-
tiarum. Leuit. 23. in pane ſubcineritio.
Heliæ. 3. Reg. 16. Ordeaceo in hoſtes
volutato. Iudi. 17. In his quinque pa
nis generibus ſignificantur quinque,
quæ ſunt in Chriſto per panem ſignifi-
cata. Scilicet Naturæ puritas, naturæ
ſanctitas, Regalis dignitas, nutrimenti
efficacia, ſuper inimicos triumphās hu-
militas. Naturæ puritas demonſtratur
B in pane ab Abraham Angelis oblato.
De quo ita ſcribitur. Apparentibus An
gelis Abrahæ ſedenti in ſolio taberna
culi ſui feſtinauit Abraham ad Saram.
dicens: Accelera, tria ſata ſimilę, cō
miſce, & fac ſubcineritios panes. In
his tribus ſatis ſimilæ commixtis, quę
ſunt farinula puriſſima ſignatur tri-
plex puritas. Puritas Deitatis ſine fur-
fure immutabilitatis. Apud ipſum,
enim non eſt tranſmutatio, nec viciſſi-
tudinis obumbratio. Puritas animę ſi- Iac. 1.
C ne furfure peccati originalis. Puritas
corporis ſine furfure libidinis. Sancti-
tas vero naturę in pane ꝓpoſitionis ſi
gnatur, qui ad veſcendum non daba-
tur niſi ijs, qui mundi eſſent maxime
a mulieribus, ſic propter huius panis
Chrſti ſanctitatem non licet comede-
re eū, niſi ſanctos, alioquin ſi indigne
ſumitur, non ad uitam, ſed ad iudiciū
ſumitur ſempiternum; per panes autē
propoſitionis Regalis dignitas demon
ſtratur. Primitiæ enim nobiliores fue-
D runt in fructibus. Nutrimenti effica- 1. Cor. 9.
tia in pane Elię ſubcineritio, ubi refer 3. Reg. 19.
tur in fortitudine ſubcinericij panis
iter quadraginta dierum uſque ad mō-
tem Oreb ſubſtinuiſſe. Sic panis uiuus
de cœlo deſcendens ſub cinere noſtræ
mortalitatis coctus nobis porrigitur,
cuius alimonia curriculum huius mun
di peragimus, quouſque ad cęleſtē mon
tem Dei perueniamus. Chriſti trium-
phans humilitas contra omnes inimi-
cos per panem hordeaceum figuratur,
in



in ſomnis uiſum uolui in caſtris Ma-
diam, ipſamque ſubuertere, & terræ
funditus coæquare. Sic humilis Chriſti
paſſio omnia inimicorum caſtra ſubuer
Phil. 2. tit. Hinc Apoſt. Exinaniuit ſemetip-
ſum, &c. uſque, Dei Patris. Contemptū
vero huius Sacramēti Chriſtus eſt paſ-
ſus, qui figuratur per agnum Paſcha-
lem, propter paſſionis cauſam, quæ eſt
Gen. 17. duplex peccatum, ſcilicet originale, &
actuale, de quibus dicitur, pergens of-
fer mihi duos hędos optimos, quibus
libenter paſcitur pater tuus. Item figu.
guratur in hircis, qui in Leuitico iuben
tur offerris. Hircus enim peccati fętο-
rem, quem Dominus ſua paſſione ab-
ſtulit ſignificat. Figuratur etiam in ſa-
crificio uitulæ rufę, quia ſicut in ſangui
ne uitulæ rufæ uniuerſa expiabantur,
& cum ſanguine eius erat introitus in
ſancta ſanctorum, ita in Chriſti ſangui
ne uniuerſalis fit expiatio peccatorum
& per ſanguinem eius apertus eſt in-
troitus regni cœlorum, ut habetur ad
Hebr. 9. Hebræos. Iſaac etiam immolatio, quā
pater eius Abraham Dei iuſſu adorna
bat, vmbra fuit immolationis Chriſti,
ac ſubinde huius ſacrificij maxima rei
Leu. 2. ſimilitudo proclamat. Signatur tertio
propter diuerſitatem gratiarum, quas
continet hoc ſacramentum. In ſimu-
lagine huius ſacrificij mundisſima pu-
ritas. In melle, Sancti ſpiritus dulce-
Sap. 16. do. In oleo deuotionis pinguedo. In
thure odor deuotionis. In adipe, & pin
guedine craſſitudinis. Dulcedo in Spi-
ritus ſancti intima conſolatione. Hinc
Eccleſia canit pinguis eſt panis Chri-
ſti, & præbebit delitias regibus. Et præ
cipuè in manna, quod habebat omnis
ſaporis ſuauitatem. Sic gratia huius
ſacramenti quo ad omnia reficit men-
tē. O igitur vnicū, & ſingulare ſacrifi-
ciū. Hoc eſt ſacrificiū illud nuncupatū
holocauſtū, nempe totū in igne chari-
tatis, & Spiritus ſancti oblatum. Hæc
eſt hoſtia illa inter omnes pacifica,
quæ pacem fecit inter nos, & Deum.

A Hæc eſt illa ſingularis oblatio, quæ ho- Phil. 2.
ſtes potenter deuicit, & per ſeipſum,
qui hoſtium eſt in cœlum introducit.
Hæc eſt illa ſpecialis victima, qa Chri De conſec.
ſtus victus obedientia patris uolunta- d. 2. nihil.
riæ ſe obtulit, factus obediens vſque ad
mortem, mortem autem crucis. Hoc
eſt illud ſingulare, atque precioſiſſimū
ſacrificium, de quo Leo Papa inquit.
Nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt,
quam corpus, & ſanguis Chriſti. Et re
uera precioſiſſimum, quia ex tribus re
B bus precioſiſſimis conſtat. Ex carne
Chriſti mundiſſima, nempe quæ a nul
la ſumpſit corruptione exordium, ſed Cant. 3.
a uirginali flore. Vnde Aug. Nobilitas
Matris eſt ex Deitate prolis, & nobili-
tas prolis ex Virginitate matris. Hinc
in Cant. dicitur. Egredimini, & videte
regem in diademate, quo coronauit
eum mater ſua. Egredimini inquit Glo
ſa ab ignorantia infidelitatis, & videte
Regem Chriſtum in diademate, ideſt
in carne, qua coronauit eum mater
C ſua in hoc, quod eſt Virgo. Item huius
ſacrificii excellentia probatur, ex ani-
ma iuſtiſſima, in qua omnium fuit
plenitudo gratiarū abſque menſura.
Non. n. fuit datus ſpiritus ad mēſuram. Ioan. 3.
Tertio eius dignitas clareſcit ex Dei-
tate altiſſima. Hinc legitur in Exodo. Exo. 22.
Caput agni comedetis cum inteſtinis,
& pedibus. Quid per caput, niſi diui-
nitas? Quid per inteſtnia, niſi anima?
Quid per pedes, niſi humanitas deſi-
gnatur? Vnde per iuſtiſſimam animam
D Deo ſecundum ſe eſt acceptum: Ange-
lis reuerendum propter carnem mun
dam, hominibus adorandum propter
ſummam Diuinitatem? Primo igitur
eſt Deo acceptum, vnde Auguſtinus. Aug. qua-
Quatuor (inquit) conſiderantur in om tuor de Tri
ni ſacrificio, cui offeratur, a quo offe- ni. cap. 14.
ratur? Quid offeratur, pro quibus offe- tom. 3.
ratur. Secundum hæc omnia ſacrificiū
iſtud Deo per omnia gratiſſimum eſſe
conuincitur. Offertur enim Patri ſum
mo, Offertur a noſtro Pontifice eidem
patri.

patri. Offertur Chriſtus in humana natura corporis, & ſanguinis, offertur pro omnibus mundis, & mundandis. Quis tam miſericors, & pius, ſicut Pater miſericordiarum, Pater cœleſtis, Pater ſummus? Offertur autem filius. Quis tam iuſtus, & Sanctus Sacerdos, & Pontifex, ſicut vnicus Dei filius, Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cœlis factus, qui non habet neceſſitatem quotidie, quẽadmodum Sacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hic ergo Sacerdos Patri, cui offertur non poteſt non eſſe acceptus. Quare huius ſacrificij effectum malitia Sacerdotis impedire, & tollere non poteſt.

Sacrificium denique ad mundandum, & placandum ſufficientiſſimum. Quid enim tam mundum, quam pro mundanis vitijs mortalium quam ſine vlla contagione carnalis concupiſcentiæ caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? Quid tam grate offerri, & ſuſcipi poteſt quam caro ſacrificij noſtri corpus effectum ſacerdotis noſtri? Idem ipſe unus, ueruſque mediator per ſacrificium pacis reconcilians nos Deo, vt vnum cum illo manerent cui offerebat, vnum in ſe faceret pro quibus offerebat. Vnus ipſe eſſet, qui offerebat, & quod offerebat. Eſt etiam Angelis reuerendum. Vnde Leo Papa ſuper illud. Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur aquilæ inquit. Circa corpus Domini aquilę, ſunt, quæ ſpiritualibus circumuolant alii, uidelicet Angeli ſancti Spiritus mundi, munditiam amantes, corpus Domini venerantes, & fideles præſentes protegentes. Et Papa Gregorius. Quis fidelium vnquam dubiũ habere poterit in ipſa hora immolationis, cœlos aperiri, & illi Chriſti myſterio Angelorum adeſſe choros, ſumma, & ima ſociari. Eſt etiam hominibus adorandum. Hinc Eſaias. Terra ſcabellum pedum meorum. Terra ſcabellum Dei ſignificat carnem Chriſti,

De conſec. d. 2. quid ſit.

Eſai. 66.

A quæ originaliter de terra eſt, hæc eſt à nobis adoranda: quia ſancta: quia Deo vnita. Verum ſermo in longũ pergit: nam cum grandia contineat, paucis explicari non poteſt, atque hac neceſſitate videtur mihi potius rumpendus, quam finiendus. Oportet autem ut quando materia pendet, memoria uigilet, quatenus ubi pauſatum fuerit inde mox reſumatur, & pertractetur, pro ut Dominus dabit Ieſus Chriſtus, qui eſt, ſuper omnia Deus Benedictus B in ſæcula. Amen.

## *De excellentia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. Sermo IIII.*

AVDISTIS fratres præſtantiam huius ſacrificij: nam ad plenum reſerare eius dignitatem nunquam potero. Non capit cor meum. Lingua deficit, & humanus ſopitur intellectus ad tanti myC ſterij perfectionem explicandam. Hoc enim eſt illud vnicum, & propitiatorium ſacrificium, cuius uirtus extenditur in mundo, in purgatorio, & in cœlo. In mundo peccata relaxat. In purgatorio grauem pœnam alleuiat, ſed in cœlo gaudium magnum generat propter hunc triplicem effectum tripliciter miſſę celebrari ſolent pro ſalute viuorum pro requie defunctorum, pro gloria Beatorum. Hinc ẽt hoſtia in tres partes diuiditur. Valet ergo primo hoc D ſacrificium ad remittendum peccata in mundo. Hinc dicitur in Leuit. Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum, ſcilicet Chriſtum, ſine quo non fit remiſſio. Nam nihil prodeſt capram, ideſt auſteritatem pœnitentiæ immolare, niſi quis ſtuduerit in Chriſti immolatione plenam fiduciam habere. Per hanc.n. remittuntur peccata. Vnde canit Eccleſia, Ecce Agnus Dei &c. Et Paſchaſius, licet omnia peccata in baptiſmo

ſint

Sermo 55.

Sacrificij Euchariſtię uirtus extẽditur in mũdo in purgatorio, in cœlo.

Leui. 5.

De conſec. d. 2. iterat.



ſint donata, infirmitas tamen peccati, ideſt fomes in carne remanet, & quia ex hoc, quod quotidie labimur ſaltem in venialibus, ideo Chriſtus pro nobis immolatur, vt qui ſemel moriendo mortem deuicit, quotidie recidua delictorum per hæc ſacramenta relaxet. Secundo in purgatorio pœnam alleuiat. Vnde Aug. Orationibus, & eleemoſynis ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari non eſt dubium ſanctorum animas releuari, vt cum eis miſericorditer agatur a Domino, quam eorũ peccata meruerunt in hoc mundo. Hinc etiam dicitur per Zacha. partes duæ in terra diſpergentur, & deficiẽs, ideſt infideles, & mali Chriſtiani damnabuntur, & tertia pars relinquetur in ea ideſt pœnitentes, & ducam tertiam partem per ignem, ideſt animas pœnitentium per purgatorium, & vre eos, ſicut vritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur aurũ. Ipſe inuocabit nomen meũ, & exaudiam eũ. Ipſe.ſ. populus Chriſtianus in terra relictus vocabit me orationibus, & eleemoſynis, & ſacrificio altaris pro parte ducta p ignẽ, ideſt pro animabus, quæ ſunt in purgatorio, & exaudiam eum, ſcilicet alleuiando, & abbreuiando peccata illorum. Sed in cœlo gaudium magnum generat. Hinc habetur in Leuit. Pectuſculum ſacrificij edetis in loco mundiſſimo, tu et filij tui, & filiæ tuæ tecum. Quid per pectuſculum, quod optimum eſt, & dulciſſimum animalis, niſi dulcedo ſignificatur corporis Chriſti, quod comeditur in loco mundiſſimo: quia dulcedine corporis Domini qua hic paſcimur in velamine, & ſacramento ea fruantur beati viſione manifeſta in cœlo. In qua maxime gaudẽt, & congratulantur de materia. Redemptionis, de aſpectu noſtræ ſalutis, de admiratione Diuinæ Bonitatis. Et in cõplenda dicitur. Sumpſimus Domine diuina myſteria, quæ ſicut ſanctis tuis ad gloriam, ita nobis ad vitam prodeſ

13. q. 2. animæ.

Leuit. 16.



A ſe proficias. Prodeſſe dicuntur Diuina myſteria ſanctis, ſicut etiam dicitur de Sancto Leone. Annuæ nobis Domine, vt animę famuli tui hęc proſit oblatio &c. ſecundum Innoc. vt a fidelibus magis ac magis glorificetur in terris, & ita ad gloriæ accidentalis augmentum, non autem eſſentialis. Vidiſtis ergo excellentiam, & vim huius ſacrificij. Nec mirum, quia non egenum, & infirmum, ſicut veteris legis ſacrificiũ videlicet Agnus Paſchalis, & alia ſacra B menta, quę tantum Chriſti gratiam ſignificabant, non tamen cauſabant. Hinc Apoſt. vocat ea egena, & infirma. Egena, nam gratiam non continebant, infirma, quia gratiam conferre non poterant, ſed hoc noſtrum ſacrificium ita ſignum eſt, quod ſit idẽ, quod ſignat. Hoc eſt fratres illud ſingulare ſacrificium, quod per figuras varias naturæ, & legis fuit ſignificatum, hoc in cruce redditum in altari repræſentatur, ut tanti beneficij Dominicæ, C inquam paſſionis nobis iugis ſit memoria. Hinc quia hoc ſacrificium eſt verè repræſentatiuum eius, quod in cruce ſemel eſt peractum: Idcirco dicitur ſacrificium, hoc eſt viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacrum ſignũ. Et eſt vnum, idẽque ſacrificium, quod in cruce eſt oblatum, & quod in Eccleſia quotidie offertur, ſola tamen offerẽdi ratione diuerſa, quia incruente immolatur, qui in ara crucis cruente ſe obtulit. Hic impaſſibilis, & immortalis. Ibi paſſibilis, D & mortalis. Ibi in humana ſpecie, hic ſub ſpeciebus panis & vini. Et duplici ratione Euchariſtia dicitur ſacrificiũ.

Nam & ratione panis, & vini, per quorum oblationem Deo gratias agimus pro beneficijs creationis omnium propter nos. Et ratione corporis, & ſanguinis Domini per quorum oblationem Deo gratias agimus per beneficijs Redemptionis. De vtriſque enim beneficijs Deo ſunt gratiæ agendæ, & quod omnia creauit propter nos, ſuis

C nos

Gal. 4.

De cõſe. d. 2. ſacrificiũ

Conc. Tri. ſeſ. 22. c. 2. Euchariſtia dicitur ſacrificium.

Gratię Deo agendæ de creatione, & Redemptione.

nos paſcens creaturis ſecundum cor-
A pus, & quod per filij ſui mortem nos
redemit, eius corpore, & ſanguine nos
paſcens. Secundum animam. Hinc a
gratiarum actione hoc ſacramentum
corporis, & ſanguinis Domini nomen
accepit, vt diceretur Euchariſtia, ideſt
gratiarum actio, quia ad exemplum
Chriſti, de quo legitur apud Matt. qui
gratias egit, & apud Lucam. Benedixit.
cum gratiarum actione afferri, & ſumi
debet. O mira igitur largitas cle-
B mentis Dei, qui ſic mundum dilexit, vt
filium ſuum daret pro nobis, eundem-
que, & qui pro nobis eſſet & in mun-
do legislator, & in cruce redemptor, &
in ſacramento paſtus, & in cœlo præ-
mium. Quia uero de tanto munere re-
pendere Deo gratias non poteramus:
Nihil enim quod pro tantis beneficijs
retribueremus, in nobis erat, Ideo Di-
uina fuit nobis ratione conſultum, ut
ipſe idem Redemptor ſe nobis in ſa-
crificium relinqueret, ut nihil minus
C pro immenſis illis beneficijs patri red
deremus quam eũdem ipſum, qui hæc
omnia nobis factus eſt, ut poſſet a no-
bis & in reuerentia Diuinæ Maieſtatis
tanquam holocauſtum offerri, & ad no
ſtra peccata expianda tanquam pro-
pitia victima immolari, atque adeo eſ
ſet nobis pro gratiarum actione tan-
quam hoſtia pacifica. Id præcantaſſe
videtur Dauid in Pſa. Quid retribuam
Domino pro omnibus, quæ retribuit
mihi. Calicem ſalutaris accipiam, &

Quid faciẽdum in Euchariſtię eleuatione.

D nomen Domini inuocabo. Hinc inſti-
tutũ a Maioribus noſtris eſt vt Eucha-
riſtiam ſacerdos eleuet, quod eſt ſacrifi
cij ſignum, ſicut etiam priſca ſacrificia
eleuabantur. Vt in genua procidentes
Chriſtum in Euchariſtia præſentem a-
dorent, ſimul in memoriam reducant
illius ſacrificij, quo ille in crucem ſub
latus ſe pro nobis hoſtiã obtulit Deo.
Recogitent etiam ſecum quam acer-
bos cruciatus, quam ignominioſam
mortem ſubſtinuit, quod his illis tam

A grauibus ſupplicijs non niſi peccata
noſtra cauſam dederunt, quare iu-
ſtum eſt, ut de commiſſis illis dolo-
rem concipiant, atque ea maxime
deteſtari declarant tuſionibus, & ſu-
ſpiriis. Quoniam vero tam precioſa
morte pro peccatis noſtris, omnibus
Chriſtus plene ſatisfecit, concepta in-
de fiducia adeant ad thronum gratiæ
Dei. Et cum noſtra merita non habea-
mus, quæ allegare poſſimus, allegent
Chriſti merita, hoc ipſum corpus, qđ
B in cruce pro nobis pependit, hunc ip-
ſum ſanguinem, qui fuſus eſt in re-
miſſionem peccatorum noſtrorũ Deo
patri ſiſtentes, ac ſupplices illum pre-
centur qui protector noſter eſt, vt
auertat faciem a peccatis noſtris, re-
ſpiciatque in faciem Chriſti ſui, qui
cum eſſet ſpecioſus præ filijs homi-
num, factus eſt noſtra cauſa deſpectus
nouiſſimus virorum, qui vulneratus
eſt propter iniquitates noſtras, attri-
tus eſt propter ſcelera noſtra. Ipſe ob-
C latus eſt, quia ipſe uoluit, & non ape-
ruit os ſuum, ſicut ouis ad occiſionem
ductus eſt, & quaſi agnus coram ton-
dente ſe obmutuit. In huius itaque fa-
ciem reſpiciat, huius merito peccata
remittat, atque concedat, ut quem fru
ctum crucis illud ſacrificium, quod in
altari repræſentatur toti mundo attu-
lit, eum in nobis transferre queat. Hoc
docere fratres noſtros debemus, hoc
enim ſolum de hoc ſacrificio ſufficc-
ret. Sic enim habetur de agno paſcha-
D li præcipua huius ſacramenti figura. Exo. 12.
Cum dixerint (inquit) vobis filij ve-
ſtri. Quæ eſt iſta religio, dicetis eis.
Victima tranſitus Domini eſt, quando
tranſiuit. Super donos Iſrael de Ægi-
pto percutiens Aegyptos, & domos no
ſtras liberans. Sic ſi interrogentur filij
Iſrael non ſecundum carnem ſed ſe-
cundum promiſſionem, Quænam eſt
iſta religio. Quid ſibi uult, quod ſa-
croſanctum corpus, & ſanguis Chri-
ſti ſub ſpeciebus panis, & uini offertur

Corpus, & ſanguis Chriſti quare ſub ſpeciebus panis, & vini offertur in miſſa.

in



in miſſa, recte reſpondere poſſunt.
A Grata quidem ſit commemoratio im-
menſi illius beneficij, quo Dei filius ho
mo factus corpus ſuum ex Virgine aſ-
ſumptum pro nobis in mortem tradi-
dit, ſanguinem ſuum in Cruce fudit, vt
mundum vniuerſum a peccato, & ab
æterna morte liberaret. Hoc mandauit
Chriſtus celebrandum, quando dixit ſa
cerdotibus. Hoc facite, ideſt conficite
in meam commemorationem. Et aliis
non Sacerdotibus Apoſt. Quotieſcũq;

Cle. đ reliq. & ven. ſãct. c. vni.

B manducabitis panem hunc, mortẽ Do-
mini annũciabitis. O verba nimis pun
gitiua, & penetratiua vſque ad mortẽ.
O uerba nimis affectuoſa. O ſumme
pia, & ſuauis memoria. O digna, & nun
quam intermittenda memoria, in qua
mortem noſtram recolimus mortuã,
noſtrumque interitum interijſſe, ac li-
gnum viuificum ligno crucis affixum
fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt
commemoratio glorioſa, quæ fidelium
mentes gaudio, & cum infuſione læti-

Memoria paſſionis Chriſti quã ſuauis, & fructuoſa.

C tiæ deuotionis lachrymas ſubminiſtrat.
Mors Chriſti (inquit Bern.) Opus eſt ſi-
ne exemplo, humilitas ſine modo, do-
num ſine precio, gratia ſine merito, hãc
pp nos ſubire uoluit, qui peccata nr̃a
ſuper lignum ſubſtinuit in Cruce, ſci-
licet pœnam peccatorum, cuius liuore
ſanati ſumus. Quid facis o homo in-
grate? Adora deuotius, recole frequen
tius ſalutem mundi in ſacramento al-
taris pro te paſſam, vitam pro te mor-
tuam, fortitudinem infirmatam. Cęte-
D rum vt amplius mouearis, imo vt ma-
gis incaleſcas in amorẽ tui Redempto-
ris, uoluit Chriſtus, ut iugiter coleretur
per myſterium, quod ſemel offereba-
tur in precium, & illa perennis victima
viueret in memoria. Sed non in quali-
bet memoria, ſed in memoria paſſionis
ipſius, quia inter omnia Chriſti bene-
ficia Crucis, & mortis eius hoc unum
omnium præ cæteris eſt inſigne maxi-
me. Neque enim naſcendo, ſed morien
do pro nobis a morte hos redemit. Non

A in cunis iacendo, ſed in Cruce ſpiritum
exalando pro peccatis noſtris ſatisfa-
ciens nos cœleſti patri ſuo reconcilia-
uit. Cruci peccatorum noſtrorum chy-
rographum affigens tulit ipſum de me
dio, ac prorſus de rerũ natura ſuſtulit.
Quoniam igitur ſalus, & gloria noſtra
Crux eſt Chriſti, ideo in eius aſſidua me
ditatione uerſari debent Sacerdotes.
Hinc natæ ſunt preces, quæ uocantur
horæ canonicæ, vt ſepties in die laudẽ
dicerent Sacerdotes, quo ſic implerent

Horę canonicæ prima de cauſa introductæ.

B illud, quod ab Apoſtolo dictum eſt, ſi-
ne intermiſſione orate. Simul immenſi
illius beneficii Chriſti Redemptoris re-
cordarentur, & ideo illis horis quibus
Domini paſſio fuit inchoata, continua
ta, & conſumata, canonicæ horæ eiſ-
dem temporibus deputantur. Cœpit
itaque paſſio Domini quo ad uiolen-
tiam ab extrinſeco illatam, hora noctis
tertia, in qua primum rabidorum Iu-
dæorum furia violentas manus iniecit
in Dominum, & hoc in horto ab ora-

Matutinæ.

C tione ſurgentem, ibi traditus, compre-
henſus, ligatus, a diſcipulis derelictus,
ad Annam primum, deinde ad Chai-
fam contumelioſè ligatus, falſo teſti-
monio accuſatus, ut blaſphemus iudi-
catus, velatus, conſputus, irriſus, alapis
cęſus, & tota nocte innocens Agnus
pęnis traditus, quibus reſpondet offi-
cium matutinum. Oriente autem ſole
prima diei hora ad examẽ Pilati trãſ-
fertur, nouis accuſationum fraudibus
impetitur, ut populi ſubuerſor, impe-

Primę.

D rii deſtructor, Regni appetitor, Diuini
honoris ſacrilegus arrogator, duris uin
ctus nexibus, colaphis, alapiſque cæ-
ſus, multiſq; iniurijs affectus iudici præ
ſentatur, de tyranno ad tyrannum mit-
titur, & remittitur, ſeditioſus latro prę-
fertur, innocentiſſimũ corpus nudatur,
iudici præſentatur, caput ſpinis denſat.
Purpurea veſte ludicre veſtitur, caput
percutitur, ſubſannatoriè ſalutaturite-
rantur alapæ, innumerabiles irrogãtur
iniurię a primo diei hora vſq; ad ter-

tiã, q̃b. prima diei hora officij deputaẽ. A
Tertię. Tertia diei hora Iudæorum vocib. cru-
cifigiẽ, ſeditioſo Barraba dimiſſo, mor-
te turpiſsſima cõdemnatur, alienis, ſpo-
liatus ſuis confuſibiliter veſtib. indui-
tur, in medio damnatorum tanq̃ prin-
ceps latronum eijcitur, & crucis onera-
tus patibulo auctis continuo dolori-
bus præſentatur. His itaque a tertia vſ-
que ad ſextam a Domino paſſis tertia-
Sextæ. rum hora canonica deputatur. Sexta
hora immolãdæ hoſtię crucis ara ſtrui-
tur. Hoſtia ſacrificio præparatur, nam B
pudicitiæ author toto nudatus corpo-
re membris vſque ad oſsium omnium
dinumerationem diſtentis manibus, pe
dibus ferreis clauis transfixis altari ſu-
praponitur, leuatur, vt omnia trahat ad
ſeipſum. Elementa compatiuntur, gau
dent inimici, & blaſphemant. Lugent
mulieres, & amici, & tamen tantorum
Teſtamentum in cruce factum. dolorum, atque fellei poculi oblitus in
cruce pendẽs voces loquitur, teſtamen-
tum condit. Remiſsionem peccatorum
videlicet ignoranter peccantibus: Re- C
gnum conuerſis, veniam petentibus.
Matri Diſcipulum præ cæteris dilectũ.
Corpus ſatisfactorijs pœnis extermi-
nandum, iuſtitiam diſcipulis, ac cæteris
Chriſtianis. Veritatem Patribus, & Pro
phetis. Spiritũ in manus ſummi Patris.
Sic fons miſericordiæ in ijs dolorũ cre-
mentis ad horam nonam perueniẽs in-
clinato ſpinolento capite in manus pa-
tris tradidit ſpiritum. His itaq; in ora-
tionibus canonicis horæ ſextæ, & nonę
dedicantur. Sicut lanceationi, ac depo- D
Veſpera, & cõtemplatorium. ſitioni de Cruce Veſpera, & Completo-
rium glorioſæ ſepulturæ. Igitur per has
horas per ſingula ſuppliciorum genera
D. Tho. 3. p. ſum. art. 5. ad 3. et 7. cum grati animi ſignificatione Domi-
nicam Paſſionẽ recolere debent. Porro
quoties etiam Miſſæ Officium peragũt,
Signa crucis in miſſa, quid. quid crucis ſigna tam crebra, quàm ſin-
gula tormentorum genera deſignant,
quæ per nos nocentes innocens agnus
ille, cuius ſanguine redẽpti ſumus per-
ferre dignatus eſt. Et non ſolum Sacer-

A dotes, ſed & omnes Chriſti fideles ĩ me
moriam paſsionis eius ſumere corpus
Domini debent, quemadmodum patet
ex Apoſtôlo, dicente. Quotieſcunque
enim man. pa. Domini, mor. Domini
annun. &c. Vt hac memoria excitentur
fideles ad gratiarum actiones. Nã gra-
tias Deo conuenientius agere non poſ-
ſunt quam offerẽdo ei ſuum filium, qui
eſt vnicè gratus, & per quẽ ab ipſo ac-
cepiſſe cognoſcunt bona, pro quib. gra
tias agunt. Hæc etiam memoria fidem
B auget, ſpem roborat, charitatem cõfir-
mat, & ideo Apoſtol. Mortem Domini
annuntiare dicitur, vt Chriſti, & mor-
tis eius memoria auelli de cordibus no
ſtris nullatenus poſſet, quæ memoria
amorem excitans de animi receſsib. ma
la omnia effugaret virtutibus vniuer-
ſa repleret. Sicque quotidie per hoc
ſacrificium innouans redemptionem
quotidianam pęnitẽtibus peccatorum
remisſionem gigneret. Amen.

C *De admirabili fructu, & vſu huius Sanctiſſimi Sacramenti ſub ſpecie panis. Sermo V.*

INTER admirabiles hu- Sermo 56.
ius ſalutaris cibi (dilectiſ
ſimi) eſt, & hic non mo-
dicus, quod ſumentes ve
rum, & viuũ Chriſti cor
pus efficimur, & ipſi corpus Chriſti my Corpus Chriſti myſticum q̃d.
ſticum, quod quidẽ corpus Chriſti my-
ſticum Sancta eſt Eccleſia tanquam ip-
D ſius munda & fidelis ſponſa, cuius ipſe
caput eſt, & ſingulæ perſonæ fidelium,
ſine culpa criminali ſunt ipſius mẽbra.
Et oẽs qui corpus eius dignè ſumunt, ip
ſius membra fiunt. De quo corpore my 1. Cor. 11.
ſtico, ſic inquit Apoſt. Vos eſtis corpus
Chriſti, & membra de membro. Ac ſi-
gnificantius alio loco. Vnus panis, & 1. Cor. 10.
vnum corpus multi ſumus, qui de uno
pane participamus. Huius rei indicia
ſunt ſpecies illæ, ſub quibus latet hoc
ſacramentum. Sicut enim ex multis gra
nis



nis puris conficitur vnus panis: Sic ex A
multis fidelibus puris a culpa mortali,
& mundis, ac vinculo charitatis unitis,
Eccleſiaſtica vnitas conſiſtit. Hinc Au-
guſtinus inquit. Dominus noſter cor-
pus & ſanguinem ſuum in his rebus
commendauit, quæ ad vnum aliquid
rediguntur: Nam panis ex multis gra-
nis in vnum conſtat, & vinum ex mul-
tis racemis in unum confluit, ut uel ex
hoc, quid ſignificet hoc ſacramentum
admoneri poſsimus. Significat enim
quòd & nos ad eundem modum cum B
ſimus multi, vnum tamen corpus ſu-
mus cum Chriſto, ſinguli autem alter
alterius membra. Similiter Euſebius
Emiſſenus. Et in hoc ipſo quod nume-
roſis tritici granis confici nouimus, vni-
tatem conſtat aſſignari populorum.
Sicut enim frumẽtum, quod ſolita pur
gantis ſolicitudine præparatum in can
didam ſpeciem molarum labore perfi-
citur, ac per aquam, & ignem in vnius
panis ſubſtantiam congregatur, ſic ua-
riæ gentes, diuerſæq; nationes in unam C
fidem conuenientes vnum de ſe Chri-
ſti corpus efficiunt, & Chriſtianus po-
pulus quaſi tritici innumerabilia gra-
na a ſacrilegis nationib. fide cribrante,
atque purgante diſcernitur, & in unum
quaſi infideliũ lolio pertranſeunte col-
ligitur. Et duorũ teſtamentorũ inſtru-
ctione velut frumentũ gemino molarũ
opere curatũ niteſcit. Et in illã primæ
originis dignitatem natiuo cãdore mũ
tatur, ac per aquam baptiſmi, vel per
ignem Spiritus ſancti æterni illius pa- D
tris corpus efficitur. Ex quibus verbis
colligitur quod ſacramentum hoc nõ
ſignificat magis, quam efficit hanc di-
gnitatem. Hæc eſt, enim huius ſacra-
menti virtus, & efficacia: Si digne ſum
ptum a nobis fuerit, vt vnum cum ca-
pite noſtro Chriſto, unum etiam ipſi
inter non efficiamur. Quod enim ex
hoc mũdo migraturus patrẽ ſuũ cœ-
leſtem precatus eſt Chriſtus, vt quos
dederat, ſibi eos reſeruaret, vt omnes

A vnum eſſent, ſicut pater in ipſo, & ipſe
in patre, vt & ipſi in vtrique unum eſ-
ſent hoc perficitur in hoc ſacramẽto.
Vnũ. n. efficimur cũ Deo Patre, cui uo
luntate adhęremus. Vnum cum Chri Eph. 1.
ſto, cui tanquam vnius corporis mem-
bra capiti cõnectimur, Ipſum. n. dedit
Deus caput ſuper omnem Eccleſiam,
quæ eſt corpus eius. Vnum etiam ipſi
inter nos, cum ſimus membra multa,
quæ corpus vnum efficiunt, cuius ca-
put eſt Chriſtus, & ideo hæ ſpecies pa-
B nis & vini ſignificandæ huius fidelium
vnioni conueniunt, ut vnum etiam ip
ſi inter nos eſſemus per mutuam dile-
ctionem, dum aduertimus nos & eo-
dem precio redemptos, & ad eandem
nos uocatos hæreditatem. Has a utem
ſpecies Spiritus ſanctus in veteri teſta-
mento & factis præſignauit. Factis
quidem, dum Melchiſedech in pane,
& vino ſacrificauit. Panemque, & ui-
num obtulit Abrahamo a cęde ho-
ſtium reuertenti. Eo enim ſignifica- Pſal. 109.
C tum Chriſtum, de quo dicit Pſal. Tu es Gen. 29.
ſacerdos in æternum ſecundum ordi-
nem Melchiſedech. ſub panis, & vini
ſpeciebus ſeſe in cibum, & potum prę-
biturum ijs, qui Abrahę imitantur fi-
dem, & cum vitijs decertantes eis ſu-
periores ſunt effecti. Verbis vero, dum
in veteri teſtamento Chriſti corpus
nomine panis, & ſanguis ipſius nomi-
ne vini appellatur. Per vinum enim
ſecundùm Cyprianum ſignificatur Epiſ. 3. li. 2
ſanguis cum in benedictionibus Iudæ
D de Chriſto dicit Iacob. Lauabit in ui-
no ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ
pallium ſuum. Quo Cyprianus, &
alij ſignificatum intelligunt Chriſti
corpus in paſſione aſpergendum, &
tingendum eſſe ſanguine. Nomine pa
nis corpus deſignatur, cum dicitur in Hiere. 11.
perſona Iudęorum. Mittamus lignum
in panem eius. Hoc eſt. Conijciamus
crucem in carnem eius. Et recte cor-
pus Domini deſignatur ſub nomine Corpus Domini deſigna nomine panis.
panis in hoc ſacramento propter rerũ
ibi

ibi ſignificatarum manifeſtam ſimili- A
tudinem. Tria,enim ibi ſignificantur,
quorum ſpecies illa panis eſt ſacra-
mentum, ideſt ſacrum ſignum expreſ-
ſam habens ſimilitudinem. Primum
eſt naturale corpus Domini quod ibi
continetur. Secundum corpus eius my
ſticum, quod ibi ſignificatur, ſed non
continetur. Tertium eſt res, Effectus
ſcilicet ſacramenti in anima fideli. Pri
mo ſpecies panis primę rei ibi ſignifi-
catę ſimilitudinem habet non ratione
ſui, ſed ſubiecti, quod habuit ante con B
ſecrationem, ſcilicet panis, qui prius
ibi fuit. Sicut enim ex puris, & pluri
bus granis conficitur panis, ſic corpus
Chriſti ex plurimis, & puris membris,
& immaculatis. Hinc deſignatur per
arcam, de qua dicitur. Arcam de li-
gnis Sethim conficite. Arca carnem
Chriſti ſignificat habentem in ſe uer-
bum Dei & animam omni virtute ful
gentem. Erat deaurata, quia plenus
gratia, & virtute. Vrna magna. Anima
eius ſancta habens plenitudinem ſan- C
ctitatis, & Diuinitatis. Erat de lignis
Sethim imputribilibus: qa corpus Do
mini conſiſtit ex membris puriſſimis,
& omni vitio mundis. Secundo ſpe-
cies panis ſimilitudinem tenet Corpo
ris Chriſti myſtici, ideſt Eccleſię, quę
eſt unitas fidelium. Quemadmodum
enim ex multis granis puris confici-
tur vnus panis, ita ex multis fidelibus
a culpa mortali mundis, & puris, cha-
ritatiſque vinculo vnitis eccleſiaſtica
vnitas conſiſtit. Tertio, ſpecies panis D
prout erat panis, ſacramenti repræſen
tat effectum in anima fideli, omnia
producens quæ cibus materialis facit.
Hinc nutrit, auget, deperdita reſtau-
rat, roborat præſeruat, ſatiat, delectat.
Sed cum hic panis non ſit corporalis,
ſed ſpiritualis, non terrenus, ſed cęle-
ſtis, multo maiora operatur, prout ex
ſequentibus liquebit. Et uoluit Do-
minus ſuum ſanctiſſimum corpus da-
re ſub ſpeciebus panis triticei, tum

Tria continętur in hoc ſacramento.

Exo. 23.

Archa corpus Chriſti

quia panis iſte nobiliſſimus eſt, tum
quia triticeum quocunque modo a no
bis conſiderari poſſit, Chriſti manife-
ſtat, atque repræſentat corpus. Triti-
cum namque ſiue iacens in aceruo, ſi-
ue ut cadens in agro, ſiue vt in panis
complemento corpus Chriſti ſignifi-
cat. De primo dicitur in canticis. Vēter
tuus ſicut aceruus tritici. Venter cor-
pus eſt Beatæ Virginis. Aceruus triti-
ci, munda membra Chriſti, vt conſer-
uata in vtero virginali. Lilia, decor
omnimode caſtitatis, de quo orantur
membra, & ſenſus Beatę Virginis. De
ſecundo vero dicit Dominus ſeipſum
intelligens. Niſi granum frumenti
&c. vſque multum fructum affert, quia
Chriſtus per mortem ſuam genus hu-
manum de morte æterna liberauit. Eſt
vero & tertio modo panis dulciſſi-
mus, pulcherrimus electis in patria.
Ager pinguis (inquit ſcriptura) condi
tus pinguendine charitatis præbebit
delitias regibus. Nam ibi erit conſu-
matum omnium deſiderium electorū.
eritque tuta, & æterna fruitio omniū
bonorum. Hinc vere erit beatus qui
manducat panem in regno Dei. O pa-
nis dulciſſime ſana palatum cordis
mei, vt ſentiam ſuauitatē amoris tui.
Panis candidiſſime habens in te om-
ne delectamentum, & vniuſcuiuſque
deſeruiens uolūtati, dulcedine ſaporis
tui repleantur uiſcera aīæ meæ. Hic
eſt (fratres) panis ſanctus, panis uitæ,
panis viuus, panis pulcher, panis mun
dus, panis non ſubſtantialis, ſed ſuper-
ſubſtantialis, quia ſubſtentat animam
noſtram. Iuſtus comedit (dicit ſcri
ptura, & replet animam ſuam. Hinc
inquit Clemens Papa. Hic eſt cibus,
qui plene reficit, uere nutrit, ſumme-
que impinguat non corpus, ſed cor,
non carnem, ſed animam, non ventrē,
ſed montem. Sed qui digne ſuſcipit?
profecto viuens ſpiritualiter. Nam
quemadmodum corporalis cibus non
ſuſcipitur niſi ab eo, qui viuit corpora-
liter,

Can. 7.

Io. 12.

Gen. 49.

Luc. 14.

Sap. 16.

Prou. 13.

Cle. 1. de reliquis. & vener. ſāct.



liter, ita & cibus Euchariſtiæ. Vnde A
eius digna ſumptio prius peccatorum
requirit obtentā purgationem. Vnde
quiſquis ſpiritualiter mortuus eſt, mor
talibus peccatis exiſtens obnoxius, nō
digne ſumit cibū qui in vitæ ſumitur
alimentum, quia ſicut inquit Chriſoſt.
Sicut cibus corporalis per ſeſe natura
liter exiſtens nutritorius, ſi ab eo ſuma
tur qui prauis cibis eſt corruptus non
nutrit, ſed magis perdit, & morbi fit
occaſio. Sic cibus iſte ſi ab eo perci-
pitur, cuius mens eſt adhuc eſca vitio B
rum vitiata, non ſolum non nutrit, ſed
illius vitio grauioris fit illi futuri oc-
caſio morbi, & damnationis. O igitur
panis uere ſingularis, & ſuperſubſtan-
tialis, qui dum manducatur, non ſicut
alius cibus corrumpitur, nec mutatur
in corpus noſtrum, ſed influit nobis ſi-
ne corruptione ſui ſpirituale nutri-
mentum. Hoc figurabatur, quando
pugillus farinæ non defecit in domo
viduæ per mnltos dies cibans totam
familiam. Iuxta verbum Helię. Sic C
quando corpus Domini immortale, &
impaſſibile manducatur, ſine ſui corru
ptione alios nutrit, vnde Lapidi precio
ſo comparatur. Gemma, enim virtu-
tem ſuam effundendo non minuitur,
ſic corpus Domini nos paſcendo non
minoratur, etiamſi infiniti ad id acce-
derent, omnes ſufficienter paſtum in-
uenirent. Hinc fons, & lux vera dici-
tur fons (ait ſcriptura) aſcendebat a
terra. Dicit gloſa. irrigans vniuerſam
ſuperficiem terrę. Ita Ioannes inquit. D
Erat lux uera. Vnde quemadmodum
fons terram rigat, & ſine ſui diminu-
tione innumeras nutrit herbas, & arbo
res. Et ſol toti mundo non deficiens, lu
men ſuum communicat, ſic nec Chri-
ſtus totam ſuam eccleſiam paſcendo.
Hic ergo panis dum manducatur, non
mutatur in corpus noſtrum, ſed in ſe
mutat comendentem. Qui mandu-
cat me, viuit propter me, dicit Domi-
nus. Nam viuit vita Chriſti, non ſua,

3. Re. 17.

Gen. 2.

Io. 1.

dum cibus non in cibatum, ſed cibatus
in cibum conuertitur. Sicut a ſimili
uidemus virtutem amoris noſtri, de
quo ſic inquit Hugo. Ea vis amoris eſt,
vt talem te eſſe neceſſe ſit, quale id eſt
quod amas, & cui per affectum con-
iungeris, in illius ſimilitudinem ipſa
quodammodo dilectionis ſocietate
transformaris. Hinc dicitur in Canti.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuū.
ſuper cor, tanquam ſuper ceram cali-
dam, & mollem aptam ſuſcipere im-
preſſam imaginem, ſuper cor ergo cali
dum amore Dei, purum mundicia ſui,
molle pietate proximi, corpus Chriſti
vt ſigillum ponitur, non ut idipſum
quod imutabile eſt, in nos mutetur,
ſed ut nos in imaginem eius transfor-
memur. Denique quare Chriſti ſacer
dotes guttam aquæ, vnam, vel duas in
calice ponunt, niſi vt aqua virtute mul
titudinis vini ex toto in illud mutet.
Quamuis ſi ſacramenti proprietatem
conſideremus, cum aquæ multæ ſint
populi multi, ideo uino aqua vnitur
vt Chriſto populus adunetur. Sic er-
go virtus corporis Domini cum ineffa
bilem contineat magnitudinem dulce
dinis, & virtutis, infuſa exiguo, & hu-
mili corde noſtro, iux. illud Pſal. Sub-
ſtantia mea tanquam nihilum ante te,
vincit illud, & a ſe deficere faciens in
illam conuertit vt iam viuat ipſe, ſed
non ipſe, ſed uiuat in eo Chriſtus. Po-
ſtremo eſt iſte panis ſuperſubſtantia-
lis, qui non tantum animæ prodeſt,
ſed etiam corpori. Hinc Dominus in-
quit. Caro mea vere eſt cibus, ideſt ca-
ro humana vnita Dei verbo vere eſt
cibus, ſcilicet totius hominis ualens
animæ, & corpori. De hoc conuiuio
corporis, & animæ loquitur Eſaias. Vr
ſus, & vitulus paſcentur ſimul. Vitulus
corpus ſignificat, quod in ſacrificio
Deo eſt mactandum. Vrſus ſpiritum,
qui ſicut Vrſus beſtijs, ſic terribilis eſſe
debet beſtialibus motibus, & moribus
hi paſcentur ſimul, ideſt uero cibo ſci-
licet

Cant. 8.

De celebr. miſſ. cum marthę. §. quæſiuiſti.

Pſ. 146.

Io. 6.

Eſa. 9.

licet carne Chriſti, vt proſit animæ, & corpori, vt non tantum Anima habeat uitam æternam, ſed & corpus cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Atque in hoc diſſimilitudinem habet cibus iſte ad corporalem. Vnde merito ſup ſubſtantialis dici põt: quia cibus corporalis nõ nutrit, niſi corporaliter, atq; corruptibiliter. Hinc Paulus.

I.Cor.6.

Eſca ventri, & venter eſcis. Deus autem hunc, & has deſtruet. Iſte autem cibus radix eſt immortalitatis, quia in eo, qui eum dignè ſumit, principium eſt vitæ æternæ. Quapropter Dominus in

B

Ioan.6.

Euangelio dicit. Non ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. De quo in figura, dixit Moſes ad filios Iſrael.

Deut. 9.

Adduxit vos per quadraginta annos per deſertum, non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorũ vetuſtate conſumpta ſunt. Panem non comediſtis, vinum, & ſiceram non bibiſtis, vt ſciretis, quia ipſe eſt Dominus Deus veſter, & veniſtis uſque ad hunc locum, ac ſi

C

diceret. Per deſertum huius mortalis vitę quadraginta annis, qui eſt numerus pœnitentiæ, adduxit vos Dominus ad immortalitatem perpetuæ vitæ, ita vt virtutum veſtimenta non ſint vetuſtate peccati contrita, & calceamenta, quę ſunt duorum pedum animæ, munimenta, quia veritas munit intellectũ, & charitas affectum, non ſint aliqua vetuſtate vanitatis, vel frigiditatis cordis conſumpta, & hoc ideo, quia panem mundanę refectionis non comediſtis, nec vi

D

num, in quo eſt luxuria bibiſtis, & tamen Dominus ſuæ immortalitatis alimonia adduxit vos per ſuum cibũ manna ſupercœleſte ad hunc locum ſolidũ promiſſionis, qui moueri non poteſt, æternæ ſcilicet immortalitatis. Hinc recte ſacroſancta Synodus Trid. Pignus id eſſe uoluit futuræ noſtræ gloriæ, cũ p ipſum ad vitam æternam perducamur.

A

Audiſtis ergo (Dilectiſſimi) quod delectabile ſit ſumere hoc frumentum electorum, corpus ſcilicet Chriſti. Ideo videant accedentes, an ſint igne Charitatis accenſi; an ignis in altari ſemper ardeat.

Leuit. 6.

iuxta illud. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna mane, & veſpere per ſingulos dies. Altare inquit Greg. eſt cor noſtrum, in quo ſemper debet ardere ignis charitatis, quem mane nutrimus, dum Chriſtum mane iudicatum, & veſpere crucifixum recolimus. Videant ne ponant in altari ignẽ

B

alienum, ideſt inuidiæ, odij, malæ concupiſcentiæ, ne eis contingat ſicut Nabad, & Abiu, qui offerentes ignem alienum,

Leu. 10.

coram Domino egreſſus ignis de cęlo extingit eos. Etenim manifeſtum eſt hoc ſacramentum fuiſſe inſtitutũ, vt ſit efficax ſignum eccleſiaſticæ vnitatis, & fraternæ charitatis, ideo in ſpecie panis, vt in principio diximus.

Sacramentũ Euchariſtiæ cur inſtitutum.

Ac propterea caueant hæretici, nam percipiunt utique in teſtimonium contra ſe. Caueant iram non deponentes, inimicitias non laxantes,

C

quia qui myſterium accipiunt vnitatis, & non tenent vinculum pacis, nõ pro ipſis myſterium, ſed contra ſeipſos teſtimoniũ accipiunt. Nam ſi corpus Domini myſticum, quod ſumus nos, dilaniamus, atque inuidia, odio, detractione, ac murmuratione mordemus, quid aliud quam denuo occiſores Chriſti reputabimur? Nec minus peccabimus, quam ſi Chriſtum ipſum crucifixemus, ſi ſanguinem eius induiſſem⁹. Ex multis gra

D

nis unius efficitur panis, & nos ex multis membris unum efficimur corpus, corpus autem Chriſti, igitur hac crudelitate quæ maior excogitari poteſt? Quamobrem iterum, atque iterum obteſtamur p eum ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius uiuum corpus in hoc ſacramento continetur, ut prius probemus nos metipſos, an diligamus Deum, an proximum, an ſupe

rioribus,



perioribus, æqualibus, & inferioribus veram dilectionem ſeruemus, iuxta illud Geneſeos.

Gen.17.

Accelera, tria ſata ſimile commiſce, & fac ſubcineritios panes, ut ſic vitulum optimum, cum illis comedamus. Nam qui vitulum optimum, corpus Chriſti comedere vult, prius debet tribus ſatis ſimile panem igne coquendo ſolidare, ideſt prædictos tres hominum ſtatus diligere, igitur quia unum corpus omnes nos videmur eſſe ſortiti, & ideo miſceamus nos animarum, charitate deuicti, vt ſic diuinæ menſæ poſſimus fructibus ſatiari, quia & ſi multis bonis uirtutibus abundemus, reconciliatione contempta, iuxta illud. Quando offeri munus tuum &c. non digne, ſed indigne accederemus. Et ideo non prius ad hanc menſam accedamus, quam reconciliati fuerimus ne nobis illud eueniat quod a propheta dictum eſt. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Quibus animaduerſis cum omni charitate accedamus ad hoc ſacroſanctum conuiuium Chriſti, cum quo patri omnis Gloria Honor, virtus, una cum Sancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

*De fructibus Euchariſtiæ.*
*Sermo VI.*

Sermo 57.

QVEMADMODVM ad augmentum magnitudinis, roboris, & decoris venit paruulus per cibũ corporalem, & quo magis bonum eſt nutrimentum, eo magis decoratur corpus. Sic fidelis per hunc panem ſpiritualem proficit meritis bonę vitæ. Roboratur aduerſus cogitationes, prauas dœmonum. Item caſtitate decoratur, & charitate. Et ut hoc manifeſtum fiat notandum quod tria operatur ſpiritualis iſte cibus dilectiſſimi, auget animam multiplicitate virtutum.

Ioan. 6.

Hinc Dominus. Panis quem

A

ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita ideſt pro multiplicandis meritis bonę vitæ. Et Pſalm. Multiplicaſti in anima

Pſalm. 137.

mea virtutem. Præſtat etiam robur, atque ſpecioſam facit. Vnde conſiderandum, quod Euchariſtia cibus eſt viuorum, & alimentum, quo homo ſpiritualiter generatus per baptiſmum conſer ſeruatur in vita ſpirituali, ideo per eã non datur prima gratia, ſed iam viuẽti, per gratiam ſuperadditur gratia. Hinc Dominus ait. Ego ueni vt vitam

B

habeant, & abundantius habeant, ſcilicet per hunc ſalutiferum cibum. Nec hoc eſt in præiudicium nobilitatis huius ſacramenti, ſed magis atteſtatur excellentiã eius, quia cibus eſt tam excellens, & nobilis, quod non debet dari canibus, ſed tantum filijs. Etenim ei, qui canis eſt, non ſolum gratia non augetur, & virtutibus, ſed augetur pœna, quia reus fit corporis, & ſanguinis Domini. Robur inſuper præſtat contra dęmonis machinamenta, cuius effectus

C

pulchre figuratur in libro Regum.

I. Reg. 30.

Vbi inquit ſcrip. Inuenerunt viri Dauid virum Aegyptum in agro, & adduxerũt eum ad Dauid dederuntque ei panem ut comederet, refocillatuſque eſt, & adduxit Dauid ad latrunculos, & percuſſit eos. Quis uir Aegyptius, niſi peccator, quem prædicatores adducunt ad Chriſtum, per conuerſionem, qui pane dominici corporis confortatus fit dux exercitus Chriſti ad debellandos dœmones. Sic etiam legitur apud To-

Tob.6.

D

biam. Si cordis particulam ſuper carbones poſueris, fumus eius extricat omne genus dœmoniorum. Flumen, in quo piſces ſunt, ſignificat mundum, omnes piſces diuerſa genera hominũ. Piſcis ille magnus, gentem Iudæorum, Cor piſcis quaſi membrum nobiliſſimum, ex quo uita procedit, Beatam Virginem. Particula cordis, corpus ſignificat Saluatoris de Virgine ſumptum, hoc debet ſuper carbones poni, ideſt fidelibus accenſis igne amoris donari:

Tunc fumus eius, ideſt uirtus ſpiritua- A
lis fugat quaſcunque tentationes dœ
Pſal.67. monum, iuxta illud. Exurgat Deus, &
Euchariſtia cib. & medicina. diſſipentur inimici eius. Nec mirum,
quia cibus eſt & medicina. Nam quē-
admodum contra interiora corrupti-
ua natura hominis interius roboratur
per cibum, & medicinam, ne incidat in
mortem corporalem. Sic hoc ſacra-
mentum tanquam cib⁹, & medicina a
peccato, quod eſt mors animæ nos tue
tur, conglutinādo nos Chriſto per gra-
tiam, ac perinde corroborando noſtrā B
Pſal. 103. uitam ſpiritualem. Vnde pſal. de hoc
pane inquit. Panis cor hominis confir
Aug. ſuper Ioā. tract. 26. c.6. mat. Et Aug. ſuper Ioan. Securus, ait,
accede, panis eſt, & non uenenum. Præ
ſeruarur etiam homo per arma contra
Præſeruat. hoſtes, qui cauſa eſſe poſſunt violentæ
mortis, ſic cibus iſte tanquam ſignum
paſſionis Chriſti, per quam dœmones
uicti ſunt, aduerſus eoſdem nos com-
munit, infeſtiſſimas eorū pugnas pro-
pulſando. Vnde Chryſ. inquit. Vt Leo
nes flammam ſpirantes. Sic ab illa mē C
ſa diſcedimus terribiles effecti diabo-
Roborant. lo. Per hunc etiam cibum roboratur
Hinc mirra. homo cōtra prauas cogitationes. Hinc
dr̄ Myrra. Vnde dicitur in Cant. Faſci-
Cant. 1. culus myrrhæ meus dilectus meus mi
hi. Myrrha. n. ſeruat corpora a vermib.
incorruptum. Sic corpus Chriſti corda
fidelium a prauis cogitationibus ro-
borat ne lædantur, quia cum dilectum
Dominum ſuſcipimus, ſi faſciculum
myrrhæ, ideſt amaritudinem paſſionis
eius pia mente cogitamus, vermes ma D
larum cogitationum a nobis repelli-
mus. Roborat etiam fideles a maculis.
Corpus Chriſti vmbra. peccatorum. Vnde corpus Chriſti Sel-
mon, ideſt vmbra nuncupatur. Niue, in
quit Pſal.) dealbabuntur in Selmon. Sel
Pſal.67. mon mons Dei eſt, & interpretatur vm
bra', & ſicut dicit glo. Corpus Chriſti
ſignificat. Nam ſicut vmbra fit de lu-
mine, & corpore, ita in corpore Chri-
ſti eſt lumen Diuinitatis, & caro hu-
manitatis. In hoc monte vmbroſo ſu-

per niuem dealbatur fidelis, quia vir- A
tute corporis Chriſti roboratur, ne pec
catis maculetur. Robur etiam tribuit
hoc ſacramentum ad ſcelera euitanda,
& mortalia cauenda, Hinc præmiſſa
oratione. Panem noſtrum quoti-
dianum da nobis hodie. Statim ſub-
iungitur. Dimitte nobis debita noſtra,
ſicut & nos dimittimus debitoribus no
ſtris, ſed libera nos a malo: quia per
panem iſtum ſuperſubſtantialem libe
ratur anima a malis præteritis, præ-
B ſentibus, & futuris. Hinc dicitur omne
peccatum hoc ſacramento deleri,
quia augmento gratiæ, quod præſtat
hoc ſacramentum, roboratur homo
contra pronitatem ad malum, & ita
delentur promouētia ad mortale. Hinc
B. Ber. inquit. Sacramentum iſtud duo
operatur in nobis, ut uidelicet ſenſum
minuat, & in grauioribus peccatis tol
lat omnino conſenſum. Vnde ſi quis
veſtrum non tam ſæpe modo, nec tam
acerbos ſentit motus iracundiæ, luxu
C riæ, inuidiæ, aut cæterorum huiuſmo
di, gratias agat corpori, & ſanguini
Domini, quoniam virtus operatur in
eo ſacramenti. Robore inſuper auge-
tur ſumens hoc ſacramentum contra
carnis concupiſcentias. Hinc etiam di
citur Selmon, ideſt umbra. Chriſtus Corpus
enim eſt vmbra noſtri refrigerii, quia Chriſti re
ut inquit Gloſa: De corpore Chriſti frigerat.
mannat umbra gratiæ, quæ nobis ro-
bur eſt contra incentiua vitiorum, &
carnalis concupiſcentiæ. Hinc etiam Hinc dicit
D dicitur Manna, quæ in ſimilitudinem Manna.
pruinæ, roriſque apparebat. Propterea
inquit ſcriptura. Mane Ros iacuit in Exo. 16.
ſimilitudinem pruinæ ſuper terram,
quia corpus Domini ſimilitudinem re
frigerandi habet contra feruorem pra
uæ concupiſcentiæ. Roborat etiam ho
minem, ut ad vitam valeat peruenire
æternam. Hinc etiam dicitur. Manna.
Viaticum, pignus, Arra. Vnde Ambr.
Dominici corporis figura præceſſit, quā
do Dominus in deſerto patribus man-





na pluit, quia ſicut panis ille populum A
per deſertum ad terram promiſſionis
duxit: Ita cœleſtis hæc eſca fideles hu
ius ſæculi deſertum tranſeuntes in cœ-
lum ſubuehit. Hinc & recte Viaticum
Viaticum. dicitur, quia in via reficiens ad patriā
nos perducit. Hoc pane Angelorum in
figura confortatus Elias in fortitudine
cibi illius totum deſertum tranſiit, &
ambulauit uſque ad montē Dei Oreb.
quod menſa interpretatur. Menſa hæc
eſt ſocietas æternæ gloriæ. Panis igi-
tur corporis Chriſti confortat nos in B
vita bona quadraginta diebus, & qua-
draginta noctibus obſeruantia ſcilicet
præceptorum Decalogi ſecūdum per-
fectionem Euangelicam vſque ad mō
tem Dei Oreb, ideſt vſque ad menſam
Dei, & conuiuas patriæ, ad quam cum
ſedemus, ſatiabimur ſecundum illud.
ſatiabor cum apparuerit gloria tua. Di
Pignus. citur etiam pignus. Vnde ſcript. Lignū
Prou. 3. vitæ eſt his, qui appræhenderint eam.
Vnde Gloſa. ſicut in paradiſo fuit.
lignum vitæ, ita per ſapiētiam Dei, qui C
eſt Chriſtus, viuificatur Eccleſia, cuius
nunc ſacramēto corporis, & ſanguinis
uitæ æternæ accepit pignus. Si ergo cor
pus Chriſti ſumptū pignus eſt vitæ æter
næ, & pignus non dimittitur, donec id
ꝑ quo impignoratur accipit, profecto
per hoc ad vitam æternam per huius ci
bi uirtutem perducimur. Quo. n. alio
pignore Chriſtus de vita æterna cer-
tiores reddere uoluit, quam ſumptione
ſui precioſiſſimi corporis, quo nos tan-
quam ſibi mēbra adiungit, ut ibi ipſe D
ſit, & nos ſimus. O ineffabilem Dei Be-
nignitatem, O ſuauiſſimum ſummi Dei
erga nos pignus, & teſtimonium, quod
Chriſto nō fuit ſatis ſe olim dediſſe ani
mæ rationali pignus dilectionis cœlū,
& terram ad eius obſequium, & ſola-
tium, ſed ab extremum dedit ſeipſum
pariter in arram, & in precium. Dum
in hoc ſacro conuiuio iux. Canticū Ec
cleſiæ futuræ gloriæ nobis pignus de-
Bern. dit. De quo Bernardus in quodam Ser-

A mone ait. Alloquens Eccleſiam, & quā-
libet animam fidelem. Graturale (in-
quit) ſponſa, gaude incomparabiliter.
Præſidentem habes ſponſum in præſen-
tis exilij militia. Pignus habes, arram
tenes, quibus fœliciter ſponſo vniaris
in patria. Glorioſa, & amabilis ſponſa
in terra ſponſum habes in ſacramēto,
in cœlis habitura es, ſine uelamento.
Hic, & ibi veritas. Hic palliata, ibi ma
nifeſta. Adeamus igitur fratres toto de
ſiderio, properemus ad iſtud conui-
B uium. Quis enim non uidet quod indi-
gemus illo per totam uitam, qui labo-
ramus, qui onerati ſumus qui ægrota-
mus, qui tot tētationum procellis, qua-
timur, & iactamur, ergo cum magna fi-
de copulemus ei, quia eſt virtus, refu-
gium, & adiutor noſter in tribulationi-
bus. Nam ſi quis fimbriam veſtimenti Luc. 8.
eius tetigerunt, recte omnes conualue-
runt, quāto magis corroboramur nos,
ſi totum illum in nobis habeamus?
Sedabit ille in nobis ſeruitutem mem-
C brorum noſtrorum legem ſ, perturba-
tiones animi extinguet, morbos om-
nes depellet, ab omni caſu nos eriget,
& omni puſillanimitate deuicta for-
tes, audaces nos aduerſus diabolum fa
ciet. Et verè (Fratres) quem timebit
homo, qui Domino vniuerſorum, in cu
ius dictione cuncta poſita ſunt, qui for-
tem armatum fortior vicit, per hunc ci
bum incorporatus eſt, hic eſt panis
ille ſubcineritius Hieroboam, qui de-
ſcendens in caſtra Madian tabernacula
D eius terræ funditus coæquauit. Panis
ſubcineriti⁹ Hieroboam humanitas eſt Iudic. 7.
Chriſti in cinere noſtræ mortalitatis co
ctus, qui iudicium habet. Sic enim in-
terpretatur Hieroboam. Eſt enim con-
ſtitutus a patre iudex viuorum, & mor
tuorum. Hic deſcendens in caſtra Ma-
dian, iniquitatis, & cōtradictionis om-
nia ſubuertit, & terræ coæquauit, dum
deuote ſumptus ſedem iniquitatis ſub-
uertit in anima prius diabolo ſubiuga
ta, & eum expellēs thronum ſuum ibi-

dem collocans, ipſam ab omni aduerſariorum detentione liberat, & conſeruat, atque ex fęda totam pulchram, & ſpecioſam facit, ſicut & ipſe eſt ſpecioſus pręfilijs hominũ. Et hoc eſt, quod dicere tertio promiſimus, quod auget animam fidelem decore, & pulchritune caſtitatis, & charitatis. Hinc dicitur

Dan. 1.

per Danielem, quod apparuerunt uultus eorum meliores præ omnibus alijs pueris, qui cibo regio ueſcebantur, vnde Gloſa. Vultus eorum, quos panis ſatiabat, qui de cœlo deſcendit, apparuerunt meliores decore caſtitatis. Huic pueri illi caſti fuerunt. Etenim quemadmodum ad decorem corporis multum confert bonum nutrimentum, ſic ad pulchritudinẽ caſtitatis delitiæ conferunt cibi ſpirituales. Ea propter per

Ezech. 36.

Ezech. habetur, ſimilam, & mel, & oleũ comediſti, & decora facta es uehementer. Quid enim per ſimilam, mel, & oleum niſi mãna? cuius figura erat corporis, & ſanguinis Domini. Igitur hic panis pulchram, & decoram reddit animam in delitijs caſtitatis.

Cant. 7.

Et non ſolũ eam dealbat caſtitate, ſed & rubicũdat charitate, ita ut tota pulchra ſit, nullaque macula ſit in ea.

Corp.⁹ Xp̃i carbunculus.

Hinc corpus Chriſti dicitur carbunculus. De qua ſcriptura. Gemma carbunculi in ornamento auri. Vnde Gloſa. Ardentium gemmarum principatum tenet carbunculus, ſic dictus, quia ignitus, ut carbo. Hic ergo carbunculus, ideſt corpus Chriſti ornãs cor accipientis caſtitate, & inflammat charitate, de hoc etiam ſcribitur

Eſa. 6.

per Eſa. Quod Angelus tulit calculum de altari, & tetigit os Eſaiæ. Calculus eſt carbunculus, quia ignitus vt carbo. Et ſignificat corpus Chriſti de altare ſumptum, & charitate inflammatum, quia amore accendit corda fidelium, & dum eo os cordis tangitur, peccatum veniale dimittitur. Nam cũ hoc ſacramento inſignis illa Chriſti charitas ante oculos noſtros ſubijciatur, qua adductus ſemetipſum redemptionem dedit pro nobis, ut viciſſim erga illum charitate inflammemur, qua fit vt id, quod quotidie in vita ſpũali per pctã venialia deperditur ex calore cõcupiſcẽtiæ, reſtauretur per feruorem ipſius charitatis, quam renouat, & accendit digna ſumptio Euchariſtiæ cibi huius ſpiritualis. Sicut etiam renouat cibus corporalis id, quod deperditur ex calore naturali. Hinc quia per hunc cibum venialia dimittuntur, vocatur per Concilium Trid. Antidotum, quia liberatur homo a culpis quotidianis, & præſeruatur a peccatis mortalibus.

Conc. Triden. ſeſ. 13. c. 3.

Igitur ſicut per cibum corporalem nõ ſolum fit reſtauratio illi⁹, quod deperditur ex calore naturali, ſed etiam reuertuntur homini priſtinæ vires: Sic per iſtum ſalutarem cibum non ſolum fit reſtauraratio deperditi, ſed etiam reuertitur homo ad debitũ ſtatum, & vigorem: Nam dignè ſumptus illuminat intellectum, inflammat affectum, delectat mentem, & totum hominem ad bene operandũ promouet, & reformat. Hinc dicitur

Eſa. 6.

per Eſaiam Prophetam. Butyrũ, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Mel Diuinitatem, Butyrum humanitatem Chriſti ſignificat, quæ qui manducat ſcientiam acquirit reprobandi malum, & eligẽdi bonum. Inflammat etiam affectum. Hinc dicitur per Damaſcenum. Quod Chriſti caro eſt tanquam carbo ignitus, cuius eſt inflammare, & calefacere. Quiſnam ad amorem non excitetur, dum tanquam in eduliũ Chriſtum, qui ex ineffabili charitate ſe pro nobis in ara crucis obtulit, & in cibum ſe pro nobis tribuit, cũ deuotione ſumit. Sicut enim præſentiam carbonis igniti expellitur frigus, & corpus calet, ſic ad Chriſti ad præſentiam fugit frigiditas, & tepor animæ, & ipſa igne diuini amoris inflammatur. Mentem etiam delectat,

Sapien. 16.

quare figuratur in manna. De qua dicitur. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum Domine, & paratum panem præſti-



præſtitiſti illis, ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſaporem ſuauitatis. Hac vero delectatione reſtauratur virtus operandi. Nam delectatio in opere conſeruat operantem. De his quatuor fructibus, ſimul dicitur per figuram. Quod Eliſeus incubuit ſuper puerum, poſuitq́; os ſuum ſuper os eius, oculos ſuos ſuper oculos eius, manus ſuas ſuper manus eius, & calefacta eſt caro pueri. Quid per puerum, niſi fidelis animã? Per Eliſeum vero Dominus deſignatur, qui ſicut ſigillum cęræ, ſic ſe coniungit animæ. Oculos ſuos ſuper oculos eius ponit, quia intellectum illuminat. Carnem calefacit, quia affectum charitate inflammat. Os ſuper os ponit, quia guſtum memoriȩ dulcedine ſpirituali delectat, manus ſuper manus ponit, quia in bono opere, vſq; in finem conſeruat, ſicq́; totum hominem perficit, vt ad vitam perducat æternam. Amen.

*De pęna indignè ſumentium corpus Chriſti. Sermo VII.*

Sermo 58.

QVEMADMODVM mala bonis cooperãtur in bonũ,

2. Corin. 2.

ſicut de Apoſtolo legimus, qui dum patienter Sathanæ ſtimulum portauit, illud malum factũ eſt ei bonum.

Rom. 8.

Quare dicebat ad Rom. Scimus quia diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Vbi Gloſa. Proſunt enim mala, quæ fideles perferunt, vel ad emendanda peccata, vel ad exercendam, probandãque iuſtitiam, uel ad demonſtrandam huius uitæ miſeriam. Sic non eſt mirum (Fratres) ſi Sancta obſunt malis, non illa qa res illa mala ſit, ſed qa malus quod bonum eſt malè accipit.

De conſec. diſtin. 2. & Sancta.

Id uero in arcæ Domini exemplo comprobatur. Arca enim fœderis, qua nihil præſtantius,

1. Reg. 5.

Iſraeliticus populus habuit, cui etiam per illam maxima, & innumerabilia beneficia Dominus tribuerat, a Philiſtæis ablata ſummam illi peſtem, & calamitatem cum æterno dedecore coniunctam importauit. Sic etiam manna, quod bonis ſaporẽ omnis delectamenti, & ſuauitatis malis vero nauſeã præſtitit. Sic ignis Babylonicos pueros nouit in fornace conſeruare, miniſtros autem Regis caminum incendentes incendere, & cremare. Et corporalis cibus dum in ſtomachum bene affectum illabitur, corpus alit, & ſuſtentat. Si vero inuenerit ventrem aduerſis humoribus occupatum, non ſolum nullum prębet auxilium, ſed magis nocet, & graues morbos generat. Sic ſpiritualis iſte cibus ſi aliquem malignitate pollutũ reperit, magis eum perdet non ſua natura, ſed accipiẽtis vitio. Hinc canitur in Proſa. Mors eſt malis vita bonis, vide paris ſumptionis quam ſit diſpar exitus.

Sacramentum altaris vita bona mors malis.

De quo Bernard. in Cęna Domini, inquit. De uino, pane conſecrato Petrus, & Iudas accepit, bonus in vitam, peſſimus in pœnam. Bonus in beneficium, peſſimus in teſtimonium. Quod totum hucuſque adimpletur in ſacramento altaris. Bonus quippe ſumentibus in bonum, malis, & canibus nõ ſic. Qui canes? ij, qui irreuerenter accedũt. Et ideo iudicati recedunt. De iſtorum ergo pœna erit ſermo noſter. Quatuor, Dilectiſſimi, ſolent Doctores connumerare modos manducandi, hoc ſacr̃m.

Modi 4. ſumendi Euchariſtiã.

Primus purè corporalis, vt ij, qui nullo habito reſpectu ad rationẽ ſacramenti comedunt ſpecies ſacramentales, ſic manducat ſacramẽtum animal brutũ. Mus, vel porcus non ualens cogitare rationem, ſacramenti. Hoc etiam modo mãducat fidelis, vel infidelis, dum ſpecies, illas accipit, ut alium cibum corporis, nihil cogitans de ſacramento. Secundus eſt tantum ſacramentalis, vt illorum, qui comedunt ſpecięs ſacramentales cum intentione ſumendi vt ſacramentum, ſine fide formata charitate. Tertius eſt ſpiritualis tantum,

-tum, & eſt illorum, qui fide formata A
in Chriſtum credunt ei incorporari,
ut capiti membrum ſine actuali ſacra
mentalium ſpecierum ſumptione. Eſt
& quartus, ſcilicet ſacramentalis, &
ſpiritualis, vt qui actualiter fide forma
ta charitate ſumunt ſacramentum
ſicque ſumentes incorporantur cum
Chriſto. Et hic eſt vere perfectus mo
dus, quando ita percipiunt hoc ſacra-
mentum, vt percipiant eius effectum
imperfectus uero, quãdo ſumunt cum
obice impediente gratiam. Qui ſacra- B
mentaliter, & ſpiritualiter ſumunt, mã
ducant, & manducantur. Qui vero
Sacramentaliter manducant, & non
manducant. Manducant, quidem, quia
corpus Domini ſumunt ſacramentali-
ter, ſed non manducant, quia virtu-
tem ſpiritualem, ideſt ſalutem animæ
non percipiũt De quibus inquit ſcrip.
Eccl. 6. Eſt aliud malum, quod vidi ſub ſole, &
quidem frequens apud homines, vir,
cui Deus dedit diuitias, & ſubſtantiam,
& honorem nec tribuit ei poteſtatem, C
Gloſ. 2. quod comedat ex eo. Hi tamen, qui
Cor. 1. c. 2. manducare poſſunt ſacramentaliter,
habentur in triplici diſcrimine. Primi
quidem ad celebrationem huius ſacra
menti attinent, & ſunt qui aliter cele-
brant quam a Chriſto traditum eſt, pu
De conſ. d. ta ſi alterum panem, quam triticeũ, &
2. in ſacra. vinum, quam de vite offerant. Hinc
Leuit. 10. Nada, b& Abiu, & filij Aaron offeren-
tes coram Domino ignẽ alienũ, quod
eis præceptum non erat, egreſſusque
ignis a Domino deuorauit eos. Alij ve- D
ro indigne ſummunt, quia indeuote,
ea deuotione, quæ eſt cauſa contem-
ptus huius ſacramenti, accedũt. Vnde
Mala. 1. Dñs per Malach. inquit. Vos pollui-
ſtis nomen meum in eo, quod dicitis:
Menſa Domini contaminata eſt, &
quod ſupponitur incontemptibile. Alij
etiam ſunt, qui ad Euchariſtiam acce-
dunt cum voluntate peccandi. Quare
præcepit Dominus in Leuit. Vt non ac
Leuit. 21. cedat ad altare, qui uoluntatem pec-

A candi habet, ſcilicet, qui eſt in uolun-
tate peccandi, niſi prius tollatur per
pęnitentiam. Et recte quidem hi tales
in uoluntate peccandi exiſtentes pec-
cant mortaliter: quia in hoc ſacra-
mento, ſicut in cæteris id, quod eſt
ſacramentum, eſt ſignum eius, quod
eſt res ſacramenti. Res autem huius D. Tho. 3.
ſacramenti eſt duplex, altera ſignifica p. q. 80. ar.
ta, & contenta ut corpus, & ſanguis 4. in corp.
Chriſti: Et altera ſignificata, & non
contenta, vt corpus myſticum, quod
B eſt ſanctorum ſocietas. Qui ergo acce-
dunt ad ſumendum ſacramentum eo
ipſo, profitentur ſe vnitos Chriſto, at-
que eius membris incorporatos. Hoc
autem fieri non poteſt niſi per fidem
formatam, & viuam quam nulli exi-
ſtentes in mortali habent. Igitur iacen
tes in eo ſi ſacramentum ſumunt, le-
thale ſacrilegium committunt, tan-
quam ſacramẽti uiolatores atque fal-
ſitatem. Hinc hi tales comparantur 2. Thim. 3.
Iudę Proditori, Iudæis ingratis, & Mali ſumẽ
C Chriſti crucifixoribus. Primo ſimiles tes ſacra-
efficiuntur Iudæ, demonſtrantes qui- mentum ſi
dem habere ſpeciem pietatis, quia ea- miles ſunt
dem ſacramenta ſumunt cum pijs, uir- ingratis Iu-
tutem autem pietatis, ideſt charitatem dęis. Iudæ,
abnegantes. De talibus inquit Apo- & Cruci-
ſto. Domini fictis amicis. Qui mandu- fixoribus
cat panem meum, leuabit contra me Chriſti.
calcaneum ſuum. Hinc Gloſa. Qui 1. Io. 3.
manducat panem meũ, non, vt profi-
ciat, ſed ut lateat ille me conculcabit,
ideſt tradet. Er recte ſocij ſiunt Iudæ
D proditoris: quoniam ſicut ſignum ma-
nifeſtum pacis, & amicitiæ eſt oſcu-
lum, ita ſpiritualis vnionis, & diuinæ
dilectionis panis iſte eſt ſacramentum
quoniam vnus panis, & vnum cor-
pus, multi ſumus omnes, qui de vno
pane, & calice participamus. Sicut er-
go Iudas ſignum pacis extrinſecum
oſculum ferebat, quod in pectore
non habebat, & ipſo ſigno Dominum
detegebat; Ita ij tales Hypocritę foris
ſignum charitatis maxime oſtenden-
tes,



tes, cum piis ſacramentum ſumunt, & A
intus per peccandi voluntatem inimi
ci, & contemptores fiunt. Simulant,
enim ſe foris ſanctos eſſe, & tamen
intus eſſe nolunt. Comparantur etiam
ingratis Iudęis, q post multa beneficia
eis exhibita, nõ ſibi, ſed diabolo attri-
buebãt, ſuperaddentes blaſphemias in
verbis & factis irridendo, cõſpuendo,
colaphizando, flagellando, ad vltimũ
morte turpiſſima cõdẽnãdo. Sic ingra
tiſſimi ſunt qui maxima beneficia,
quale iſtud, a Deo præſtita vilipen- B
dunt, & multo magis ſunt ingrati Iu
dęis, nam nunquam tale conſecuti
ſunt beneficium Iudęi, quantũ in ſacra-
mento quotidiano noſtri cibi nobis
præſtitit Deus. Nam ſi panem Angelo-
rum dedit illis manna in deſerto, qui-
bus quadraginta annis pauit, dignior
tamen eſt panis iſte, quem Dominus
nobis in ſacramento præparauit. Ma-
na illud e coelo, hoc ſuper cœlum, il-
lud cœli. Hoc Domini, Angelorum il
lud, corruptioni obnoxium, ſi in alte- C
rum diem ſeruaretur, hoc alienum ab
omni corruptione, quia quicunque
religioſe guſtauerit, corruptionem
ſentire non poterit. Vere igitur ingra-
tiſſimus eſt, qui hoc beneficium vili-
pendit, & indigna ſumptione blaſphe
mat non verbo, ſed deteſtabilibus ope
re, & facto. Hi enim non ſolum Iu-
dęis ingratis aſſimilantur, ſed etiam
multo maiorem oſtendunt ingratitu-
dinem. Illi faciem, in quam Angeli
proſpicere deſiderant ſputis immun- D
dis fœdauerunt. Sed hi ingratiſſimi ne
dum faciem, ſed totum Domini cor-
pus eius impolluti immundicijs inuo
luunt, & in ſentinam fœdiſſimam fœ-
datæ conſcientiæ traijciunt: illi ignorã
ter egerunt, hi ſcienter Illi corporaliter
fædauerunt, hi ſpiritualiter. Sed con-
ſtat Dominum magis ſpiritualem abo
minari immundiciam, quam corpo-
ralem. Et ideo non immerito in iudi-
cium cadunt Iudæorum, ſecundum

A Apoſt. quia iudicium ſibi manducant,
& bibunt. Sed quale iudicium? deſertio
nis, & excęcationis. Deſeruntur, enim
magis a gratia ideo magis obdurãtur.
Perdunt lumen cognitionis, & ideo
excęcantur profundius, quod recte in Exo. 16.
Manna ſignificatum eſt. Nam a calore
ſolis liqueſiebat, & a calore ignis ob-
durabatur. Ita cibus ſalutaris, qui ob
amorem caloris diuini ſolis ardore li-
queſieri debet per effectũ amoris, p ca-
lorẽ ignis cõcupiſcentię induratur per
B deſertionem, ad quod ſequitur obcęca
tio. Secũdum illud. Supercecidit ignis
& non viderunt ſolem iuſtitiæ. Ignis
inquam, concupiſcentiæ. Tandem ſi-
cut maxima eſſet ingratitudo illius,
qui habens Dominum, accepiſſet quic
quid boni haberet, & inſuper ipſum
de morte liberaſſet, eũdem Dominum
in ſtabulum immundiſſimum inimi-
ci ſui proditione duceret, & ibi con-
culcaret, & rurſum occideret; Sic
ea ingratitudine peccant qui corpus
C Domini in mortali ſumunt. Vnde Am-
broſ. Chriſtum ille conculcat, qui
libere peccat abſque timore, & reue-
rentia, & qui eo indigne participat.
Rurſum crucifigunt filium Dei, & oſtẽ
tui habent, dum eadem illa faciunt, per
quæ Chriſtus crucifigi, & mori digna-
tus fuit, ideſt propter peccata. Hinc
Chryſo. inquit. Si regiam contami-
nantes purpuram ſimiliter puniun-
tur ac diſcindentes ſic ſumentes impu
ra mente Domini corpus eandem ſub-
D euntuindictam cum his, qui clauis ip-
ſum abſciderunt. Et de iſtis dici po- Gen. 37.
teſt verbum illud lamentantis Patriar
chæ Iacob. ex perſona patris. fera peſſi
ma deuorauit filium meum. Non mã-
ducant, ſed deuorant, dum ſine diſcre-
tione ſine reuerentia, ſine ſapore ue-
lut canes rabidi degluciunt, & tanquã
porci immundi accedunt. De quibus Matt. 7.
Dominus. Nolite ſanctum dare cani
bus, neque proijciatis margaritas an-
te porcos. Sed quæ pœna crucifixores
ſecuta

ſecuta eſt. Si quidem Herodes, & Pilatus mala morte perierunt. Ille namque percuſſus a Domino conſumptus, a uermibus expirauit iſte vero referentibus hiſtorijs ſeipſum interemit. Sic & indigne ſumentium pęnam Apoſt. exprimit. Ideo inter uos multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi. Incurrunt, enim & pœnam temporalem propter hoc enim mortes repentinæ, & graues morbi. Incurrunt etiam ſpiritualem, quia diabolus maiorem in eis accipit poteſtatem. Hinc Aug. Nullus malignus ad corpus Domini fictus accedat, ne quod Iudas ſubſtinuit patiatur. Nam in illum poſt cōmunicationem menſæ diabolus intrauit. Poſtremo incurrunt pœnam ęternam. Vnde Ambr. ſuper illa verba. Reus erat &c. inquit. Mortis Chriſti pęnas habebit, ac ſi Chriſtum occidiſſet.

Pſal. 68.

De talibus ait proph. non optando, ſed prophetizando, fiat mēſa eorum, in laqueum coram ipſis. Eorum? Quorum eorum? certe qui dederunt in eſcam eorum fel, & in ſiti ſua Dominum aceto potauerunt. Et hi certe ſunt qui in eſcā ideſt Euchariſtiam miſcēt fel in amaritudine vitiorum, & in ſiti ſua, quæ eſt noſtrarum iuſtitiarum conuerſionum, & ſalutum potauerunt aceto frigidi teporis. Contra quos ſequuntur duodecim pœnæ.

Pæne 12 indigne ſumentium Euchariſtia.

Quæ ſunt peccatorum illaqueatio, gratuitorū expoliatio, peccatorum cumulatio, In peccatis obſtinatio. Perpetua deſertio ab electis finalis ſeparatio. Hinc Proph. poſtquā in perſona Domini contra aduerſarios lamentatus eſt. Dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potauerūt me aceto, retributionem, quam ex hoc meruerunt, ſubiungit. Fiet menſa eorum coram ipſis in laqueum ſcilicet peccati, quo ad primum & in retributiones damnationis, quod ad ſecundum. Et in ſcandalum, quo impingentes irruant in peccatum, quo quid tertium, oſcurentur oculi eorū ne videant ſcilicet verum ſolem illuminantem viam vitæ, quo ad quartum: Et dorſum eorum ſemper incurua, pondere ſcilicet tentationum, quo ad quintum. Effunde ſuper eos irā ſuā, & furor iræ tuę cōprehendat eos, ad accipiendam vindictam, quo ad ſextum: Fiat habitatio eorum deſerta per uitæ prężentis ablationem, mortemque ſubitam, quo ad ſeptimum: Et in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, ideſt in templo, per gratuitorū expoliationē, quo ad octauū: Appone iniquitatē ſup iniquitatē eorū, ut peccatum indignæ ſumptionis ſuo pondere trahat aliud, ad aggregādum cumulum peccatorū, qua ad nonum: Et non intrent in iuſtitiam tuam relinquēdo ſuam, ſic quod maneant obſtinati in iuſtitia ſua, apparēte, quo ad decimū: Deleantur de libro uiuentium, per eorum perpetuā deſertionem in peccatis, quo ad vndecimum: Et cum iuſtis non ſcribantur, per eorum perpetuam ſeparationem, quo ad duodecimum. Sed forte aliquis dicet, cum in hoc ſacramento ſumatur, Chriſtus, qui eſt ſpiritualis medicus, qui de ſe dicit: Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Videtur quod exiſtens in peccato mortali non peccet. Sed dicendum quod hoc ſacramentum eſt ſpirituale nutrimentum, vnde non nutritur niſi viuus. Et ideo peccatoribus, qui nondum uiuunt per gratiam, non competit hoc ſacramentum.

Ex varijs nominib' ſacramēti multi indigne ſumūt Euchariſtiam.

Sunt etiā multi alij, qui indigne ſumunt hoc ſacramentum; ſicut ex varijs huius ſacramenti nominibus noſci poteſt. Et primo cum Euchariſtia ſit ſacramentum fidei, repelluntur hæretici & infideles. Quia vinculum eſt charitatis excluduntur ſciſmatici rumpentes eccleſiaſticam vnitatem. Vt eſt uas gratiæ, excluduntur ſimoniaci, qui gratiam Dei emere, & vendere nō erubeſcunt. Sed ut dicitur communio, repelluntur excommunicati. Verum ut eſt ſacramentum



mentum dignitatis, fiunt indigni degradati, qui omni dignitate eccleſiaſtica ſunt priuati. Quoniam vero eſt ſacramentum virtutis perfectiuæ, repelluntur ſuſpenſi, & irregulares, qui manus habent ligatas. Quia vero fit per eam eleuatio mētis in Deum. ideo excluduntur fornicarij, qui tanquam carnales non poſſunt ſpiritualia guſtare.

2. Re. 6.

Audiſtis igitur fratres grauitatem peccatorum indigne ſumentium. Qua propter mundemus (obſecro) conſcientias noſtras. Si enim impune non tranſijt oxa quod temerario auſu inclinatæ arcæ fęderis manum præſumpſerat ſubmittere qua ratione diuinam poterit euadere vltionem, quiſquis irreuerenter, & indeuote diuina myſteria cœleſtia manducare uoluerit. Si qui in nocte præcedente cum vxore iacuerat, qua punitione dignus eſt, qui mortaliter peccat? Si ille, qui tetigit arcam ligneam, qua percuſſione dignus eſt, qui indigne recipit carnem Chriſti veram ſi ille, qui arcam tetigit vt iuuaret, ne pateretur ruinam, qua percuſſione dignus eſt, qui ſumit corpus Chriſti ad proijciendum in ſentinam in conſcientiam immundam. Rurſum, ſi a Domino imperatum eſt Moſi, ut beſtia, quæ montem tangeret, lapidibus obrueretur quanto minus diuinum euitabit, iudicium, qui brutorum vitam traduces, ad montem, qui Chriſtus eſt, minime formidabit accedere.

Chriſtus Mons. Pſal. 67. 1. Re. 21.

Eſt plane Chriſtus mons ille excelſus, coagulatus, pinguis, in quo Deo bene inhabitare complacuit. Porro ſi ſacerdos Abimalech, nūquam ſanctum panem Dauidi cum ſuis famem patiēti tradere voluit, niſi certior, prius factus an pueri mundi eſſent, Quid de illis, arbitrandum eſt, qui immundi, qui ſcęleribus onerati, atque animo irreuerenti ad Dei, & Domini ſui menſam ſpiritualem audent accedere.

Exo. 30.

Et de Aaron, & filijs ſuis legitur quod quoties tabernaculum ingreſſuri eſſent, miſſa prius aqua ad lauandas ſuas manus, & pedes, curabant ne forte morerentur. Si ergo ſancta illa, q̃ ad Hebr. Paulus non animam, ſed corpus emūdabant, & duntaxat erant noſtrorum umbra, tanta cum religione fas erat, tractare, Quanto magis hoc ſacramentum, vbi Chriſtus, ipſe ſumitur, nefas erit non pro dignitate ſumere. Quare noſtram nos ipſi diſcutiamus conſcientiam, ut non niſi cādidam, & nitidam ad ſuggenda Chriſti vbera accedamus, ſi enim pij illi, qui Chriſti cadaueri officium ſepulturæ præbuerunt non niſi in ſyndone munda illud auſi ſunt conuoluere, quanto candidior eſſe debet conſcientia illorum, qui corpus idem uiuens ſumunt in quod ſe transformare profitentur. Et ideo ſint manus, ideſt operationes noſtræ mundæ propter Deum, vt in omnibus ipſe glorificemur, ſit etiam os mundum a detractione pręcipuæ & guloſitate, de quibus Apoſt. loquens de hoc ſacramento inquit. Conuenientibus nobis in vnum ſcilicet ad Eccleſiam. audio ſciſuras eſſe inter uos. Ecce Detractio. Et infra. Alius quidem eſurit, alius quidē eſurit, alius autem ebrius eſt, Ecce Gula. De quibus Dominus in Euang. Nolite, ſanctum da. ca. Quid per canes niſi detractores, Quid per porcus niſi guloſi. Poſtremo mundemus corda noſtra, ut ſic immaculati ſuſcipiamus immaculatum, qui naſci uoluit ex immaculata, ut ſic precibus ipſius immaculatæ, poſſimus cum Angelis, & ſanctis immaculatis in cœlo frui pane immaculato, qui eſt Chriſtus Dominus. Amen.

1. Cor. 11.

Matt. 7.

*De Multiplici vtilitate Dilectionis Proximi. Sermo vnicus.*

Sermo 59. NOS ſcimus quoniam
translati ſumus de mor
te ad vitam, quoniam di
1.Ioan.3. ligimus fratres. Verba
ſunt Ioannis Apoſtoli.
Vbi nobis oſtendit Apoſtolus, quòd
qui vult eſſe certus de uita æterna, dili
gat proximum, dilectione ſcilicet gra-
tuita. Hinc dicit. Scimus non opina-
mur tantum. Opinio enim eſt cum B
formidine, ſcientia ſine formidine. Et
hic eſt maximus quidem effectus dile-
ctiōnis fraternæ. Habet etiam & alias
utilitates, quas quidem in medium ho-
die dilectionibus veſtris proponere cē-
ſui, ut ſic magis in proximi amorem
accendamur. Vnde prima quidem uti-
Rom.13. litas quā affert, dilectio proximi, eſt ꝙ
qui diligit proximum, legem imple-
uit. Rurſum qui proximum diligit, imi
tatur Chriſti exemplum. Hinc inquit
Eph.5. Apoſt. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij C
cariſſimi, & ambulate in dilectione.
Eſtote (inquit) imitatores Dei, non per
inueſtigationem, quia ſic Deum imita-
Iob. 11. ri non poſſumus iux. illud Forſitan ue-
Luc. 6. ſtigia compræhendes. Sed per imita-
tionem. Non quidem imitando eum
in creatione, & potentia: ſed pietate,
miſericordia, ſecundum illud: Eſtote
miſericordes. & in dilectione. Hinc ſe-
quitur Apoſt. & ambulate in dilectio-
ne, ideſt proficite, quia dilectio eſt via
optima, in qua viator non debet ſtare, D
1. Cor. 12. ſed ſemper pergere. Hinc Apoſt. ad
Corin. ait. Adhuc viam excellentiorē
uobis demonſtro. Item exercitat in
actum gratiam. Quare Apoſt. Videte
inquit, ne in vacuum gratiam Dei re-
2. Cor.6. cipiatis. Dat etiam exemplum, &
prouocat proximum ad bonum. Vn-
1.Tim.4. de Apoſt. Timotheo inquit. Exem-
plum eſto fidelium in verbo, conuer-
Prælatus ſatione, in charitate, in fide, & caſtita-
debet eſſe te. Vbi breuiter nota quòd prælatus

A debet eſſe liber ſubditorum, per ui- liber ſub-
tam, & doctrinam. Item cœlum, ditorum in
quia ſicut motus cœli eſt regula om- quinque.
nium motuum inferiorum, ita opera
prælatorum debent eſſe regula ſubdi-
torum, & præcipue in quinque. In ver-
bo. Vt ſuo exemplo caute ſubditi lo- Eccl.22.
quantur. Vt verbis ſuis faciat ſtatherā,
ne forte labatur in lingua. Item in cō-
uerſatione, honeſta. Vt inceſſu, habitu,
ſtatu, & in omnibus motibus ſit hone-
ſtus. Item in fide ſana, & recta, quo ad
B intellectum, in caſtitate mentis, & cor
poris, & in charitate Dei, & proximi
quantum ad affectum, ut ſolummodo
ſalus intendatur animarum. Sic ergo
iſta quinque debent eſſe in exemplari.
Debet enim prælatus eſſe in verbis mo
deſtus, in conuerſatione honeſtus, per
fidem illuminatus, per caſtitatem mū
dus tā mente, quam corpore & in cha-
ritate feruidus ut eius exemplo prouo-
cetur ſubditus ad dilectionem proxi-
mi. Item Alibi Apoſt. inquit. Et conſi- Hebr.10.
C derantes inuicem prouocantes in cha-
tate, ideſt ita conſideremus inuicem,
vt alter alterius exempla prouoce-
tur ad dilectionem. Quod eſt contra Inuidia ſi-
inuidos, qui ſemper in alijs non conſi- milis Sca-
derant bonum ad amandū, & imitan- raboni.
dum, ſed mala ad arguendum, & detra
hendum. Similes Scarabonib. qui ſem
per in ſtercoribus, & cadaueribus reſi
dent, & in talibus os fixum habent.
Item charitas vitat ſupplicium præ-
ſens, quod conſiſtit in odio. Nam odiū
D hominem rodit, cor cruciat. Item vitat
ſupplicium futurum, ideſt ignem ætér
num. Adipiſcitur etiam duplex præ- Galat.5.
mium pręſens delectationem affectus,
quia teſte Apoſtolo fructus ſpiritus eſt
charitas, gaudium, etc. Et vitam ęternā.
Hinc Ioannes inquit. Nos ſcimus quod 1. Ioan.3.
ſumus tranſlati de morte ad vitam,
quoniam diligimus fratres. Operit
etiam culpam. Hinc Petrus. Ante om-
nia autem mutuam in uobiſmetipſis
charitatem habentes, quia charitas o-

perit



1.Pet.4. perit multitudinē peccatorum. Quod A
eſt, ac ſi diceret. Ante omnia ſitis ha-
bentes in uobiſmetipſis charitatem
mutuam, vt vnus alterum diligat. Et
hoc non ad horam, ſed continuam, ne
nunquam a charitate decidatis. Nam
et ſi cæteras virtutes ſemper non habe
mus ſaltem quo ad vſum (Non enim
ſemper oramus) huiuſmodi tamen
charitatem ſemper in interiori homi-
ne retinere debemus, etſi non ſemper
eam oſtendamus propter hoc dicit
Hebr. 23. Apoſt. charitas fraternitatis maneat B
in vobis. Et dicit in vobiſmetipſis,
quia ſpiritualis, & non carnalis debet
eſſe dilectio. Quia charitas operit mul
titudinem peccatorum. Et dicit. Ope-
rit, quia ceſſante charitate redeunt pec
cata ſaltem quo ad ingratitudinem.
Iac. vlt. Sed quid eſt quod dicit Apoſ. quod ora
tio operit multitudinem peccatorum
Reſp. quod operit multitudinem pecca
torum pallio charitatis, quam ſua ora
tione ei impetrauit. Vnde dicitur. in
Prou. 10. Prouerb. quod vniuerſa delicta o- C
perit charitas. Oratio enim operit
multitudinem peccatorum, ut mater,
quæ pannum tenet ſuper puerum, ne
decidat. Sed charitas operit peccata,
vt pallium pueros. Vnde charitas dici
Eſa. 28. tur pallium. Hinc dicitur per Proph.
Breue pallium vtrumque operire non
poteſt. Dicitur etiam Amictus, quem
Dominus expandit ſuper peccata no-
ſtra, ne uideat ad puniendum, De quo
Ezech.10. dicitur per Proph. Expandi amictum
meum ſuper te, et operui ignominiā D
tuam, ideſt peccata tua, et dicitur Do-
minus operire non ſolum vt non appa
reant, ſicut hyppocriſis, operit, et ab-
ſcondit peccata, ſed etiam ut non exi-
ſtant. Illuminat etiam charitas intelle
1. Ioan. 2. ctum. Vnde Dominus per Ioan. inquit.
Qui odit fratrē ſuum, in tenebris am-
bulat. Et è conuerſo, Qui diligit, in lu
mine eſt. O quam vtile eſt eſſe in hoc
lumine, Non ſolum enim eſt clarum,
ſed dulce eſt, et delectabile. In hoc lu-

A mine videt homo de faciendis, & ca-
uendis pro proximo, quid fieri, vel nō
fieri conueniat, quid ex debita neceſſi-
tate, quid ex mera, & libera voluntate
quomodo diligat ſic vnum, vt alteri
non obſit, Quando pro loco, & tempo
re, & cauſa mutet vultum, quæ omnia
Vnctio, Diuina docet. Rurſum charitas
habet verum teſtimonium, quod eſt fi-
lius nobiliſſimi patris. Vnde Ioā. Qui 1.Ioan. 5.
diligit fratrem, ex Deo eſt. Et iterum. Matt. 1.
Diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij
B patris veſtri, qui in cœlis eſt. Filij, non
ſerui, ſeruus non manet in domo in
æternum, filius autem ſic. Non nepo-
tes, vel pronepotes in gradu remoto,
ſed proximo, ideſt filii. O uere appe-
tenda nobilitas, cuius tam mira digni
tas, tam multa vtilitas, quia ſi filij, &
hæredes. Habet etiam proprium teſti-
monium, quod eſt diſcipulus Magiſtri
ſapientiſſimi. Vnde Ioa. In hoc cogno- Ioan.13.
ſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli,
ſi dilectionem habueritis ad inuicem.
C Quaſi diceret. In aliis bonis operibus
opinabuntur, & præſument, ſed in hoc
cognoſcent, quia mei eſtis diſcipuli,
non mundi, non carnis, vel diaboli,
ſed nec hominis, uel Angeli, nec ipſius
Cherubin, qui dicitur plenitudo ſcien
tiæ, Sed mei, qui ſum fons ſcientiæ.
Item in hoc cognoſcent, quaſi in pro-
prio iudicio, quia mei eſtis diſcipuli, ſi
dilectionem habueritis ad inuicem.
Non in hoc ſi multum ieiunaueritis.
quia etiam Phariſæi, Dęmones, & dam
D nati non comedunt. Non ſi multas ce- Ioan.9.
remonias feceritis, vt diſcipuli Moyſi: 1. Pet.1.
Non ſi uigilaueritis, quia nec diabolus
dormit, ſed ſemper circuit quærens
quem deuoret. Non ſi omnia relique-
ritis, quia hoc & fecit Socrates. Non
ſi afflicti fueritis, quia nec dœmones
quieſcunt, & mali etiam vt iniq; agant
laborant. Non ſi miracula feceritis,
quia & hoc mali faciunt. Vnde Matth. Matt. 7.
Nonne in nomine tuo dœmonia eieci
mus. Sed ſi dilectionem habueritis ad

 inuicem

inuicem, quia per hanc ſaluantur omnes. Omnis enim virtutis materia amor eſt. Eſt ẽt efficax meritum, ut augeatur gratia. Nam ſicut peccatum eſt pœna præcedentis peccati. Vnde Ioan. in Apo. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Sic meritum eſt cauſa ſequentis meriti, quæ quidem merendi ratio principaliter conſiſtit in actu dilectionis. Vnde Greg. Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, niſi in charitate. Eia ergo fratres poſtquam tam magnum eſt dilectionis præmium, B inuicem nos diligamus. Nullam enim excuſationem, ut inquit Auguſtinus, poterimus habere ſi dilectionem ad inuicem non habemus. (Ioan. 13.) Hoc enim mandatum habemus a Deo, vt qui diligat Deum, diligat proximum. Ita addit exemplum, ut ſciamus qualiter diligere debemus. Sicut dilexi uos. Donat inſuper Spiritum, & habitum charitatis ut poſſimus, quia in terra dedit Spiritum ſanctum ut diligatur proximus. Promittit præmium, vt velimus. C Comminatur ſupplicium, ne omittamus. Operatur motum, ut cooperantes agamus. (Ioan. 15.) Vnde per Ioan. Sine me nihil poteſtis agere.

## DOMINICA III. POST Pentecoſtem.

*Ex Epiſtola Sobrij eſtote, & vigilate. Sermo I.*

D Vide ſupra ſermonem, vigeſimum quintum, vbi agitur de multiplici circumſpectione monachorum aduerſus iacula inimici, in prima Dominica Quadrageſimæ.

## A DOMINICA IIII. POST Pentechoſten.

*Ex Euangelio. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Sermo vnicus.*

CVM miſericordia ſit virtus illa, quæ Dominum Regem cœlorũ, fecit cubare de cęlo in vtero Virginis, de vtero in præſe- (Sermo 60. Luc. 6.) B pe, de præſepe in Aegyptum, in deſertum, in crucem, in ſepulchrum, in infernum, ideo ad illam Dominus hortans inquit. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. In quib. uerbis duo facit Domins. Primo inducit ad miſericordiam, ibi, Eſtote miſericordes. Secundo dat miſerendi regulam, ibi, Sicut & pater ueſter. Circa primum notandum dilectiſſimi, quod ut hæc miſericordia ſit Deo grata oportet primum ut iuxta (Eccl. 30.) C dictum Eccl. miſereamur animæ noſtrę placentes Deo. Vbi nota, quod inquit, Miſerere animæ tuæ, non alienę. Sicut multi faciunt, qui bonum, quod aliis exhibent, ſibi magis indigentibus denegant. Item animæ tuæ, non carni tuæ. Cum multi ſub ſpecie pietatis aut diſcretionis miſerentur. Hæc autẽ miſericordia in eo conſiſtit ut a peccatis ceſſemus. Hinc ſequitur Eccl. Et contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius. Hoc eſt. Contine contra D luxuriam, & congrega contra auaritiam cor tuum, non ſolum corpus in ſanctitate Dei, uel cordis contra Hypocryſim, quæ tantum exterius Sanctitatem habet. Et hæc miſericordia dicitur propria. Verum reperitur alia miſericordia fraterna, alia uero paterna. Miſericordia fraterna eſt fratris ad proximum per compaſſionem. De qua inquit Lucas. Videns eum Sammaritanus miſericordia motus eſt ſuper eum. Et hæc conſiſtit, ut ita miſericordes ſimus,





mus, ſicut & pater noſter miſericors eſt Sicut inquit Lucas. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter, &c. Vbi nota quod non dicit. Eſtote potentes, ſicut pater, uel ſcientes, ſicut filius, hoc.n. libenter audiretur. Sed miſericordes, ut Spiritus ſanctus. Sicut & pater ueſter qui miſericors fuit in filij ſui donatione. Hic enim fuit magnum donum, magnaque miſericordia. Vnde (Luc. 1.) Luc. Ad faciẽdum miſericordiam &c. Item miſericors fuit in iuſtorum glorificatione. De hac miſericordia inqt (Pſal. 108.) pſalm. ſuauis eſt miſericordia eius. Item, qui miſericors eſt in expectando. (Sap. 11.) Vnde Sap. Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam, i. quia miſericors es. Ideo expectas peccatores ad pœnitentiam. Item in recipiendo. (Luc. 15.) Vnde Lucas. Cum adhuc longe eſſet, vidit eum Pater eius, & miſericordia motus cecidit ſuper collum eius. (Luc. 7.) Item in condonando. Hinc Euang. Nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. Item in donando. Vnde (Pſal. 110.) Pſal. Miſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timentib. ſe. Dicitur enim miſericors natura. Miſerator in effectu, vel miſericors, id eſt miſerias releuans, miſerator, ſæpè iterans miſericordias ſuas. Dominus. Chriſtus. Qui eſcam dedit ſcilicet antiquis manna, & modernis, corpus, & ſanguinem ſuum. Vnde (Ioan. 6.) Ioan. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Vel Dominus, qui ſeruos ſuos paſcit. Iuxta illud. Nolite ſoliciti eſſe animę veſtrę, quid manducetis, aut corpori ueſtro quid induamini, reſpicite uolatilia cęli, quę neque ſerunt, neque metũnt, neque congregant in horrea, ſed Pater veſter cęleſtis paſcit ea. Item in puniendo, & remunerando, quia punit citra meritum, & remunerat ultra. Sic ergo & nos debem⁹ eſſe miſericordes in expectando debitores noſtros. (Matt. 18.) Vnde Dominus. Serue nequã nonne oportuit te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum.

A Item in condonando. Hinc dicitur. Dimitte, & dimittetur vobis. (Rom. 14.) Item infirmos viſitando, non ſolum corpore, ſed etiam fide, iuxta illud. Infirmum in fide aſſumite, ideſt ad ſanandum infirmitatem fidei, & non interficite ipſum ſimpliciter iudicando. Item famem luxurię, & ſitim auaritiæ extinguendo. Vnde Apoſt. Si eſurierit inimicus tuus (Rom. 12.) ciba illum, &c. Item a ſeruitute iracundiæ comprimendo. Vnde ad Epheſ. Sol (Eph. 4.) non occidit ſuper iracũdiam ueſtram. Si ſic miſericordes erimus, alienas miſerias tollendo, vel mitigando, uel ſaltem B per compaſſionem portando. Tunc hæc bona conſequemur. Primo quia Deum debitorem faciemus noſtrum. Nam dicitur in Prouer. Fęneratur Domino, (Prou. 19.) qui miſeretur pauperis. Ergo Deus eſt omnium miſerentium, cũ ipſe mutuũ accipiat. Sicut ipſemet dicit. Quod (Matth. 25.) enim mihi feciſtis ex minimis meis, mihi feciſtis. Secundo poterimus dicere Domino. Libera nos ab omnib. tormentis, quia ab omni genere tormentorum puniti ſumus. Sic dicebat Apoſt. C Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Sic miſericors dicere poteſt Domino. Quis affligitur, & ego non patior? & ego non torqueo? Tertio, quia tutus eſt miſericors habere promiſſionem: nam per hoc quod omnia dimiſit, cert⁹ eſt, quòd quicquid debuit, dimittetur ei. De hoc enim habet literas Euangelij patentes. Dimittite, & dimittetur. Habet etiam promiſſionem vitæ futuræ. Vnde Apoſto. inquit. Pietas ad omnia (Luc. 6.) D vtilis, promiſſionem habens, vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

Ad quam Dominus per ſuam miſericordiam nos perducat. Amen.

## DOMINICA QVINTA post Penthecoſten.

A

*De paupertate. Sermo I.*

*Relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Luc. 5.*

Sermo 61. SI Diogenes Philoſophus ijs tantum rebus viuere, ac contentus eſſe conabatur, quæ eſſent ex ipſa
B natura ita vt & Paſtorale poculum abiecerit, cum a puero quodam concauis manibus deflexo capite bibere didiciſſet. Nec non Thebanus ille homo quondam ditiſſimus, cum ad Philoſophãdum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec putauit ſe ſimul poſſe, & virtutes, & diuitias poſſidere, quanto magis quicunque religionis audita Saluatoris ſententia: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſe-
C quere me, cũcta exterius relinquere neceſſe habet, ſi expeditior, & leuior cõſcendere cupit ſcalam contemplationis. Niſi enim voluntariam paupertatem, primum fundamentum habeat, vt poſſit ad charitatis perfectionẽ peruenire, fruſtra Deo quiete uacare nititur. Nam Deum toto corde amare non poteſt, quiſquis temporalium amore implicatur, & quantum dilectionis in res temporales collocauerit quis, tantũ a Dei amore neceſſe eſt, vt demat. Di-
D cit enim Auguſt. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Et alibi. Nutrimentum charitatis eſt diminutio cupiditatis. Perfectio, vbi nulla cupiditas. Propterea neceſſe eſt cupienti ad perfectionẽ quietis peruenire, ut hanc paupertatis virtutem teneat, & ipſam pro fundamento collocet. Quæ quidem virtus voluntariæ paupertatis ex collatione aliarũ ſpecierũ paupertatis plenius inter nos relucebit. Sunt enim quinque ſecundũ

Pauperta- tum quinque genera.

A Diuum Auguſtinum, genera paupertatis. Prima eſt inſœlicitas. Secunda eſt paupertas cupiditatis. Tertia paupertas ſuperfluitatis. Quarta doloſitatis. Quinta volũtatis. Primam habet mendicus. Secundam auarus. Tertiam habet prodigus. Quartã hẽt paries dealbatus. Quintam habet vir compeditus. Prima eſt flagellum. Secunda eſt venenum. Tertia eſt ventilabrum. Quarta eſt vmbraculum. Quinta ædificium. Prima eſt miſeria, quia cruciat. Secun-
B da eſt venenoſa, quia necat. Tertia ventoſa, quia inflat. Quarta doloſa, quia diſſimulat. Quinta glorioſa, quia coronat. Attamen nec omnis quidem paupertas voluntaria laudem habet apud Deum. Nam & Philoſophi omnia ſua reliquiſſe ſupra leguntur, ut expediti mundialibus curis ſtudio uanitatis poſſent uacare liberius, & nolebant cenſu abundare terreno, ut abundarẽt magis in ſenſu ſuo. Sed illa fœlix, & glorioſa, quæ eſt ex electione ſumpta, Euange-
C licoque præcepto propter ſolum beneplacitum Dei, & animarum ſalutem. Sic erat paupertas Apoſtolorũ, qui relictis omnibus ſecuti ſunt Dominũ. Relictis omnibus. Retrahentibus, retardantibus, retinentibus. Retrahentia ſunt diuitiæ temporales, deliciæ ſeculi dignitates, & huiuſmodi, quæ mũdi ſunt, quæ multos retrahunt, & reſilire faciũt a bono propoſito. Tãtum præſentia diligentes, futura autẽ non timentes, nec ſperantes. De quibus in figura dicitur.
D Non quicquam quærimus trans Iordanem, ideſt poſt mortem, quia iam habemus poſſeſſionem noſtram in orientali eius plaga, i. in præſenti uita. Et Eſai. Comedamus, & bibamus, cras enĩ moriemur ex toto. Retardantia ſunt filij, & parentes, conſanguinei, vxores, carnales amici. Quod ſignificatũ eſt, quando de famulo Abrahæ, qui iuerat pro quærenda vxore Iſaac legitur. Surgens mane locutus eſt puer, Dimitte me, vt vadam ad Dominum meum. Reſponderunt-

Relinquenda, retinẽtia, retardantia, & retrahẽtia

Num. 32.

Eſa. 22.

Gen. 24.



deruntque fratres, & mater puellæ. Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Item alibi. Laban inſecutus eſt fugientem Iacob,
Gen. 31. & quantum potuit retardauit. Ideo dicitur in Eccleſiaſtico. Noli conciliari
Eccleſ. 37. cũ ſocero tuo, & a zelantibus te abſconde conſilium. Hinc Hieron. Percalcatũ perge patrem, percalcatam perge matrem, quia ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelẽ. Retinentia ſunt ſtulta ſecuritas, qua aliquis credit ſe eſſe in ſecuro ſtatu, vel timor perſeuerandi, vel corporis debilitas. Quæ bene ſigni-
2. Reg. 19. ficantur per Berzellai. cui dixit Dauid. Veni mecum, ut requieſcas ſecutus in Hieruſalem. Et ait Berzellai ad Regem. Quot ſunt dies annorum uitæ meæ, ut aſcendam cum Rege in Hieruſalem, Obſecro vt reuertatur ſeru⁹ tuus, & moriar in ciuitate mea. Ita dicunt multi, quando uer⁹ Dauid vocat eos ad aſcẽſum melioris uitæ. Sufficit nobis ſtatus noſter. Bene ſumus, bene poſſumus ſic mori. Verum non ſolum oportet dimittere omnia, ſed etiam ſequi Chriſtum, ſi cupimus apprehendere viam perfectionis. Vnde Dominus. Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia, quæ habes, & ſequere me. Ecce in his uerbis oſtenditur nobis, quod in ſequela Chriſti ſit perfectio, Dimiſſio uero diuitiarum ſit perfectionis uia. Vnde Hieron.
Matt. 19. dicit ſuper Matth. Quia non ſufficit tantum relinquere, ſubiungit Petrus, quod perfectũ eſt, & ſequuti ſumus te. Sic ẽt hodie dicitur. Relictis omnibus ſecuti
Bernar. ſunt Dominum. Vnde Bernar. inquit. Recte feciſti Petre, quia currentẽ ſequi non poteras oneratus, qui exultauit ut gigas ad currendã uiam. Et nota quod ſequentes Dominum omnia relinquũt
1. Cor. 15. duplici ex cauſa. Prima, ut in eo omnem ſufficientiam oſtendant, quia ipſe eſt omnia in omnibus. Vnde B. Ber. Non eſt inutilis cõmutatio pro Chriſto omnia reliquiſſe, nam cũ eo donantur omnia, & ubi apprehenderis eũ, erit unus

A ipſe omnia in omnibus. Secunda cauſa eſt, ut ei uicem rependant, quia ipſe omnia reliquit ſuo modo propter eos. Hinc Hierem. Reliqui domum meam, Hiere. 12. dimiſi hæreditatem meam, Dedi dilectam animam meam. Nam domum, & patriam Chriſtus reliquiſſe dicitur in mundum veniens, quia ad modum relinquentis ſe habuit, quando in infirmitate abſcondit Maieſtatẽ, ideſt quando in Incarnatione formam aſſumpſit hominis, & mundo viſibilis factus fuit.
B Dimiſit etiam hæreditatem, ideſt cœleſtem Angelorum cohabitationẽ quantum, ideſt ad præſentiam aſſumptæ formæ. Non enim erat in cœlo, inquantũ homo. Dedit etiam in redemptionem & precium dilectam animam ſuam in manus inimicorum in paſſione. Sic etiam, fratres, debet quilibet qui uult arripere viam perfectionis rerelinquere omnia ad inſtar Apoſtolorum, ideſt domum ſuam, dimittere hæreditatem ſuam, & dare pro Chriſto di-
C lectam animam ſuã. Hoc eſt. Domum ſuam, ideſt ſuos per votum caſtitatis dimittere hæreditatem ſuã, ideſt ſua per uotum paupertatis, & dare dilectã animam ſuam, ideſt ſe per abnegationem ſuijpſius, ideſt per votum obedientiæ. Iuxta illud. Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, ideſt ſuos ſua, & ſe, ideſt uoluntatem ſuam, quæ per animam intelligitur. Sed quomodo, uel qua uia ſequendus eſt, oſtendit Apoſtolus, dicens. Ponens quaſi ſex paſſus. 1. Tim. 6.
D Sectare iuſtitiam, vt ſcilicet te pro malis tuis punias. Pietatem, ut te in bonis exerceas. Fidem, vt omnia poſtponas. Charitatem, ut ſoli Deo adhæreas. Patientiam, vt aduerſa patienter ſuſtineas. Manſuetudinem, ut benignum, & blandum te aliis exhibeas. Sed econuerſo multi magis ſequuntur ea, quæ eis non proderunt. Contra quos inuehitur B. Bernar. Si ſapis, ſi cor habes, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum, deſine ſequi illa, quæ aſſequi miſerum eſt.

eſt. Beatus, qui poſt illa non abijt, quæ A
poſſeſſa onerant, amata coinquinant,
amiſſa cruciant. Tres bene inuenio.
Primum qui ſequitur carnem. Secun-
dum, qui ſequitur mundum. Tertium,
Eccl. 23.
qui ſequitur diabolum. Sed pauci ſunt
qui ſequuntur veſtigia Chriſti. De quo-
rũ numero cupio vos eſſe dilectiſſimi,
quia gloria magna eſt ſequi Dominũ,
quod tunc veſtigia eius ſequimur, cum
eius longanimitatem, pietatem, humi-
litatem intuentes imitamur. Sed quia
non poteſt hic ſermo omnia include- B
re, quæ dicenda ſunt de paupertate, ne
tędium generet, Ideo bonum eſt hic
terminari.

## *De paupertatis. Sermo II.*

Sermo 62.

Paupertas ꝓfeſſionis.

PAVPERTAS volunta-
ria Dilectiſſimi in tripli-
ci reperitur gradu. Pri-
mus eſt paupertas profeſ
ſionis, quæ conſiſtit, ut re
ligioſus nil propriũ poſſideat, ſed pro C
regula teneat, quod ſi in rebus quibus
utitur etiam pro neceſſitate naturæ, ut
in ueſtibus, &c. Si id poſſidet cum affe-
ctu cordis, ita ꝙ ſi per ſuperiores ſuos
auferetur, ei diſpliceret, imo murmu-
raret, ſtat in proprietate coram Domi-
no. Secundus eſt paupertas rerum tem-
poralium eorum, ſcilicet qui nihil deſi-
derant, niſi quod eſt eis de iuſta neceſſi-
tate dolentque de ſuperfluis precioſis,
& curioſis. Et iſti etiam ſunt defectuo-
ſi, ſi haberent affectum ad ea, quæ ſunt D
neceſſitatis. Tertius eſt paupertas affe-
ctionis, quando ſeruus Dei ad nullã rẽ,
quæ eſt in creaturis affectum, & cor ha-
bet, ſed etiam ipſa naturę neceſſaria cũ
nauſea ſuſcipit. Et hic eſt perfectus. Et
ut veritas loquitur, quæ nec falli, nec
fallere poteſt, eſt beata paupertas, quia
ipſa eſt, quæ dixit. Beati pauperes ſpi-
ritu, quoniam ipſorum eſt regnum cę-
lorum. Non beati, qui ſub dura, & gran
di neceſſitate patiũtur. Tales enim mur
murare ſolent, detrahere, & inuidere A
habẽtibus. Sed Beati pauperes ſpiritu.
Non autem paupertatem ſimulantes.
Tales ſũt hyppocritæ, paupertatẽ foris
prædicantes, nullam tamen neceſſitatẽ
habentes, hi non Beati, ſed Beati paupe
res ſpiritu, qui uoluntaria paupertatẽ,
eamq́ue omni affectu amant. Hæc (fra-
tres) ut quędam manuductrix in uia du
cit nos ad cœlum. Hæc eſt portus tran-
quillitatis, nutrix confidentiæ, quietis

Paupertatis cõmendatio.

fundamentum, orationis adiutorium,
peregrinationis exhortatio, & profeſ- B
ſionis porta, ſine qua nemo corã Deo
in ſpiritu diu perdurare poterit. Hæc
eſt Chriſti ſponſa. Sanctorum poſſeſſio,
Beatorum uita, Fideliũ ſecuritas, Cle-
ricorum ornamentum, Monachorum
vita, Nobilium pulchritudo, Diuitum
magnificentia. Hæc eſt illa Sancta pau-
pertas, quam qui tenet, & amat, nulla
indigentia laborare poteſt, quia ſui di-
uitem facit poſſeſſorem. Nõ habet hor
rea, ubi grana reponat, ſed talem abun
dantiam, ut habere mũdum vniuerſum C
nihil æſtimet. Omnia, aurum, & argen-
tum quemadmodum puerorũ ludibria
deridet. Nec mirum, quia ſibi datur om
nium Dominnm poſſidere. Triſtentur
omnes cuncti gemant, formident uni-
uerſi, hæc ſemper hilaris, ſemper codẽ
vultu, eodemq́ue animo perſeuerat.
Hæc eſt uberibus pacis plena, ubique
ſecura, ubique illæſa. Vitæ enim pau-
perũ nullus inſidiatur, & ſecurior dor-
mit in cella, quam diues auro in pur-
pura. Vbique eſt cunctorum amica: nã D
qui beatam hanc paupertatem amant,
veram pacem habent, qui eã non amant
tranquillitatem omnem ignorant. Hęc
eſt illa pro fulgida margarita, quæ in-
firmitatis propriæ dat intelligentiam,
& peccatorum cognitionem. Vnde di-
citur. Ego vir videns paupertatem meã.
Tren. 3.
Hæc eſt exterminium iniquitatis. Ex-
pirat nanque culpas perpetratas, ut pa
tet de Lazaro mendico, & diuite epu-
lone. Purgauit enim ignis inopiæ pau-
perem



perem vulceroſum, & diuitem remu- A
nerauit bonis præſentis vitæ. Hæc men
tem ad excelſa eleuat: Nam teſte Gre-
gorio. Quanto a terrenis diſiungimur,
tanto ad cœleſtia coniungimur. Tum
etiam, quia cum in nullo ſolicitatur
animus, fit pauperibus ad contempla-
tionem anhelantibus ſecura mens, &
quaſi iuge conuiuium, & volatus ſecu
rus, & liber ad cõtemplandum Deum.
Nam dum pauperis animus a terrenis
ſeparatur, & circa iſta ſolicitus nõ red-
ditur iuxta dictum Domini. Nolite ſo- B
liciti eſſe aĩæ veſtræ quid manducetis,
fit vt ſingulari cura a Domino paſca-
tur. Sic Elias in ſolitudine miniſtran-
tibus coruis paſcitur. Danieli in lacu
ad Leonum prędam iuſſu regis incluſo
prandiũ diuinitus portatur. Hæc afflu&ẽ
tium dat iucunditatis internæ, de qua
ſic dicitur per Pſal. Videant pauperes,
& lętentur. Dat copiam abundantis ſuf
Tob 5.
ficientiæ, vt ait Tob. 5. Sufficit nobis
Pſal. 9.
paupertas noſtra. Dominum meretur
Pſal. 33.
habere protectorem. Vnde Proph. Fa- C
ctus eſt, inquit Dominus refugiũ pau-
peri. Et oculi Domini in pauperem re-
Eſa. 48.
ſpiciunt. Et ipſum exaudit. Hinc pſal.
Iſte pauper clamauit, & Dominꝰ exau-
diuit eum. Et alibi. Deſiderium paupe
rum exaudiuit Dominus. Eſt etiam ſi-
gnum efficax, Perfectionis probatæ.
iuxta illud. Elegi te in camino pauper-
tatis. Hæc hominem exaltat, ſecundum
illud. De ſtercore erigens pauperẽ, &c.
Participemq́ue diuinæ dulcedinis red-
Pſal. 63.
dit. Vnde Proph Paraſti in dulcedine D
tua pauperi Deus. Atq; ad iudiciariam
poteſtatem pauper idoneus efficitur.
Quare ait Gloſa. Quia pauperes in hoc
mundo conculcantur, & peruerſè iu-
dicantur, ideo e contrario eminentia
ſedis iudiciariæ competit eis in rege-
neratione. Hęc eſt ſcientiæ repara-
trix. Vnde ſcrip. Sapientiam ſcribæ in
Eccl. 38.
tempore uacuitatis. gloſa i. pauperta
tis. Vnde Ambro. Bona paupertas, quę
ſi non habet theſaurum pecunię, habet
tamen theſauros ſcientię, atque ſapien A
tiæ, Poſtremo dat regnum cæleſte. Bea
ti pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum
eſt regnum cęlorum. Felix igitur pau
pertas uoluntaria omnia relinquens
propter te bone Ieſu. Felix (inquam)
quæ tam glorioſos reddit fructus. Ame-
mus igitur hanc paupertatem non ſo-
lum uerbo, ſed & opere, & ueritate,
maxime nos religioſi, in cuius rei ſi-
gnum capita tonſa, & raſa habemus.
ne diuitiarum capilli occupent men-
tes noſtras Hæc uero quo ad religioſo- B
rum ſtatum pertinet, ſic definiri po-
teſt. Paupertas uoluntaria eſt quæ voto
firmata habet perſeuerantiam uolun-
tariam cum propoſito ut uelit etiam cũ
caret oportunis, libenter pecuniam pa
ti. Et hæc paupertas dicitur. Cenobita-

Paupertatis definitio.

rum, qui omnium rerum tempora-
liũ abdicato priuato dominio ſuſten
tantur de non ſuo, ſcilicet non ſibi pro
prio, ſed communi, cum alijs a colle-
gio poſſeſſo, quæ multum felix uita di-
citur, quia futuri ſæculi ſtatum imita- C
tur, ubi ſunt omnia communia. De qua
Aug. ſic dicit. Non dicatis uos aliquid
habere proprium, ſed ſint uobis om-
12 q. 1. Nõ dicatis.
nia communia. Quare ingrediamur,
fratres, ad cordis noſtri cubiculum, ſi-
mulq; conſideremus, Pauperes ſpiritu
ſimus necne? Et certe paucorum vide-
tur eſſe hæc virtus, Inde tanta videtur
orta, & nutrita religioſorum imperfe-
ctio. Relinquimus enim facultates,
prædia, parentes ab initio, vt nudi ſe-
quamur Chriſtum, ſæculo, pompiſque D
eius abrenunciauimus, ut liberius per
internam dulcedinem, & cœleſtem
contemplationem nos adhærere poſſi-
mus. Sed quod modo nobis maximè
ridiculum eſt poſt noſtræ renunciatio-
nis ardorem, poſtquã opes plurimas,
& noſipſos ad monaſterium contuli-
mus adeo in paruis, minimiſque deuin
cimur, ut horum cura priſtinarum om
nium facultatum ſuperet paſſionem.
Quid enim prodeſt nempe rebus, nos
ma-

maiores contempſiſſe, diuitias, cum affectũ in res exiguas contulerimus Immutaſſe, & non abſcindiſſe priſtinam facultatis paſſionem certum eſt. Nam nimia de uicti diligenria circa cellæ curam, librorum mattæ, aliarumque uilium rerum, eadem tamen qua antea libidine detinemur. Quid enim differt utrum perturbationem cupiditatis erga opes amplas, atque magnificas, uel uiliores exerceamus ſpecies. niſi quod in eo reprehenſibiles iudicandi ſumus, quod qui magna ſpreuerimus, in minimis obligemur. Et tanto deterius peccamus, quanto abiectius eſt quod deſideramus. Ad quid ergo reſpõdebimus fratres circa hęc in die iudicij. Forſan, quia in nobis non eſt innordinatus affectus. Et quia bona, quæ ſnnt in cella, non nobis ſuperflua, ſed neceſſaria ſunt. Non admittet has excuſationes Dominus in die iudicij. Nã uera pro Chriſto paupertas eſt aliqua pro Chriſto paupere ſubſtinere incommoda. Et ſolum nobis illud debet eſſe neceſſarium, ſine quo res nullo modo eſſe poteſt. Pro dolor nos tantum ſolo paupertatis nomine, gloriamur, ſed ita demum, ut nil nobis deſit. Et tanta ſedulitate a ſenioribus noſtris aliqua requirimus, ut ſæpius ne nos contriſtent illa concedant. Sicque paulatim a primo deſipiſcentes propoſito, optimæ ſumus paupertatis tranſgreſſores. Fallimur nempe ſi hanc credimus paupertatem, difficile eſt ut de deliciis trã ſeamus ad delitias, ut in cœlo, & in terra glorioſi exiſtamus, ſi uolumus cum Chriſto conregnare, debemus inter diuitias paupertate præmi, & aliqua pro ipſo pati. Non decet ſub capite ſpinoſo membra habere delicata. Quapropter ſicut corpore parentes, patriam, diuitias, mundique voluptates deſpeximus, ita etiam corde hæc omnia relinquamus, nulla prorſus ad ea quæ dimiſſimus, vel habemus, concupiſcentia reuertamur. Abraham enim & ſi mul-

A tum diues eſſet, quia inordinate eas nõ diligebat, & iux. Pſal. Diuitię ſi afflue bant, cor non apponebat, non excludebatur a paupertatis virtute. Habeat homo multas facultates, ſi in eis non extollitur, pauper eſt. Non habeat aliquid, ſed cupiat, & infletur, inter diuites, & reprobos iudicatur, quia diuites & pauperes in corde interrogat Deus. Imitemur igitur, dilectiſſimi, Chriſtũ noſtrum, & nudi eum ſequamur. Chriſtus ſecundum Cyprianum pauper di-
B ſcipulos deſpexit diuites, pauper mater pauper filius, inops hoſpitium, hunc in cunabulis adorauere paſtores. Nudus tandem in cruce elegit pendere, nudus mori atq; in alieno ſepeliri ſepulchro. Quare ad hanc paupertatem inuitat nos per Proph. Recordare, inquit, pau- Thre. 3.
pertatis meæ, qui pauper in ingreſſu mũdi, quia in aliena domo natus ſum, & pãnis uilibus inuolutus. Pauperior Matth. 8.
etiam in progreſſu, quia vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius
C autem hominis non habet ubi caput reclinet. & pauperimus in egreſſu a mũdo, quia tunc nec veſtes, nec domum, nec ſocios habuit. Vnde per Iob dicit. Iob. 1.
Nudus egreſſus ſum. Hęliſeus etiam de aratro Propheta conſtituitur. Dauid de poſt fætantes accipit, & in regni ſolio collocatur. Paupertatem Beatæ Mariæ Virginis Matris Domini perſpiciamus quæ adeo rerum omnium indigebat, vt partus tempore non obſtetrices haberet, nec ancillas ad ſibi ſer-
D uiendum, & hoſpitium tam anguſtum fuit, ut non in lectulo ſed præſepio reclinaret. Sectemur ueſtigia ſanctorum patrum, Beatum Franciſcum, qui Dominum paupertatem appellabat. Et monachum, qui Euangelium tantum poſſidens uendidit illud, & eſurientibus dedit illud dignum memoria proferens verbum. Ipſum (inquit) Euangelium vendidi, quod mihi ſemper dicebat, Vende quod poſſides, & da pauperibus. Dicebat Abbas pau-

lus



lus, quod ſi monachus poſſidet aliqua, præter ea, ſine quibus uiuere non poteit, frequenter de cella ſua exire cogitur, & ita a dœmone decipitur. Nam quantum ſit impedimentum, quam graue diſpendium inferat religioni ſuperfluitas, & abundantia rerum, longe magis legimus in libro noſtrę cõſcientiæ, quam poſſumus explicare ſermonibus. Nunquid nõ Sodomitarum peccatum fuiſſe legitur abundantia panis, & ſuperbia vitæ? Nunquid non & mun-
B dus ſubmerſus fuit, quando abundantes & in ſuis abundantiis Deũ non cognoſcentes perierunt? Nunquid non per abundantiam idola terræ facta ſunt? Nunquid non tempore Dauid multa millia interfecti ſunt? Nunquid non Saul abundans ſuperbus efficitur, & reiicitur. Colamus ergo ſanctam paupertatem, incitemur Chriſtum pauperem in pręſenti, ut ſimus diuites in futuro. Nam non poſſumus regnum cœleſte adipiſci, qui mundi cupidita-
C te preſſi emergendi non habemus facultatem. Et ſi veras diuitias cupimus, non opum, ſed virtutum fructus recõdamus. Sic enim apud Deum diuites erimus. Qui pacem animi habet, & tranquillitatem quietis, ut nihil concupiſcat, nullis exagitetur cupiditatum procellis, nec vera faſtidiat, & noua quęrat, ne ſemper deſiderando fiat in ſummis diuitiis inops, hic vere diues eſt diuitiæ Pax, diuitię modeſtia, fides ſimplicitas, quæ nihil diſcutit, nihil ſu-
D ſpectum, aut fraudulentum putat, hæ ſunt veræ diuitiæ. At cupidi pauperes ſunt. Vbi enim nullus cupiditati modus, qui fructus diuitiarum? O infœlices diuites, qui quod habent ſecum auferre non poſſunt, ex quo plura abſtulerint, eo magis ſe inopes eſſe credunt. Talis cupiditas omnibus eſt inuida, ſibi uilis, affectu extenuat, quod cenſu abũdat. Vnde amoto a nobis cupiditatis vitio amplectamur fratres veras diuitias, ſimus pauperes ſpiritu, vt poſſi-

A mus conſequi regnum æternum. Amen.

## DOMINICA VI. POST Pentechoſten.

*Ex Euangelio. Si ergo offers munus tuum &c.* Matt. 5.

Vide. Sermo L I I.

*In Viſitatione Beatiſſimæ Virginis ad Eliſabeth.*

Vide ſupra. Sermo II.

## DOMINICA VII. POST Pentechoſten.

*Ex Euangelio. Quot panes habetis.* Mar. 8.

Vide. Sermo XXXIIII.

## DOMINICA VIII. POST Pentechoſten.

*Ex Epiſtola. Si autem filij, & hæredes. De fructibus Charitatis. Sermo Vnicus.*

HABET (dilectiſſimi) hoc priuilegium charitas, vt Deus dicatur, & ſit. Non enim dicitur Deus humilitas, & patiẽtia, ſed charitas, quia cum omnis virtus Dei donum ſit, nulla præter charitatem hoc habet, ut non ſolum donum Dei, ſed & Deus dici poſſit. Reliqua etiam dona gratiarum largitur Deus etiam his, quos reprobat. Solum autẽ charitatem uelut ſeipſum his, quos diligit, in præmium ſeruat, vnde Ber. concludit. Dicens Deus charitas eſt, quid pręcioſius, Et qui manet in charitate, in Deo manet, quid ſecurius. Et Deus in eo, quid iucundius. De hac igitur charitate præſtante ipſo Domino Ieſu Sermo 63.

F 2 Chriſto.

Chriſto, qui præcipit vt diligamus eũ A
toto corde, loqui decreui. Sed quid
ſum ò bone Ieſu tibi quod amari te iu
beas,& præcipias,& niſi faciam, ira-
ſceris, & minaris mihi ingentes miſe-
rias,niſi quia cum amas,& ideo amas,
vt ameris,certiſſime ſciens ipſos amo-
re beatos,qui te amauerint.Ideo ut ad
eius amorem excitemur ex vtilitate,&
præmio eius emolumenta modo bre-
uiter afferam, ut ſic diligere valeamus
vt ipſe præcipit.Charitas igitur primo
transformat cor amantis in amatum B
Charitas trãsformat amantem in amatũ. ſicut inquit Hugo. Ea uis eſt amoris,
ut talem te eſſe neceſſe ſit, quale ideſt
quod amas,& cui per affectum coniun
geris,in illius ſimilitudinem ipſa quo
dammodo dilectionis ſocietate tranſ-
formaris. Hinc amor dicitur ignis.
Ignem (inquit) Dominus ueni mitte-
re in terrã,& quid uolo niſi ut ardeat?
Hunc ignem portabat Abraham,quan
do ibat ad immolandum filium ſuum.
Gen. 22. Hunc ignem uult Deus ut ſemper ar-
Leuit. 6. deat in altari cordis noſtri.Igitur ſicut C
ignis proprietas eſt feruere, ideſt bul-
liendo extra ſe exalare ſic amor dicitur
Cant. liquefacere cor,iux.illud. Anima mea
liquefacta eſt,ideſt operatur ut amans
extra ſe exiẽs,& a ſeipſo ſeparatus ten
dat transformando ſe in amatum,ideſt
in Deum. Etenim naturaliter amatum
1. Ioan. 4. eſt in amante. Hinc Ioan. Qui manet
in charitate,in Deo manet, & Deus in
eo. Quare cũ natura amoris ſit, quod
amantem in amatum transferat, ſi
Deum quis diligit,diuinus efficitur.Vn D
1. Cor. 6. de Apoſt. Qui adhæret Deo, unus ſpiri
tus eſt cum eo. Si autem vilia quis di
ligit,& caduca,uilis efficitur. Vnde di
Oſeæ 1. citur per Oſeam. facti ſunt abomina-
biles, ſicut quæ dilexerunt. Secundo
charitas cauſat infirmitatem in ani-
ma. Hinc uoce ſponſæ dicitur. Nuncia-
te dilecto,quia amore langueo. Verum
hæc infirmitas non eſt ad mortem,niſi
ad mortẽ mortis, ſcilicet peccati mor
talis. Vnde libenter gloriandum eſt in

A tali infirmitate, quia non periculoſa,
ſed multipliciter utilis. Primo aufert
animæ greſſum ad illicita. mutat ſecũ
do ſitum,ut iaceat, prona per humili- Infirmitas aĩæ amantis Deum, quam utilis.
tatem,q̃ ſtabat erecta per elationem.
Tertio mutat guſtum,ut amareſcat ani
mę peccatum,quod antea libuit,& ali
quantulũ ſapiat ſummũ bonum, ꝙ an
tea non ſapuit, ut omnia terrena iam
inſipida ſint,& cœleſtia ſapiat. Iux. il- Cant.
lud Greg. Facile terrena deſpicit, qui Charitas radix omniũ virtutum.
ad cœleſtia aſpicienda ſe erigit. Quar
B to mutat pulſum in brachio operis.Vn
de habetur in Canticis. Pone me ut
ſignaculum ſuper brachium tuum.
Quinto mutat vultum. Vnde poeta.
Palleat omnis amans. Hæc utique mu
tatio excelſi. Tertio charitas eſt mater,
& radix omnium uirtutum, & funda-
mentum, quia per illam omnes aliæ
uirtutes nutriuntur,nec habet quicquã
viriditatis ramus boni operis, ſi non
permanſerit in radice charitatis. Dici-
tur etiam fundamentum, quia omnes
C alias uirtutes ualenter ſubſtentat, & in
eis omne meritum cauſat. Nam chari-
tas reddit omnia precioſa. Hinc per au Apoc. 3.
rum deſignatur. Vnde Ioan. Suadeo ti-
bi emere aurum ignitum, ut locuples
fias,ideſt ſuadeo tibi emere per conſen
ſum liberi arbitrii, aurum,i.charitatẽ
fulgidam luce ſplendoris intimi,igni-
tum, feruore dilectionis probatum in
electis per fornacem tribulationis, vt
locuples fias,operibus virtutum. Nam
ſicut aurum eſt precium omnium the-
D ſaurorũ, & quicquid aliud eſt appre-
ciabile, totum auri precio æſtimatur.
Sic etiam cunctæ cogitationes, affe-
ctiones, ſermones, opera charitatis
precio coram Deo commenſuratur,
qui non ponderat, effectum, ſed affe- Mar. 12.
ctum. Hinc laudatur Paupercula illa vi Luc. 21.
dua. O quanta igiť fiducia charitatis
vnus opatur nõ amãs alter non opera
tur amans, ille quidem opus ſuum
perdit, iſtius vero charitas nunquam
excidit. Quarto cauſat in homine ui-
tam



Chriſtus Cauſat uitam ſpiritualem. tam ſpiritualem. Vnde Apoſt. Viuo A
ego uita ſcilicet naturæ, ſed non ego ui
ta culpæ, viuit autem in me Chriſtus vi
ta gratiæ per charitatem, ſicut ignis
ferrum transformat per igneam qua-
1. Io. 3. litatem. Hinc Ioannes. Qui non di-
ligit manet in morte. Vnde ſicut cor-
pus tunc viuit quando operatur, ſic ani
ma tunc dicitur viuere, quando per
charitatem operatur, per quam habi-
tat Deus. Item charitas facit merito-
ria omnia opera noſtra. Vnde Gregor.
Non operamus boni operis niſi in vi- B
1. Cor. 13. riditate. Et Apoſt. Si linguis hominũ
loquar,& Angelorum vſque nihil ſum.
Aſſimilatur enim carens charitate ho-
mini mortuo auro, & lapidibus pre-
cioſis induto, quod nihilominus mor-
tuum manet. Inde charitas dicitur
oleum, quod ſicut ſupereminet cunctis
liquoribus, ſic illa cunctis alijs uirtu-
tibus. Vnde ſi quis haberet cuncta do-
na Spiritus Sancti, id eſt dona lingua-
rum abſque charitate, ſic eſt, ac ſi ha-
beret plures lucernas, multaſque lam- C
pades pinguedinem non habentes:
Lucerna, uel lampas ſine oleo accenſa
fumare de iracundia poteſt, de ſuper-
bia, fętere de auaritia, ſine charitate
lucem pęnitus habere non poteſt. Ipſa
igitur eſt via ſublimior, atque excel-
lentior, quæ nos ducit ad cœlum teſte
1. Cor. 12. Apoſt. Sublimiorem viam vobis de-
monſtro. Ipſa in bonis operibus per-
ſeuerantiam donat: quia quomodo ar
bor quantumuis pulchra ſit, & fructi-
fera, non poteſt viuere abſque radi- D
ce, ſic in bonis operibus perſeuerare
non poſſumus ſine charitate. Hinc
Eph. 3. Apoſt. inquit, vt ſimus in charitate ra-
dicati, & fundati. Et quemadmodum
arbor accipit incrementum à radice
mediante qua producit fructus, & fo-
lia: Sic confirmatio charitatis ad mo-
dum arboris ex ſe producit fructũ bo-
ni operis, & folia bonæ locutionis ip-
ſa opera protegentis. Quinto charitas
facit obſeruare diuina mandata. Vnde

A Dominus. Si quis diligit me, ſermo- Io. 14.
nem meum ſeruabit. Quare ait. Pro-
batio dilectionis exhibitio eſt operis.
Nunquam eſt amor Dei ocioſus. Ope-
ratur enim magna ſi eſt. Si autem ope
rari renuit, amor non eſt. Qui enim
Deum diligit nunquam quieſcit, ſed
mouet omnes vires ſuas, quæ ad ip-
ſum ducunt. Et quia charitas obſer-
uantia mandatoram ducit nos ad Deũ.
Ideo charitas ſeruare mandata nos fa-
cit. Hinc Apoſt. Charitas Chriſti vrget 2. Cor. 5.
B nos. Duplex autem eſt modus diuino-
rum mandatorum. Quædam ſunt af-
firmatiua, quæ ſeruat charitas: quia
plenitudo legis, quæ conſiſtit in man-
datis, eſt dilectio. Quædam ſunt nega
tiua, quæ implet charitas, quæ non
agit perperam. Sexto omnia læuia fa-
cit amor Dei, operatur magna,& æſti Omnia læuia facit amor Dei.
mat parua, operatur diu, & videtur
ſibi breue ob amoris magnitudinem,
Non contentatur ſeruare mandata, de-
ſiderio mouetur etiam adimplere con
C ſilia. Qui enim in amore Dei frequen
ter inardeſcit in magnis virtutibus ſe
exercet, cuncta difficilia ſancti certami
nis petit, honores fugit, receptus con-
tumeliis, lætatur, magno deſiderio ad
æternam patriam anhelat. Et quid mi
rum? Si amans nunquam reputat ali-
quid feciſſe, ſed ſemper plura cupiat,
Nam ſi vult nimis, qui timet Deum,
ut inquit Proph. Beatus vir, qui timet Pſ. 111.
Dominum, quoniam in mandatis eius
cupit nimis. Quanto magis volet in
D mandatis, qui amat: Cum dilectio ſit
filia primogenita gratiæ, & ideo po-
tior, & prior in timore. Ego inquit,
mater pulchræ dilectionis,& poſtea ti
moris. Timor ergo amorem ſequitur,
ut poſterior dignitate. Cupit tum ni-
mis qui timet, ergo multo magis, qui
amat. Qui tamen ad hoc peruenit vt
leuia omnia cenſeat, deſidiam caueat,
quam ſecundum Grego. facit in ope-
re bono minor amor Dei. Verum ſi
non ſit deſidia in operando, caueat ſu-
perbiam

perbiam in reputando. Sed dicat.
Cum omnia bene fecerimus &c. Septi-
Ioan. 14. ma eſt Aduentus ſanctiſſimæ. Trinita-
Charitas operatur ſãctiſſimę Trinitatis Aduentum in anima. tis in anima. Sicut inquit Dominus. Si
quis dili. me, Ser. me. Ser. & ad eum ue.
& manſ. apud eum faciemus. Sed no-
tandum quod licet Deus ſit in omni-
bus rebus per eſſentiam, præſentiam,
& potentiam per eſſentiam quidem,
quia eſſe cuilibet eſt quædam partici-
patio diuini eſſe, per potentiam, nam
omnia in virtute eius agunt. Per præ-
ſentiam, quatenus ipſe immediate om
nia diſponit, & ordinat. Omnia im-
plens ſuis bonitatibus, ſecundum illud
Hiere. Cœlum, & terram ego impleo:
quia omnia de eius bonitate partici-
pant. Et dicuntur per aliquid habere
de ſimilitudine Dei, & quantum cui-
que alteri eſt excellentior, tanto illi
ſimilior. Ipſe quippe eſt, viuit, ſentiet,
ratione diſcernit. Lapides ergo eius ſi-
militudini ſe, adiugunt, quia ſunt. Ar-
Aug. t. 9. đ cognit. uere uitæ. c. 32. bores magis eius ſimilitudinem ha-
bent, quia ſunt, & creſcendo viuunt.
Quæque animalia multo magis eius
ſimilitudinem exprimunt, quia ſunt,
Habitare Deum in ſãctis multipliciter dicitur. viuunt, & ſentiunt. Porro in homini-
bus, & Angelis eius ſimilitudo maxi-
me refulget, quia ſunt, viuunt, ſentiũt,
ratione diſeruiunt. Ita Auguſt. In
ſanctis tamen non tantum dicitur eſ-
ſe, ſed etiam cum eis habitare. Vnde
Apoſt. Neſcitis, quia templum Dei
eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis.
1. Cor. 3. Dicitur autem Deus habitare in ſan-
ctis tanquã in domo ſua in hac Eccle-
ſia militante per fidem. Hinc dicitur
Eph. 3. habitare Chriſtum per fidem in cordi
bus ueſtris. Item per fraternæ dile-
ctionis concordiam, vnde Dominus.
Matt. 18. Vbi fuerint duo, vel tres &c. Rurſum,
per deuotæ contemplationis eminen-
Apo. 3. tiam. Hinc Io. Ego ſto ad oſtium, &
pulſo. Si quis audierit uocem meam,
& aperuerit mihi intrabo ab eum &
cęnabo cum illo, & ipſe mecum. Inſu-
per per dilectionem fit homo coniun-

A ctus Deo, & quodammodo, dilectio
facit unum hominem cum Deo. Hinc
Io. Qui manet in charitate, in Deo ma
net, & Deus in eo tanquam in propria Domus Dei triplex.
domo. Nam domus Dei triplex eſt vna
dicitur congregatio fidelium, quam
Deus inhabitat per charitatem. Altera
eſt eccleſia triumphans, quæ eſt ſancto
rum collectio in gloria Patris. Hinc
Pſal Replebimur in bonis domus tuæ. Pſ. 64.
Et in illis habitat Deus per fruitionem
perfectam. Vnde Apoſt. inquit. Vt ſit 1. Cor. 18.
B Deus omnia in omnibus. Tertia do-
mus eſt ipſemet Deus, quia ipſe in ſe-
metipſo eſt, quia vt manifeſtum eſt
Domus dicitur in qua quis habitat. Vn
de cum Deus dr̃ in ſeipſo dicitur do- 2. Cor. 5.
mus. De hac inquit Apoſt. Domum ha
bemus non manufactam, ſed æternã
in cœlis. Ad litteram, quia Deus eſt
æternus. Qui ergo manet in charitate,
in Deo manet quantum ad volunta-
tem, & affectum per fruitionem chari
tatis. Et quantum ad intellectum per
C notitiam veritatis. Vnde dicitur per Io. 17.
Ioan. Sanctifica eos in veritute. Nõ ta
men in charitatę exiſtens eſt ita Deo
coniunctus ut perfecte Deum poſſit di
ligere, & amare, quia nec Angelus Deũ
perfecte intelligere, & amare poteſt, 22. q. 14 ar. 8.
quantũ eſt diligibilis, ut inquit D. Tho.
Et ſi maior ſit cognitio in ſanctis Ange
lis, & ſanctis Diuinitatis quam in ter-
ra. Cum ſint apud Deum in cœlis. Nec
illud obſtat quod cum ſancti in cœ-
lo, dicantur comprehenſores, per-
D fecte Deum intelligant. Cum com-
prehenſio incluſionem importet.
Quod enim ab alio includitur, totum,
& totaliter ab eo continetur. Nam
cõprehenſio dupliciter capitur. Primo
modo, ut ſupra. Secundo pro quadam Comprehenſio dupliciter.
tentione, quia cum aliquem inſequi-
mur, dicimus eum comprehendere,
quando poſſumus eum tenore. Quan-
do igitur ſumus in corpore peregrina 2. Cor. 5.
mur a Domino per fidem enim ambu-
lamus, & non per ſpeciem. Et ita in eũ
ten-



Cant. 3. tendimus, ut in aliquid diſtamus. Sed
quando per ſpeciem uidebimus præ-
ſentialiter, eum in nobiſmetipſis tene
bimus. Vnde ſponſa quęrens quem di-
ligit anima ſua, tandem uero eum inue
niens dicit. Tenui eum, nec dimittam.
Non eo modo, quo poſſit Deum perfe-
cte, & abſolutæ cognoſcere, quia cum
claritas veritatis ſuę infinita ſit, ergo
infinite uiſibilis eſt, quod cõuenire in-
tellectui creato non poteſt, cuius eſt fi-
nita uirtus in intelligendo. Qui ergo
manet in charitate, in Deo manet per
fruitionem charitatis, & notitiam ue-
ritatis, & Deus in eo. Principale tamen
ſignum, quod in charitate homo ma-
Ioan. 14. neat, eſt ut dicit Ioan. Euangeliſta.
Si ſermonem Dei ſeruauerit, ſcilicet
memoriter tenendo, & libenter de il-
lo loquendo, & audiendo. Vnde Bern.
Chriſtus eſt mel in ore. Ideo libenter
de eo loquendum. Melos in aure. Vn-
de libenter de eo audiendum. Iubilus
in corde. Hinc libenter recolendus
eſt. Nam tunc ut ſequitur Ioannes. ad
eum ueniemus, & manſionem apud
Duplex modus ueniendi ad locum, & qualis Deo conueniat. eum faciemus. Vbi notandum quod
dupliciter quis ad locum uenire dici-
tur. Primo in locum, in quem prius
non fuerat. Hoc autem Deo non con-
uenit, cum ſit ubique. Hinc per Hiere.
dicitur. Cęlum, & terram ego impleo.
Hier. 34. Secundo quatenus eſt ibi nouo modo
in quem prius non fuerat, ſcilicet per
effectum gratię. Et ita dicitur ad nos
accedere, non quod ipſe moueatur ue-
niens ad nos, cum ſit immobilis, ipſo
teſtante per Proph. Ego Deus, & non
mutor ſed dicitur ad nos uenire, quia
facit nos accedere ad ſe. Et quamuis
ſacra ſcriptura ſparſim per diuinos li-
bros motus corporis, & humana mem
bra in Deo deſcribat, caput, capillos,
os, nares, &c. Item motus animę, irã,
furorem, obliuionem, &c. Non pro-
pterea carnaliter iuxta hiſtoriam in-
telligenda ſunt, ſex ſpiritualiter omnia
confitenda ſunt, ut ſupra diximus ſer-

A mone 51. & 52. Dicitur ergo ad nos ue
nire, quia nos ad ſe accedere facit, nã
uenit ad nos, implendo ſuis effectibus,
& nos imus ad eum, capiendo illos.
Vnde Eccl. Tranſite ad me omnes, qui
concupiſcitis me. Imo nõ ſolum uenit
manſione faciendo, ſed etiam ambu
lando. Vnde Apoſtol. Vos eſtis tem-
plum. Dei viui, ſicut dicit Deus, quo-
niam inhabitabo in eis & inambulabo
inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi 2. Corin. 6
erunt mihi populus. Vbi notandum, ꝙ
B quatuor dicit Apoſt. Inhabitabo, ideſt
per gratiam uiuificabo. Sicut enim ani
ma viuificat corpus per ſuam inhabi-
tationem ita Deus per gratiam. In am- Pſal. 83.
bulando, ideſt proficere faciam, in am
bulando. Vnde pſal. Ibunt de uirtute
in virtutem; uidebitur Deus deorum
in Sion, ideſt non ceſſabit quin faciat
eos proficere. Donec uideatur facie ad
faciem in patria. Ero illorum Deus, in
tentationibus cuſtodiendo, a tribula-
tionibus eripiendo, uota eorum, & de-
C ſiderius exaudiendo. Et erunt mihi po- Pſal. 72.
pulus ſe omnibus modis ſeruitio eius
mancipando. Vnde pſal. Vt iumentum
factus ſum apud te. Igitur ambulare eſt
promouere animam de uirtute in vir- Gen. 15.
tutem. Hinc etiam habes octauam uti-
litatẽ, quia dat ſeipſum animę aman-
ti in mercedem, qui ſolus poteſt ani-
mam ſatiare. Vnde Aug. Feciſti cor
meum Deus, & inquietum eſt cor meũ
donec, perueniat ad te. Nona eſt, quia
ſecundum differentiam charitatis eſt
D differentia beatitudinis, & non ſecun-
dum aliam uirtutem Hinc licet multi
magis fuerint abſtinentes quam Apo-
ſtoli, tamẽ ipſi ſunt omnibus aliis San- Rom. 8.
ctis quocunque dignitate præfulgeant
ſiue Virginitatis, ſiue Martyris, ſiue do
ctrinæ præferendi, tanquam primitias
ſpiritus habẽtes, ideſt abundantius Spi
ritum ſanctum habentes. Et ratio eſt,
quia magnitudo præmij eſſentialis at-
tenditur ſecundum charitatem. Conſi-
ſtit enim præmium eſſentiale de gau-
dio

dio, quod habetur de Deo. Vnde qui A
plus amant, plus de Deo gaudebunt.
Ioan. 14. Quare dicitur per Ioan. In domo Pa-
tris mei manſiones multæ ſunt: quia
quanto quis habet cor feruens in amo
re Dei, magis delectabitur in eius frui-
tione. Decimo, charitas efficit pecca-
torum remiſſionem, quod quidem
manifeſte patet ex nobis. Si enim quis
aliquem offendit, & ipſum poſtea in-
time diligit, propter dilectionem offen
ſam ſibi facti laxat. Sic Deus diligen-
1. Pet. 4. tibus ſe peccata dimittit. Vnde Petrus B
charitas operit multitudinem pecca-
Luc. 7. torum. Exemplum patet in Maria Mag
dalena, nã dimiſſa ſunt ei peccata mul-
ta, quoniam dilexit multum. Vndeci-
ma intellectum illuminat. Frequenter
enim neſcimus quid agẽdum, uel quid
Iob 37. deſiderandum Nam ut dicitur per Iob.
Omnes inuoluimur tenebris, ſed cha-
ritas docet omnia neceſſaria ad ſalu-
Eccl. 2. tem, quia vbi charitas, ibi Spiritus ſan
ctus. Hinc dicit Eccl. Qui timetis Deũ,
diligite illum, & illuminabitis corda C
veſtra. Perficit præterea pacem perfe-
ctam. In rebus enim temporalibus fre
quenter accidit quod habitis ijs, quæ
deſiderantur, adhuc animus non ac-
quieſcit, immo vno habito aliud deſi-
Eſai. 57. deratur. Hinc Eſa. Cor impij quaſi ma
re feruens, quod non ſinit quieſcere.
Sed qui diligit Deum, pacem perfe-
Pſalm. 118. ctam habet. Vnde pſal. Pax multa dili
gentibus legem tuam, & non eſt illis
ſcandalũ. Et hoc ideo, quia ſolus Deus
eſt ſufficiens adimplere cor noſtrum, D
qui ſolum replet in bonis deſiderium
noſtrum. Rurſum perficit in homine
perfectam lętitiam, quia nullus vere
gaudium habet, niſi exiſtens in charita
te. Nam quicunque aliquid de tempo-
ralibus appetit, non gaudet, donec il-
lud adimpleatur, habitum vero deſpi-
citur. & tædium generat. Sed non ſic
in ſpiritualibus, qui Deum diligit, ha-
bet ſeipſum, & ideo in eo quieſcit. Ete
1. Ioan. 4. nim, qui manet in charitate, in Deo

manet, & Deus in eo. Conſtituit etiam
charitas hominem in maxima dignita
te, quia de ſeruo fit liber, & amicus.
Vnde dicit Dominus. Iam non dicam
vos ſeruos, ſed amicos. Et non ſolum
amicos, ſed & filios, ut filii Dei nomi- 1. Ioan. 3.
nemur, & ſimus. Quod ſi filij, hæredes,
ut inquit hodie Apoſt. Cohæredes aut
Chriſti. Vnde dicitur per Sapi. Ecce Rom. 8.
quomodo computati ſunt inter filios
Dei. Efficitur pariter ſponſa Chriſti ha
bens charitatem. Tum quia talis ani-
ma ſociatur amore caſto, Tum quia fi-
delis anima non poteſt bonis operib.
fæcundari, niſi a ſolo Deo. Tum quia
ab eo ſolo donis uirtutum ſubarratur,
quæ nullus dare poteſt, niſi ſolus Deus.
Et quemadmodum inter diem deſpon
ſationis, & nuptiarum interponitur a
ſponſis ſpaciũ, quo conueniri debeant
ad copulam, & hoc quidem ſapienter,
& vtiliter ſtatutum eſt ut interim uiſi-
tatio mutua frequentetur, & amor mu
tuus creſcat, & augeatur, ac impatiens
deſiderium cupitæ copulæ, quo magis
differtur, amplius cognoſcatur. Sic ani
ma Chriſti ſponſa iam effecta, dum
dies cupitæ copulæ tardat, debet arde-
re amore, æſtuare deſiderio, & anhela-
re ſuſpirio. Hinc ait quidam. Palleat
omnis amans. Nam ſi illam ſponſus
marceſcere uiderit impatienti deſide-
rio, copulæ diem acceſerabit, offeret
oſcula, iunget amplexus, ut cantare
valeat in iubilo. Ecce quod concupiui
iam uideo, quod amaui iam teneo. O
lætum diem talium nuptiarum. O fœ-
licem ſponſam tali coniugio dignam.
Verum ut excitet anima circa amorem
ſui ſponſi duo præcipue ſunt neceſſa-
ria Primũ diligens auditio uerbi Dei.
Hinc pſal. ignitum eloquium tuum ve Pſal. 118.
hementer, & ſeruus tuus dilexit illud.
Et iterum eloquium Domini inflam-
mauit eum. Vnde duo illi diſcipuli di- Luc. 24.
uino amore æſtuantes dicebant. Non-
ne cor noſtrum ardens erat in nobis,
dum loqueretur in uia, & aperiret no-





bis ſcripturas. & prædicante Petro le-
gitur quod Spiritus ſanctus qui eſt
Act. 10. amor cecidit in auditores verbi Dei.
Secundum eſt bonorum continua co-
gitatio, & præcipue beneficiorum Dei.
Nam ſicut ignis nutritur lignis, ſic cha
ritas nutritur in nobis lignis benefi-
ciorum Dei. Vnde reuoluat anima in
amato ſingula, quæ dilectionis affectũ
excitare, & augere valeant, ſcilicet ip-
ſius amati conuerſationem pulchritu-
dinem, dulcedinem, beneuolentiam,
fidelitatem, & in multis exhibitam
charitatem, quia ſecundum Auguſt. Ad
Dei dilectionem in nobis excitandum,
nutriendam, & augendam nihil ita va
let ſicut beneficiorum eius frequens,
& diligens conſideratio.

*De obedientia.*

Vide infra in feſto omnium Sancto-
rum. Sermo III.

DOMINICA IX. POST
Pentechoſten.

*Ex Epiſtola B. Pauli 1. Ad Corin-
thios c. 10. Sedit populus man-
ducare, & bibere, & ſurreo
xerunt ludere.*

*De crapula, & ebrietate.
Sermo I.*

Sermo 64. QVIA ad integritatem
mentis, & corporis con-
ſeruandam magnopere
ciborum abſtinentia ne
ceſſaria eſt. Nunquam
enim quis ardentis concupiſcentiæ ſti
mulos inhibere poterit, quiſquis deſi-
deria gulæ refrenare nequiuerit, cum
corpus nulla alia re tantum maceretur
& in ſeruitutem redigatur, atque per
abſtinentiam. Iuuentutis enim feruor
& motus indomiti abſtinentia, quaſi
quodam freno coercentur. Gula vero

*Pars Secunda.*

A uero libidines inflammat, concupiſcẽ
tiam carnis nutrit, Venter namque ci-
bo, meroque æſtuans cito ſpumat in li
bidinem. Ideo niſi prius hoc vitium
gulæ quis cohibuerit, fruſtra contra
alia laborat. Si enim prius inter nos ip
ſos hoſtem impoſitum gulę non ſupe-
rauerit, quomodo contra extrinſecos
hoſtes pugnabit? Certe in omne ma-
lum ruiturus eſt, quiſquis impetum vo
luptatis, & uoracitatis non reſecaue-
rit. Ideo nobis propoſitum eſt ad gu-
læ deteſtationem contra quam nobis
primus conflictus eſt, mala in medium
B producere, quæ hominibus eueniunt,
poſtremo aliqua de laudibus modera-
tæ abſtinentiæ, & fragilitatis tractare.
Sed quis dinumerare poterit plurimos, Mala, quæ
quos gula occidit? Plerique inter epu- proueniũt
las fudere animas, & menſas proprio ex gula.
repleuerunt cruore. Aliis cruditas uo-
cem ſimul rapuit, & ſenſum, & ſi aliqui
bus cruditas noxia non fuit, his ruinã
fecit ebrietas. Corpus per gulam in
ſuum fertur interitum. Morbi ex ſatu-
ritate nimia concitantur. Et multi ob
C impotentiam gulæ vomitum erum-
punt. Saturitas tum corporis, tum ani
mi minuit fortitudinem. Et non ita
fluuialium fluctuum uis ripas excede-
re, & conuellere ſolet, ut delicię bonã
ualetudinem, & uires facile ſubtrahũt,
Quod enim mali ex gulæ voracitate, De conſec.
atque ventris repletione non oritur? ſeſ. d. 5. Ni-
Ciborum abundantia morbum facit, hil &c. legi
moleſtias ingerit, & ægritudines gene mus
rat, exceſſus ciborum conſumere, &
computreſcere facit corpus humanũ,
D & tunc id morte crudeli conſumit.
Hinc quoſdam morbo articulari, &
podagræ humoribus laborantes legi-
mus. Hinc capitis, oculorum, manum
ægritudines, paralyſis, Hidropyſis, icte
ros, febres longæ & acutæ, nimia cra-
pula contrahuntur. Hinc auaritia, ia-
ctantia, furor, deſidia, inepta lætitia,
ſcurrilitas, multiloquiũ, hebetudo ſen
ſus, circa intelligentiam, & luxuria p-

A pagantur, Ciborum enim ſaturitas car
nis luxuriam ſuſcitat, Edacitatis vicio
creſcit omnis tentatio, & ciborum re-
pletioni ſemper libido coniuncta eſt.
Ea propter reſecanda eſt uoluptas, &
concupiſcentiarum amouenda ſunt fo
menta. In omne malum ruiturus quis
eſt, qui gulam abſtinentia non reſtrin
Gen. 25. git. Hæc nanque, Eſau perdere fecit pri-
mogenita ſua. hanc lachrymis emen-
dare non potuit. Hæc ad fratris cædẽ
feſtinauit, atq; affinitatem per nuptias
Exo. 22. B cum Chananæis contraxit. Populus
manducans, & bibens conſurgens ſur
gere aurum conflat in vitulum, & Ae-
gyptium bouem præfert Domini Ma-
ieſtati. Tot dierum labor vnius horæ
ſaturitate perit. Prima quoque inobe
dientia hominem per intemperantiã
cœpit, ſicque in hanc lachrymarum de
iectus eſt uallem. Daniel uero uir deſi
deriorum, quoniam uẽtrem domauit,
Dominus factus eſt regis Chaldæorũ,
deſtructor ſimulachrorum, & interem
C ptor draconis, pędagogus leonum, in-
carnationis Dei uates, & myſteriorum
arcanorum interpres. Veneris uolu-
ptate ſuperata tres pueri iram regiam
contempſerunt, & terribilem illum
tantum ardentem caminum, quan-
tum a rege Nabuchodonoſor accendi
potuit, intrepidi ingreſſi ſunt. Moyſes
propter prolixam ieiunandi, & pre-
candi aſſiduitatem legem accepit, &
oracula diuina audiuit. Elias tunc vi-
ſionem Dei promeruit, quando eandẽ
D ipſe menſuarm ieiunandi ſeruauit. Et
ut omnia ſummatim dicam. Si uentrẽ
quis domuerit, paradiſum intrabit, ſin
minus a morte conſumetur. Abſtinen-
tiam vero dicimus, non qua prorſus a
cibis abſtinemus, nam ea uiolenta eſt
quædam mortis deſtructio, ſed abſti-
nentiam uoluptatum, quæ ad deſtruẽ-
dum carnis affectum propter pietatis
propoſitum cõmoda eſt. Neque enim
abſtinentiæ exercitium circa ſolam ci
borum uoluptatem fugiendam abſol-

A uitur, ſed extenditur ad fugam omniũ
eorum, quæ impediunt. Itaque qui
perfecte abſtinens eſt, non uentri qui-
dem domabitur, humanæ uero laudi
ſuperabitur. Non turpes quippe con-
cupiſcentias uincet, diuitias uero, aut
iram, vel mæſtitiam non vincet. Tunc
ergo pręclara eſt abſtinentia, pulchra,
atque magnifica caſtigatio corporis,
quando eſt animus ieiunus a uitijs.
Alias quid prodeſt attenuari abſtinen-
tia corpus, ſi animus intumeſceret ſu-
B perbia? Quid virtutis haberet vinum
non bibere, & ira, atque odio inebria-
ri. In caſſum caro atteritur, ſi a ſuis uo
luptatibus caro nõ refrenatur. Immo
qui cibis abſtinent, & mala agunt dæ-
mones imitantur quibus culpa adeſt,
& cibus abeſt. Ideo ſuperflua eſſet ab-
ſtinentia, ſi perturbatio aliqua mona-
chum occuparet, quoniam noniam
equus, ideſt corpus, æquitem, i. homi-
nem ſuo impetu præcipitem ferret, ſed
eques ipſe potius vi paſſionis intimæ
C equum ſtimulis irę, uel libidinoſæ cõ-
miſtionis exagitaret. Hæc ſufficiãt pau-
ca de plurimis, quæ gulam dammant,
& abſtinentiam commendant. Sed
quid de ebrietate dicam? Ebrietas ma Ebrietatis
litię mater eſt, uirtutis inimica, fortem mala.
uirum reddit ignauum, ex temperato
facit laſciuum, iuſtitiam ignorat, pru-
dentiam extinguit. Sicut enim aqua
igni eſt aduerſa, ſic vinum rationem
ſupprimit. Voluptatis denique incon
tinentia omnis ex vini fonte originem
D habet. Vinum Loth in horrendum fi-
liarum pertraxit concubitum, & ita fi-
liæ redditur maritus gener ſuiipſius,
ac ſocer, pater, & auus. Ebrietas Noe
verenda detexit. & per hanc homo prę
ceps ad omnem impuritatem, atque
intemperantiam ruit, fitque corpus tu
midum, & putridum. Nam licet eos vi
dere oculis viuẽtibus, cute ſuppallida,
lingua balbutiente, uoce confuſa, pe-
dibus puerorum more infirmis, ac ti-
tubantibus. Tumeſcit corpus: Oculi
hu-



A humorib. prægrauant. Quid ergo ebrio
turpius? ridiculus eſt hoſtibus, ridicu-
lus eſt famulis, miſerabilis apud ami-
cos omnium deteſtatione dignus, be-
ſtia eſt magis, quam homo. Mane-
bat antequam ebrietas inuẽniretur,
omnibus inconcuſſa libertas, ne-
mo ſciebat a conſorte naturæ obſe-
quia ſeruitutis exigere. Non eſſet ho-
die ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet.
Hinc riſus irreuerens naſcitur. Hæc
filium regis Amon occidit, & princi-
B pem exercitus Holofornem iugulauit.
Hæc rationis eſt interitus, fortitudinis
eſt pernicies, ſenectus immatura, mors
momentanea. Ebrietas fomes eſt, & nu
trix omnium viciorum, Hinc libido
naſcitur, quæ nunquam quietum pati-
tur manere animum, nocte feruet, die
anhelat, ſonum auertit, caſtis inſidia-
tur, potando inflammat, vſuque accen
ditur, nam libido tranſacta nunquam
ſatiatur, & extincta reaccenditur, uſu
creſcit, & deficit, nec rationi paret, quę
C impetu ducitur. Beatus eſt igitur, qui
ebrietatem ſobrietatis uirtute depel-
Sobrietas. lit. Eſt enim ſobrietas tutela caſtita-
tis, pudicitiæ proxima, et orationis ſin
gulare præſidium. Hæc virtus in ani-
mo ſe poſſidenti concupiſcentias fre-
nat, affectus temperat deſideria ſancta
multiplicat, cogitationes prauas re-
mouet, ſanctas ingerit. Hæc ſanitatẽ,
ſecuritatem, et ſollicitudinis immuni-
tatem, libertatem, ualetudinem, ac ro-
bur corporis, bonam conſtitutionem
D animæ, ſobrietatem, & alacritatem ge
nerat. Hinc Hier. ait legimus: quoſdã
morbo articulari, et podagræ humori-
bus laborantes, præſcriptione bono-
bonorum, hoc eſt amiſſione facultatũ,
ad ſimplicem menſam, et ad paupe-
res cibos redactos conualuiſſe. Quo
circa uiſo a nobis quam abominabile
ſit crapulæ, et ebrietatis uitium,
et ex aduerſo, quam laudabilis, et
iucunda temperantia, atque ſobrie-
tas, amplectamur toto corde has

A margaritas. Nam non aliter ad per-
petuæ caſtimoniæ puritatem perue-
nire poſſumus, niſi iugem temperan-
tiæ qualitatem teneamus. Ventre e-
nim diſtento epulis, neceſſe eſt ea, quæ
ſub ipſo ſunt mẽbra ex humoris redun-
dantia in profundo feruentis ad pro-
pria, & naturalia officia moueri. Qua-
re melior eſt rationabilis cum mode-
ratione refectio, quam per interualla De conſe.
arduum, longumque ieiuniũ. Ideo ſint D S ſint. &.
nobis quotidiana ieiunia, & refectio c. nihil.
B ſatietatem fugiens, ideſt quotidie eſu-
rire, & quotidie prandere. In caſſum bi
duo, aut triduo vacuum portamus ven
trem, ſi poſtea pariter obſtruatur, hoc
eſt repleatur per crapulã vſque ad ſum
mum. Sic quid vtilitatis habet illa re-
fectio, cũ priduanis epulis diſtẽdimur,
& guttur noſtrum meditatorium effi-
citur latrinariũ. Dumque uolumus pro
lixioris inediæ famem quærere, tantũ
uoramus, quãtum uix alterius diei nox
digerit. Hoc nempe non tam ieiunium
C appellandum eſt, quam fętens, & mo-
leſta digeſtio, & crapula. Parcus cibus,
& venter ſemper eſuriens triduanis ie-
iunijs præfertur. Pluuia illa optima eſt,
quæ ſenſim deſcendit in terram. Subi-
tus, & nimius imber in præceps arua
ſubuertit. Moderata ergo ſit nobis re-
fectio, ne ſi immoderata fuerit, caro no
ſtra nos demergat in foueam. Caro. n.
data eſt nobis quaſi animæ bellũ, quæ
ſi mortificata fuerit, ducit ad vitã. Si ve
ro nutrita, parat ſe ad mortem. Vnde
D non præbeamus per immoderatam re-
fectionẽ vires illicitas corpori noſtro,
ne conuertat bellum aduerſus ſpiritum
noſtrum, ſed ſemper ſubiecta ſit caro,
vt obtemperet iuſſis ſuis. Spiritus enim 2. Cor. 10.
deficit, vbi caro requieſcit. Propterea 2. Cor. 4.
Apoſt. dicebat. Quando infirmor, tunc Rom. 13.
fortior ſum. Etſi exterior homo cor-
rũpitur, ſed interior renouatur de die
in diem. Et carnis curam ne feceritis
in deſiderijs. Nam quemadmodum in
libra contingit, ut ſi alteram peſſunde-
 muus

A mus lancem, alteram ex aduerſo leuiorem conſtituimus. Sic & corpori, & animæ ſolet euenire, vt alterius pōdus excedens leuius neceſſario reddat alteri⁹. Corpore namque ſe molliter habente neceſſe eſt, vt mens eneruis, ac debilis ad proprias actiones exiſtat. Contra vero anima bene ſe habens, & ad cœleſtium meditationē, bonarumq; actionum exercitationē ad propriæ magnitudinis ſublimitatem euecta, facit ut corporis habitudo depeſcat. Quo circà ſi nos, qui in Dei famulatu ſumus,
B gradus perfectionis uolumus attingere, melius eſt, ut ſaginemus animam, quam corpus. Credamus Paulo intonanti eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem hūc, & illas deſtruet. Ea de cauſa Dominus noſter anguſtū nobis ventrem dedit, ut erudiat animæ curam gerere circa corpus diligentiorem. Animam enim pedagogū, corpus uero puerum dicūt eſſe Philoſophi. Et ſicut pueri conatus, & impetus ad laſciuiā properant, niſi prudentia pedagogi eos re
C xerit, ſic niſi ratio ſit, vt tales, ac tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ pręgrauetur, quia & deambulandum eſt, & dormiendum, & orandum, & digerēdum, corpus in ſuum fertur interitum, & noxium uitiorum fomitem, igneumque ſuccendit. Ideo perfectæ virtutis communis omnib. finis eſt, ut ab eſcis, quas ſumere corporis neceſſitate compellimur, in appetitu earum poſiti temperemus. Vinum quoque pro ætatis, & va
D letudinis, & corporū qualitate exigere debemus in potādo, quod ſi abſque vino ardemus adoleſcentia, & ſanguinis inflāmmamur calore, ac ſucculento, validoque ſumus corpore, libenter carebimus poculo, in quo nobis ueneni ſuſpitio eſt. Chriſtiano enim ſanitas abſque uiribus nimijs neceſſaria eſt. Nec turbare nos debet, ſi rari ſint huius propoſiti ſectatores, quia rari ſunt amici boni, & fideles, pudici, & conti-

A nentes, ſemperq; virtus rara eſt. Quare attendamus nobiſipſis, ſpernamus carnem, cito namque pręterit animam vero curemus rem immortalem. Ad quid noſmetipſos impingamus? Nunquid enim ſacrificandi ſumus? Cur noſipſos ad omnia inutiles præſtamus? Cur defodimus animam? Cur craſſum parietem craſſiorem facimus? Nos autē impinguamus noſipſos certaturi. Stat aduerſarius noſter ſtridens dentibus ſuis in nos, nos autem ita effuſi, & menſæ
B addicti ſumus? Chriſtus præ fame tabeſcit, nos uero præ gula noſipſos diſrumpimus. Cū ad menſam ſederimus, reminiſci debemus, quòd poſt orationem eſt nobis orandum. Ita ergo ventrem expleamus, ne grauati non quæramus genua flectere, ac Deum inuocare. An non uidemus, quod iumenta iugum ferentia poſtquā ad præſepe paſta ſunt, iter agunt, onera geſtant, ſuūq; explent miniſterium. Nos uero, qui ſublata menſa ad omne opus inutiles
C ſumus, num vitare poterimus, quin minus uideamur aſinis deteriores? quamobrem, quia tunc maxime conuenit eſſe ſobrios, ac vigilantes. A menſa non ad lectum, ſed ad deprecationem vertamur, ne brutis animantibus ſimus pe Matth. 14
iores. Hoc manifeſtius declarat ipſe Mar. 6.
Chriſtus, qui cum immenſam multitudinem conuiuio accepiſſet in deſerto, non remiſit illos ad lectum, uel ad ſomnum, ſed ad audiendos ſermones diuinos inuitauit. Quapropter ita ſemper
D comedendum eſt, ut cibum & oratio ſequatur, & lectio. Aſſueſcamus ergo (fratres) ita capere cibum ad neceſſitatem corporis ſuſtentandam, non tamen in paſſione, ſeu in ſaturitate ventris, neque plus æquo corpus ſaginare, neque circa curam nimium ſtudere velimus, quoniam caro aduerſus ſpiritū, & ſpiritus aduerſus carnē concupiſcit. Hæc autem inter ſe continuo aduerſantur. Recti præ omnibus animalibus ſumus creati, ut planè ex ipſa figura vi-
deamus



A deamus quemadmodum ex genere cœleſti ſit uita noſtra. Genus autem quadrupedum ad terram aſpicit, & uentri tantum indulget. homini autem eſt in cęlum aſpectus, ut nec uentri, nec eius uitiis uacet, ſed ad ſupernum iter, & ad illas cæleſtes delitias tota cupiditate feratur. Si ergo illæ delicię placent, alemus animam, communicantes, & cibos, quibus aſſueuit, ne eam fame occidamus. Ducamur ad refectionē magis pro ſuſtētatione naturę, quam pro
B explenda uoluptate. Et ſtantes in carnali refectione in illa æterna arbitremur eſſe, & in illam tota mente ſuſpendamur. Conſideremus namque facientes Cœnam immenſam, qui ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Miniſtrantes in cæna qui ſunt. Millia millium. Ciborum multiplicitatem, millia millium ferculorū, ideſt gaudiorum, quæ erunt in patria, & inter cætera conſideremus tria magna fercula. Primum erit gaudium de omnium malorum
C abſentia. Secundum de omnium bonorum præſentia. Tertium continua erit de diuina laude lætitia. Cogitemus cęnam illam eſſe ęternam, quia nunquā terminabitur. Nam cum cęnare ſit gaudere. Gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis inquit Dominus per Ioan. & nunquam a cęnando ceſſabitur. Semper, & in ſęcula ſęculorum. Ibi erit laus, & tota ſimul manducabitur, quia dicitur. Aeternitas uitę beatę tota poſſeſſio ſimul. Ibi erit uinum ad ębrietatem. Mel ad ſatietatem, lac ad perfectionē men-
D tis, & animę. In his etiam euecta mēs, & ſpiritualibus lapibus ſaginata uix corporis neceſſaria indulgere ualebit. Ex iſta ſpirituali refectione irradiatur intellectus, exhilaratur cor, iucundatur animus, & cęleſti charitate inebriatur affectus. Ex repletione uero carnalium hebetatur mens, ſenſus obtunditur, animus diſſipatur, uenter diſtenditur, & corporis organum humoribus prępeditur. Vnde iſtę ad ſolā ſuſtentatio-

A nem capiendę ſunt ſobriè. Spirituales uero ſemper inhianti corde, & dilatato affectu concupiſcendę, & percipiendæ ſunt, ut ex iſtis refectionibus ſpiritualibus poſſimus ad illam ęternam cęnam gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti peruenire. Amen.

*De diſciplina habenda circa cibum, & potum. Sermo II.*

B SICVT per ciborum abundantiam laſciuiens ęquus noſter aurigam quocumque vult, pręcipitem fert, ita per nimiā inediam propoſitum impedit uirtutis iter. Quemadmodum denique aurigę non expedit ęquum ita affluenti pręſepio ſaginare, ut illius laſciuis motibus inordinatis quòd lędatur, & quo ille uoluerit circumferatur. dum feruidis eius, ac nimijs viribus nequit obſiſtere. Ita neque uirtutis viam cum eo per
C gere inſtituenti conuenit ex nimia neceſſarij uictus indigentia uires eius omnino deijcere, ne perpetuis infirmitatis commodis tamquam peſſo alligatus inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur. Fit enim fere ut dū prorſus lapſum erigere iam ad curſum nequit, nec dimittere illum naturali coniunctione promittitur per inſeparabile conſortium ſemperque ei condolere ac circa eius curam laborare compellatur, & ex eo neque Deo inhęrere
D per lectionis, & orationis ſtudium, neque ad fratrem beneficientiam humanitatis officium obire poſſit, dum corporis vires per nimiam inediam infirmatæ fuerint. Nihil enim plus carnis ſarcina, pennas animæ ad infima deijcit quam imbecillitas corporis, dum iugi ad id curandum occupatione diſtenta non permittitur ad cœleſtia (vt cupit) euolare. Nec ſolum ob eam moleſtiam virtutum acquiſitione priuatur, ſed & acquiſitis iam
dum

dum per impedimenta infirmi corpo-
ris pugnare, ſeſeque ad ſacra certami-
na exercere diſlueſcit. Omitto quod ſi
proximum tanquã nos ipſos diligere
iubemur, mandatum profecto non
implet, qui cum alteri curet obſiſtere,
atque opem ferre, ſeipſum infirman-
tem, immaniter necat. Nam qua ratio-
ne mandatum iuſte implere dicitur,
qui cauſam cum famulo corpore inte-
gre, ac iuſte non iudicat? Cęterum ca-
ſtigandi obtentu illud ſe caſtigare pro
feſſus indiſcreto potius impetu peſſi-
me conſumit, ac perimit. Deinde qui
ſeruum non ita per inediam ſubijcit ut
non ſolum ad miniſterium Domini
fiat inutilis uerum nec ſibijpſi ſuffice-
re poſſit, quid aliud quam ſerui ſui ſe
famulum fecit? dum ſemper circa in-
firmitatis ſuæ curam verſatur attoni-
tus. Nec iam exercitationis antiquæ
meminiſſe præ huiuſmodi occupatio-
ne permittitur, ſed in ſerui obſequio
tempus omne conſumit. Igitur & cor-
poris cura neceſſario habenda eſt
non ipſius gratia, ſed vt ſeruitio illius
ad virtutum acquiſitionem peruenire
poſſimus. Nam caſtigo, ait Apoſt. cor-
pus meum & in ſeruitutem redigo vt
quod ad vitia, uoluptateſque procliue
eſt, per cõtinentię exercitia frangam,
non autem ut immoderatis illud vul-
neribus conteram, & inutile iam ad ſer
uitium faciam, ſed eo tantum modo
ratio caſtigandi corpus eſt, vt ſeruitu-
ti ſubijciam, & Domino obſequi rite
compellam. Quoniam igitur inna-
tum nobis veſticulam neq; nimis laſ-
ſando frena, neque rurſus immodice
illa retinendo ad virtutis curſum pro-
ducere oportet, idcirco quandam me-
tam conſtituere nos Deo adiuuante
oportet, vt valido corpori, & vegeto,
naturalique calore abundanti frena
immittamus, ac per inediã, frigidio-
reſque cibos redundantiam illam ca-
loris arceamus, ne vel lautioribus,
eius naturalem pinguedinem augen-

A tes, vel vini licentiore vſu feruorem
inſitum magis magiſque ſuccenden-
tes ignem igni adijciamus. Porro ſeni
li iam ætati & frigeſcenti cibi, potuſ-
que adiumentum ad ſuſtentandas vi-
res ingeramus. Sed quis eſt Domine, q
ueram diſciplinam circa ſumptionem
cibi, & potus tenere poterit, qui in ſu-
mendis alimentis corporis, gulæ ma-
giſque neceſſitati non ſeruiat? plus,
enim concupiſcentia, quam neceſſitas
petit. Sæpe namque animus fallitur ut
B quod voluptuoſe appetit caro, neceſ-
ſariũ ſuſpicetur, quatenus omne quod
libet vitæ debitam vtilitatem putet,
exiſtimans forte quod ſibi delitiæ illæ
neceſſariæ ſint, vt corporis laboribus,
& animæ exercitijs vacare poſſit. Et
dum putat corpus pluſquam valet
edomare diminuendo ſibi quod ne-
ceſſarium exiſtimat, credẽs de rapina
holocauſtum offerre, in gulæ tempe-
rantiam declinat, & ita incidit in cra-
pulam contra dictum Domini. Atten-
C dite ne grauentur corpora veſtra in
crapula, & ebrietate. Crapula enim
cruda eſt epula. Cruditas iſta frequen
ter accidit in ijs, qui nimium cibum
ſumunt. Illud vero, quod ſupra ne-
ceſſitatem affluit, non modo non nu-
trit, verum & corrumpit. Quare ait
Chryſo. Vis corpus alere, tolle ſuper-
fluum. Da quod ſatis eſt & quantum
concoquere poteſt, ne aggraues illud,
ne ſubmergas ad libidinem. Sed cum
laborioſa res ſit, quid neceſſitas petat,
D & quid voluptas ſuppetat, dignoſcere,
& difficile ſit ardorem ventris edoma
re, & gulę impetum temperare. Inde
dicit Aug. Quis eſt Domine, qui aliquã
tulum extra metam neceſſitatis cibum
non ſumat. Et magnus diſcretionis la-
bor ſit ventri exactori aliqua impen-
dere, & aliquid denegare, & dando na
turam nutrire, & non dando gulam re
ſtringere, maxime requiritur auxilium
Dei, & indefeſſis orationib. eſt inſiſtẽ
dum ut habere quis ſciat mediocrita-
tem



tem, quæ homini præſtet nutrimen-
tum, & quiſquis talis ſit magnificet
nomen Domini. Ventrem enim plus
æquo replere, & cibis aggrauari ma-
ledictione dignũ eſt. Dicente Domi-
no. Vę qui ſaturati eſtis, & ob id cor-
pus ad operãdũ inutile redditur, & ine
ptum, & ad ſomna procliue morbiſq;,
ac læſionibus magis expoſitum. Neq;
enim voluptas debet edendi finis con
ſtitui, ſed vitæ neceſſitas, repudiata vo
luptatis intemperantia. Voluptati .n.
ſeruire nihil eſt aliud, quam ventrem
Deum conſtituere. Talis tamen datur
regula vt ab eſcis, quas ſumere corpo-
ris neceſſitate compellimur, in appeti-
tu earum poſiti temperemus. Item ut
prorſus abalienemur ab his, quæ no-
xiam voluptatem promouent. In ſpe-
ciali tamen certa meta, & regula con-
ſtitui non poteſt. Nam in cibis, quẽ-
admodum alia eſt aliorum neceſſi-
tas, tum iuxta exercitiorum differen-
tiam, & corporis habitum, ita ſane &
cibi diuerſa menſura eſſe debet, & refi
ciendi modus, vt impoſſibile ſit om-
nes vno comprehendi canone, qui im
pietatis exercitio ſunt. Infirmorum
ſiquidem, aliud erit in reficiendo ſo-
latium, aut eius, qui continuis, operi-
bus fatigatus eſt, vel etiam eius, qui la
bori deſtinatur, vtpote moleſtæ ali-
cui profeſtioni, aut ſi quid aliud eſt,
quod moleſtum ſit, & laborioſum, aut
eorum, qui neceſſitati fratrum ex offi-
cio adeſſe debent, quam illorum, qui
huiuſcemodi neceſſitatibus non ſunt
Regula optima temperantiæ. occupati. Optima ergo temperantiæ
regula eſt quæ vnicuique eſt iuxta cor
poris virtute admenſurata ea alijs qui
dem propter laborem opus eſt ut plu-
rimis, ac ſolidioribus veſcantur, alijs
vero tenuiora, ac fragiliora conueniũt.
Nonnullis etiam labor intenſus etiam
nihil adferre moleſtiæ comprehenſus
eſt. Imo magis recreationem præſtare,
quam moleſtiam propter corporis
ſtructuram, & virtutem rigidam, & du

A ram. Quod autem iſtis tolerabile eſt,
alijs periculorum occaſionem attulit.
Corporum ergo tm̃ eſt inter ſe conue-
nire diſcriminis, quantum inter æs, &
ferrum. Itaque temperantiam cibi, &
potus eligere conuenit, quæ coformis
ſit virtuti corporis, ut neque minus
exerceatur, quam exigant vires corpo-
ris, neque ad eas extendatur, quæ illas
ſuperẽt, ne vel corpulentia grauetur,
vel morbidum factum imbecillũ red-
datur corpus ad obeundum manda-
B torum exercitium. Pari enim damno
anima vtrinque afficitur, dum aut im-
morigerata per corporis habitum ca-
ro in abſurdos motus laſciuit, aut lan-
guida remiſſa, & immota doloribus,
deſtinatur. Non enim vacat animæ in
tali corporis conſtitutione vt cœle-
ſtia libere ſuſcipiat, ſed ſumma neceſ-
ſitate deuicta doloris ſenſu occupatur,
& ad corporis afflictionem humiliata
deflectitur. Ex quibus omnibus conclu Di.41. quiſ
damus quod debemus cibum ſumere quis 20. q.
C ſecundum quod conuenit ſuſtentatio- 4.c.ſi.
ni naturæ, bonæ ualetudini noſtræ, ac
etiam conuerſationi eorum, quibus
viuimus, ne ſi generalem fratrum con
ſuetudinem excedamus, ſuper nos fra
tres ſcandalizentur. Ideo ad euitan-
dum ſcandalum aliorum, ſi eos cogno
ſcimus ſcandalizatos & ſi occaſio inci
dit, bonum eſſet de quolibet cibi ge-
nere aliquid ſumere ut oſtendatur q
omnis creatura Dei bona eſt, & nihil
reijciendum quod cum gratiarum
D actione ſumatur: ſi vero aliquis cibus
nobis eſſet noxius, tunc reddita ratio-
ne, quod cibus ille nobis nocet, non
erit amplius curandum, quia ex ſcan-
dalo ex ignorantia efficeretur ſcanda-
lum ex malitia. Sed ut ad rem venia-
mus: Scopus ſemper ſeruandus eſt con
tinentiæ, qui in hoc uerſatur, vt viliori-
bus, ac neceſſarijs ad vitam vtamur, &
in iſtis quoque ſatietatem vitemus. Ea
vero, quæ ad voluptatem faciunt, pror
ſus fugiamus. Et huius continentiæ
nec

nec infirmus, carebit merito. Habet enim corporis imbecillitas cõtinentię ſuæ palmam, dummodo eſcis refectioni carnis indultis adhuc indigentem ſe refectione defraudet, tantumque eis indulgeat, quantum ſufficere ad viuẽdi uſum temperantiæ diſcretio rigida iudicauerit, non quantum deſiderij appetitus expoſcit. Sed vt ad ſobrietatis virtutem quis pertingere valeat, quisquis eam adipiſci deſiderat, ſtudeat ſumopere cibum non accuratius ſumere, lautiora non excogitare, B nec in cibo tempus præuenire, ad cibũ nimium non æſtuare, in vilibus non attendere. Sunt, enim quidam, qui ſtudium ſuum in præparandis cibis adhibent, & varia condimentorum genera excogitant, modo mollia, modo aſſa, modo ſale condita, modo dura ſecundum mulierum prægnantium conſuetudinem horum, enim mores longe ſunt a pulchritudine ſobrietatis. Rurſum deuitanda ſunt cibaria lautiora C fatuum, enim eſt ibi precioſa ponere vbi corrũpitur quod infunditur. Qui delicatis utitur, infirmitati corporis ſui medium adhiber, vnde aggrauetur infirmitas. Qui delicata corpori ſuo parant, adiutoria ſuo hoſti procurant. Hæc.n. delicata cibaria famen, & non ſacietatem pariunt & adeo amatoribus ſuis ſunt noxia, ut moræ latronũ in hoc nos amplectantur, vt iugulent. Nemo in quenquã hoſtis eſt tam contumelioſus, ſicut in quoſdã ſunt voluptates ſuæ, quæ in tormenta vertuntur, & D ſæpe corpori, & animę ſunt occaſio infirmitatis. Quare magna cum diligẽtia debemus nos maxime religioſi has vanas delicias uitare. Chriſtus noſter id elegit, quod carni moleſtiꝰ eſt, id ergo melius, id vtilius, id magis eligendum. Qui ergo Chriſtum deſiderat. & illo pane veſci, non quærat magnopere de quam præcioſis cibis ſtercus conficiat. Inſuper cohibendum eſt ne ſtatutum, tempus præueniatur, &

A omnino fugiendum occultæ commẽſtionis peccatum. Nam ſi religioſum in re modica ſubuertere valuerit, luctando proſternet, & in vincula conijciet. Item cohibendus eſt nimius cibi appetitus. Nam longe melius eſt moderate carnibus ad vſum veſci, quam in ventuoſum legumem nimia auiditate rapi. Etenim aqua ipſa, vel panis ſi cum auiditate ſumatur, ideſt ut non neceſſitati corporis, ſed ut animi deſiderio ſatisfiat, in deliciarum uicium ducitur. In omnibus enim cibis non B vſus, ſed libido in culpa eſt. Fieri .n. poteſt ut abſque vicio aliquo libidinis, vel uoracitatis precioſiſſimo cibo ſapiẽs vtatur ſuſcipiẽs vero fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat. & ſanius quippe maluerit more Domini piſce veſci, quam lenticula more Eſau nepotis Abrahæ. aut ordeo more iumentorum. Non, enim propterea cõtinentiores ſunt pleræque beſtię quia vilioribus aluntur eſcis, nam de- C liciæ quælibet ſi abſque deſiderio capiantur, non officiunt, & viles cibi appetenter accepti impediũt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aqua male cõcupitam effudit, Elias vero carnes innoxie comedit. Rurſum vigilandum, ne menſura in refectione excedatur. Nam abſtinentiæ ſic adhibenda eſt tẽperies, vt corpus nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. Moderata ergo ſit refectio, ne ſi ciborum enormis ſit abſtinentia, corpus de- D licatum frangat, & ante ægrotare incipiat, quam ſanctæ conuerſationis iacere fundamentum, uel ſi maior ſit refectio, erumpat in cruditatem, quę parens libidinum eſt. Qui ergo deſideria & indomitos effectus edomare cupit, commenſurate corpus educet. Nam bene ſerpens atteritur, ſi ſic gula reſtringitur, ut libidinoſi corporis motus omnis uiolentia minuatur. Et tanto caro domanda eſt, quãto carnis ſtimulusm agis infeſtus eſt. Et qui corporis

41. di. quis quis deliciæ.





bonam conſtitutionem, animæque ſobrietatem deſiderat, moderate cibum capiat, Nihil enim facit melius cibum digerere, aut bene decoquere, nihil ſic ſalutem, Nihil ſic ſenſuum accumen operatur. Nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul ꝓcreat, & uoluptatem. Qui ergo ad virtutem temperantiæ, ac ſobrietatis pertingere cupit, refręnet gulam. Palatum enim non ſapores, ſed fames excitet. Non enim habendus reſpectus in ſumptione cibi ad os tantũ, ſed ad corpus. Aliquando enim quod nimis eſt corpori, parum eſt gulæ, & quæ gulæ ſunt delectabilia, corpori ſunt noxia. His igitur pactis quicunque ſic uitam ſuam temperata diſcretione temperauerit, fatẽdum eſt quod pertigerit ad celſitudinẽ ſobrietatis. Ingrediamur ergo per hanc regiam uiam ſobrietatis nunquam declinantes, vt neq; remiſſionẽ amplectamur, neque immoderata abſtinentia corpus inutile reddamus. Ita vt nec in lectionibus, nec in pſalmis, nec in vigiliis ſolito quid minus faciamus. Nam ſi extra corpus tantum eſſemus, neceſſariũ eſſet ea tm̃ curare, q̃ aĩæ ſoli optime conducerent, qm̃ uero geminus eſt homo, conuenit & geminum eſſe virtutis ſtudium quod & corporis laboribus, & animæ exercitiis abſoluatur. Studeant igitur ſummo ſtudio uniuerſi, & præcipue Domino famulantes diſcretionis menſuram ſeruare in corporis regimine. Nam ſicut chorda in cithara ſi minus tenditur, non ſonat, ſi amplius, raucum ſonat. Sic nulla eſt virtus hominis circa cibum, & potum, ſi tantum quiſque corpus non edomat quantum ualet. Aut valde inordinata eſt, ſi corpus pluſquam poteſt atterat. Debemus ergo per uirtutem prudentiæ uitia extingere, & non corpus. Et ita debemus nobiſmetipſis moderamine præeſſe, ut & ad culpam caro non

A ſuperbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione ſubſiſtat. Quare iuxta dictum Pauli rationabile ſit obſequiam noſtrum. Philoſophorum quoque eſt ſententia moderatas eſſe virtutes, excedentes modum, atque menſuram inter uitia deputari. Vnde ſapiens. Ne quid nimis. Crudeles enim ualde ſunt, qui ex inordinato feruore nimis caſtigant corpus ſuum. quamuis enim viliſſimum ſit cadauer corruptibile, B & ſpiritui cõtrarium, non tamen eius cura poſtponenda eſt, ut poſſit animæ exercitijs aptum inueniri. Hi vero tales, qui ex inordinato deſiderio corpus ſuum affligunt, ſolent protinus irruente tentationum, vel infirmitatis procella ſuccumbere. O quot quotidie cernimus fraude deceptos, qui diſcretionis metas tranſcendentes corpore infirmati ſunt, qui ſpiritus feruore priſtino deficientes cunctis tepidiores efficiuntur, & dum prius magnas abſti- C nentias faciebant, poſtea plus ipſi, quã alij comedũt, & ita infirmati aliis oneroſi fiunt, & ſibijpſis. Nam impatientiæ morbo detenti ſi quod eis deſit ad votum, gemitibus, & improperiis quæritare non ceſſant. Heu clamant. Vbi fraterna charitas. Vbi ad ægros compaſſio. Et ſic obliti quales fuerint, omni curæ carnis ſe præcipites prębent. Et etiã ſi ad priſtinam ſanitatem perueniant, nunquam aſſumere priſtinum exercitium in abſtinentijs audent, recognoſcentes ſeipſos per talia infir- D matos. Diabolo ipſis ſuggerente. Non facias talia. Neſcis quia ob nimiã abſtinentiam infirmatus es. Cum tamen non propter iſta in infirmitatem inciderit, ſed quia diſcretionis tramitem non ſeruauit. Sed ſi tuti ab huiuſcemodi tentationibus cupimus fieri, magna cum humilitate, ac tremore, cũ inſtantia orationis recurramus ad Dominũ, vt nos illuminet, quia ipſe illuminatio noſtra eſt. Et facta hac humilia oratione nos, qui ſub obedientia Sancta

conſiſtimus, eamus ad noſtros ſuperiores, qui abſque dubio inſtruent nos, & a talibus deceptionibus tuti erimus. Efficax etiam erit remedium, ut imitemur bonum agricolam, qui agrum vicibus exercet, & vel ſi nō patitur ocioſum diuerſa alternat ſemina, mutatis vt fętibus arua requieſcant. Ita nos agrum, ſcilicet corpus noſtrum diuerſis ſeminibus ſaltem ſeramus, nunc alimonijs mediocrib. nunc ieiunijs parcioribus lectione, opere, & prece, vt mutatio laboris induciæ ſint quietis. AMEN.

## DOMINICA X. POST Pentechoſten.

*Sermo Vnicus.*

Sermo 66. DOMINVS cum laudibus occurrentiū intrans ciuitatem, præuidens eam in vltionē ſanguinis ſui funditus euertendam ab Aelio Adriano, & non rędificādam in æternum, Iuxta vaticinium Esa. 5. Eſaię, Diripiam maceriam eius, & erit in conculcationem. Cum in tanta gloria ſuſciperetur, in medio exultationis interſerit paſsionem. Ideo Eccleſia in ramis Palmarum in commemorationem huius facti poſt illam glorioſam, proceſsionem eleganter interſerit Paſſionem Quod nō ſolum introductum fuit in Eccleſia propter dominici facti repręſentationem, ſed etiam vt per ipſum moraliter nos inſtruat Eccleſia, quod in quantacunq; gloria ſit aliquis, non eſt gaudendum, quiā extrema gaudij luctus occupat. Vnde Dominus in eadem ciuitate a plebe eadem, & eadē tempore proceſsionis gloria, & diuinis laudib. eſt honoratus. Poſtmodum vero interrogatus contumelijs, & tormento, & cum ſceleratis deputatus. Hic eſt tranſitorię finis lętitię, hic fructus glorię temporalis. Pręuidens er-

A go Dominus euerſionem vrbis imminentem, pietatis affectu flet ſuę eam, dicens, quia ſi ipſa pręſcia eſſet ſuę deſolationis, & ruinę, ipſa etiam fleret. Et hoc eſt quod dicit. Et vt appropinquauit Ieſus Ciuitati non ſolum corporis greſſu, ſed potius compaſſionis affectu. Sed inutiliter, quia Ciuitas non appropinquauit illi per pęnitentiam. Sicut inquit Apoſ. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Iaco. 4. Ac ſi dicat. Appropinquate ut miſeri ad miſericordem, B ut nudi ad diuitem, ut famelici ad panem, ut infirmi ad medicum, ut ſerui ad Dominum, ut diſcipuli ad magiſtrum, ut cæci ad lumen, ut frigidi ad ignem, & appropinquabit uobis, liberando de anguſtijs atq; peccatis, gratiam dando, & de uirtute in in uirtutem promouendo. Sed quia iſta Ciuitas noluit Deo appropinquare agnoſcendo ſuam miſeriam, Ideo Ioan. 11. Dominus noſter fleuit ſuper eam. Luc. 19. Vbi notandum quòd Dominus legitur ter Ter dr̃ Dominus fleuiſſe. C fleuiſſe. In morte Lazari. Item in ramis palmarum. Item tempore paſſionis. Ad innuendum quod flendum eſt pro incolatu huius miſeriæ, quod ſignificatur in fletu ſuper Lazarum. Vnde Ber. Ideo Dominus plorat, quia reuocaturus erat eum ad ærunnas præſentis uitæ. Item pro peccatis alienis, ꝙ ſignificatur in fletu. Pro Hieruſalem deſtructione. Vnde Dominus. Quia ſi cognouiſſes ruinam, quæ imminet. Scilicet qualiter circundabunt te inimici tui, D Romani principes uallo, & coaguſtabunt te, quia undique eris obſeſſa, & ad terram proſternēt te, & filios tuos, qui in te ſunt, ideſt, Ciues tuos, quia alios occident, alios captiuabunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, quaſi funditus ſubuerteris, utique & tu fleuiſſes, quæ modo exultas. Et hæ ſunt lachrymæ cōpaſſionis. Itē fleuit pro deſiderio patriæ, quod ſignificatur per fletum, quando Dominus fleuit in paſſione. Quaſi cupiens Hebr. 5. diſſolui,



diſſolui, & eſſe cū Chriſto, Et hæ ſunt lachrymæ deuotionis. Vel Chriſtus fleuit tria incommoda noſtra. miſeriam, ignorantiam, & culpam. miſeriam in Lazaro. ignorantiam, in fletu ſuper Hieruſalem. Dicens ſi cognouiſſes & tu. ſupple fleres. ideo ego fleo ignorantiam tuam. Culpam autem hominis fleuit in cruce, quia ſicut dicit B. Ber. Chriſtus fleuit in cruce, quiā cum ſciret paſſionem ſuam eſſe omnibus ſufficientem cauſam ſalutis paucis tñ efficientē, in cruce fleuit. Nos uero habemus quartas lachrymas ꝓ peccatis proprijs. Et hæ ſunt lachrymæ contritionis. de quib. inquit pſal. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Pſal. 6. Hæ ſunt quatuor flumina, quę irrigant Paradiſum, ideſt animā fidelem, uel Eccleſiam, quę ab uno fonte exeunt, ideſt Gen. 11. Luc. 6. a gratia Dei. Sed vę illis, Dilectiſſimi, qui rident de mundi uoluptatibus, qui uacant crapulę, & ebrietati, ſcurrilitatibus alijsque peccatis, quia lugebunt, & flebunt. Vnde Iob. Tenent timpanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Iob 21. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Vnde ſicut Dominus tunc fleuit ſuper Hieruſalem. ita & nunc. Quaſi Dominus quotidie flet ſuper Hieruſalem, non in ſe, ſed in membris ſuis. Dum uiri ſancti plangunt peccata malorum. Tali enim animæ dicit Dominus. Venient dies mortis, ſcilicet in te quādo dęmones animam a corpore extrahēt uel extractam rapient. Et circundabūt te inimici tui, ideſt dęmones. Et coanguſtabunt te, ideſt omnia peccata tua ante oculos tuos erunt in tuam condemnationem, & confuſionem. Et ad terram proſternent te, quia caro in puluerem redigetur, & anima in Infernum detrudetur in ſocietatem dęmonum, ut pariter cum eis damnetur. Et filios tuos, ideſt opera tua, uel imitatores tuos tecum adducent, ut ſint ſocij in pœna, qui fuerunt in culpa. Et

A non relinquēt in te lapidem ſuper lapidem, ideſt cogitationem ſuper cogitationem, quæ contra te non adducatur. Hinc fratres conſiderare poſſumus in qua confuſione erunt impij in die illa tremenda, quando totus mundus eos accuſabit. Vnde Greg. de ijs inquit. Quomodo anguſtæ erunt undique viæ reprobis. Superius erit iudex iratus. Subtus horrendum chaos a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dęmonia ad infernum trahentia. B Intus conſcientia vrens. Foris mundus ardens. Miſer peccator ſic deprehenſus quo effugiet? Latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Ecce qualem obſeſſionem habebit peccator. Et hoc ideo, quia non cognouit tempus viſitationis ſuæ, quo ſcilicet Deus aliquando viſitat, modo mittendo Pręedicatores, modo immittendo Sanctas cogitationes. Modo per flagella, modo per miracula. Et quia hæc ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ploremus fra- C tres noſtra delicta per pœnitentiam, aliena per compaſſionem. Vt in æternum iuxta dictum Domini conſolemur. Amen.

## DOMINICA XI. POST Pentecoſten.

*Ex Euangelio. Qui ſe humiliat, exaltabitur.*

D

VIDE IN FESTO OMNIVM Sanctorum Ser. III.

*De Humilitate & obedientia.*

## DOMINICA XII. EX EVANG.

Vide Ser. 32.

## DOMINICA XIII. EX EVANG.
### Sermo I.

Sermo 67.

AVDISTIS Fratres ex reſponſione legis periti debere Dominum Deū diligi ex toto corde &c. Et proximum noſtrum ſicut nos ipſos, ſi cupimus conſequi vitam æternam. Ideo de hac dilectione locuturi videbimus qua dilectione Deus ſit diligēdus, & quare, & quomodo ſit diligendus. In primis duplici dilectione (dilectiſſimi) Deum diligere debemus. Altera ſcilicet concupiſcentiæ. Altera amicitię. Dilectio concupiſcentiæ eſt illa, qua illud diligimus quod volumus, & deſideramus, vt diuities, honores, &c. Sed dilectio amicitię eſt illa, qua illud diligimus, cui bonum volumus, vt amicos. Vtraque igitur dilectione diligendus eſt Dominus Deus. Verum Dilectio cōcupiſcentiæ duplex eſt. Vna rei abſentis, altera rei præſentis. Prima promouet ad habendum exemplum. Concupiſco vinum, cum abeſt, moueor ad operandum pro precio, quo emam, ad pręparandum vas, quo recipiam, & cum abeſt, non ceſſo concupiſcere. Altera vero rei præſentis cauſat fruitionem per præſentiam rei concupiſcibilis, & ideo delectatur in ea prima rei abſentis dicitur charitas viæ diligens, & concupiſcens Deum, ut abſentem, quod quidem deſiderium tunc accenditur, cum dulcedo ſummi boni vel modice prægustatur. Sed tunc perit, cum anima ſitim ſuam, qua bonū naturaliter appetit, per aquā præſentis inſipidæ delectationis extinguit. Dilectio vero rei præſentis dicitur charitas patriæ. Diliges ergo Dominum Deum tuum dilectione concupiſcentiæ. Ex qua quinque conſequuntur. Motus, Dolor, Timor, Conſolatio, & delectatio. Nam primo apprehēſa aliqualiter ſuauitate. & dulcedine Dei, quod fit per vacationem, iuxta illud. Vacate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Quæ quidem vocatio debet fieri a tribus, primo ab inquietitudine peccati, qa cor impij eſt quaſi mare feruens, quod quieſcere non finit. Secundo a paſſionibus carnis, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ecōtra, vt inquit, Apoſtolus. Tertio ab occupationibus mundi. Hinc Dominus Marthæ inqt. Martha, Martha ſol. es. & tur. Erga plurima, ſi ſic vacemus, aliqualiter, vel modice guſtabimus Dei ſuauitatem, qua apprehenſa mouebimur concupiſcendo Deum. Et primo ad obſeruandum Dei pręcepta affirmatiua, tanquam neceſſaria, concilia tanquam utilia prohibitiones, vt a Deo impedientes. Mouebimus etiam linguam ad orandum, & Deum laudandum, ante omnia veniam peccati petentes. Nā iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Mouebimus aures ad audiēdum de ipſo. Oculos ad intuendum diuina veſtigia, ideſt creaturas, & ſic de alijs actibus. Secundo dilectionem cōcupiſcentiæ ſequitur dolor, quia quo magis mouemur ad habendum, eo magis affligimur de dilactione, ſecundum illud. Spes, quæ differtur, affligit animam. Et quo magis appetimus coniunctionem, eo magis affligimur de diſtantia. Poſt vero dolorem ſequitur timor: quia quo magis concupiſcimus habere, eo magis timemus perdere, & quo magis coniungi, eo magis ſeparari. Vnde Poeta. Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Rurſum ſequitur conſolatio ex approximatione, ſicut exilareſcit eſuriens viſo cibo, & odorato cibo. Vnde Ber. Qui amat ardentius, currit velocius. Vltimo ſequitur delectatio ex adēptione. Hinc Salomon. Deſiderium ſi compleatur, delectat animam. Diliges ergo Dñm Deum tuum, cum ipſum vis. Vnde Eſaia. Anima mea deſiderauit te in nocte.

Dilectione amicitiæ, & concupiſcentiæ diligendus Deus.

Ex dilectione concupiſcentiæ quinq; cōſequuntur.

Pſal. 45.
Iſa. 57.
Luc. 10.
Prou. 13.
Eſa. 26.

A B C D



Hęc eſt optima voluntas, quæ vult ſummum bonum vnde Euang In terra Pax hominibus bonæ uoluntatis. Pax eis, quia nemo diminuit quod volunt. Itē diliges dilectione amicitię cū voluntatem tuam ſuæ conformas, quia amicorum eſt idem velle, & nolle. Hæc eſt enim recta uoluntas. Hinc Dominus. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, hic meus frater, & ſoror, & pater eſt. Rurſum, diliges Deum dilectione amicitiæ, ſi ei appetis bonum, ſcilicet gloriam, honorem, & ſimilia. Iux. illud Pſal. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriā. Sic erat Apo. Mihi. n. Chriſtus uiuere eſt, mori lucrū, vſq; neceſſariū propter vos. Proponebat enim diuinum honorem hac dilectione amicitiæ delectationi, qua fruitur Deo, quæ eſt dilectio concupiſcentiæ: Et hæc eſt perfecta charitas. Vnde dicebat idem Apoſt. Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis, vt oſtenderet ſe eſſe perfectionis charitatis, quaſi eſſet paratus ob amorem Dei, & gloriam carere delectatione viſionis Dei, & ideo hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectum. Diliges ergo Dominum Deum tuum. Ob ſtupeſce o Anima mea dignatione Domini Dei tui erga te. Nobilitauit te o homo Deus inferius conſtituens dominum irrationabilium, ſecundum illud Pſal. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Qui dominaris brutis, non mirū eſſet, ſi Angelorum ſaltem dominio ſubdereris. Sed nunc non ſic. Solus Deus eſt verè Dominus Deus tuus. Soli Deo immediatè es ſubiectus, & Angelorum conſeruus. Sed dilatare vſque ad mortem præ admiratione. Cui debueras eſſe ſeruus, iubet ut ſis amicus. Hinc dicit. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos. Imo filios. Sic enim docet nos orare. Pater noſter, qui es in cœlis. Diliges ergo Dominum Deum tuum. Immo patrē tuum. Dominum Deum tuum. Licet Deus ſit omnium per creationem, & potentiam, & Redemptor, & pater omnium, tamen ad aſcendendam animam ad diligendum Deū, cogita quod ſit Deus tuus, & quod omnia Chriſtus pro te ſolum paſſus eſt, pro te natus, pro te mortuus. Sic æſtimabat Apoſt. quando dicebat. Qui dilexit me, tradidit ſemetipſum pro me. Pro ſe ſolo reputās paſſum Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. Et vere dici poteſt, quod ſit Dominus Deus tuus, propter ſpecialem curam, quam de te habet. Vnde Pſal. Oculi Domini ſuper iuſtos. Nam quāuis Deus cuncta gubernet, & ſub eius prouidentia cuncta ſint animalia etiā minima. Hinc Dominus. Nonne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex illis non cadet ſuper terrā ſine patre meo, tamen adeo excellentiori modo homines ponuntur, ſub cura diuina, ut horum comparatione dicat Apoſt. Non eſt cura Deo de bobus. Non quod omnino eorum curam non habeat, ſed quia non ſic eorum curam habet, ut hominum, quos punit, aut remunerat, & eos ad æternitatem præordinat. Et quamuis Deus ſpecialem curam de hominibus habeat ſpecialiſſimè tamen dicitur habere de bonis, qui ei fide, & dilectione appropinquare dicuntur. Diliges ergo fidelis anima Dominum Deum tuum. Tuum (inquā) ob ſpecialem cultum. Vnde ſcrip. iſte Deus meus, & glorificabo eum. Tuū, ob ſpecialem curam. Tuum, quia merces tua. Ego Dominus merces tua magna nimis. Rurſum. Diliges Dominum Deum, quia verus amicus tuus. Nam ratio diligendi hominem eſt naturæ conformitas, quia homo eſt. Vt autem magis diligas Deum, quam quemlibet hominem, Deus pro te factus eſt homo. Nam ſi amicus es hominis, qui tecum ſit, vel factus eſt homo, magis amandus eſt Deus propter te factus eſt homo, utique ſcilicet propter

Pſal. 113.
Phil. 1.
Rom. 8.
Ioan. 15.

Pulchra cōſideratio.

Pſal.
Matt. 10.
Exo. 15.
Gen. 12.

Diligēdus Deus, vt verus amic⁹.

A B C D

A pter te redimendum morte humani-
tatis, propter te nutriendum corporis,
& ſanguinis Sacramento, quia teſte Au
guſtino. Vt panem Angelorum mandu
caret homo, Creator Angelorum fa-
ctus eſt homo Item propter te erudiē-
dum uerbis, & exemplis, et beatifican-
dum dupliciter duabus iacturis. Itē,
ſi amicus es hominis, qui ſimplex ho-
mo, potius eſto eius, q eſt ſummus ho-
mo, ſi amicus es illius, qui quotidie
corrumpitur, & tendit, ut deſinat eſſe
homo, cum homo mortuus non ſit ho
mo, potius eſto illius qui ex mortuis
B resurgens iam non moritur, & ideo in-
corruptibilis, & nunquam deſinens
eſſe homo. Inſuper ſi multi amant per
ſonam potētis, & amici ſunt bona tri-
buentis, cur non diligis Deum, qui ti-
bi communicans dat ſua, & ſe? Largi-
tus eſt enim tibi cœlum, & terram, &
omnes irrationabiles creaturas ad ſer
Deut. 4. uiendum. Vnde ſcrip. Solem, & Lunā,
& omnia aſtra cœli creauit Deus in
miniſterium cunctis gentibus. Largi-
tus eſt etiam tibi rationales illas crea-
C turas nobiliſſimas, & cœleſtes Ange-
los Sanctos ad miniſtrandum. Vnde
Hebr. 1. Apoſt. Omnes ſunt adminiſtratorii
ſpiritus in miniſterium miſſi propter
eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.
Largitus quoque tibi eſt ſeipſum in
ſocium noſtræ peregrinationis. In ſer-
Phil. 2. uum noſtræ neceſſitatis. Nam exina-
Diligend[9] Christus quia ꝑ nobis ſubſtinuit quinque mala. niuit ſeipſum, formam ſerui accipiēs.
Hinc eſurientes pauit, ſitientes pota-
uit, diſcipulorum pedes lauit. Item, ſi
amicus es hominis, qui tecum partici-
D pans mala tua annihilet, vel ad minus
diminuat, talis difficilius inuenitur.
Ideo dilige Dei filium, qui pro te fa-
ctus homo mala omnia pro te ſubſti-
nuit. Quinque enim ſunt mala, & qui-
dem terribilia ſecundum Philoſophū,
ſcilicet opinio mala, inopia, ęgritudo,
Mat. 25. inimicitia, mors. Quo ad primum dici
tur de Chriſto. Seductor ille dicit. Item
Io. 7. alius Euangeliſta Ioannes, Quidam di

cebant eum bonum eſſe, alii malum.
Item Lucas. Et uocatur homo verax, Luc. 19.
& potator vini, & peccatorum ami-
cus. De ſecundo inquit. Vulpes foueas Luc. 9.
habet, & volucri cœli nidos, filius au-
tem hominis non habet unde caput re
clinet. De tertio audi Prophetam di- Eſa. 53.
centem. Vere languores noſtros ipſe Ioa. 13.
tulit. De Quarto. Nunc āt viderunt me,
& oderunt me, & patrem meum. De
quinto. Maiorem dilectionem &c. Cant. 8.
& iterum, fortis eſt, vt mors dilectio.
Ecce mors, & talis mors. Quid ergo
vltra debuit pati, & nō ſubſtinuit. Præ
omnibus igitur utilis, & ideo prę omni
bus amabilis. Eſt etiam toto corde di Quia fidelis.
ligendus propter fidelitatem: quia ami
co fideli nulla eſt comparatio. At fide
lis eſt, qui talis, & immutabilis inueni-
tur tam in bonis quam in aduerſis. Sed
heu hodie multi inueniuntur, qui ſunt
amici menſe, & non permanent tem-
pore neceſſitatis. Hinc Poeta. Cum
fueris fęlix, multos numerabis ami-
cos, tempora ſi fuerint nubila ſolus
eris. Potius dilige illū, qui cū tibi fue-
rint hæc omnia ſubtracta, ſeruat fidē,
qui non ſolum omni tempore diligit,
ſed ante omne tempus, & poſt omne
tempus, nam cum dilexiſſet ſuos, qui
erant in mundo, in finem dilexit eos,
non in finem terminantem, ſed in finē
conſumantem, Rurſum, amici proſpe-
ritate mutantur, quoniam honores mu- Gen. 40.
tant mores, & ſuccedentibus proſperis
pincerna obliuiſcitur ſui interpretis.
Item mutantur aduerſitate. Verum
apud patrem luminum non eſt tranſ-
mutato, nec viciſſitudinis obūbratio:
quoniam nec ſua ſublimitas eum tibi
extraneum, nec tua humilitas eum ti-
bi fecit alienum. Vnde quos in fratres,
& amicos mortalis, & paſſibilis elegit,
glorificatus, & immortalis, atque ſu-
blimis factus nihilominus recogno-
uit. Hinc dicitur per Ioan. Vade, & Ioan. 20.
dic fratribus meis. Sic nec tua humili-
tas fecit eum tibi alienum. Diligebat
enim.



enim. Ieſus Lazarum ſanum dilexit A
Io. 11. & ægrum. Ecce quem amas infirma-
tur. Quem amas in pręſenti, non quem
in præterito amaſti. Amauit igitur &
infirmum, ſecuta eſt mors, creuit miſe
ria, non decreuit amicitia, corrūpitur
corpus, ad tumulum venit Chriſtus. O
ſi ad talem miſeriam Chriſtus deueni-
ret, quam paucos haberet amicos. Ca-
ptus quidem, ſed non mortuus fuerat,
cum ille ſuus amiciſſimus ſe eum non
tantum non amaſſe, ſed nec noſſe iura-
bat. Eia ergo homo ſtultiſſime ſi fide B
lem quæris amicum, cur non amas hūc
qui mutatus in honore nō mutatur in
amore, qui te mutat per miſeriam, non
mutat per amicitiam. Si etiam pul-
chritudine delectaris, quæ ſolet homi-
nem prouocare ad amorem Sicut dici
Quia pulcher. tur de Eſther qđ indicibili pulchritu-
dine omnium oculis gratioſā uideba-
tur, & ideo amabilis. Cur non diligis
amicum Ieſum ſpecioſum præ filijs ho
minum, cuius pulchritudinem ſol & lu
na mirantur. Pulchritudo, enim iſta ter C
rena uana eſt, quam confert ſanitas,
vel complexionis bonitas, aut iuueni-
lis ætas, quia vel ipſam aufert ęgritu-
do fugans ſanitatem, vel ſenectus exclu
dens iuuentutem, vel mors diſſoluens
complexionem. Cæterum amabilis ille
qui gratioſior in facie, cuius facies ple
na eſt gratiarum, in quem deſiderant
Angeli proſpicere, cuius pulchritudo
non langueſcit, ſed intuentes ſaluos
Gen. 22. reddit, ut dicitur de Iacob: Vidi Domi
num facie ad faciem, & ſalua facta eſt D
anima mea, Non ſeneſcit, ſed iuuene-
Pſal. 102. ſcere facit. Vnde Pſal: Renouabitur, ut
Io. 17. aquilæ iuuentus tua. Non moritur, ſed
viuificat in æternum; quia hæc eſt uita
cognoſcere Dominum noſtrum Ieſum
Quia effabilis & māſuetus. Chriſtum. Et ſi propter affabilitatem,
vel manſuetudinem diligitur homo,
ſecundum illud. Propter gratiam labio
Prou. 22. rum habebit amicum regem; quis ma-
gis diligendus, quam Dominus Ieſus,
gratioſus, & affabilis in verbis. Vnde

Petrus Domine ad quem ibimus, verba Io. 6.
vitæ æternæ habes. Item gratioſus pro-
pter feruentem modum in proferendo.
Hinc pſal. Ignitum eloquium tuum. Pſal. 118.
Quia efficax ad perſuadendum. Vnde
Ioannes. Nunquam ſic locutus eſt ho- Io. 4.
mo. Et quia leuiā imponebat, & quie-
tem promittebat. Vnde dicit per
Euāg. Venite ad me omnes. Deinde in Matt. 11.
actione manſuetus. Hinc per Eſa. Ego Eſa. 11.
quaſi agnus manſuetus. Tandem ſi eli-
git homo amare, propter conſangui-
nitatem, ut filius patrem. Cur potius Quia pater Mater frater & ſponſus.
non amabis patrem, qui corpus for-
mauit animam inſpirauit, quam illū,
a quo ſolummodo habes materiā cor-
poris, cauſam libidinis, originem rea-
tus. Item ſi a matre amatur filius, & qui-
dem certius quam a patre quem conci
pit cum ſorde, prægnans in utero gerit
cum pallore, non ſine uitæ timore pa-
rit, & educat cum ſollicitudine, & la-
bore. Quare Ieſum non amas, qui uo-
lens ſic ab homine amari, factus eſt fi-
lius hominis, quem Spiritu ſāncto ſu-
perueniente in vtero matris concipis
mundius geſtas iucundius, paris ſecu-
rius, educas facilius, qui ſit ſenectutis
tuæ baculus, cecutientis oculus, qui in
morte tui meminerit. Rurſum ſi amas
fratrem, vel proximum tuum, & maxi
me gemellum, cur Dei filius non erit
amabilior. Frater enim tecum diuidit,
& diuidendo diminuit tibi paternum
affectum, nam ſecta bipartita cum mēs,
diſcurrit amore alterius vices ſubtra-
hit alter amor. Sic Iacob magis ama- Gen. 37.
bat Ioſeph, quam alios filios, deinde di-
uidendo diminuit paternum cenſum.
Hinc dicitur per Euang. Magiſter dic Luc. 12.
fratri meo, ut diuidat mecum portio-
nem, & ſi amas ſpecialiter tecum geni-
tum, qui ſtatim natus tibi quaſi iniu-
rians diminuit lac maternum, cur fi-
lius Dei non erit tibi amabilior, per
quem erga te creuit amor paternus, ꝑ
quem heres efficeris, per quē nullum
bonum tibi debitum diminuitur, ſed Gen. 45.
multi-

multiplex bonum tibi in debitum tri-
buitur. Poſtremo tradidit frater fratrē
ſuum in mortem. Sed hic pro fratri-
bus ſponte moritur. Vltimo per dile-
ctionem efficeris Chriſti ſponſa. Hinc
Apoſt. Viri diligite vxores veſtras, pro-
pter hoc relinquet &c. Sacramentum
hoc magnum eſt, ego autem dico in
Chriſto & Eccleſia. Tria enim ſunt bo
na matrimonii, fides contra adulte-
rium. Inſeparabilitas, quæ dicit Sacra-
mentum contra diuortium. Proles cō-
tra ſterilitatis opprobrium, ſed in hoc
coniugio fides inſeparabilior Dei ad
Oſe. 2. animam. Vnde per Oſeam. Sponſabo
te mihi in fide. Quinimo eſt fidelior
omni ſponſo, quia fidelis eſt etiam ani
mæ non ſeruanti fidem. Vnde per Hie-
Hiere. 3. re. Tu fornicata es cum amatoribus
multis tamen reuertere ad me. Item in
ſeparabilitas maior, quia & ſi mari-
tus, & uxor in vita nequeunt ſeparari,
tamen per mortem ſeparantur. Hinc
ſi dormierit vir eius, ſoluta erit a lege
uiri. Sed in anima, & Deo matrimo-
nium, quod in baptiſmo initiatū fuit
in bona vita ratum, in patria conſu-
matum, poſt illius vnius primum cō-
ſortium impoſſibile eſt eſſe diuortiū:
Rom. 8. Ideo exclamemus cum Apoſt. Quis
nos ſeparabit a charitate Chriſti. &c.
Item proles vtilior, & fęcundior bo-
norum ſcilicet operum, quæ uitam
æternam acquirit. Eia igitur fratres,
quæ maior dignitas, vt anima ſit Chri
ſti ſponſa. Eſtote precor fideles. Deus
enim tuus (inquit ſcriptura) zelotes
eſt, non patitur conſortium in animā,
ſicut nec vir in vxore. Cor enim no-
ſtrum aſſimilatur prauo ſtrato duos
non capienti. Ita vt ſi duo fuerint, al-
ter decidat. Aſſimilatur etiam pallio
breui, quod vtrunque cooperire non
poteſt, inquit Eſa. Ad inſinuandam,
quod ſi in corde noſtro alterum volu-
mus introducere, ſtatim ſponſus no-
ſter exit: Nam ſicut Chriſtus etſi dili-
gat omnes animas, tamen totus dili-

A git totam, ita ut non minus diligat te
diligens tecum & aliam. Quod non
ſic in Iacob, cui permiſſum eſt plures
ſponſas habere, nec tamen datum eſt,
vt vnamquamque ipſarum poſſet, ut
ſolam totus amare, ita vult, vt eam to
ti toto corde diligamus. Sed qualiter
ſit diligendus, dic quod caſtè, ſanctè,
ardenter, dulciter, ſapienter, & forti-
ter. Anima illa Chriſtum caſte amat, Chriſtus
quæ ſolum eum, quem amat quærit. qualiter a
Amat ſanctè, quando non in concupi- nobis amā
B ſcentia carnis, ſed in puritate ſpiritus. do.
Amat arden ter, quando amore ſic di-
uino inebriata Maieſtatem non cogi-
tat, quia ille terram aſpiciens facit eā
tremere, nihilominus anima ardenter
amans libenter cum ſponſa loquitur,
tanquam ebria. Oſculetur me oſculo Can. 1.
oris ſui. O quanta vis amoris, quanta-
que in ſpiritu fiducia libertatis. Dulci-
ter amat, quæ non illecta a mundi
gloria, ſeu carnis uoluptatibus ab
amore Domini abducitur. Sed ſibi prę
C his dulceſcit ſapientia Chriſtus. Item
ſapienter, qui non deceptus ſpiritu
mendacij, & erroris ſeducitur, ſed ſibi
luceſcit ueritas Chriſtus. Inſuper forti-
ter, qui non oppreſſus aduerſitatibus
fatigatur, ſed ſibi virtus eſt Chriſtus.
Fortiter diligit, qui pro Chriſto illa
quinque, quæ pro nobis Chriſtus paſ-
ſus eſt, & ipſo paratus eſt ſubſtinere,
ſcilicet malam opinionem, inopiam
ægritudinem, inimicitiam, & mortem
primo, inquam, neceſſe eſt ſi oportue-
D rit pro Chriſto inopiam rerum ſubſti-
nere. Sic fortis ille omnia arbitraba- Phil. 3.
tur, vt ſtercora, ut Chriſtum lucriface-
ret. Sed nondum fortiter, ſed heu ni-
mis debiliter diligit, qui mauult peccā
do perdere Chriſtum ſummum bo-
num, quam modicum ſubſtantiæ neceſ
ſario perituræ. Secundæ oportebit ſi
neceſſe erit patienter pro Chriſto infa-
miam ſubſti nere cum illo, qui dixit.
Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis
iudicer, aut ab humano die, per infa-





miam, aut bonā famam. Niſi ſic fortis
fueris, detractorem te falſo fama pri-
uantem amare uix poteris, quem ta-
men niſi diligas, manes in morte. Ter-
tio tunc Deum fortiter diliges, quando
pro ipſo ſi oportuerit, inimicitiam, &
damnum fauoris patiaris, vt pro nul-
lius amicitia generali, vel ſpeciali ac-
quirenda ipſum offendas. Non ſic forti
ter dilexit Adam, qui Deum propter
Euam offendit. Vnde Aug. Amicabili
quadam beneuolentia fit plerunque,
vt offendatur Deus, ne offendatur ami
cus. Sed qui amat patrem, aut matrem
pluſquā me, nō eſt me dignus. Quarto
ſubſtinere pro Chriſto oportet omnem
ægritudinem; ideſt omne incommo-
dum corporis citra mortem. Sic vrſus
fortiter mel diligens, nec verberibus ſi
immineant, nec ſpinis ſi interpoſitæ ſi-
bi obuient, auelli nequit. Sic diligebat
qui dixit. Quis nos ſepar a char. Chri-
Cant. 8. ſti &c. Quinto, ſi oportuerit mortem
pro ipſo neceſſe eſt pati, quia fortis eſt
Ber. vt mors dilectio. Vnde Ber. ſuper illud
Charitas patiens eſt Sic ait. Charitas
eſt, quæ in aduerſis non deficit, quia pa
tiens eſt, quæ iniurias non rependit:
quia benigna eſt, quam fælicitas aliena
non cruciat, quia non æmulatur, quam
conſcientia non pungit: quia non agit
perperam, quæ in honore non extolli-
tur, quia non inflatur, quæ in abiectio-
ne non confunditur, quia non eſt ambi
tioſa, quam cupiditas nō coarctat, quia
non quærit quæ ſua ſunt. quam contu-
meliæ non prouocant, quia non irrita-
tur, quam ſiniſtræ ſuſpitiones non de-
fædant, quia non cogitat malum, quā
aliena mala non lætificant, quia non
gaudet ſuper iniquitate, quam er-
rores non excęcant, quia gaudet ve-
ritati, quam perſecutiones non fran-
gunt, quia omnia ſuffert, quam per-
fidia non indurat: quia omnia cre-
dit: quam deſperatio nō abſorbet: quia
omnia ſperat, quam mortis ſeparatio
non intercipit: quia nunquam excidit.

*Pars Secunda.*

A O inſuperabilis igitur virtus Charita-
tis, quæ ipſum quoque inſuperabilem
ſuperaſti, & cui omnia quoq; ſubiecta
ſunt, quodāmodo ſubieciſti, dū victus
amore Deus factus eſt opprobrium ho Eph. 2.
minum, & abiectio plebis propter ni-
miam eius charitatem, qua dilexit nos
vltra continere non potuit in ira ſua
miſericordias ſuas, quo minus dile-
ctam animam ſuam inimicis expone-
ret pro amicis. Quod ſi contra Deum
fortis fuiſti ò Charitas, quanto magis
B aduerſus hominem merito prę ualebis.
Quare fratres, diligamus Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, ſanctè, caſtè,
ardenter, dulciter, & fortiter, quia ipſe
prius dilexit nos, q fecit nos, quod nō
eramus, redemit nos cum perieramus,
venit ille pro nobis, & tantum dilexit
nos, quod precium ſanguinis ſui dedit
pro nobis. Nam ſi eum dilexerimus, ni
hil erit tam durum, tam ferreum, quod
non amoris igne uincatur: quia aman-
tibus nihil durum eſſe poteſt, nec ullus
C labor difficilis. Etenim qui amat, non
laborat. Qui guſtu charitatis inebria-
tus fuerit, ad omne opus bonum hila-
reſcit, dolet, & non ſentit, deridetur,
& non aduertit. O Iugum amoris
Chriſti quam dulciter capis, quam
glorioſe illaqueas, quam fortiter ſtrin-
gis, quam ſuauiter præmis, quam dele-
ctabiliter oneras.

*Sermo II.*

D INTELLEXISTIS Sermo 68.
dilectiſſimi, cauſas ob
quas diligere debemus
Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum, & quo-
modo, modo ſupereſt quantum ipſum
diligere debeamus, vt conſideremus.
Quod ipſe Dominus noſter nobis oſtē
dit, Dum reſpondens illi Legiſperito
inquit. Diliges Dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, &c. Et recte quidem.
Nā cum homo ſit q̄dā ſubſtantia com-

poſita ex corpore, inter cuius membra
cor principale eſt, & ſpiritu, qui dum
perficit, & uiuificat corpus, dicitur
anima, ſeparata autem a corpore dici-
tur ſpiritus. tota ſubſtantia hominis
obligatur, cum præcipitur. Diliges Do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo
ex tota anima, ex tota mente, vt ſiue ſit
in corpore ſiue extra, ſiue ſit coniun-
cta corpori, ſiue ſit ſeparata, ad di-
ligendum ſit obligata. Rurſum præ-
cipit, vt diligamus eum toto cor-
de, ideſt intellectu ſine errore, ex tota
mente, ideſt uoluntate ſine contradi-
ctione, ex tota anima, ideſt memoria
ſine obliuione, ut nihil æquiparemus,
vel præponderemus, vel aliquid dilige-
remus propter quod Deum minime
diligamus. Vt nunquam Dei obliuiſca
mur, vel aliquid appetamus diuinæ vo
luntati contrarium. Inſuper cor refer-
tur ad intentionem, quia intentio fa-
cit mereri, vel demereri. Hinc Domi
nus. Si oculus tuus fuerit ſimplex to-
tum corpus tuum lucidum erit, ſi autē
nequam fuerit, totum corpus tuum te
nebroſum erit, quia ſi intentio erit ad
Dei gloriam, tota congeries noſtro-
rum operum lucida erit. Cor ergo
refertur ad Intentionem, Anima ad
affectum, ideſt ut recte operemur
bonum. Nam ſi quis furetur ut pa-
ſcat pauperem, non placet Deo hęc
actio: quia non conformatur volunta
ti diuinæ, quæ vult ut non fiant mala,
ut veniant bona. Mens vero refertur
ad cognitionem, ideſt ut non ſolum
malum non operemur, ſed nec cogite-
mus. Sed fortitudo ad executionem.
Quatuor ergo ſunt danda Deo. Inten-
tio, affectus, intellectus, & fortitudo.
Verum hanc fortitudinem alii præ-
ſtant ad peccandum, alii ad nocendū
proximo, & faciūt pluſquam poſſunt.
Hinc Hiero. plus fecit quod potuit, &
propterea periit. Quod quidem no-
bis, qui Domino ſeruimus eſt ad maxi
mam erubeſcentiam. Quod quidem

A fuit præfiguratum in Simone, qui dor
miebat, ſed Iudas non dormiebat,
ſed feſtinabat. Item toto corde, non
diuiſo. Etenim multi perierunt, quia
diuiſum erat cor eorum. Nam qui
aliquid præter Deum diligit, ha-
bet diuiſum cor. Vnde Hugo. Cor ho-
minis, quod prius amori diuino fixū,
atque ſtabile perſiſtit, & vnum aman-
do vnum permanſit, poſtquam per de
ſideria terrena defluere cępit, quaſi in
tot diuiſum eſt, quot ſunt ea, q̄ concu-
B piſcit. Hinc Anſel. Cur ꝑ multa vagaris
homuncio, quærendo quidem bona
animæ, & corporis, ama vnum bonū,
quod omne eſt bonum, deſidera ſim-
plex bonum, quod ſummum eſt bo-
num, & ſufficit. Si appetis dignitates,
& honores, ama Deum tuum, qui eſt
incommutabilis honor præ omni re
honorante excellenter honorans. Vn-
de Dominus. Qui me honorificauerit, 1. Reg.
honorificabo eum. Honorificat, qui
Deum honori temporali eligendum
C ꝓponit. Sed quibus honorificas Deus
meus te diligentes? Vt non ſerui, ſed
amici ſint, imò filii, non nepotes, vel
pronepotes, quaſi attingētes in gradu
remoto, ſed proximo. O uere appeten
da nobilitas cuius tam mira dignitas,
tam mira vtilitas; nam ſi filij, & hære-
des Dei, cohæredes autem Chriſti. Am
plius ſi uoluptatem appetis. Deus eſt
voluptas incommutabilis excellenter
delectans. Hinc pſal. De torrente volu Pſal. 40.
ptatis tuę potabis eos. Item, ſi diuitias.
D Deus eſt ſubſtantia omnem habentem
ſe excellenter ditans, cuius diuitiæ nun
quam deficiunt. Rurſum, quietem deſi
deras. Deus eſt incommutabilis quies.
Vnde Aug. Feciſti nos Domine ad te, & Prou. 3.
inquietum eſt cor noſtrum, donec re-
quieſcat in te. Tandem hac inductio-
ne infertur illud uniuerſale. Omnia,
quæ deſiderantur huic non ualet com-
parari, quia reſpectu eius omnia nihil
ſunt. Vnde Hier. Deus ſolus vere eſt,
cuius eſſentiæ comparatum noſtrum
eſſe



eſſe non eſt. Ergo ſolus Deus toto cor- A
Ignis comparatͣ charitati, & diuerſa genera ignis.
de diligendus. Hunc ignem, ideſt chari
tatem venit mittere in terram ideſt in
cor hominis, & non vult niſi ut ardeat.
Sed heu multi prętER Deū multa amāt,
& ita ignem componunt de fimis
boum. Alii de ceſpitibus. Alii de ſtrami
nibus. Quidam de ſpinis, & tri-
bulis. Alii de lignis uiridibus.
Alij de carbonibus. Voluptuoſi fimum
boum incendunt, quia vitia brutalia
ardenter diligunt. Verum hic ignis fœ
tidus eſt, & tantum inficiens, quantum B
calefaciens. Sed auari ob affectum tem
poralium de ceſpitibus terræ ignē con
gerunt. At qui uanos honores diligūt,
de ſtraminibus, & calamis, qui vacui
ſunt ignem faciunt, hic ignis lætabilis
quidem eſt. Sed quod durabilis nō ſit
recte dignoſcitur. In momento flāma
conſurgit, ſed cito euaneſcit, ſic vanus
honor procul aſpicitur, & repente nō
niſi fauilla nigra, & inutilis inuenitur,
quam ſic uentus diſpergit, ut locus eius
Pſal. 36.
inueniri non poſſit. Vnde pſ. Vidi im- C
pium ſuperexaltatum &c. Iracundi au
tem, & inuidi, qui vindictam appetūt,
& pęnas aliorum ardenter concupi-
ſcunt, de ſpinis, & tribulis, quę nec ſine
pœna tractari poſſunt, incendium fa-
ciunt. Verum illi de lignis uiridibus
ignem componunt, qui filios, & uxo-
res ardenter diligunt. Ignis iſte fumū
generat, qui & faciem animæ denigrat
& oculos cognitionis uehementer de-
turpat. De carbonibus uero alii ignem
affectionis nutriunt, qui bonos homi- D
nes diligunt, qui more carbonum in
oculis carnalium nigri ſunt, & deſpe-
cti, ſed ſiccitate laudabili, & alijs con
ditionibus ad ignem ſunt aptiſſimi.
Sed, ut audiuimus, de igne carbonum
caput frangitur, niſi ſale aſpergant. O
quantorum capita inſenſibiliter fra-
cta ſunt, & in quandam periculoſam
inſaniam inciderunt, qui ſine ſale di-
ſcretionis etiam bonos homines dile-
xerunt, qui ſpiritu cęperunt, & carne

cōſummauerunt. O quot ſimulant ama
re Suſannam, quia timet Dominum, ſed
ideo amant, quia pulchra nimis. Inſu
per toto corde. Natura cordis huma- Cordis proprietates quinque.
ni cognata eſt actioni dilectionis, ut
patet, per quinque proprietates eius.
Cor enim eſt in complexione calidū,
& ſiccum. Hæc eſt ignea natura, quia
ſicut naturale eſt igni calere, ita natu
rale eſt cordi amando ardere. Vnde
Hugo. Vita cordis amor eſt, & ideo im
poſſibile eſt, ut ſine amore ſit cor, quod
uiuere quærit. Hinc pſalm. Concaluit Pſal. 38.
cor meum intra me. Calidum conſe-
quitur leue, & per conſequens ſurſum
mobile, ſed heu filii hominum uſque
quo graui corde: graues, quia frigidi.
Vnde Euangeliſta. Quoniam ſuperue Matt. 24.
nit iniquitas, refrigeſcit charitas mul
torum. Incipit iniquitas in cogitatio-
ne, creſcit in delectatione, abundat in
conſenſu, ſuperabundatur in actu, vel
in uſu. Item cor eſt in ſubſtantia ſoli-
dum, ne facile a uoluptate diſſolua-
tur, quo contra Iudith cor Holofer-
nis concuſſum eſt. Vnde fortis eſt ut
mors dilectio. Rurſum, quo ad formā
inferius eſt acutum, & ſtrictum, ſupe-
rius latum, & apertum. Quod pulchre
fuit figuratum in Exodo. Vbi præce-
pit Dominus ſibi fieri tabernaculum
ex parte meridiei, Aquilonis, & occi-
dentis ſtrictum, & ex oriente latum,
& apertum, quia cor noſtrum tā in me-
ridie, ideſt in proſperitatibus debet eſ-
ſe clauſum ideſt ne multum appetat,
quam in Aquilone, ideſt ne multum ad
uerſitates timeat, ſic in occidente, ideſt
ut non reuertatur ad peccata, quæ per
pœnitentiam occubuerunt, ſicut ſus
in volutabro luti, ſed ad orientem de-
bet eſſe apertum, qui eſt Chriſtus oriēs
ex alto. iux. illud. Viſitauit nos oriens
ex alto. apertum inquam, ut ad cæle-
ſtia dilatet affectum. Vnde Eſa. Mirabi- Eſai. 60.
tur, & dilatabitur cor tuum. Inſuper
interius debet eſſe concauum, quia per
creaturas ſufficienter impleri non po-
 teſt.

teſt. Vnde Bern. Capacem quippe ani-
mam rationalem quicquid Deo minus
eſt non implebit. Deinde duplici mo-
tu mouetur cor idest conſtrictionis,
quo expelluntur fumoſitates ſuperfluę,
& dilationis, quo attrahitur aer ad mi-
tigationem innati caloris. Sic ex corde
amat, qui prudenter diſcernens expel-
lit ſuperflua, ideſt impedimenta, & at-
trahit neceſſaria ad amandum. Scilicet
qui cohibet imaginationem imagine-
tur non imaginanda, & imaginetur
B imaginanda. Cohibet uiſum, ne uideat
non uidenda & vt videat videnda, &
ſic de cæteris ſenſibus. præterea toto
corde, ſed cum corde, ore, & opere cō
tingat mereri, & demereri. Cur præci-
pit Dominus vt ex toto corde diliga-
mus, & nō ore, uel opere? reſpōdeo ꝙ
duplex ratio poteſt aſſignari. prima,
quia cor facit mereri, vel demereri.
Matt. 12. Vnde Euang. Bonus homo de bono
theſauro profert bona. Item de ſecun-
Matt. 15. do. De corde exeunt cogitationes ma-
C læ. Sine opere ſermo non diligit. Hinc
Ioan. Epiſt. Ioan. Cariſſimi non diligamus ore;
ſed opere, ſine cordis amore caſſa ſunt
uerba, & opera. ut patet per Apoſto. ſi
Linguis hominum &c. Secunda ratio
eſt, quia cor magis Deo placet. Scri-
ptum eſt enim quod cum dœmón ex
præcepto Sancti viri coactus eſſet dice
re quid nam de homine magis Deo pla
ceret, dixit verum, ſed obſcure. Scili-
cet medietatem Lunæ, rotunditatem
ſolis, & primam literam R. Intelligens
D per medietatem Lunæ. C. per rotundi-
tatem ſolis. O. per L. R. ideſt cor. Rur
ſum uult Deus, ut cor noſtrum ſit pul-
chrum, nam ſicut Deus habitationem
ſuam celeſtem voluit eſſe ornatam, i.
1. Cor. 15. cœlum. iux. illud: Cœlum mihi ſedes
Anima debet eſſe ornata ad inſtar celi. eſt: Ita etiam vult ut anima, quæ cœ-
lum dicitur, ſit ornata ad inſtar cœli.
Vnde per Iob dicitur. Spiritus Dei or-
nauit, Cœlos, Sole, Luna, & Stellis. Sic
Iob 26. vult Deus cor noſtrū ornari Sole, Chri
ſto, Luna, Beata Virgine, Stellis, ideſt
A Sanctis. Et ut ſit ornatum ad ſimilitu-
dinem templi depicti variis picturis,
& precipue Chriſti Crucifixi, vt ſem-
per crucifixus in corde adhæreat per
iugem meditationem, per oris confeſ-
ſionem, & per operis imitationem. Et
ſicut religioſorum domus pulchra effi
citur per rectam diſpoſitionem clau-
ſtrorum, refectorij dormitorij, & Ec-
cleſiæ: Sic cor noſtrum oportet deco-
rari quatuor virtutibus cardinalibus,
& refectorio, & infirmatorio, ſaltem ſi
B non poſſumus per ſubuentionem, ad
minus per compaſſionem, ac dormito
rio quietis, & pacis, & Eccleſia frequē
tiſſimę laudis. Sed an ſit poſſibile ad-
impleri hoc præceptum, diliges & cæ-
tera? Reſpondet D. Tho. quòd perfectio 22. q. 24. a.
charitatis poteſt dupliciter conſidera- 8.
ri, vel ex parte diligibilis, uel ex par-
te diligentis. Ex parte diligibilis, cum
Deus ſit diligibilis quantum bonus,
& bonitas eius ſit infinita, hinc infinitè
eſt diligibilis, quare nulla creatura po
C teſt eum infinitè diligere, cum virtus
creata quęlibet ſit finita, unde ad iſtū
modum charitas nullius creaturæ po-
teſt eſſe perfecta, ſed ſolum charitas
Dei, qua ſeipſum diligit. Ex parte uero
diligentis ut ſecundum totam ueritа-
tem creatura rationalis diligat Deum,
hoc præceptum adimpleri poteſt, ſed
aliter a comprehenſoribus, aliter a
uiatoribus. Nam ſi loquimur quòd to
tum cor hominis feratur in Deū actua
liter, hæc eſt perfectio charitatis pa-
D triæ, quæ non eſt poſſibilis in hac uita;
in qua impoſſibile eſt per infirmitatē
humanæ uitæ ſemper cogitare de Deo,
& moueri dilectione ad ipſum: Vnde Phil. 3.
Apoſt. inquit. Non quod iam accepe-
rim, aut iam perfectus ſim, ſequor ta-
men ſi quo modo comprehendā: quaſi
tunc perfectionem expectans cum ad
comprahenſionem peruenerit beatitu
dinis palmam accipiens. Comprahen
ſionem uero accipit, non ut ſignificet
incluſionem, quia ſic Deus incompræ-
henſibilis



henſibilis eſt omni creaturę, ſed ut cō-
prehenſio demonſtrat conſecutionem
eius, quod in ſequendo aliquis quæſi-
uit. Alio modo, ut ſtudium ſuum depu
tet in vacandis rebus diuinis, & Deo.
prætermiſſis alijs, niſi quantum neceſſi
tas præſentis uitæ requirit. Et ita eſt p-
fectio charitatis poſſibilis in hac uita,
non tamen omnibus, ſed religioſis, &
amplectentibus conſilia, quod quidem
tanto magis ab ijs fieri poteſt, quanto
magis eorum animus in infimis non
delectatur. Alio modo, ita vt habitua-
liter aliquis cor ſuum portat in Deo,
B ita ut nihil cogitet, aut velit, quod di-
uinæ uoluntati ſit contrarium, & hæc
perfectio communis eſt omnibus cha-
ritatem habentibus. Quare cum tan-
ta ſit Charitatis nobilitas, ut diligens
ſit filius Dei, & ad eum dignetur Domi
nus uenire, & manſionem facere, dili-
gamus, fratres, Deum, vt tanquam fi-
lii poſſimus Dei eſſe hæredes, & cohæ-
redes Chriſti. Amen.

*De dilectione proximi, & circunſtan-*
*tijs, quibus proximus diligi*
*debet. Sermo III.*

Sermo 69. SEX circunſtantijs debet
veſtiri hic actus dilectio
nis (Dilectiſſimi) quæ
ſunt hæ. Prima, Quis,
Quid. Circa quid. Cuius
gratia, Quātum, & Quomodo. Primo,
Anima gratificata per gratiam gratū
agētem, quæ gratia gratum hominem
1. Cor. 6. reddit, & Deo coniungit. Vnde Apoſt.
Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū
eo. Anima igitur gratificata eſt prima
circunſtantia. Secundo quid agere de-
bet. Diligere. Hæc eſt debita actio, quā
& lex iubet, lex naturalis, ſcripta, ve-
Proximus quis. ſit. tus, & noua. Vnde Apoſt. Qui diligit
proximum, legem impleuit. Tertio, cir
Magi in ſent. 4. diſt. 28. c. fin. ca quid agat. Circa proximum. Hæc
eſt debita materia. Proximus autem
quatuor modis dicitur. Conformitate
A naturæ, proximitate ſanguinis, benefi-
ciorum exhibitione, & ſpe conuerſio-
nis. Conformitate naturæ rationalis,
mutuo ſibi ſunt omnes proximi natu-
ram rationalem participantes anima
intellectiua, & intelligētia. Scilicet Ho
mo, & Angelus. Non diſtinguo vtrum
bonus, vel malus ſit. Nam proximus
dicitur omnis homo, ſiue ſit iuſtus, ſiue
iuſtificabilis, beatus, vel beatificabilis.
Et ideo appellatione proximorum nō
comprehenduntur damnati, quia cum
charitatem habentibus, nec potentia,
nec actu conueniunt. Vnde mandatum
B hoc de dilectione proximi latum dici-
tur, & non profundum. Vnde pſal. La- Pſal. 118.
tum mandatum tuum nimis. Vbi glo-
ſa. Latum mandatum charitas eſt, in
qua nullæ ſunt anguſtiæ, in qua vniuer
ſa lex pendet, & Prophetæ, tamen latū
dicitur, & non profundum, quia ad dā-
natos amandos non extēditur. Alia ve
ro dicitur proximitas ſpecialis, qua
ratione corporis cum conſanguineis
cōiūgimur. Quamuis enim omnes tecū
ab eodem primo parente deſcendēdo,
C quodammodo generaliter cognati ſint
tamen quantum ad ſpecialem ſangui
nis propinquitatem quidam tibi ſunt
procul, quidam propè, quidā proprio-
res; quidam proximi. Et hic triplici-
ter, vel in linea aſcendenti, ut pater, &
mater, vel in deſcendente, ut filius, &
filia, vel in tranſuerſali, vt frater, & ſo
ror. Altera vero pximitas eſt in bene-
ficiorum exhibitione, vnde proximus
tibi dicitur, qui beneficium impendit,
proprie cogitando. Propior volendo,
D proximus faciendo. Vnde Dominus. Luc. 10.
Quis tibi videtur proximus illi, qui in-
cidit in latrones? Et ait. Ille qui fecit mi
ſericordiam. Fecit inquam non tamen
cogitauit, vel propoſuit. Hac cōuenien
tia proximus eſt Angelus homini, Ma-
giſter diſcipulo, quem inſtruit, & gene
raliter quilibet alicui, cui beneficium
impendit. Et quia proximi nomen re-
latiuum eſt, dicitur proximus & qui fe-
cit.

cit, & qui impendit beneficium. Po- A
ſtremo dicitur proximus ſpe conuer-
ſionis, etiam quilibet viator malus. De
quo cum non ſit deſperandum, & ſi mo
do ſit malus, ſperatur tamen faturus
bonus, ſiue Iudæus ſit, aut Paganus, vel
Hæreticus. Forte enim per miſericor-
diam Dei conuertetur ad Dominum,
& inter Sanctos, inquit Aug. Primum
locum habere merebitur. Quarta cir-
cunſtantia diligēdi proximum eſt, cur
proximum diligere debemus, Hæc eſt
cauſa finalis. Scilicet propter Deum, B
qui eſt ſummum bonum, quæ cauſa fi-
nalis ſeparat cæteros amores malos.
Quinto, quantum proximus diligen-
Prou. 17. dus. Omni tempore, ſemper. Quia, om
ni tempore diligit, qui amicus eſt. Am-
plius, quantum. Magis, quam corpus
proprium. Item, quantum. Multo ma-
gis, quàm res noſtras. Vnde Greg. Dum
rem diligimus temporalem, vera amit
timus charitatem, dum pro terrena re
pax a corde cum proximo ſcinditur,
contra nonnullos noſtri temporis Re- C
ligioſos. Sexto, Quomodo diligi de-
beat proximus, oſtēdit Dominus, dum
Ioan. 15. inquit per Euang. Hoc eſt præceptum
meum, ut diligatis inuicem, ſicut dile-
xi vos. Chriſtus (Fratres) adeo dilexit
nos, vt propter nos ſemetipſum abne-
Phil. 2. gauerit, & ſua, & ſuos. Seipſum, quia
exinaniuit ſemetipſum vſque ad mor-
tem, mortem autem Crucis. Item ab-
negauit ſua, quia vt inquit Apoſtolus.
2. Cor. 8. Propter nos egenus factus eſt. Et Matt.
Matt. 12. Filius hominis non habet vbi caput re D
clinet. Suos etiam reliquit, & quaſi ab-
negauit propter nos. Vnde per Euang.
inquit. Quæ eſt mater mea, aut qui fra
tres mei. De his tribus, inquit Hierem.
Hiere. 12. Reliqui domum meam, ideſt cogita-
tionem meam, hoc eſt meos. Et dimiſi
hæreditatem meam, ideſt mea, & dedi
dilectam animam meam in manus ini
micorum, ideſt uitam. Sic & nos debe-
mus ita diligere, vt propter Chriſtum
relinquamus nos. Et noſtra, & noſtros,

A quia hæc tria facit dilectio Dei. Dile-
ctio ſui, & dilectio proximi. Dilectio
Dei facit abnegare ſua. Vnde Apoſt. ſci 2. Cor. 8.
tis enim gratiam Domini noſtri Ieſu
Chriſti, quoniam propter uos egenus
factus eſt cum eſſet diues: ſed unum be
neficium petit aliud ſimile. Vnde ſi ip-
ſe cum eſſet diues propter ſuā nimiam
charitatem pro nobis egenus factus
eſt, ut illius inopia nos diuites eſſemus:
ita & nos ꝓpterea ſi diligere cupimus,
& noſtra relinquere neceſſe eſt. quia
B vbi rerum cupiditas, ibi nulla charitas.
Vbi nulla, ibi perfecta charitas. Quod
ſignificatum eſt quando Dauid abijt, 1. Reg. 22.
& fugit in ſpeluncam Odollam, quia
verum ſignum, quod religioſus deſe-
rat mundum, & ſequatur Chriſtum, eſt
quando exhæredat ſe pro eo, tūc enim
teſtimonio probat ꝙ diligit Deum. Sic
enim interpretatur Odolla. Teſtimo-
nij probatio. Sic & omnes quotquot
fuerunt ſenes cum iunioribus tunc vna
voce confeſſi fuerunt uirum illum ſan
C guine, & uita Illuſtriſſimū noſtris qui-
dem temporibus mirabilem, dico,
Cardinalem Boromęum Mediolanen
ſem Archiepiſcopum, nomine Carolū,
dilexiſſe Dominum, quando ſe multis
redditibus eccleſiaſticis ſponte exhære
dauit, tantum ſibi relinquens, quæ ui-
ctui erant neceſſaria. Igitur euidens ſi-
gnum diligendi Deum eſt, quādo quis
pro Chriſto ſe exhæredet. Nam queād
modum mulier habens munuſcula ab
adultero, proijcit ea, ne diſpliceat uiro
D ſuo quemadmodum faciebat Agnes il
la Beatiſſima, quę dum a Pręfecti vr-
bis filio amaretur, & ornamenta plu-
rima, & precioſa obtuliſſet, omnia ab
illa fuerunt ueluti quædam ſtercora re
cuſata. Sic anima munera mundi ꝓij-
cere debet, ne Chriſto diſpliceat. quod
quidem maxime religioſum hoc exe-
qui æquum eſt. Dilectio ſui facit abne-
gare ſe, ſicut quando aliquis habet ca
ſtrum, & timet ne perdat facit alicui
potenti homagium, ut illud protegat.
Ca-



Caſtrum eſt corpus noſtrum Vnde vul A
go dicitur. Bonum caſtrum cuſtodit,
qui cuſtodit corpus ſuum. Sed multo
melius cuſtodit, qui cuſtodit uolunta-
tem ſuā, & cor ſuum. Ponat ergo clau-
ſtralis caſtrum voluntatis in manu ſui
Prælati: quia nunquam peccabit, quā-
diu habebit illud in cuſtodia alterius,
quia diabolo tētanti dicere poteſt. Va-
de ad Prælatum meum, qui caſtrum
poſſidet, & clauem habet. Sed heu mul
ti ſunt, qui illud in manu alterius dede-
runt, & fecerunt homagium, & ſtatim B
voluntatem rehabere incipiunt. De
quib. Bern. Quid ſemel vos nobis com
miſiſtis, quid iterum de vobis vos in-
tromittitis? Dilectio ꝓximi facit ſuos
abnegare. Vnde Dominus dimiſit ma-
trem, & ſuos, quando voluit Crucem
aſcendere, vt nos Deo Patri recōcilia-
ret. Sic debet facere qui vult, & cupit
diligere ſuos. Aſcendat Crucem pœ
nitentiæ, vel Religionis. Vt multum
apud Deum valeat eius deprecatio
apud Deum facta pro ipſis. Igitur di- C
ligendus eſt proximus exemplo Chri-
ſti. Et primo, vt diligamus proximum,
ideſt naturam, & non peccatum. Vnde
Aug. Omnis peccator, inquantum pec
Pſal. 118. cator non eſt diligendus, vnde pſal. in-
quit. Iniquos odio habui. Sic Chriſtus
dilexit, qui Petrum amiciſſimum ſuum
propter aliud, & aliud accidens, modo
beatum, modo Sathanam appellabat.
Secundo ſpiritualiter, non carnaliter.
Sic Chriſtus dilexit, qui Petrum Ioan-
ni propoſuit. Et ad matrem vocatus re D
ſpondit. Quę eſt mater mea, &c. Sed
& omnes amicos ſuos tribulationibus
tranſitorijs expoſuit, magis uolens eis
Apoc. 3. bonum ſpiritui vtile, quàm bonū car-
Prouer. 3. ni delectabile. Hinc dicit per Ioan. Ego
quos amo arguo. Et iterum, Diſcipli-
nam Domini fili mi ne abijcias, quem
enim diligit Dominus, corripit, & quaſi
Quam bo- pater in filio complacet ſibi. Et recte
næ tribula- diſciplina non eſt reijcienda, (contra
tiones. ſubditos, qui tam grauiter correctio-

A nes ferunt) ſed amplectenda propter
multiplices effectus. Primo, quia eſt pi
gnus paternæ hæreditatis. Vnde Apo- Heb. 12.
ſtolus inquit. Flagellat autem omnem
filium, quem recipit. Quod ſi filius: er-
go hæres. Item eſt ſignum diuinæ ado-
ptionis. Vnde idem. Quod ſi extra di-
ſciplinam eſtis, adulterini eſtis, ideſt
poſſeſſio diaboli, & non filij, ideſt hæ-
redes Dei, quæ hæreditas eſt filij mer-
ces, fructus ventris. Tertio, quia eſt ſi-
gnum zelotypiæ. Quarto, quia erudit.
B Vnde Dominus per Hiere. Erudire Hie Hierem. 6.
ruſalem, ne forte recedat anima mea a
te, ne forte ponā te deſertam terram
inhabitabilem, ideſt erudire per infir-
mitatem, & plagas. Ne forte recedat
anima mea a te, ideſt dilectio per ſub-
tractionem omnis boni, & ponam te
deſertam per viam inhabitabilem, id
eſt per effluentiam omnis mali. Quin-
to, quia eſt vnum de ferculis, quæ Do-
minus comedit, & comedendo ſuis ap
poſuit, quæ ſunt paupertas, moleſtia, &
C ignominia. Tertio eſt proximus dili-
gendus veraciter, non ſimulate. Vnde Rom. 8.
Apoſt. Dilectio ſine ſimulatione. Et 2. Cor. 6.
iterum. In charitate non ficta. Et Ioan 2. Ioan. 4.
nes. Non diligamus verbo, neque lin-
gua, ſed opere, & veritate. Dilectio au
tem cum fictione tripliciter conſidera-
ri poteſt. Magna, maior, & maxima.
Magna. Cum ſignificatur plus eſſe, quā
non eſt. V. g. Cum diligens demōſtrat
ſe magis diligere, quam diligat. Maior.
Cum ſignificatur quod non eſt. Vt cum
D diligens ſe diligere indicat. Vnde pſal. Pſal. 77.
Dilexerūt Deū in ore ſuo, & lingua
mentiti ſunt ei. Maxima, cum oſtendi-
tur id, cuius contrarium eſt, ut cum o-
diens amorem prętendit. Vnde per
prophetam. Væ qui potum dat amico, Abac. 2.
miſcens fel. Sed ueraciter diligit,
qui, ut quantum interius diligit,
tantum ſe diligere per familiarita-
tis ſigna oſtendit exterius. Vel plus di-
ligit, quam oſtendit: quia totum affe-
ctum vel neſcit, vel ob aliquam cau-
ſam

ſam non vult. Quarto, efficaciter, non
tepide. Hinc Greg. probatio dilectio-
nis exhibitio eſt operis. Sic Chriſtus.
Io.15. Vnde Io. Maiorem hac dilectionem,
ideſt maius ſignum, vel effectum dile-
ctionis nemo habet, vt animam ſuam
ponat pro inimicis ſuis. Si Chriſtus
1.Io.4. nos dilexit inquit Ioan. & nos debe-
mus inuicem diligere. Si Chriſtus pro
nobis animã ſuam poſuit, & nos debe
mus pro fratribus aĩam ponere. Quin
to gratis, Non mercenariæ, vt non ho-
minem intuitu rerum, vel alicuius
rei cauſa, ſed potius econuerſo. Sic
Chriſtus gratis nos diligebat. Vnde
Pſal.15. Pſal. inquit. Bonorum meorum non
Prou.19. eges. quo contra ſcrip. Multi colunt,
ideſt honorãt, & venerãtur perſonam
potentis. Quod ſi propter officium
ſit, vt miniſtri, bene ſit. Si autem, quia
diues, aut nobilis peccatum eſt. Vnde
ſequitur in prouerbijs. Et amici ſunt
Eſa.2. bona tribuentis. Et Eſa. Omnes dili-
gunt munera, ſequuntur retributio-
nes. Et poeta. Cum fueris felix, multos
habebis amicos Tempora ſi fuerint nu
bila, ſolus eris. Sexto, ſtabiliter, non trã
Io.13. ſitorie. Sic Chriſtus. Vnde Ioan. Cum
dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Et
Prou.17. Salomon. omni tempore diligit, qui
Eccl.6. amicus eſt. Si omni ergo tempore pro
ſperitatis propriæ, & aduerſitatis alie-
næ, quo contra ſcrip. Eſt amicus, qui
conuertitur ad inimicitiam. Septimo
diligendus eſt proximus diſcrete, pru-
denter, non fatue, ideſt ut diligamus
in homine animam propter Deum, &
corpus propter animam. Nam propter
quod vnum quodque tale, & illud ma
gis. Si ſic diſcrete diligimus corpus nõ
propter ſe, ſed propter animam, indif
ferenter amamus ſenem, & iuuenem,
pauperem, & diuitem, pulcrum, & de-
formem. Cum in anima conueniant,
licet corpore differant. Rurſum hæc
prudentia conſiſtit, vt in homine ame-
mus naturã ſemper bonã, quia a Deo,
peccatum vero quia malum, & contra

A Deum, Ideo odiendum. Vnde Aug. Sic
diligendi ſunt homines, ut eorum non
diligãtur errores. Item Greg. Et diliga-
mus in eis quod ſunt, & odio habea-
mus, quod in itinere Dei nobis obſi-
ſtunt. Et Luc. ſi quis venit ad me, & Luc.14.
non odit patrem & matrem &c. Vnde
Chryſo. Non ſimpliciter iubetur odio
habere, quia hoc valde iniquum eſt.
Sed ſi voluerit plus me diligi, in hoc
odio habeatur, & matrem, & vxo-
rem, filios & fratres, & ſorores, ideſt
B eorum vitia, & carnales affectus, ad-
huc igitur & animam ſuam, ideſt uitæ
animalis deſideria, ſiue concupiſcen-
tiam, non poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Sed qualiter ſit diligendus. audi Quatuor
etiam Auguſtinum dicentem. Qua ſunt dili-
tuor ſunt diligenda ex charitate. genda.
Vnum, quod ſupra nos. Deus. Al-
terum, quod Nos. Tertium, quod iu-
xta nos, ideſt proximus. Quartum,
quod infra nos, ideſt corpus. Diliga-
mus igitur fratres proximum noſtrũ, Matt.22.
C quia ſcriptura ſacra multum ad hoc Luc.10.
nos monet, & præcipuè præceptum Io.15.
Saluatoris. Hoc eſt præceptum meum Ad aman-
&c. Vnde cũ a diſcipulis interrogatus dum proxi
Beatus Io. Euãg. cum perueniſſet ad mum quæ
vltimam ſenectutem, & vix inter diſci excitant.
pulorũ manus deferretur, nec poſſet
plura dicere verba, & ad quamlibet
pauſam diceret. Filioli diligite alteru-
trum. Interrogatur a diſcipulis, quare
verba hæc ſępe diceret. Reſpondit pręce-
ceptum Domini eſt, ſi ſolum fiat, ſuffi-
D cit. Incitat etiam amor, qui videtur in-
ter animalia irrationabilia eiuſdem
ſpeciei. Vnde ſcrip. omne animal dili Eccl.13.
git ſimile ſibi. Si Lupus, Leo, Serpens
non exercẽt illam ferocitatem in ani-
malia eiuſdem ſpeciei, quam in alia,
quid dicendum eſt de homine, qui de-
ſeuit in hominem? Nunquid ferocior
eſt leone, lupo, & ſerpente? contra nõ-
nullos huius æui. Item aqua quæ natu
raliter pugnat habet cum igne, pa-
cẽ habet cum alia aqua, quæ eſt eiuſ-
dem



dem ſpeciei. excitat etiam ad hoc fra
ternitas naturalis, quia ex vno paren-
te propagati ſumus. Ideo omnes fra-
tres. Hinc dicimus pater noſter. Item
fraternitas ſacramentalis, quia omnes
aqua baptiſmali renati ſumus. Præte
rea exemplum Chriſti: qui tam carum
habuit proximum, quam mori voluit,
Apoc.1. & redimere precio ſui ſanguinis. Vn-
de Ioan. Qui dilexit nos, & lauit nos a
Tim.2. peccatis ſanguine ſuo. Et Apoſt. Qui
dedit ſemetipſum pro nobis. Item exẽ
plum Angeli: qui adeo amat homi-
nem, vt eum cuſtodiat in omnib. uijs
Pſal.90. ſuis. Rurſum, quia proximus mem-
brum eſt corporis, cuius Chriſtus eſt
1.Cor.2. caput. Vnde Apoſt. vos eſtis corpus
Chriſti Non amat caput, qui nõ amat
membra. Inſuper proximus tuus
membrum eſt eiuſdem corporis, cu-
Rom.13. ius es tu. Naturaliter uero amor eſt
inter membra corporis. Vnde Apoſt.
Aug. de Multi unum corpus ſumus in Chriſto
tẽp. Hom. ſinguli aũt alter alterius mẽbra. Ideo
15. cum ꝓximus tuus ſit eiuſdẽ corporis
mẽbrũ, cuius es tu, debes diligere ſicut
& te, i. ſicut appetis ſũmũ bonũ, ita &
ꝓximo Item Deus creauit proximũ, ſi
ergo ex charitate ſummè diligo Deũ,
igitur etiam & proximum. Diligi enim
ſolet liber, uel ſcriptura ob amorem
ſcriptoris. Pictura propter pictorem,
& ſic de cæteris. Hinc & ſi Deus omnia
fecerit, & diligat, ſpecialiter tamen ho
minem, & Angelum, ideſt rationalem
creaturam ex arte generali quaſi ſpe-
cialius factam. iux. illud. Faciamus ho
Gen.1. minem &c. Hinc ad hominem venire,
& manſionem facere dignatur, multo
coniunctius, multoque utilius, quam
membrum in corpore, palmes in vitæ
piſcis in aqua, planta in terra, animal
ſpirans in aera, carbo in igne, liquor
in uaſe, ſcriptura in libro. Et habitat
ſecundum effectus gratiæ multiplici-
ter. Vt hoſpes in domo. Vnde cara mi
hi domus, vbi hoſpes cariſſimus. Vt
hortulanus in horto, euellens, & de-



A ſtruens. Vt pontifex in templo conſe-
crans aſpergendo, ſcribendo, ungen-
do, vt Magiſter in ſchola. docendo, vt
ſponſus in thalamo quieſcens, vt gem-
ma in auro ornans. Igitur fratres dili-
gamus proximum. Qui enim proximũ
diligit, legem adimplet. Amen.

*De caſtitate. Sermo vnicus.*
*Ex Epiſtola 14.*

QVIA ſecundum Apoſt. fru- Sermo 70.
B ctus Spiritus eſt caſtitas ideo
operæ precium eſſe duxi
ſermonem facere de caſti-
tate Iudæorum eſſis eſt a nobis, dile-
ctiſſimi, orationibus cum omni con-
tritione, & humilitate cordis excuban
dum, & famæ, ſiti, vigilijs, operis iugi-
tate, atque inceſſabili lectionis ſtudio
elaborandum ut per illorum afflictio-
nem miſericordiam Dei conſecuti ad
caſtimoniæ puritatem peruenire poſ-
ſimus. Sicut Apoſt. docet, qui immedia 2.Cor. 6.
C te poſt multos labores, vigilias, ieiu-
nia, de caſtitate ſubdit, quia nimirum
qui caſtitatis virtutem poſſidere cu-
pit, ſe laboribus exercere, uigilijs inſi-
ſtere, & carnem debet ieiunijs macera
re. Sed quicunque mente, & corpore
caſtus eſſe deſiderat, abſtinentiæ conti-
nuam ad Deum cõiungat orationem,
Diuinum humiliter petendo adiuto- Sap.8.
rium, & in naui ſecure ambulabit, nã
nemo caſtus eſſe poterit, niſi Deus det.
Et cum in cunctorum uitiorum expu-
D gnatione, atque in omnibus virtutum
profectibus Domini ſit gratia, atque ui
ctoria, in hoc tamen pręcipue peculia-
re Dei beneficium, ac ſpeciale donum
eſt, ut fragili carne quis circundatus
carnis aculeos non ſentiat. Quapro-
pter nos, qui inter cætera caſtitatis uo
tum uoluntarie obſeruare promiſi-
mus, mox, ut cogitatio carnalis men-
tem noſtram pulſare cæperit, diuinum
cum lachrymis imploremus auxilium
nec a precibus quieſcamus, donec in-

cendium prurientis ardoris penitus ſẽ A
ſerimus extinctum. Nunquam de ca-
ſtitate prȩſumamus, ſed uigilantes, &
ſperantes in auxilium Domini timea-
mus. Etenim cum primum homo ſecu
rus redditur, a bona operatione deficit.
Idcirco continuo in nobis timor ma-
neat, nam ipſe timor eſt cuſtodia uitæ
indè fit, vt cum in perfecta humilitate
fuerimus, facile caſtitatem cuſtodie-
mus: alias fruſtra currimus, ſi noſtris
ipſam viribus cuſtodire præſumimus.
Niſi enim Dominus cuſtodierit caſtita- B
tis domicilium, fruſtra eam conſerua-
re laboramus. Inde legimus multos
ob ſuperbiam, qui gloriam quaſi de
meritis ſuis cæperant, & cæleſtis bene
ficij munus vitæ ſuȩ meritum dixerant
in graue libidinis incẽdium incidiſſe,
& effectos ſicut equus, & mulus, quib⁹
non eſt intellectus. Oportet igitur
nos, qui caſtimoniæ puritatem aſſequi
cupimus, ſemper eſſe humiles, non no-
bis eius poſſeſſionem arrogare, ſed Do
mino, qui dedit. Nemo enim caſtus ui C
ribus totis gratiæ diuinæ cooperator
exiſtat. Noſtrum itaque ſit in bona uo-
luntate caſtitatis offerre deſiderium, &
Domini non deerit auxilium. Ambule-
mus ergo (fratres) in omni puritate
mentis, & corporis, ut ei placeamus,
cui nos ab initio tradidimus. Caſtitas
enim præcipue decet clauſtrales, qui
ſunt in ſtatu perfectionis, & ideo obli-
gantur ad tria vota, in quib. Chriſtia- (Vota tria religioſorum.)
næ vitæ perfectio conſiſtit. Horum pri
mum eſt humilis, & veræ ſubiectionis D
obedientia. Secundum abdicatio om-
nis proprietatis. Tertium perpetuæ cõ
tinentiæ, & caſtitatis cuſtodia. Et recte
qui ad comprehendẽdũ culmen perfe-
ctionis accingi appetũt, hȩc tria vouũt.
Cũ ex his quis holocauſtum Deo gra-
tiſſimum offerre dicatur. Holocauſtum
enim eſt cum quis totum, quod habet,
offert Deo. Tria vero in hominis pote-
ſtate eſſe nouimus, bona exteriora, cor
poris, & animæ. Bona exteriora, dum
quis voluntariè paupertatis votum A
emittit, cuncta exterius dereliquit. Bo-
na vero animæ per obedientiam Deo
offert. At dum quis omnibus corpo-
reis delectationibus abrenuntiat per
continentiæ votum, Deo proprij cor-
poris bona offert. Hãc igitur cõtinẽtiã
duplici ſumus obligatione profeſſi. Al
tera, qñ hoc indumentũ monaſticæ re-
ligionis ſolemniter induimus. Altera (Diſt. 28.)
vero, quando ſacros ordines ſuſcepi-
mus. Profecto indignum eſt eos, qui
ad miniſteriũ altaris accedere debent, B
cubilibus, & immunditijs deſeruire,
qui templum, & uaſa Domini eſſe de-
beant, & dici. Nam omnibus Mona-
chis caſtitas perneceſſaria eſt, ſed ma-
ximè miniſtris Chriſti altaris quorum
vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſ-
ſidua ſalutis prædicatio. Tales enim de
cet Dominũ habere miniſtros, qui nul-
la contagione carnis corrumpãtur. Sed
potius continẽtia caſtitatis ſplendeãt,
& totis honeſtis fulgeant exemplis in
populo. Et ideo (Cariſſimi) procul ſint C
a nobis ea, per quȩ animus noſter a
Dei ſeruitio retrahi poſſit, vt eſt uſus
carnalis copulæ, tum ex vehementia
delectationis. Vnde Aug. inquit. Nihil
eſſe ſentio quod magis ex arce deij-
ciat animum uirilẽ, quam blandimen
ta fœminæ, corporumq́ue ille conta-
ctus, ſine quo vxor haberi non poteſt,
Tum ex ſolicitudine, quam de ſuæ fa-
miliæ regimine homini ingerit. Inde
Apoſt. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt,
quæ Domini ſunt, quomodo placent D
Deo. Qui autem cum uxore, quomo-
do placeat vxori. Idcirco continentia
perpetua requiritur ad perfectionem
religionis. Quare dicitur in Paralipo. (Parali.)
Et fratres eorum veſtiti byſſinis cim- (Caſtitas comites.)
balis, & pſalterijs, & citharis concre-
pabant. Quid enim aliud ſignificant,
niſi quod monachus, qui Dei officio
aſſiſtit, ſtolis debet veſtiri byſſinis, per
quas candidæ mundiciei corporalis ca
ſtitas deſignatur, & laudes omnipotẽ
ti Deo moribus, & actu concrepare? A
Cimbala enim oris confeſſionem pſal
teria mortalitatẽ, cytharȩ carnis mor-
tificationem, & bonæ actionis ſtrenui-
tatem deſignant. Quicunque enim ca-
ſtitatem diligit, per abſtinentiam car-
nem fatiget: nam ſine ſuis comitibus
ieiunio, videlicet, & temperantia ca-
ſtitas cito laſſeſcit, quod ſi his quaſi ad
miniculis roborata fuerit, per facile,
vt ait Chryſoſt. coronabitur. Aufer a
me (inquit ſcriptura) ventris concupi- B
ſcentiã, & concubitus cupiditas, ne ap
prehendãt me. Sit quoq; in bonis ope-
ribus ſolicitudine non piger. Nullum
enim meritum habet caſtitas, ſine bo-
nis actionibus, & præcipuè ſine cha-
ritate, nec præmium habet, nec meri-
tum. Quid enim abſque illa bonum
ſuſcipitur, fides? ſed nec ſi montes tranſ
ferat, ſcientia? Sed ne illa quidem, quȩ
lingua loquitur Angelorum? Marty-
rium? Nec ſi tradidero, inquit Apoſt.
Corpus meum ita ut ardeam. Caſti- C
tas igitur ſine charitate lampas eſt ſi-
ne oleo. Subtrahe oleum, lampas non
lucet. Tolle charitatem, charitas non
placet. Pulchra ergo eſt caſta genera- (Sap. 4.)
tio cum charitate. Debet quoque om-
nes paſſiones corporis deprimere q̧ ad
caſtitatem peruenire cupit. Vnde re-
cte per flumẽ Geon caſtitas deſignat̃,
quod circuire totam terram Aethio-
piam dicitur. Geon enim figura eſt ca
ſtitatis. Terram Aethiopiam circuire
dicitur, quia abluit corpus abiectum, D
& uiliſſimȩ carnis extinguit incendiũ.
Aethiopia enim abiecta, & vilis, latina
interpretatione dicitur. Et quid abie-
ctius noſtro corpore? Quid tam Aethio
piæ ſimile? Quod etiam nigrum dici-
tur quibuſdam tenebris peccatorum.
Hoc itaque corpus ſic abiectum, ita
peccatis deturpatum abluere neceſſe
eſt aqua caſtitatis, & ſedulo vigilare in
bonis operibus, atque deprimere cun-
ctas animæ, & corporis paſſiones, ſicut
diuina teſtatur ſcriptura. Dum ſic in- (Exod. 28.)
quit. Porro filijs Aaron tunicas lineas A
parabis, & baltheis tunicas cingent, &
tiaras in capitibus accipiant. Accingit̃
monachus tunicis lineis, cum totum
corpus candore caſtitatis dedicat. Ac-
cingitur baltheis, cum eãdem caſtimo
niam uigilanti mẽtis cuſtodia circum
ſpicit, ne conſcientia illius deſidior
erga bona opera fiat, ne vento elatio-
nis aditum pandat, ne charitatis feruo
rem minuat, ne iactantia præſumptio-
nis bona opera vileſcant: Et tandem B
ne ad ruinam ſuperbiendo impellat:
Porro accinctus debet accipere tiaram
in capite, vt præter vigilantem corpo-
reæ caſtitatis cuſtodiam viſus, audi-
tus, guſtus, & olfactus dignè Deo offe-
rat. Poteſt enim fieri ut & ſermone q̧s
ſcortetur, & oculo adulteretur, & per
auditum polluatur, ac corde immun-
diciem accipiat, per quæ cibi, & potus
intemperantiam caſtitatis limitem ex
cedat, præterea refrenanda eſt ſenſuum
incauta fragilitas, ne illud impleat q̧ C
Propheta terribiliter clamat. Intrauit (Hier. 9.)
mors per feneſtras noſtras. Per quas. n.
feneſtras mors ad animam ingredi-
tur, niſi per oculos, aut aures? Ecce q̧d
dicit Scrip. de oculo. Per ſpeciem mu-
lieris multi perierunt, & ex hoc concu
piſcentia quaſi ignis exardeſcit. Dauid
ille ſanctiſſimus mulierem nudatam
vidit, & ſtatim adulterium fecit, & ho-
micidium. Rurſum, nec auditus vario
organorum cantu, & vocum inflexio-
nibus, & omni re quæm per aures in- D
troiens virilitatem mentis deliniri de
bet. Odoris autem ſuauitate, & di-
uerſis tymiatibus muſco, quod diſſolu-
ti appetere ſolent amatores delectari
nemo debet. Porro ciborum, & vini
auiditatem religioſus deſpiciat, ne uẽ
ter mero æſtuans ſecundum Hierony-
mum cito deſpumat in libidinem.
Oportet etiam non tantum corporis,
ſed etiam animȩ vitare paſſiones. Nam
quid prodeſſet caſtum habere corpus,
ſi animus intumeſceret ſuperbia, ſi inui

A dia tiuidus &cætera? Si ira, atque odio inebriaretur? Tunc enim præclara eſt, atque magnifica, & pulchra caſtitas, cum eſt animus ieiunus a uitijs. Conſideremus Virgines ſtultas. Virgines enim erant, ſed caſtum cor non habebant. Caſtitas diſcordiæ non conuenit, ebrietati, impudicitię, malitię, adulationi, ſubdolæ mẽti, laudibus humanis inhærenti, voluptatis inſiſtenti, cupiditati, auaritiæ, liuori: His uitiis non coniungitur caſtitas. Separentur igitur B filiæ ancillæ, remaneant filiæ liberæ. Pax, gaudium, bonitas, benignitas, manſuetudo caſtitatem comitantur.

*Caſtitas commendatur.*

Quapropter amplectamur totis cordium medullas, fratres caſtimoniæ puritatem, & decorem. Quid enim caſtitate pulchrius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticũ, angelum denique de homine facit. Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelus, ſed fœlicitate, non uirtute. Sed & ſi illius caſtitas C fęlicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Angeli enim, ſine carne viuunt, caſti vero in carne triumphãt. Inde eſt quod in tabernaculo Domini ſupremum veſtimentum erat de pellibus hiacintinis, per quod intelligitur cælibum vita. Habet enim Hiacintus ſpeciem ſimilem throno, ita qui in carne puritatem ſeruant, cæleſtibus ſimilantur. Sola caſtitas eſt, quæ in hoc mortalitatis loco ſtatum quẽdam immortalis gloriæ repræſentat. Sola inter D nuptiarum ſeu omnia morem Beatæ illius vendicat religionis in qua neque nubent, neque nubentur præbens quodammodo terris cęleſtis iam illius conuerſationis experientiam. Hæc inſuper odoriferi balſami, quo condita cadauera incorrupta ſeruant ſenſus, & artus continet, & conſtringit, ne diſſoluantur ocijs, ne corrumpantur deſiderijs, ne carnis voluptatibus computreſcant, quemadmodum legitur de quibuſdam, quia computruerunt ut iumẽta in ſtercore ſuo.

*Ioel i.*

Caſtitas lilio aſſimilatur candidiſſimo, odor eius mirus eſt, & ſpargit ubique fragrantiam ſui intacti corporis. Nihil ſic hominem ſupra propriam fragilitatem eleuat, ſicut virtus caſtitatis. Hæc cælum replet incorruptionis ſuauitate, & fęcundat terrã conuerſationis ſanctitate. Caſtitas ornamentum eſt maximum, quo quis decoratus ad cõſortium introducitur Angelorum. Caſtitas eſt Ieſu Chriſti ęterni regis amabile domicilium, & futuræ incorruptionis mirabile principiũ. Caſtitas eſt uirtus omnium potentiſſima, per quam in uaſe fragili mirabili certamine, vincitur natura. Ipſa eſt Deo formoſa columba, ac ſingularis amica omninm creatoris. Hæc eſt Deo amabilis, Angelis acceptabilis, Deo multum fauorabilis. Hęc contemnit mortalium conſortia, deteſtatur omnem carnis ſaniem, & ad cœleſtem properat amatorem. Hæc eſt uirtus illa, ſine qua factus eſt quis omniũ reus. Hæc nos Deo, commendas, nos Angelos facit, nos ſuper ęthera uolando conducit. Nam Beati mundo corde, quoniam ipſi Deũ uidebũt. Et q̃d pluribus exæquare laudem caſtitatis? Caſtitas ut Diuus inquit, Aug. eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo uilium, ſolamen merentium, augmentum pulchritudinis, Decus ſanctę noſtrę religionis, Minoratio criminũ, Multiplicatio meritorum, Dei amica, Angelorum cognata, Patriarcharum uita, Prophetarum corona, Apoſtolorum cingulum, Martyrum auxilium, Confeſſorum uehiculum, Speculum viduarum, Refugium cunctorum, bonorum gaudium, & ſolamen, ſed quid prodeſt eius indicaſſe prçconia, ſi nulla adhibeantur remedia? Per quæ illa facilius haberi poſſit? Igitur quicunque caſtitatem ſeruare deſiderat, præcipue fornicationẽ fugiat. Vt euidenter Apoſtolus oſtendit, qui cum omnibus

*Remedia ad aſſequẽdam Caſtitatem.*

*1. Cor. 6.*





A nibus uitijs prædicauerit reſiſtẽdum, dum cõtra libidinem loqueretur, non dixit. Reſiſtite. Sed fugite fornicationem. Ac ſi cõtra reliqua uitia Deo auxiliante debemus in præſenti reſiſtere, libidinem vero fugiendo ſuperare. Sic B. Ioſeph, ut impudicã Dominam poſſet euadere. Pallium, quo apprehenſus fuerat, reliquit, eſt fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehendat monachus fugam, ſi uult obtinere victoriam. Quoties igitur fratres B animus luxuriæ motibus tangitur per obliuionis remedium ducatur in contẽptum. Cum hoſte fraudulento nulla ſunt miſceda, colloquia, & cum immundis cogitationibus carnis non ſunt tractanda conſilia. Sed ſi illas de corde ſuo expellere quis deſiderat, ipſis aditum non præbeat. Sed ſpiritales in earum locis cogitationes plantet, ut his animus ſemper innixus, & habeat quibus iugiter moretur, atque illecebras pręſentium, ac temporalium C reſpuat gaudiorũ. Quare inquit Apoſto. Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto loquentes uobis metipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualib. quod ad contemplationem pertinere uidetur. Hinc etiam Dominus per Prophetam dicit. Laude mea infręnabo te ne pereas. Eſt enim quoddã fręnum animam ab interitu peccati retrahens laus diuina. Et hoc eſt præcipuum remedium fugere fornicationem. Sed D quid eſt fugere? niſi ſummo ſtudio cauere omnia, quæ libidibem excitare ſolent. Occaſiones exteriores fugiat, malam videlicet ſocietatem, & omnia occaſionaliter ad hoc peccatum inducentia. Fugiat potiſſimnm mulierum colloquia, niſi ad illa irrecuſabilis aliqua neceſſitas cogat, & tunc ſolus cum ſola ſecreto, & abſque arbitro, uel teſte non ſedeat. Et ubi cum tali cautione colloquitur, curandum ut quam citiſſimè, vel uelociſſime ſe abſoluat.

*Eph. 5.*

*Eſa. 48.*

Obſeruet quid de hac te dicat ſcriptura. Quis recondet ignem in ſinu, ut indumenta ipſius non comburantur? aut quis incedet ſuper carbones ignitos, ut pedes non adurat? Virginem igitur ne aſpiciat ne forte ſcandalizetur uultus eius, dicit ſapientiſſimus Salomon. Item ne circumſpiciat in uicis Ciuitatum, ne oberrauerit in plateis eius. Auertat faciem ſuam a muliere cõpoſita, & ne circumſpiciat ſpeciem alienam. Multi enim ex hoc perierunt. Ideo ad Nepotianum inquit D. Hieronimus. Omnes puellas, & Virgines Chriſti aut æqualiter dilige, aut æqualiter ignora, ne ſub eodem tecto manſites, nec in præterita caſtitate confidas, quia nec ſanctior Dauid, nec Sampſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Item de forma uiuẽdi ſcribens inquit, Matrem ita uide, ne per eam alias uidere cogaris, quarum uultus cordi tuo hęreat, & tacitum uiuat ſub pectore uulnus. Item obſeruent quæſo Iuuenes, & qui illorum curam habent, quid dicat Sanctus ille magnus Baſilius. Si Iuuenis es uel ętate, uel ſenſu, fuge conuictum ęquęuorum, qui tibi fugiendi ſunt perinde ac flamma quędam. Quamplurimos enim per illos inimicus noſter aduſſit, ignique ſempiterno tradidit, dum pretextu ſpiritalis dilectionis in ſceleſtum illud quinque ciuitatum barathum coniecit. Et eos inquit ipſe, qui e mari quouis uento, ac tempeſtatum fluctibus ſeruati fuerũt, in ipſo portu ſecuros cum ſcapho ſuccidaneo profundo tradidit. In Cathedra, in qua iuuenis diu antę ſedit, & in ſtrato, ubi ille quieſcit, illius indumentis tua ne coniungas, ſed cura ut medius ſit inter uos ſenex quidam ex fratribus. Si quando tibi loquitur, aut in conſpectu poſitus pſallit, demiſſis oculis illi reſponde, ne ſi uultum illius attendas, concupiſcentię, malorumque aliorum ſeminaria per inimici

*Eccl. 9.*

*Baſilius.*

ci ſuggeſtionem cōcipias, corruptio- A
niſque tandem & perditionis fructum
colligas. Nec in domo, nec eo loci,
ubi non eſt, qui operum ueſtrorum
ſit arbiter, cum eo deprehendare, ſi-
ue id prætextu fiat exercendorum
eloquiorũ Dei, ſiue alterius rei cuiuſ-
cunque etiam neceſſariæ. Nihil enim
eſt magis anima pro qua Chriſtus eſt
mortuus. Ne credas fallaci concilio,
quo tibi imponetur, ſed certus eſto of
fenſionem prorſus uelle cauere, hoc
ipſum generare offendiculum, multa B
experientia eorum, qui lapſi ſunt, hoc
tibi liquidum reddat. Fidem habe uer-
bis meis, quę ex affectu charitatis fra-
ternæ ꝓferuntur. Hæc Baſilius. Vnde
dilectiſſimi ob oībus quidē, pręcipue
tamē a monachis fugienda occaſio
eſt, quia ſine vlla dubitatione qui oc-
caſionem non vult vitare, cito dila-
bitur in ruinam. Ne quæſo ſeducat illa
nimium periculoſa præſumptio, qui
caſtitatis ornamenta inter occaſiones
cuſtodire putant. Nam quid eſt hoc C
non vitare occaſiones, niſi deſiderare
viuere cum ruina? Ideo nemo ſe falſa
ſecuritate decipiat, nemo de ſuis viri-
bus periculoſe præſumat. Sed audiat
Apoſtolum dicentem. Fugite fornica-
tionem. Nam poſito quod caſtitatem
ſeruare poſſint inter familiaritates, ta-
men dupliciter, imò tripliciter apud
Deum ſe reos faciunt, dum & ſeipſos
in periculum mittunt, & alijs exem-
plum peruerſæ familiaritatis oſten-
dunt. Deinde & aliud eſt conſideran- D
dum, videlicet quod etiam ſi illi nihil
pernitiei cogitationibus ſuis accer-
ſant, non tamen id de perſona, cum
qua loquuntur contendere poterunt
quaſi & ipſa aliena ſit ab affectionibus
corporalibus, ſed illa plerumque cum
ſit mulier, quæ plerumque eſt imbecil
lis rationem, & affectione permobili,
paſſa eſt aliquid mali, ex eo quod in-
caute colloquium admiſit. Et licet vir
ille non ſit vulneratus, vulnerauit ta-
men ſæpe numero mulierem. Et vbi
ꝑtextu ſpiritalis dilectionis muliercu
la continuo monachum accedit, inci-
pit per oculos haurire, & ſorbere pec-
catum, & oculis impudicijs in proxi-
mi aſpectu, & forma paſci, & inter-
nam virginem, quam ſponſus potiſſi-
mum amat, impuris cogitationibus
corrumpere. Quare fugiamus fornica
tionem. Legitur enim quod Elias, qui
tot miracula fecit, fugit a facie Ieza-
bel. Quid per Eliam, niſi monachus,
qui & ſi perfectus ſit, tamen fugere dēt
a Hiezabel, qui interpretatur ſterqui-
lium, vel fluxus ſanguinis, ideſt a for-
nicatione. Hinc multos legimus in
vitis patrum, adeo uirtutum omnium
floribus adornatos, qui cœleſtibus
fruebantur alimonijs, ſed quia hi non
in humilitate fuerunt, in fornicatio-
nem ceciderunt. Quantumcunque igi-
tur perfectus ſit monachus, ſemper
timeat, & occaſiones uitet. Fugit ēt
oīno ſatietatem. Nā eſus carniũ, & po-
tus vini, ventriſque ſaturitas ſemina-
rium libidinis eſt. Et nihil ſic inflā-
mat corpora, & membra genitalia ſe-
cundum Hier. ſicut indigeſtus cibus.
ructuſque conuulſus. Quo circa mul-
tum prodeſt ad puritatem corporis
obtinendam, vt æqualis, moderataque
ſit refectio, ne nimia inanitate deficiet,
nec nimio ſit cibo diſtentus. Sed ſu-
mat cibum ad corporis neceſſitatem
ſuſtentandam, non autem in paſſione
& ſaturitate ventris. Sicut admonet
nos Apoſt. dicēs. Carnis curam ne fe- Rom. 13.
ceritis in deſiderijs, ideſt ad uolupta-
tem: quia ad neceſſitatem naturæ car
ni cura eſt impendenda: Nemo, enim
unquam carnem ſuam odio habuit.
Denique ſi eſtus corporis quis declina
re cupit, prius oportet animi motus
comprimere: Hoc, enim apertiſſimo
Saluatoris noſtri ore laudata beatitu-
tudo declarat. Beati mites, quoniam
ipſi poſſidebunt terram. Et quid per
terram, niſi corpus noſtrum: nam ad-
uerſus



uerſus carnem ſuam non poteſt quis A
inſurgentia bella carnis comprimere,
niſi prius armis māſuetudinis iſtruat.
Etenim ubi furoris inſederit uirus libi
dinis quoque neceſſe eſt incendium ſu
perare. Hinc gloſa. Et ſcies, inquit,
ꝙ pacem habeat tabernaculum tuum.
Nam tunc tabernaculum iuſti, ideſt,
corpus, quod mens inhabitat, pacem
habet a motibus deſideriorum, quan-
do mens noſtra patientia fuerit, leni-
tateque fundata. Multum quoq; pro-
deſt cogitationum reuelatio, ſicut in B
uitis patrum habetur, quod nihil ſic
fornicationis dæmon fugat, quemad-
modum, ſi reuelentur eius cogitatio-
nes, & nihil ſic eum lætificat, quo-
modo ſi abſcondantur. Sed magno-
pere iuuant ad carnis concupiſcentiā
refrenandam aliquæ animi perturba-
tiones, ut refert Hieronymus ad Ru-
ſticum monachum, quòd erat quidā
Græcus adoleſcens in cænobio, qui
nulla abſtinentia, nulla operis magni-
tudine poterat carnis flammam extin C
guere. hunc periclitantem pater mo
naſterij hac arte ſeruauit. Imperauit
cuidam uiro graui, ut iurgiis, atque
conuitiis hominem inſectaretur. Et
poſt irrogatam iniuriam primus ad
quærimoniam ueniret, & uocati te-
ſtes pro eo loquerentur, qui contume
liam fecerat. Quo facto flere incipie-
bat ille contra mendacium. Nullus
alius credere ueritati. Solus pater ne
abundantiori abſorberetur triſtitia
frater defenſionem ſuam opponebat. D
Quid multa? annus ductus eſt, quo ex-
pleto interrogatus adoleſcens ſuper
cogitationibus priſtinis, an adhuc mo
leſtiæ aliquid ſuſtineret. Papè inquit
mihi uiuere non licet, & fornicari
Ocioſitas vitanda. libeat? Ocioſitas pręterea omni-
no a clauſtrali uitanda eſt, quæ in-
centiuum eſt uitiorum carnalium.
Ezech. 16. Sic, enim inquit ſcriptura. Hęc fuit
iniquitas Sodomę ſororis tuę ſuper-
bia, ſaturitas panis, & abundantia,
& ocium ipſius. Multam enim mali- Eccl. 33.
tiam docuit ocioſitas. Hinc in religio
nibus, & præcipue noſtra Benedictina
ad tollendum ocium ſunt inſtituti ua-
rij labores, ut dum aliquid operis fa-
cit monachus, ſemper diabolus ipſum
inueniat occupatum. Hinc quidam
ſanctus pater dicebat Vade labora af-
flige carnem, & a fornicatione libera
beris. Ocioſitatem igitur deponamus
in cunctis. Quid enim ocium eſt, niſi vi
ui hominis ſepultura? Per ocioſitatem
rigorem ſancte religionis faſtidimus, B
per hāc animamur ad ſuperbiam, per
hanc ducimur ad mundi gloriam, per
hanc ad ſecularia verba audire liben-
ter ducimur, per hanc ad ſuperfluam
dormitionem trahimur, per hanc ac-
cendimur frequēter ad luxuriam. Vn-
de quandiu Dauid exercitauit ſe in mi
litia, non inſultauit ſibi Luxuria, ſed
poſtquam in domo ocioſus remanſit
laborauit adulterio, & homicidium
commiſit. Sampſon dum cum phili-
ſteis pugnauit, non potuit capi ab ho C
ſtibus. Sed poſtquam dormiuit in ſinu
fęminę, & ocioſe cum ea remanſit,
mox capitur, & excęcatur ab hoſtibus
Salomon dum occupatus eſſet in tem
pli ædificatione, non ſenſit luxuriam,
ſed mox recedens ab opere, perſentit
inſultum luxuriæ, & deficiens fęmina
inſtigante ad idola, adorauit in thala-
mo vitulum aureũ. Deponamus ergo
ocioſitatem, quia neque ſanctiores Da
uid, neque Sampſone fortiores neque
Salomone ſapientiores ſumus. Deni- D
que libidinis ardorem de facili poteri
mus extinguere, ſi diuinæ lectionis eri
mus amatores. Hinc Hieronymus.
Ama ſcientiam ſcripturarum & carnis
vitia non amabis. Hæc ſunt breuiter
oportuna remedia aliqua ad caſtita-
tem conſeruandam. Omni cuſtodia
cuſtodiamus corda noſtra, abſtinea-
mus a verbis ocioſis, ira, rixa, detra-
ctione, habitu impudico cōmeſſationi
bus, potationibus, & vigilijs ſanctis,
oratio-

orationibus, lectionibus, licitiſque oc- A
cupationib. vacemus, vt qui futuræ ui-
tæ ſtatum in profeſſione tenemus, in
qua non nubent, neque nubentur, ſed
ſunt ſicut Angeli in cœlo, huius quo-
que ſtatum in quantum mortalibus
poſſibille ſit, ſtudeamus imitari, vt ſan
ctorum conſortio gratia Dei præmie-
mur. Amen.

## DOMINICA XV. POST PENT. ex epiſtola ad Galatas.

*Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Vide Sermonem XXII. In Sexageſima.*

### Item Sermo Secundus.

*Nemo poteſt duobus Dominis Seruire. Matt. c.6.*

Sermo 71. LEGITVR Philiſteos
in cuiuſdam Idoli tem-
plo, quod vocabatur Da
gon arcã fœderis Iſrae-
lis compræhenſam col-
locaſſe, ſurgenteſque primo mane die
craſtino inuenerunt idolum ante ar-
cam deiectum, qui licet ſæpe ſæpius
enixi ſunt idolum cum arca coniun-
gere, numquam potuerunt. Quid hoc
ſignificat fratres? niſi nullo pacto in
cordis noſtri templo habitare poſſe
Deum, niſi mundus, caro, & diabolus,
omniaq; uitia ante pedes noſtros qua-
ſi victa proſternantur, & à nobis peni-
tus recedant: quia utrique ſeruire Do-
mino contraria imperãti impoſſibile
Gal. 5. eſt? Quæ enim conuentio eſſe poteſt
ſpiritus ad carnem, cum inuicem ſibi
aduerſentur, nam caro concupiſcit
aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus
carnem, vt non quæcumque voluerі-
mus ſecundum rationem, illa videli-
cet bona, ſiue mala faciamus. Vnde
Rom. Apoſt. inquit. Si ſecundum carnem vi
xeritis, ideſt carnis concupiſcentias

A ſequendo, moriemini, ideſt morte cul-
pæ in præſenti, & morte damnationis
in futuro. Si autem ſpiritu facta car-
nis mortificaueritis, ideſt opera, quæ
ex concupiſcentia carnis proueniunt,
viuetis uita gratiæ in pſenti, & gloriæ,
in futuro. Rurſum, Quæ participatio
Dei cum mundo, perhibente Iacobo. Iac.
Adulteri neſcitis quia amicitia huius
mundi inimica eſt Dei. Vnde quicun-
que voluerit eſſe amicus huius mun-
di, inimicus Dei conſtituitur. Sicut ma
B niſeſte dicit Ioannes. Si quis diligit 1. Io. 2.
mundum, non eſt charitas Dei in eo.
Sic quæ conuentio eſſe poteſt Chriſti
ad Belial. Non enim filijs Iſrael fuit 2. Cor. 2.
manna in deſerto conceſſum, niſi defi- Exo.
ciẽte Aegypti farina. Sic nec nos diuina
poterimus frui fœlicitate, niſi omnino
omnis mundi amor fuerit conſum-
ptus, & uitiorum noſtrorum idola à
nobis penitus receſſint. Haud enim
manna, & farina Aegyptiaca ſimul co
meduntur. Sic nec nos Deo, & mundo,
C ſpiritui, & carni, Chriſto, & diabolo,
vitijs, & virtutibus ſeruire poterimus.
Oportet nos eſſe auulſos ab uberibus
mundanæ cõſolationis, & voluptatis,
ſi ſaporibus Dei, & ſpiritus frui volue-
rimus. Delicata eſt diuina conſolatio,
ideo non admittit mundanam, & libi
dinoſam, cõſolationẽ quãuis plurimi ſint,
qui vtramq; conſolationẽ Dei, & mũ Eccl. 2.
di habere velint. De his condolet Ec-
cleſiaſticus. Væ duplici corde, & labijs
ſceleſtis, & peccatori terram ingrediẽ Iac. 1.
D ti duabus vijs. Et Iacobus. Vir duplex
animo, ideſt qui cum mundo ſimul
vult gaudere, & cum Domino, incon-
ſtãs eſt in oĩbus vijs ſuis. Et iterum ec-
cleſiaſticus. Ne acceſſeris ad illum du
plici corde, hoc eſt, Non velis duobus
Dominis ſimul ſeruire, quia iſti clau-
dicant duabus uijs, more illorum, qui-
bus Hieremias dixit. Vſque quo clau-
dicatis in duas partes, ſi Dominus eſt
Deus ſequimini eum, ſi autem Baal, ſe
quimini eum, nam impoſſibile eſt am-





3. Reg. 18. bobus inſimul ſeruire, quod quidem
recte fuit figuratum in ſacra ſcriptura:
nam dum Pharao Iudæis permitteret,
ut hoſtias Deo in Aegypto immola-
rẽt, reſpondit Moſes, nõ poteſt ita fieri.
Abominationes enim Aegyptiorũ im-
molabimus Deo noſtro? Fieri enim
non poteſt, vt Pharaoni & diabolo ſi-
mul ſeruiamus. Sed quare his duo-
bus Dominis ſeruire non poſſumus?
audi rationes a doctoribus aſſignatas,
quarum prima eſt contrarietas officio
rum: quia dominus vult ſibi ſeruiri di-
ſpergendo, iuxta illud pſal. Diſperſit
dedit pauperibus. Dedit (inquit) non B
vendidit propter laudem, pauperibus,
Iſa. 58. non diuitibus. Sic hortatur Iſaias. Fran
ge eſurienti panem tuum, egenoſque
uagos induc in domum tuam. At
diabolus, & mundus volunt ſibi ſerui-
ri congregando, & cupide retinendo,
quod eſt homicidium, ſicut patet de
diuite auaro, qui cum diceret: Deſtruã
horrea mea, & maiora faciam, & illic
congregabo omnia bona mea. Dixit
ei Deus: Stulte hac nocte morieris. Ec-
ce magna ſollicitudo auaritiæ, licet C
enim horrea eſſent plena, cupiditas
adhuc vacua noua quærebat taberna-
cula, ſed cum dixit. Comede. Ecce gu-
la, bibe, ecce crapula, epulare, ecce la-
ſciuia, repentinus ei ſuperuenit interi
tus. Secunda ratio eſt diſſimilitudo mi
niſtrorum. Dominus enim vult habe-
re miniſtros ſuos vnius cõpoſitionis.
Pſal. Hinc pſ. inqt. Qui habitare facit vnius
moris in domo. Vult ẽt habere ſeruos
Ezh. 10. oculatos. Propter quod dicitur. Anima
Prouer. 14 lia erant oculis plena ante, & retro. D
Et Salomon, quod acceptus eſt regi mini
ſter intelligens, ſecundũ Domini uolũ
tatem, ſeruiendi congruitatem, & ſer-
Pſ. 102. uitij vtilitatem. Vnde de primo inquit
Luc. 2. Pſ. Miniſtri eius, qui facitis volunta-
tem eius. Et Lucas de ſecundo. Quis
putas eſt fidelis ſeruus, & prudens. Et
Rom. 12. Apoſt. rationabile inquit eſſe debere
obſequium noſtrum. At diabolus vult

A ſeruos ſuos hr̃e monoculos. Vnde ſcri.
In hoc feriam uobiſcum fœdus, vt e-
ruam omnium ueſtrum oculos. Vult 1. Re. 11.
etiam Dominus habere ſeruos humi-
les, ſecundum illud. Non habitabit in
medio domus veſtræ, qui facit ſuper- Pſa. 100.
biam. Sed diabolus uult habere arro-
gãtes. Vnde per Iob. dicitur. Omne ſu-
blime uidet, & ipſe eſt rex ſuper om- Iob. 41.
nes filios ſuperbiæ. Tertia ratio eſt, quia
Dei ſeruitium eſt in exercitio virtu-
tum. Iux. illud ſeruiamus illi in ſctita
te. Ecce mũditia interior ſcd'um illud.
Ambulãs in via immaculata hic mihi Pſ. 160.
miniſtrabat. Et iuſtitia. Ecce bona ope
ratio. Coram ipſo. Ecce recta intentio.
Omnibus diebus. Ecce perſeuerantia.
Etenim qui perſeuerauerit vſque in fi-
nem, hic ſaluus erit. Sed ſeruitium dia-
boli eſt in exercitio vitiorum. Hinc Lu
cas inquit quòd filius prodigus adhæ-
ſit vni ciuium, ideſt diabolo, qui miſit
illum in uillam ſuam, ideſt mundi uo-
luptatibus ſubiugauit, ut paſceret por
cos, ideſt motus immundos, ſeruiendo
gulæ, & luxuriæ. Quarta ratio eſt di-
C uerſitas locorum. Nam diabolus habi
tat in loco immũdo. Vnde ſub vmbra Iob 40.
dormit, ideſt in hypocriſi, quæ dici-
tur vmbra, quia habet ſpeciem corpo-
poris, ſed non ueritatem, ſic hypocri-
ſis ſpeciem Sanctitatis tenet, ſed rem
veritatis non tenet. In ſecreto calami,
ideſt in vana gloria, in locis humen-
tibus, ideſt in uoluptate, & luxuria. Sed
Dominus vult eſſe in loco ſublimi, &
mundo. Vnde pſal. Ad te leuaui oculos Pſal. 112.
meos, qui habitas in cœlis. Et Salomõ.
D Qui diligit cordis munditiam propter
gratiam labiorum, habebit amicum Prou. 22.
regem. Quinta ratio eſt, quia vterque
dominus vult ſibi ſeruiri toto tempore
Vnde de diabolo dicitur. Seruitis dijs
alienis, qui non dabũt vobis requiem
die, ac nocte. De Domino vero dicitur.
Seruiamus Domino in ſanctitate, & iu
ſtitia coram ipſo omnibus diebus vitæ
noſtræ. Quoniam igitur Dominus vult

totum cor, ſecundum illud. Diliges A
Deut. 6. Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo. Et diabolus, & mundus uult ſimul
totum. Ideo impoſſibile eſt vtriſque ſi-
mul ſeruire. Igitur cum vtrique Domi
no, Mammomæ, & Deo, diabolo, &
Chriſto, carni & ſpiritui, vitijs, & virtu
tibus, mundo, & regno cęleſti ſeruire
nequaquam poſumus, quia iſti domi-
ni inuicem cõtrarij ſunt, & quod unus
præcipit agendum, alius iubet non a-
gendum, excutiamus obſecro per vi-
ſcera miſericordię a nobis duram, & B
grauem diaboli ſeruitutem, ꝙ facit ſer
Gen. 1. uos ſuos ſeruire luto luxuriæ, latera cu
piditatis, & palea uanitatis, & inuitat
ad ædificandũ tres ciuitates in Aegy-
pto, Phyton, Rameſſe, & Heliopolim.
Phyton interpretatur os deficiens, uel
os abyſſi, & ſignificat cupiditatem, quę
ſicut infernus ſatiari non poteſt, ſic nec
illa. Ramaſſes interpretatur commo-
tio, vel malitia decurrens, & ſignificat
luxuriam, quæ more tineæ miniſtran-
do uoluptates, conſumit animam: hu- C
ius tabernaculi urbem ædificat, qui gu
læ, uel luxuriæ ſeruit. Heliopolis inter
pretatur ciuitas ſolis, & ſignificat ſuper
biam: hanc urbem ędificat, qui hono-
res huius ſæculi ambit, vt ſuper alios
Gen. 12. videatur. Has vrbes ædificare facit Pha
rao, ideſt diabolus, quia ſicut ille acce
pit Saran, ſic & ille ſemper copulare ſi-
bi nititur animam, & ſunt hæ Ciuita-
tes in Aegypto, ideſt in mundo, quia
iuxta Ioannem. Omne, quod eſt in mũ
do, concupiſcentia carnis eſt, concupi D
ſcentia oculorum, & ſuperbia vitę. Du
ra eſt hæc ſeruitus: excutiamus ergo
fratres a nobis illam, ſeruiamuſque
Chriſto Domino. Cuius ſeruitus ſum-
Rom. 1. ma ingenuitas eſt. Vt ait Agatha Quin
tiano. Cui ſeruire regnare eſt. cuius
agi fręnis dicente gloſa ſumma liber-
tas eſt. Cui ſeruire iuſtum honeſtũ, &
vtile eſt. Iuſtum inquam, vt ei ſeruia-
mus, quia nos fecit, quia nobis ſerui-
Pſalm. 99. uit, nos emit. Nos fecit. Vnde pſalm.

Intrate in conſpectu eius in exultatio
ne, ſcitote quoniam ipſe fecit nos, &
non ipſi nos, & tanto deuotius ei ſerui
re debemus, quanto nos digniores crea
uit, ſcilicet ad imaginem, & ſimilitudi
nem ſuã. Nobis ſeruiuit tota vita ſua,
operans ſalutem noſtram in medio ter
ræ. Vnde Iſa. Seruire me feciſtis in pec Iſai. 43.
catis veſtris. Seruiuit inquã nobis per
ſuos Angelos, quos nobis in cuſtodia
deputauit, per ſua, ideſt cœlum, & ter-
ram, Solem, & Lunam. Vnde Matth. Matth. 5.
Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bo-
nos, & malos, & per ſe. Vnde quanto
uilius fuit hoc ſeruitium curando im-
munditias noſtras, tanto deuotius ei
ſeruire debemus. Nos etiam emit pre 1. Cor. c. 6.
cio magno, vt inquit Apoſtolus. Et
quanto precioſiori precio emit (quia
non corruptibilibus auro, & argento,
ſed precioſo ſanguine ſuo) tanto deuo-
tius ei ſeruire debemus. Itẽ honeſtum
eſt, cum ipſe ſolus habeat veri domi-
nii proprietatem. Vnde pſal. Ego ſer- Pſal. 115.
uus tuus, & filius ancillæ tuę. Tum
iure creationis, quia ipſe fecit nos
& non ipſi nos. Tum iure emptionis.
Tum iure educationis, quia dat eſcam
omni carni. Item utile eſt, quia illi no
bis ſeruientib. confert dignitatem ſa- Pſal. 135.
cerdotalem, & maieſtatem realem. Vn
de Io. fecit nos Deo noſtro regnum, & Apoc. 5.
ſacerdotes. Rurſũ liberabit nos ab oĩb.
inimicis. Quare inquit Scriptura. Ser-
uite illi ſoli, & liberabit uos de mani-
bus inimicorum veſtrorum. Item talis
ſeruitus conſequitur ineffabilem cor
dis exultationem. Hinc pſal. Seruite
Domino in lætitia. Poſtremo æterna
omnium delitiarum fruitionem. Vnde
Iſa. Ecce ſerui mei comedent, & vos Iſa. 65.
eſurietis, Ecce ſerui mei bibent, & vos
ſitietis, Ecce ſerui mei lætabuntur, &
uos confundimini. Et Ioan. Volo pa-
ter, vt vbi ego ſum, illic ſit & ſeruus
meus: Sed ubi es, ò bone Ieſu? in patre. Ioan. 12.
Vnde Ioan. Ego in patre, & pater in me
eſt. In cœlo. Hinc Ioan. Nemo aſcen- Ioan. 3.
dit.



dit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœ A
Hebr. 1. lo, filius hominis, qui eſt in cœlo. In
dextera maieſtatis. Hinc Apoſt. Sedet
ad dexteram maieſtatis in excelſis. In
1. Tim. 6. luce inacceſſibili. Vnde Apoſt. Lucem
habitat inacceſſibilẽ. In throno. Qua-
Apoc. 6. re Ioannes inquit: Sedenti in throno
Ioan. 1. Dei. In principio. Hinc dicitur in Euã
gelio. In principio erat verbum. Vnde
per hoc, quod dicitur eſſe in patre, no-
tatur gloria, in luce, claritas, in dexte-
ra Dei, iucunditas, ideſt in potioribus B
bonis Dei. In cœlo, loci amænitas, in
throno, dignitas, in principio, æterni-
tas. Promittit ergo Dñs ſeruis ſuis
dum dicit. Vbi ego ſum, illic erit & mi
niſter meus, gloriam, claritatem, iucun
ditatem, loci amęnitatem, dignitatem
æternam, ad quam nos perducat Ieſus
Chriſtus, Dominus noſter. Amen.

## DOMINICA XVI. POST Pentecoſten. Ex Epiſt.

*Sermo vnicus.*

### De renouatione ſpiritus.

*Vt det uobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ corroborari in interiori homine.*

Sermo 72. HABETVR in libro Re-
2. Reg. 3. gum, quod facta eſt lon-
ga concertatio inter do-
mum Dauid, & domum D
Saul. Sed Dauid ut ibi di
citur, proficiens & ſemper ſeipſo robu
ſtior erat. Domus autem Saul deſcre-
ſcens. Saul dicitur caro, quia interpre
tatur petens, uel abutens: Sic caro ſem
per deſiderat, & petit. Vnde inquit Sa-
lomon. Sanguiſugæ duæ ſunt, filiæ di-
centes, affer, affer. Dauid dicitur ma-
nu fortis, uel aſpectu deſiderabilis, &
ſignificat ſpiritum, qui fortiter monet
agere contra carnem, qui quanto cor-
roboratur, tanto exterior homo infir-

matur, quẽadmodũ inquit Apoſ. Si is
qui deforis eſt, noſter homo corrumpi 2. Cor. 4.
tur, tamen is, qui intus eſt, renouatur
de die in diem. Hoc eſt, ſi caro noſtra
corrumpitur in tribulationibus in ui-
gilijs, ieiunijs, & abſtinentiis, tunc
mens noſtra, ſeu ratio munita ſpe
futuri præmij, & firmata munimi-
ne fidei potens fit. Iuxta illud.
Cum infirmior, tunc fortior ſum: 2. Cor. 11.
quemadmodum pannus quanto ma-
gis conculcatur, tanto mundius effici-
tur. Sic quo plus præmebantur filij Exod. 1.
Iſrael, eo plus multiplicabantur. Qua
propter fratres dilectiſſimi oportet
nos uigilijs, & ieiunijs carnem coer- Rom. 8.
cere, quia ſi ſecundum carnem uixe-
rimus, moriemur; ſi autem Spiritu fa-
cta carnis mortificauerimus, uiue-
mus. Caro enim eſt Eua, nos ad pomũ Gen. 3.
prohibitum inuitans. Hæc eſt ægyptia Gen. 39.
illa Putipharis innocentem Ioſeph Iudi. 4.
ad turpitudinem prouocans. Hęc eſt Iudi. 16.
C Iael Siſaran ficto amore ſeducens, &
occidẽs. Hæc eſt Dallida, quæ Sampſo
nem in gremio blandè excepit, & fal-
ſo tradidit Philiſteis, ut cęcus ad igno
minian duceretur. Hæc eſt puella ſal-
tatrix, quæ Ioannis caput petiuit. Hęc
tandem eſt, quæ cum ſatiatur afflu&-
tiſſimis cibis, & potibus, atque dele-
ctationibus, hortatur omnia mala fa-
cere. Hinc prouocat homicidia, perpe
trat adulteria, cõmittit rixas, & ſcan-
dala, inſerit ebrietatem, ſeminat inui-
diam, ſuperbiam, & inter fratres di-
ſcordiam, & tandem portat omnem
concupiſcentiam huius ſęculi. Hanc
ergo debemus coercere ad imitatio-
nem Apoſtoli. Caſtigo corpus meum, 1. Cor. 9.
& in ſeruitutem redigo. Quod ſi Chri
ſti Apoſtolus, & eius electionis uas cor
pus ſuum caſtigabat, maiori quidem
iure nos peccatores de noſtra ſalute
incerti, id efficere debemus, carnem
Spiritui ſubdendo, Ieiunio, & oratio-
ne. His armis armata Heſter Iſraeliti- Heſt. 4.
cum populum a tyrandide Aman libe
L 2 rauit.

Iudi. 13. rauit. Et Iudith fortiſſimum ducem
Holofernem iugulauit. Inconueniens
enim ualde eſt ut caro noſtra de limo
terræ formata præponatur interiori
homini, qui factus eſt ad imaginem
Dei. Nonne monſtrum eſſet in oculis
hominum, qui pedes leuaret in alto,
& caput imprimeret in profundo,
& ſic ambularet. Talis eſt in conſpe-
ctu Angelorum, cui caro propria do-
minatur. Ideo caro debet ſeruire, &
anima imperare. Iſta debet exercere
imperium, & illa ſubiecta ſeruitium.
Modum autem illam mortificādi do-
Coll. 3. cet Apoſto. ſic inquiens. Mortificate
membra veſtra, quę ſunt ſuper terrā,
Fornicationem, immunditiam, &c.
Item carnem ſpiritui ſubijciendo.
Rom. 8. Nam ſi ſpiritu facta carnis mortifica
uerimus, uiuemus. Eſt enim caro qua-
ſi ſeruus fugitiuus, & ideo ſeruo ma-
leuolo tortura, & compedes deben-
Eccl. 33. tur, ideſt Ieiunia, & afflictiones. Et
quamuis ſemper reclamet, & tēptet,
non tamen imperat. Eſt enim caro ad
inſtar illius, qui crucifigitur, iuxta il
Gala. 5. lud. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuā cru-
cifixerunt cum vitijs, & concupiſcen-
tijs. Nam qui crucifigitur, manus ſuas
habet ligatas, & linguam ſolutam.
Sic caro in crucifixione pęnitentis ha
bet linguam ſolutam, ideſt tempta-
tionem, quia ſemper murmurat recla
mat, & temptat, ſed manus non habet
liberas, quia non imperat, ſed rogat.
Item eam in ſpiritualibus afflictioni-
Eccl. vlt. bus affligendo. Vnde ſcript. Frequens
Eccl. 31. meditatio carnis afflicti o eſt. & Iterū
Vigilia honeſtatis in ſtudio virtutum
tabe faciet carnes, ideſt carnales uo
luptates, cogitatus illius auferet ſo-
num, ideſt pigritiæ tędium. Et hęc car
nis afflictio debet fieri nō ob inanem
Matt. 11. gloriam, ſicut hypocritæ, qui facies
ſuas exterminant, vt videantur ab ho
minibus, ſed propter Ieſum. Hinc
Rom. 8. Apoſt. Propter te mortificamur tota
die. Vbi in his uerbis notatur recta
A ſanctorum intentio, & mortificatio-
nis continuatio, & non ſicut illi, de
quibus dicitur. Sic ſtulti eſtis, ut cum Gal. 5.
ſpiritu cæperitis, nunc carne cōſuma-
mini. Et quamuis omnium Chriſti
fidelium debeat eſſe carnis mortifica-
tio, tamen ob multas cauſas ſpectat
ad religioſos. De illis enim uidetur lo
qui Apoſtolus dum inquit. Qui Chri Gal. 5.
ſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt,
cum vitijs, & concupiſcentijs. Nam
quemadmodum quatuor milites præ
B cipue Dominum crucifixerunt, etſi
cum eis alij adfuerint. Sic pręcipuè
ob quatuor cauſas quis debet ſe in re
ligione crucifigere. Primus miles de-
bet eſſe oportunitas benefaciendi. De
quo inquit pharao. Ite, & ſacrificate Exod. 8.
domino Deo veſtro in terra hac. Hoc
eſt, Bene viuite in hoc ſęculo, & ſuffi-
cit. Sed reſpondet Moſes. Non poteſt
hoc fieri, ſed in deſerto, ideſt in clau-
ſtro, ubi uitia deſeruntur. Secundus mi
les eſt neceſſitas benefaciendi. Quia
C remiſſi, & tepidi ſumus in ſęculo, de-
bemus nos ponere in arcto religio-
nis, ut ſic quaſi neceſſitate cogamur
benefacere. Tertius miles eſt promo-
tio ad bonum, ob bonum exemplum,
quod in clauſtro inuenitur. Ferrum
enim, quod eſt frigidum, inter carbo-
nes ignitos caleſcit. Sed nota quod
qui eſt inter ignitos in clauſtro, & ta-
men habet cor frigidum, ſimilis eſt
diabolo, cui improperat Dominus po Ezech. 38.
ſui te in monte ſāncto meo in medio
D lapidum ignitorum. Hoc autem ma-
xime aggrauauit peccatum diaboli,
qui inter bonos Angelos cum ipſe eſ-
ſet in ſe etiam innocens, factus eſt ta-
men diabolus. Sic qui inter uiros ſan
ctos fuerunt mali, & maximè quibus
Dominus conſeruauit innocentiam
ſuam. Quartus miles eſt cautela, &
in bono, & in malo. Quia ſi aliquis,
dimidium bonorum faceret in ſęculo
quæ in religione, vt ſanctus habere-
tur ab omnibus, & ſic bona ſua ei eſ-
ſent



ſent occaſio ſuperbiendi. Sed in reli-
gione non ſic, quia ſunt multi melio-
res ibi. Item eſt cautela a malo, quia
ibi fit homo animal oculatum ex om-
ni parte, ſicut dicitur per Salomonē.
Prou. 1. Fruſtra iacitur rete ante oculos penna
torum. Sic fratres debemus ſpiritu fa-
cta carnis mortificare, quia ſi ſecun-
dum carnem vixerimus moriemur.
Cum ex ea ſequatur triplex mors.
Eccl. 37. Prima culpæ. Secunda naturæ, Vnde
per crapulum multi perierunt inquit
Gal. 6. ſcriptura. Tertia gehennæ, quia qui
in carne ſeminat, de carne & metet
corruptionem. At ex carnis mortifica
tione triplex uita acquiritur. Prima
Eccl. 37. eſt vitæ prolongatio, iuxta illud. Qui
abſtinens eſt, adijciet vitam. Secunda
Rom. 8. vita gratiæ, quia prudentia Spiritus
vita, & pax. Tertia uita glorię. Vnde
Apo. Semper, inquit, mortificationem
Ieſu in corpore noſtro circumferen-
tes, ut & uita Ieſu manifeſtetur in no-
bis. Amen.

DOMINICA XVII.
Ex Euang.

*Qui ſe exaltat humiliabitur, & econ
tra. Ser.*

Serm. 73. QVEMADMODVM
Superbia Deo, & homi
nibus odioſa eſt, iuxta
Eccl. 10. illud. Odibilis coram
Deo, & hominibus eſt
ſuperbia. Ita humilitas grata, & for-
moſa in oculis omnium eſt. Vnde, Vt
ignis cinerem conſeruat, Ita humili-
Gen. 18. tas Spiritus ſancti gratiam. Abraham
enim cum de ſe humilia ſentiret, ma-
iora dona accepit a Deo. Stat ſentē-
tia Saluatoris noſtri. Qui ſe exaltat,
humiliabitur, & qui ſe humiliat, exal
tabitur. Et vt cauſa exempli de mul-
tis paucos proferamus in medium.
Saul humilis in regem eſt ſublima-
tus, ſuperbus vero a regno eſt deie-
A ctus. Nam ait Samuel. Nonne cum eſ-
ſes paruulus in oculis tuis, caput in
tribubus Iſrael factus es. Et quibuſdā
interpoſitis ſub iicit. Quia proieciſti
ſermonem Domini, proiecit te domi
nus, ne ſis rex ſuper Iſrael. Sic de
Ozia legitur quòd cum roberatus eſ- 2. Para. 26.
ſet, eleuatum eſt cor eius, in interitū
ſuum, & neglexit Dominum Deum
ſuū, & volens vſurpare officium ſacer
dotale, percuſſus eſt lepra, & fuit le-
proſus omnibus diebus vitæ ſuę. Et
B de Nabuchodonoſor legitur, quòd Dani. 4.
ob animi leuitatē expulſus a regno
inter bruta animantia vitam agiebat
ad morem illorum paſcens, oculis in
terra pronis ne forte eleuatis iram
ſui conditoris, quem ſummè offende-
rat, aduerſum ſe prouocaret. Denique
de Sennacherib dixit Dominus. Su-
perbia tua aſcēdit in aures meas, &c.
Et ſubditur de eius deiectione. Egreſ- Iſa. 37.
ſus Angelus Domini percuſſit in ca-
ſtris Aſſyriorum octuaginta quinque
C millia hominum, & reuerſus eſt rex
Sennacherib rex aſſyriorum, & cum
adoraret in templo Deum ſuum, a
proprijs filijs gladio interemptus eſt.
Vt ex his cognoſcant vniuerſi Chriſti
fideles, & pręcipue ij, qui pręſunt,
quam ſit periculoſa ſuperbia, & Deo,
& hominibus multum exoſa. Hinc
inquit Scriptura. In die honoris tui
ne extollaris. Et ibidem. Rectorem
te poſuerunt, noli extolli, eſto in il-
lis, quaſi vnus ex ipſis, quia ſecūdum
D Aug. Quanto quis in loco ſuperiori,
tanto in periculo maiori verſatur.
Vnde eorum, qui præſunt ſuperbiæ, Iſa. 28.
multum comminatur Deus. Inquiēs,
pedibus conculcabitur corona ſuper-
biæ. Et per Abdiam. Si exaltatus fue- Abdiæ. 1.
ris ut aquila, & inter ſydera nidum
tuum poſueris, inde extraham te di-
cit Dominus. Vnde ad exercitādam,
hanc humilitatem debet quicunque
Chriſti fidelis conſiderare originem
ſuijpſius, ſeu finem, & ſtatū eius pręſentem.

ſentem. Hinc Ber. Vide vnde venis,& A
erubeſce vbi es, & ingemiſce quo va-
dis,& contremiſce. Si enim conſide-
ret homo, vnde corpus venit, inueniet
Iob.17. pfecto quòd ex putredine. Hinc Iob.
Gene.3. Putredini dixi, pater meus es tu. Si
attendit ad quem finem deueniet, pul
uis,& cinis fit. Vnde ſcrip. Puluis es,
Gen.18. & in puluerem reuerteris. Hinc dixit
Abraham. Loquere ad Dominũ meũ,
cum ſim puluis, & cinis. Eſt etiam
ſuus ſtatus præſens ſaccus ſtercorum,
& materia vermium. Iuxta illud, ubi B
Mach.2. dicitur de peccatore. Gloria eius eſt
Mich.2. ſtercus,& vermis. Hunc ſtatum atten
debat, qui dicebat. Humiliatio tua in
medio tui. Et Hier. Quomodo ſuper-
biat, qui ſecum ſentinam portat. Si
etiam attendimus terram, quod eſt
infimum elemẽtum, illa nobis debet
humiliationis cauſa eſſe. Cum nobis
ſit quaſi cemeterium, & ſepulchrum
Gen.3. noſtrum; ſecundum illud: In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo, donec
reuertaris in terram, de qua ſumptus C
es. Aer etiã ad humilitatem multum
nos excitat. Etenim niſi ad cordis re-
frigeriũ aerem atraheremus, ſuffoca-
remur. Sed quid dicã de aqua? quæ ſi
defuerit, immundi erimus, & terra
exiſtente arida fame peribimus. Ignis
etiam ſi defuerit, vnde cibaria noſtra
coqueremus, vnde calefaceremus.
Profecto fame,& frigore periremus.
Bruta quoque animalia, aues, in quib.
inuenitur velocitas, fortitudo, pul-
chritudo, veſtitus abundans. Lumina- D
ria etiam cęli, quorum luce multum
indigemus, multam nobis humilia-
tionis materiam præſtant. Mirum igi
tur eſt, cum habeamus tot humilian-
tia, quid velit homo eſſe ſuper alios.
O mira vanitas, o mira fatuitas cor-
dis noſtri, cuius elationem perfectè
dirimere, cuius ceruicoſos motus om
Humilita- nino domare humilitatis materia tan
tis e molu ta non ſufficit, quin adhuc ſuperbiat
menta. terra,& cinis. Et ſi iſta humiliare nõ

A ſufficiunt, ſaltem excitent te o homo,
ad humilitatem vtilitates, & emolu-
menta, quæ ab ipſa humilitate proue-
niunt. Ipſa enim ponit homines in
ſublimi. Nam humilem Deus ad prin
cipatum eligit, ſuperbientes uero abij Iob.5.
cit. Vnde dictum eſt Saulo. Nõne cum
paruulus eſſes in oculis tuis, caput in 1.Reg.15.
tribubus factus es in Iſrael? Saul ab-
ſcondit ſe domi, cum quæreretur in
Regem. Moſes etiam humilis prin- 7.Reg.10.
ceps cõſtituitur a Domino. Vnde ipſe Exod.3.
B inquit. Quis ſum ego, vt vadam ad
Pharaonem, & educam filios Iſrael
ex Aegypto. Tandẽ Beata Virgo, quia
ſuis oculis paruula, & abiecta fuit, ab
omnibus benedicitur. Quia reſpexit, Luc.1.
inquit, humilitatem ancillæ ſuæ, bea-
tam me dicent omnes generationes.
Et nota quod contraria contrarijs cu
rantur, quia humilitate Mariæ curata
fuit plaga acquiſita per ſuperbiam
Euæ. Sicut per ſuperbiam Euæ mors
intrauit in mundum ſic per humilita-
C tem Marię vitæ aditus reſeratur. Rur-
ſum fortis clauus retunditur fortiori
clauo. Superbia fuit clauus animæ pri Ob Humi-
mæ mulieris, ſed humilitas fuit for- litatem Ma
tior, & repulit illum. Et quia fuit hu- ria benedi
milis, ideo meruit bene Dicit ab om- cit, ab om-
nibus generationibus, ideſt gentibus, nib. gene-
Iudęorum,& gentium, viuorũ, & mor ratiõibus.
tuorum, diuitum,& pauperum, Ange
lorum,& hominnm. & hoc, ideo, quia
omnibus generationibus uitam, gra-
tiam,& gloriam genuit. Mortuis vi-
D tam, peccatorib. gratiam, miſeris glo-
riam. Ideo dicitur. Tu gloria Hie- Iudi.15.
ruſalem, tu lætitia Iſrael, tu ho-
norificentia populi noſtri, quia feci-
ſti viriliter. Vbi nota quod primũ eſt
vox Angelorum, quorum ruina per eã
reparata eſt. Secundum eſt uox homi-
num, quorum triſtitia per eam lętifica
ta eſt. Tertium eſt uox mulierum, qua-
rum infamia per eam deleta eſt. Quar
tum eſt uox mortuorum exiſtentium
in limbo, quorum captiuitas per eam
redempta



redempta eſt,& reducta. Omnes igitur A
iſti beatam dicunt Mariam. Mun-
dus, autem illos dicit Beatos, qui diui-
Pſal.143. tes ſunt. Vnde pſalm. Beatum dixerunt
populum, cui hæc ſunt, ſed propheta
dicit. Beatus populus, cui Dominus
Deus eius. Multo beatiorem Virginem
cuius Dominus filius eius. Omnes di-
cunt beatum illum, a quo beneficia re
cipiunt. Ideo nos omnes dicamus Bea
tam Virginẽ, quia ab ea multa, & præ-
Beneficia cipue quatuor recepimus beneficia, ſci
quatuor re licet precium noſtræ redemptionis. B
cepimus a Medicamentum noſtræ ægrotationis.
B.Virgine. Viaticum noſtræ peregrinationis. Præ
mium noſtræ retributionis. Vides ergo
quomodo Dominus humilia ſubleuat,
& alta a longe cognoſcit. In quo qui-
dem non aliud docemur niſi quod is
1.Co.5. honore dignus eſt, qui ipſum honorem
Eccl.38. fugit, is ditior, qui minimo cum Chri-
Ioan.6. ſto contentus eſt, is altior, qui contem-
Gen.15. ni cupit. Sic omnes quos modo mun-
dus prædicat,& quos ſummis laudibus
celebrat,& encomijs, non alia potiſſi-
ma,& certiori uia dignitatis faſtigium
aſcenderunt, quam ſanctis humilitatis
amplexibus, quam fugientes vanos, &
perituri ſæculi honores. Rurſum eſuriẽ
Luc.1. tes, & famelicos, qui fatentur ſe omni
no egenos,& nihil boni habere, replet
bonis, non opibus, ſed eis, quæ poſſeſſo
ribus ſuis ſemper proſunt, & nunquã
obſunt. Bona autem ſunt gratię, glo-
riæ, & ſpiritualis intelligentiæ. Bona
ſunt pax illa, quæ exuperat omnem mẽ
tem, animi tranquillitas, ſpes certa eo- D
rum bonorum, quibus carent, quę poſt
huius uitæ curriculum ſe aſſecuturos
1.Reg.11. certo ſciunt. Hinc habetur quod Eli-
ſeus, ideſt Chriſtus repleuit uaſa vacua
non pauca, ideſt humiles omnibus bo-
nis. Diuites verò, ideſt ſuperbos dimi-
ſit inanes, ideſt vacuos omni diuina
gratia,& omni bono,& merito quidẽ,
Geneſ.1. quia terreni ſunt: terra aũt eſt inanis,&
vacua. Et eo magis hæc humilitas eſt
Deo gratior,& laudabilior, quo maior

A eſt ille qui ſe humiliat: Vnde Ber. Non Humilitas
eſt magnum eſſe humilem in abiectio- honorata
ne, magna prorſus, & rara uirtus hu- quæ.
militas honorata. Huius rei teſtimo-
nium habes in Ioanne, qui cum exem
plar ſanctitatis eſſet, dixit. Non ſum di
gnus ſoluere corrigiam calceamenti.
Illam manum, quam exiſtimabat in-
dignam, non in calceamentis ſed ſu-
per caput ſuum poſuit, cum in Iordane
fuit baptizatus. Et Paulus Apoſtolus.
Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui
B non ſum dignus uocari Apoſtolus. Et
Maria cum ab Angelo audiſſet ſe ma-
trem Domini, inquit. Ecce ancil-
la Domini: fiat mihi ſecundum uer- Luc.1.
bum tuum. Vbi, quæ maior humilitas
quam quæ mater Dei eligitur, & ipſa
ſe ancillam nominat. Vt diſcas quod iu
ſtus quo magis laudibus extollitur, &
inter honores, & dignitates ſedet, eo
magis ſe humiles eſſe recognoſcunt.
& quo magis abundant bonis operib.
eo magis dicunt ſerui inutiles ſumus:
C ſicut ramus arboris tanto magis incli Luc.18.
natur, quanto magis fructu eſt onera-
tus. Cuius rei exemplum in Rege Da- Ioan.10.
uide experieris. Cui cum Nathan e-
gregia, & præclara dixiſſet, ingreſſus
templum in terra humiliter ſedens di-
xit. Quis ego ſum Domine, &c.
ſic & Abigail cum in uxorem a Dauide
acciperetur, in terram prona humiliter
reſpondiſſe fertur ſeruis Dauid. Ecce
famula tua ſit in ancillam, ut lauet pe-
des ſeruorum Domini mei: ſic enim
D fiet, ut quo magis per humilitatem ho-
nores contemnit,& fugit, eo magis il-
los facilius aſſequitur. Huius rei exem
plum nobis Chriſtus eſt. Nam ubicun-
que ſe magis humiliauit, ibi maiorem
gloriam fuit adeptus. Naſcitur in ſta-
bulo,& tunc laudatur ab Angelis,& ca Luc.2.
nunt. Cumq; tamquã peccator circũci-
ditur ſtatim ibi ponitur nome Ieſus, i.
Saluator. Moritur in cruce, tamquam
unus inter duos latrones, & ibi gloriã
ſuam Deus oſtendit, obſcurans cęlum,
ſolem.

A ſolem, & ſtellas. Centurio illum glori
ficauit, & laudauit. Rurſum humilitas
intelligentiam parit. Vnde Salomon,
vbi humilitas, ibi ſapientia. Et Prolo-
mæus Philoſophus. Inter ſapientes eſt
ſapientior, qui exiſtit humilior. Et Ber.
Pſal. 118. Humilitas eſt clauis ſcientiæ. Et pſ. In-
tellectum dat paruulis, ideſt humilib.
Matt. 11. Et Matth. Et reuelaſti eam paruulis.
Vbi nota aliam maximam utilitatem,
quam affert humilitas. Nãtantum affe-
ctum habet Chriſtus ad paruulos, &
B humiles, ut quod fit eis, reputat ſibi
Lu. 9. fieri. Vnde inquit. Qicunque ſuſce-
perit puerum iſtum in nomine meo
me ſuſcipit. Et iterum. Quicquid feci-
ſtis vni de his fratribus meis minimis,
Matth. 25. mihi feciſtis. Magna igitur eſt gloria,
& honor paruulorum & quanto quis
minor, tanto eſt maior, vnde ſi mini-
mus, ergo maximus: iuxta illud. Qui
ſe humiliat, exaltabitur: Et ratio hu-
ius eſt, qa q̃to ſumus humiliores, tãto
à tumore ſuperbiæ ſumus inaniores, &
C q̃to inaniores à tumore ſuperbiæ, tãto
pleniores dilectione, & quãto hac ple
Eccl. 3. niores, tanto maiores. Et ideo quan-
to maior es, humilia te in omnibus,
& coram Deo inuenies gratiã. Etenim
humilitas non ſolum eſt gratia, ſed
vas, & receptaculum aliarum gratia-
rum. Nam quemadmodum non pati-
tur natura vacuũ quin illud impleat,
ſic nec gratia humilitatem, quin illi
ſe infundat. quia humilitas haurit gra
tiam, vt vas inclinatum. Vnde ſcript.
D Humiliare Deo, & expecta manus eius.
Humilitas etiam eſt fundamẽtum ędi-
ficij ſpiritualis. Vnde Auguſtin. Con-
ſtruere vis fabricam mirę celſitudinis,
de fundamento cogita profundæ hu-
Eccl. 13. militatis. Et Greg. Origo virtutis eſt
humilitas. Illa in nobis veraciter pul-
lulat, quæ in radice propria, humili-
tate perdurat. Et Auguſt. Arborem
attendite, figit radicem in humili, vt
vertice tendat ad cœlum. Poſtremo
per humilitatem vincit homo. Vnde

A Gloſa. Eſto humilis, non de te præſu-
mas, & poteris vincere. Et ſi vis ſcire,
quare per humilitatem vincit homo,
nota quinque rationes. Quarum pri-
ma eſt, quia non per ſe, ſed pro Deo
pugnat. Non enim quærit victoriam,
vel laudem de victoria. Sed totũ Deo
attribuit, ideo cum pro Deo pugnet,
in ipſum totum pondus prælij verti-
tur. Vnde ſcript. Ab humilibus hono- Eccl. 3.
ratur Deus. Qui ergo contra verum
humilem pugnat, fatuus eſt, quia cõ-
B tra Deum. Nec humilis timere debet,
quia non ipſe, ſed Deus impugnatur
in ipſo; cuius poteſtati nihil poteſt re-
ſiſtere. Secunda ratio eſt, quia in imò
eſt, & non habet vnde cadat. Hinc di-
citur humilis ab humo, & conſtat, quia
perflant altiſſima venti. Tertia ratio
eſt, quia ſe in nihilum extenuat. Et ideo
percuti non poteſt. Hinc Dauid Sau-
lo. Quem perſequeris rex Iſrael, quẽ
perſequeris, canem mortuum perſe-
queris, & pulicem vnum. Reſpondit
C Saul. Nunquid vox tua eſt fili mi Da-
uid. Et poſtea nunquam impugnauit
eum, quaſi non habens, ubi poſſet eũ
percutere. Saul diabolus, Dauid hu-
milis. Vnde Iob. In nihilum redacti 1. Reg. 24.
ſunt omnes artus mei, ideſt membra
ſpiritualia per humilitatem. Quare
humilitas ſolet comparari pallio ma-
gorum, quod facit inuiſibilem cooper
tum eo. Vnde ſcript. Rebecca operuit
ſe pallio humilitatis. Quarta, quia hu
militatis ſua vulnera ſunt confortatio-
D nes. Ipſa enim propriis defectibus pa
ſcitur. Vnde Paulus. Cum infirmor,
tum fortior ſum. Et iterum, libenter
gloriabor in infirmitatib. meis. Quia,
humilitas ita ſubtiliter extenuata eſt,
& parua, quod ab arcto, & anguſto
foramine euadit, ſicut parui piſces.
Vnde cũ oſtenſæ fuiſſent Antonio om-
nes machinationes diaboli, ita quòd
viderit totum mundum plenũ laqueis,
dixit: Quis poterit iſtos laqueos eua-
dere? Et reſponſum ei fuit, tantum hu-
militas



militas. Superbus autem contrariis de A
cauſis vincitur. Prima, quia totum ſi-
bi vendicat: aſcribit enim ſibi gloriã,
& laudem, & victoriam, quæ Dei pro-
Iſa. 42. pria ſunt. Vnde Iſa. Gloriam meam
alteri non dabo. Secunda, quia habet
Iob. 30. vnde cadat, quia eſt in alto. Vnde Iob.
Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum po-
nens eliſiſti me. Tertia, quia proprijs
Mach. 6. armis ſe interficit. Vnde dicitur de
Eleazaro, quòd occidit Elephantem,
& cecidit in terra ſuper ipſum, & mor
tuus eſt. Quod exponit Greg. dicens. B
Sub beſtia, quam ſtrauit moritur, qui
2. Re. 12. de culpa, quam ſuperat eleuatur. Hoc
idem ſignificatum eſt in Aſabel, qui
nimia velocitate ſeipſum interfecit,
quod faciunt multi, qui de ſua ſcien-
tia, vel ingenio, vel ſtrenuitate bene
operandi ſuperbiunt, ſibi nõ Deo hoc
attribuentes. Quarta, quia percuti-
tur ad nudum. Ipſe enim detegit ſe
coram omnibus per iactantiam, &
Thre. 3. vanam gloriam. Vnde ſcript. Poſuit
me quaſi ſignum ad ſaggittam. Sic ſu- C
perbus ponit ſe in alto, & aperto lo-
co, vt percutiatur a diabolo. Quinta,
quia eſt inflatus, unde non poteſt ſe
eruere de anguſto. Quod ſignificatum
4. Re. in fi. eſt in Nabuchodonoſor, qui trahens
rete captiuitatis per terram promiſſio-
nis, omnes diuites, & magos cœpit,
duxitque in captiuitate Babilonica,
pauperes, vero, ideſt humiles dimiſit.
Rurſum humilitas confert iudiciariã
Matth. 19. poteſtatem. Vnde reſpondens Petrus
dixit Ieſu. Ecce nos relinquimus om- D
nia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit
nobis? Ieſus dixit. Amen dico uobis,
quòd vos, qui ſecuti eſtis me, ſcilicet
per viam humilitatis, & pauperta-
tis, ſedebitis, & vos iudicabitis duo-
Iob 33. decim tribus Iſrael. Et Iob. Qui
humiliatus fuerit, erit in gloria;
quia humilibus retribuet iudiciariam
poteſtatem. Confert etiam gloriæ
Prouer. 19. æternitatem. Hinc Salomon: hu-
milem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Qua-



A re cum tam vberes fructus pariat hu-
militas, ſimus, obſecro, humiles. Quia
ſicut qui ſe exaltat humiliabitur, ideſt
omnis, qui exaltat ſeipſum, ambiendo
honores, & dignitates, ſic humiles exal
tat. Hinc Dauid minimus inter fratres 1. Reg. 10.
ſuos eligitur in Regem. Hieremias, qui 1. Reg. 16.
dixit. A. A. A. Domine neſcio loqui,
quia puer ego ſum. Conſtituitur ſuper
reges, & regna. Humilis tandem Ge-
deon. Ecce familia mea minima eſt in
Manaſſe (& ego minimis in domo pa- Exod. 3.
B tris mei) dux populi conſtituitur. Vt ex
his omnibus ſtet firma ſaluatoris ſen-
tentia. Quia. Qui ſe humiliat, exalta-
bitur. Amen.

## DOMINICA XVIII. POS Pentechoſten. Ex Euang.

*Diliges Dominum Deum tuum, &c.*
*Item. De dilectione Dei.*

C Vide Sermo LXVII.

## DOMINICA XIX. EX EPIST. Poſt Pentechoſten.

### *De renouatione ſpirituali. Sermo vnicus.*

FRATRES Renouamini ſpi- Sermo 74. Ephe. 4.
ritu mentis veſtræ, & indui-
te nouum hominem. Hæc
ſunt verba Apoſtoli Pauli, ubi hor-
D tatur nos ſpiritualiter renouandum, Renouatio
& ut expoliantes veterem hominem, ſpiritualis
induamur nouum, ideſt Chriſtum. Sed a qualiter
qualiter nos oporteat renouari, audi facienda.
ſcripturam, quæ diuerſis in locis ſic in- Epheſ. 2.
quit, quod pelle renouari debemus ut
ſerpens, plumis vt accipiter, roſtro ut
Aquila, Cornibus ut ceruus rubigine,
ut aurum, & argentum. Item ut pelli-
canus, & ſpiritu, ut homo, & vt terra,
per flores, folia, & fructus. Circa pri-
mum. Oportet nos renouari more ſer

 pentis,

pentis, qui ueterem pellem per ſingu- A
los annos exuere dicitur, quam depoſi
turus anguſtum foramen inquirit, per
quod tranſiens cum dolore pellem de-
relinquit, ſciens quod pelle depoſita
pulchrior apparebit. Sic nos pellem di
mittimus, q macerādo carnē eā affligi
mus. Vel qui conuerſationem ſuam mu
Epheſ.4. tat, & habitum religionis aſſumit. De
hac renouatione intelligitur illud.
Exuat te Deus ueterem hominem cum
actibus ſuis, & induat te nouum, qui
ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia B
& ſanctitate ueritatis, ad quam reno-
Matth. 10. uationem monet nos Dominus, dicēs.
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſim
plices ſicut columbæ. Item renouatur
vt ſerpens, qui veterem hominem ex-
polians tranſit per foramina vulnerum
Chriſti: nam tunc attente meditando
pulchrior ſemper apparebit. Verum
alia eſt prudentia ſerpentis, qui deſcen
dens in aquas venenum reponit in lo-
co tutiſſimo, ſed recedens ab illis iterū
venenum reſumit. Sic hæc ſerpentis ve C
ſtigia multi ſequuntur, qui poſt abre-
nuntiationem mundanæ conuerſatio-
nis, poſt habitum ſanctæ religionis re-
uertuntur ad venenum prauę conſue-
tudinis, quibus melius eſſet veritatem
non cognouiſſe, quam poſt cognitio-
nē retrorſū abire rurſū. Accipiter mu-
tat pennas calore auſtri perflatus. Pen-
næ noſtræ ſunt deſideria, quibus uo-
lamus ad cęleſtia. Vnde per Iob. Nun
quid per ſapientiam tuam plumeſcit
Accipiter. ideſt pennas ſancti deſide- D
derij aſſumit, ut dicat: Cupio diſſolui,
& eſſe cum Chriſto. Et ſolet poni acci-
piter in mutatorio, in cauea ideſt in
clauſtro. Et quando vult aliquis mu
tationem accipitris accelerare, dat ei
carnes venenoſas, & bufones, & huius
modi. Hæc ſunt verba detractionis,
& opprobria, quibus ſatiabantur anti
Thre. 3. qui ſancti: ſicut dicitur; Saturabitur
opprobrijs. Et tanto citius plumeſcūt,
quia quanto plus mala mundi ſentiūt,

A tanto magis cęleſtia concupiſcunt.
Vnde Greg. Mala, quæ nos hic premūt
ad Deum ire compellunt. Huic re-
nouationi reſpondet illa, quæ fit per
progreſſum virtutum, cum homo plu-
mas veteris conuerſationis abijcit, &
de die in diem proficiens nouas acci-
pit, vſque dum volare poſſit ad cę-
lū. De quibus pſ. Ibunt de virtute in vir Pſal. 83.
tutem, uidebitur Deus Deorum in
Sion. Hæc autem renouatio fit per fla
tum, i. gratiam Spiritus ſancti, per gra
B tiā inquam concomitantē. Inſuper re-
nouari debemus, ut aquila, quæ cum
ſenectute corporis preſſa fuerit, im-
moderatione roſtri creſcentis cibum
capere non poteſt. Itaque modo quo-
dam naturali in mēſura reparādæ qua
ſi iuuentutis aquila dicitur collidere,
& percutere ad petram labium ſuum
ſuperius, quo nimium creſcente eden
di aditus claudebatur, atque ita illud
conterendo ad petram illud excutit,
& caret prioris roſtri onere, quo ci-
C bus impediebatur, vnde accedit ad ci-
bum, & omnia reparantur, redit vigor
omnium membrorum, nitor pluma-
rum, gubernacula pennarum, uolat
excelſa, ſicut antea, & fit in ea quędā
reſurrectio. Sic & nos ad petram
Chriſtum roſtra elidere debemus,
ideſt uerba mala exemplo Chriſti re-
mouere. Vnde de Iſaia dicitur, quod Iſa. 6.
labia Iſaiæ mundabantur calculo, ut
dignus eſſet uerba Dei loqui. Sic igi-
tur debemus renouare roſtrum, bene
D loquendo de Deo. Vnde Apoſ. Petrus. 1. Pet. 4.
Si quis loquitur quaſi Sermones Dei.
Huic etiam reſpondet renouatio pec-
catoris, qui iam ſenuit per peccatum,
cum ad petram Chriſtum allidit ro-
ſtrum ſuum per confeſſionem. Vnde
Pſa. Beatus, qui tenebit, & allidet par- Pſal. 136.
uulos ſuos, ideſt infirmitates, & pecca
ta ſua ad petram, ideſt Chriſtum. Et Pſal. 102.
iterum. Renouabitur ut aquila Iuuen
tus tua. Et Iſa. Qui ſperant in domi- Iſai. 40.
no, mutabunt fortitudinem, aſſument
pennas



pennas ut aquilæ, quia per pœniten- A
tiam debent homines mutare fortitu
dinem, ut qui prius potentes erant ad
malum, fortes ſint ad bonum. Vnde
Rom. 6. Apoſto. Sicut enim exhibuiſtis mem-
bra veſtra ſeruire immunditiæ, & ini-
quitati ad iniquitatem, ita nunc ea ex
hibete iuſtitiæ ad ſanctificationem.
Sed heu quam multi ſunt potentes ad
malum, qui dicunt ſe debiles ad bo-
num, cum modica pęnitentia eis iniū-
gitur. Vnde in perſona eorum dicit
Iob. Nō eſt fortitudo &c. Multi etiam B
conuertunt fortitudinem bonam ad
Hiere. 23. malum. De quibus Hiere. Factus eſt
curſus eorum malus, & fortitudo eo-
rum diſſimilis. Item renouatur ceruus
cum hauſerit uenenum potu aquæ fri
gidæ. Huic renouationi reſpondet re-
nouatio, quæ fit in baptiſmo per a-
Pſalm. 41. quam, Vnde pſal. Sicut ceruus deſide-
rat ad fontes aquarum. Qui pſalmus
cātatur Sabbatho Sancto, & Penteco-
ſtes, quādo fit ſolemne baptiſma quo
ad Catechumenos. Catechumenus C
enim eſt ſicut ceruus, qui ſentit in ſe
ueneni ardorem, quod eſt ex ſugge-
ſtione ſerpentis introductum, ut habe
Gene. 3. tur in Gene. ex quo ueneno ſecutum
eſt peccatum originale. Vnde Apoſt.
Per unum hominem peccatum intra-
uit in mundum, & ideo debet deſide-
rare fontem baptiſmi, ut omnem ve-
Zach. 13. tuſtatem peccati tollat. Hinc Zach. E-
rit inquit patens fons domui Iacob in
Tit. 3. ablutionem peccatorum. Et Apoſt. vo
cat baptiſmum ſacramentum renoua- D
tionis & regenerationis. Ceruus etiā
mutat cornua, & nos debemus muta-
re fortitudinē, ut debiles mundo Deo
Iſai. 40. fortes ſimus. Hinc Iſa. Qui ſperant in
Domino, mutabunt fortitudinem, aſ-
ſument pennas ſicut aquilę, &c. Inſuper
debemus renouari ut aurum, & argen
tum, rubiginem mali amoris auferen-
Iob. 23. do. Vnde Iob. Ipſe uero ſcit viam
meam, & probabit me quaſi aurum,
Au. pſ. 101. quod per ignem tranſit. Rurſum pel

A licanus dicitur etiam renouare filios
ſuos; nam aiunt hanc auem uelut cola
phis roſtri occidere pullos ſuos, eoſq;
in nido occiſos triduo lugere, ac demū
matrem ſeipſam uulnerare grauiter, &
ſanguinem ſuum ſuper filios fundere,
quo illi perfuſi reuiuiſcunt. Hic pellica
nus poteſt Chriſtum deſignare, qui oc-
cidit eos, quos a peccatis conuertit, &
viuificat per ſanguinem ſuum, & dici-
tur pelicanus ſolitudinis, quia ſolus na
tus eſt de Virgine. Item debemus ſpiri-
B tu renouari, vt ſimus charitate feruen-
tes. Rurſum renouari debemus, ut ter-
ra, de qua loquitur pſal. emitte ſpiri- Pſalm. 146.
tum tuum, & renouabis faciem terræ.
Terra enim dicitur renouari, quando
herbæ pullulant. Vnde idem pſal. Qui
producit in montibus fœnum, & her-
bam ſeruituti hominum. Per herbam
intelligitur voluntas faciendi opera
miſericordię, per fœnum ipſum opus,
quod miniſtratur iumētis, ideſt paupe-
ribus in pabulum. Item terra renouat
C per flores, ideſt orationes, & ſanctas
operationes, de quibus loquitur Salo- Cant. 2.
mon. Flores apparuerūt in terra noſtra,
item quando folia locutionis, & præ-
dicationis apparēt, item per uirorem
fidei, & aliarum virtutum. Hæc ſunt En Ioan. 10.
cenia, ideſt renouationes, quæ factæ
ſunt in Hieruſalem, in Eccleſia, uel in
anima. Renouamini igitur fratres,
& induite nouum hominem, ideſt Ie-
ſum Chriſtum per imitationem, quem-
admodum hac veſte induti fuimus in
D baptiſmo per fidem. Sicut inquit Apo. Rom. 13.
Quicunque in Chriſto baptizati eſtis
Chriſtum induiſtis. Indumentum te-
git, ornat, & calefacit. Sic baptiſmus te
git peccata. Vnde pſal. Beati quorum Pſalm. 31.
remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum te
cta ſunt peccata. Item ornat, conferen-
do gratiam, ſed poſtea calefacit per o-
pera. Rurſum tunc induimus nouum
hominem, quando habebimus veſtem
talarem per perſeuerantiam, de qua di Geneſ. 37.
citur quod Iacob fecit Ioſeph. Tunicā

polymitã, & illa etiam erat talaris. Itẽ
candida ſine admixtione maculæ gra
Eſa. 9. uis. Vnde Iſa. Veſtimentum mixtum
ſanguine erit in combuſtionem, & ci-
Eccle. 9. bus ignis. Et Eccl. omni tempore ve-
ſtimenta tua ſint candida. Item diuer
Pſal. 44. ſi coloris, per virtutum varietatem. Vn
de pſal. Circumamicta varietatibus.
Inſuper debet eſſe inconſutilis per in-
tegritatem. Vt conuerſatio exterioris
hominis concordet intentioni men-
Ioa. 19. tis, ne ſit diſſoluta per ſimulationẽ, Vn
B de erat veſtis Domini inconſutilis de-
ſuper contexta, per totũ. Item fulgida
Ioan. 20. per bonum exemplum. Vnde Angeli
apparuerũt in albis. Itẽ odorifera per
Gen. 27. bonam famam. Vnde dicitur quod ſta
tim ut Iacob ſenſit ueſtimentorum fra
grantiam eius, benedicens ait. Ecce o-
dor filii mei &c. Item debet eſſe ſubti
lis p ſuiipſi⁹ diſcuſſionẽ, & diſcretionẽ
Ezec. 16. Vnde Ezech. Indui te ſubtilibus. Item
calida, per charitatis feruorem. Vnde
Iob. 36. Iob. Nonne ueſtimenta tua ſunt cali-
C da, cum perflata fuerit terra auſtro?
Item gemina, per geminam charita-
tem, Dei, & proximi, vel propter du-
plicem honeſtatem cordis, & corporis.
Prou. ulr. Hinc dicitur in prou. Omnes domeſti-
ci eius ueſtiti ſunt duplicibus. Induere
etiam poſſumus multipliciter Chri-
ſtum. Primo ut ſpeculum imaginem:
ſcitis enim, quod quando aliquis ſe
uidet in ſpeculo, nihil mutatur in illo.
Sed ſi corpus oppoſitum amoueatur,
ſtatim deletur imago in ſpeculo. Sic
D quidam molles in ſuſtinendo, & in-
conſtantes in ſe ſtatim ad prædicatio-
nem Chriſtum induunt, ſed cito exuũt
cum dicatur in Apoc. Tene quod ha-
Apo. 3. bes. Quod eſt contra Apoſtatas, con-
Ecclef. 10. tra quos exclamat ſcrip. locum tuum
ne dimiſeris. Item contra negligen-
tes, qui tempus inutiliter abire per
Eccl. 4. mittunt. Vnde Ecclefi. Fili conſerua
tempus. Item contra eos, qui pęniten-
tias ſibi iniunctas deſerunt. Vnde
Hebr. 12. Apoſt. inquit. In diſciplina pſeuerate.

A Alij induunt Chriſtum. Sicut lana
colorem. Quando tingitur ipſa la-
na. Et huic veſti competit baptiſ-
mus, qui interpretatur tinctio. Vnde
Iſa. Quaſi lana alba erunt. In lana ni- Iſa. 1.
hil eſt reperire, quod non ſit tinctum
colore. Sic eſt de illis, qui Chriſtum
imitantur in dictis, & factis. Dicitur
etiam quod pannus tinctus lana non
ommittit colorem ſuum, quantum-
cunquę conteratur. Sed qui tinctus eſt
in filio, cito amittit. Tincti in lana
ſunt qui in iuuentute benefacere cæ-
perunt de quibus dicitur. Bonum eſt vi Thre. 3.
ro, cum portauerit iugum ab adole-
ſcentia ſua. Talis ſaltem ex verecundia
peccare non audet. At illi, qui in filo,
ſunt qui in ſenili ætate incipiunt. Item
quidam induunt Chriſtum, vt ferrum
induit ignem. Et tale indumentum
bonum eſt: quia Deus ignis conſu-
mens eſt. Nos autem ferrum, aut fer- Deut. 4.
rei ſumus. Ad ignem, enim emollitur
ferrum. Et tamen tunſionibus non fran
gitur, ſed dilatatur. Et nos ſi malleis
verborum iniquorum dilataremur, ſi-
cut ferrum ignem conſumeremus. ſic
quilibet in ſeipſo cognoſcere poteſt ſi
Ieſum Chriſtum induerit. Sed ſi cor
noſtrum ſeparatur a proximo per irã,
vel odium, ſcias te eſſe ferrum frigi-
dum, ſcilicet aquilonis quod non po
teſt coniungi. de quo Hier. Nunquid fę Hiere. 15.
derabitur ferrum ferro ab aquilone,
quod dicit. Non. Et nota quod inquit
Apoſt. Induite nouum hominem, non
autem induite vos Chriſti veſte. Nam
hoc eſt habitu tantum, & ceremonijs
ſe induere, vt Hypocritæ, qui veſtem
induunt Ieſu Chriſti: Nam ut ſancti lo
quuntur, item in inceſſu in ficta humi-
litate, In pallore vultus iuſti videntur.
Intus autem ſi eos aſpexeris, non Chri
ſtum, ſed diabolum ferunt, tamen in-
dui Ieſum Chriſtum eſt nullum in ſe-
cretioribus animæ, & in intimis pene
tralibus adducere, qui quidem vera iu-
ſtitia, & vera ſanctitas eſt. Non tamen

damna-



damnamus exteriorem ſanctitatis cõ-
poſitionem, quæ ſummopere laudan-
da eſt. Sed tantum id uitio vertimus
c. ſi. di. 41. quod multi interiori virtute vacui ſo-
lum hominibus placere ſtudent. Sic
igitur fratres debemus induere Domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum, ut ſic
mundi poſtea poſſimus habitare meri-
tis Beatiſſimę Virginis, & ſanctæ Aga-
thæ in habitaculo ſuo. Amen.

## DOMINICA XX. POST Pente. ex Epiſt.

### *De Diſciplina. Pſallendi. Sermo I.*

Sermo 75. CVM pſalmodiæ tempore ſo
leat aduerſarius noſter adſi
ſtere infeſtior, cum contra
ſe offerre nos preces Domi
no uelle uiderit, cogitationibus, ſeu di
uerſis humoribus excitatis abducere
mentem noſtram a ſupplicationis in-
tentione feſtinat, & propter hoc eam
tepefacere accepto feruore cõtemnit
C matutinali præſertim officio. Multa
Pſ. 103. enim illo in tempore tentamenta pro-
ſerpunt. Vnde pſ. poſuiſti tenebras, &
facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt om
nes beſtiæ terræ. Tunc feruent carnis
illecebræ. Tunc tentator aſſiſtit. Tunc
retia iacit, quibus turbare poſſit men-
tem improuidam. Coquitur cibus, po-
tuſque digeritur, ſtomachus æger, mẽs
ſõnolenta, animus occupatus, eſt, & ea
hora præcipua eſt, qua aduerſarius no
cere conſueuit, & nequitia irruere.
D Ideo quæ diſciplina circa horas pſal-
lendas haberi poſſit, Deo duce auribus
veſtris intimare decreui, ut cognitis a
nobis ipſius inſidijs, ſtudeamus ita ſpi-
ritualibus actibus hoſpitium noſtrum
occupare, vt quotieſcunque inimicus
acceſſerit, ſemper aduerſum ſe pectus
inueniat armatum. Verſari enim in
Dei laudibus eſt hominis ad Deum, &
Dei ad hominem dulcis, læta, & fami

A liaris allocutio, quæ immenſas in ſe
continet delectationes. Hac edoctus
experientia Propheta canebat, dicens.
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua Pſal. 118.
ſuper meli ori meo, quàm deſiderabilia
ſuper aurum, & lapides pretioſos. Et
vere quid beatius eſſe poterit, quàm in
terra tripudium Angelorum imitari,
mox media nocte, & orto iam Sole ad
deprecationem properantes, hymnis
& odis venenari creatorem? Quid er-
go dulcius, Quidve ſuauius cogitari
poteſt, quàm in terra agere quod San-
ctorum conciues, & beata Angelorum
B agmina in excelſis perficiunt. Ea pro-
pter nõ ceſſant maligni ſpiritus eo ma
gis tempore omnes, quos poſſunt do-
los explorare. Nos vero qui toto cor-
de Deo famulari deſideramus, præue-
niamus inſidiatoris inſidias, iuxta il-
lud. In die mandauit Dominus miſeri- Pſal. 41.
cordiam ſuam, & nocte canticum, id
eſt orationem. Et alibi. Cõſurge, & lau Thre. 2.
da in nocte, in principio vigiliarum ef
funde, ſicut aquam cor tuum, &c. Item
in matutino, ſcilicet officio, interficie-
C bam omnes peccatores terræ. Ideo ſe-
ro parum vigilemus, vt totum ſpiritũ
in matutinis poſſimus occupare: nam
per multam vigiliam veſpertinam im
peditur deuotio, & attentio matutina,
& per indiſcretam vigiliam amentia
inducitur, atque triſtitia, capitis dolor,
& totius corporis. Ideo ſero breuem
aliquam, & igneam faciamus deuo-
tionem, & ſuper ſtatum noſtrum me-
mores ſimus Dei noſtri, vt quod in cu-
bili cogitauerimus, ſtatim cum euigi-
D lauerimus recenſeamus. Excitabit nos
Dominus noſter Ieſus Chriſtus, admo-
nebit, vt ſurgamus. Nos uero, veloci-
ter ſurgentes dicamus ad noſipſos.
Surge qui dormis, & illuminabit te
Chriſtus, qui coronam promiſit vigi-
lantibus, & orantibus. Et ſtatim excuſ-
ſo omni torpore, factaque aliqua bre-
ui oratione de cella egrediamur, dicẽ-
tes. Dirigere, & ſanctificare &c. Et dũ

iter

iter agimus, demiſſo vultu conſideremus quid ſumus. In mentem veniat illud pſal. Memento quia puluis es. Et quo pergimus, ad cantandum canticũ nouum. Cui? Deo omnipotenti. Et antequam ingrediamur in templũ. Componamus exteriorem habitum, corporis greſſum, morum actus, animæ cogitatus, ut nihil in nobis reprehenſibile cognoſcatur. Pro quo repelli digniſimus a præſentia Redẽptoris. Si enim cum tanto ſtudio, tantaque ſedulitate temporales homines miniſtros cupiũt habere formoſos, morigeratos, prudentes, quanto magis Regi ſęculorum immortali, & inuiſibili, cui ſoli honor, & gloria exhibenda eſt, cõuenit ſibi aſtãtes hr̃e virtutib. ornatos? Oportet ergo vt hoc ſacrificium laudis Deo placeat, nos uitam prius recte inſtituere; nam non eſt pulchra laus in ore peccatoris. Rurſum non verbis tantum, ſed etiam factis nos laudare oportet. Et hanc laudẽ Deus a nobis requirit, hanc gloriã. Luceat enim inquit lux veſtra coram hominibus, & glorificent patrẽ veſtrum, qui in cœlis eſt. Igitur componamus omnes actus noſtros, recta ſit vita noſtra, quia rectos decet collaudatio. Et iuſti exultant in Domino. Dum vero chorum ingredimur, dicamus.. Introibo in domum tuam, adorabo ad templũ ſanctum tuum in timore tuo. Flexisque genibus aſſumamus arma orationis. In hora prima meditantes Chriſti reſurrectionem. In tertia quando ſuper diſcipulos aduenit Spiritus ſanctus, qui gratiam dominicę repromiſſionis adimpleuit. In ſexta. Quando Dominus crucifixus eſt. In nona, quia peccata noſtra ſanguine ſuo abluit, & ut redimere, & uiuificare poſſet, tunc victoriam ſua paſſione perfecit. In hora veſpertina depoſitionem de Cruce. In hora completorij, quando Chriſti corpus datum fuit ſepulturæ. In matutina hora, quando fuit captus, & a diſcipulis derelictus. His, vel aliis (vt vnctio docebit) prius factis, Anima ad Dei amorem accenſa ſuum imploret auxilium, omnino de ſe diffidens, vt ex corde profundiſſimo ipſum hymnis, & laudibus venerari cõcedat. Proteſtans quòd ſua intentio eſt in ſpiritu, & veritate orare, quia ſi tũc mens per infirmitatem euagatur, quia vis primæ intentionis fuit in ſpiritu, & veritate orare, facit orationem totam meritoriam. Sitque hæc oratio tam priuata, quàm publica ſemper cum diſciplina, quietem continens, & pudorem, ne ſi cum clamore ſupplicauerimus, rei efficiamur orationis noſtræ, quod eam negligenter offeramus Deo, & indiſciplinato noſtro ſtrepitu, ardentius quoque qui forſitan ardẽtius orare potuit, intercipiamus ſenſum. Et tunc temporis toto conamine de memoria noſtra recedãt omnes terrenę occupationes, & labentium affectiones, ne qua fraude ab aduerſario vincamur. Ne eo tẽpore quo poſſumus ſuperare, nequaquã vincendi tempus amittamus. Et facto ſigno a ſuperiore dicamus cum omni attentione petentes diuinum auxiliũ, orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, vt nobis Dominus Ieſus aduerſus tentationes graues remediũ det cœleſte. Et corporis actus corrigamus, vt decenter, ac congruè diuinæ laudi aſſiſtamus, vt ſic ad intelligibilium contemplationẽ aſcendere poſſimus, & vtamur voce, & cantu, ſic vt percipi poſſit a ſe, & aliis diſtinctè ſenſus verborum, vnde deuotio excitari Eccleſiæ poſſit. Nam oratio communis ſecũdum Diuum Thomam duas in ſe habere debet conditiones, vt ſit vocalis, & vt ſit alta. [22.q.83.ar-tic.12.] Prima eſt ſimpliciter neceſſaria. Secunda vero eſt rationabilis. Toto corde cum patribus clamemus: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. Hic verſiculus (vt ait Caſſianus) habet humilitatem piæ confeſſionis, habet ſolicitudinẽ, ac timoris perpetui





petui vigilantiam, habet conſiderationem fragilitatis ſuæ, exauditionis fiduciam. Confidentiam præſentis, ſemperque aſtantis auxilij. Habet amoris, & charitatis ardorem, habet inſidiarũ contemplationẽ, inimicorumque formidinem, quib. perſpicientes noſmetipſos diu, noctuque vallatos, confitemur nos non poſſe, ſine noſtri defenſoris auxilio liberari. Hic denique verſiculus omnib. infeſtationib. dęmonum inexpugnabilis murus eſt, impenetrabilis lorica. Denique pſallamus ſapienter, & habitu corporis, & modo vocis, vt in ipſo canendi genere proceſſum commendet verecundia. Vt enim impudentis eſt clamorib. ſtrepere, ita cõtra congruit modeſtis precib. orare. Pſallam⁹. accurata intẽtione, ideſt intelligamus quod verbo canimus, vt in pſallẽdo habeamus retributionem multam, ideſt refectionem mentis ſpiritualem. Nam cum hoc inimicus viderit, retrorſum redit, & ſubter pedes famulorum Dei poſtratus nõ dominatur, quia aditum introire nequit introeundi. Clauſa. n. ianua cordis ingredi minimè poteſt, quia tyrannus Imperatorem inuenit. Tandem cum in fine dicimus Gloria patri &c. Facta profunda incuruatione vſque Spiritui Sancto incluſiuè ob reuerentiam Sãctiſſimę Trinitatis, confiteamur noſtrã humilitatem, reddentes gloriam de attenta deuotione Pſalmi, Patri qui nos creauit. Filio, qui nos redemit, Spiritui ſancto, qui nos ſanctificauit. Sed heu bone Ieſu doleo & valde doleo quod ſunt nõnulli, qui non neceſſitate corporis, uel exercitij, ſed praua conſuetudine ducti non niſi inchoatis diuinis laudibus, uel in fine hymni, uel pſalmi ad diuinum officium occurrunt, quod manifeſtius oſtendunt non niſi inuitos uenire, non Dei amore ductos, ſed timore pœnæ, ne ſuæ negligentiæ ueniam faciant, quod ò vtinam ſeniores non ita benigni eſſent ad tales excuſationes acceptandas. Sed ut dicit legifer noſter Benedictus faceret eos tarditatis ſuæ pœnitentiæ ſubiici. Vt pſallentibus ſe nõ admiſcerent, niſi expiata noxa ſuæ negligentiæ, Dic mihi obſecro, ò Monache, qui ita ad opus diuinum tardus es, quomodo ad pſallendum manes attentus, quomodo obſeruaſti quod ait Propheta. Præueni in maturitate, & clamaui ad Dominum, & exaudiuit me. [Pſalm. 118.] Si quandoque qui horas præueniunt, aſſumentes arma contra diabolum, implorantes diuinum auxilium tot ſuſtinent tentationes? Et ſi præuenientiũ horas aliquando propter multiplices dolos aduerſarij ex infirmitate mens euagatur: quanto magis mẽs non præuenientium? Vtinam iſtis talibus non eueniat quod vidit Beatus Maccharius ſuper ſuos fratres, Dæmones (inquam) alios imponentes digitos ſuper oculos aliorum, qui ſtatim dormiebant. Nonnullos imponentes digitos ſuper os, qui oſcitare eos faciebant. Poſtremo ſuperfluis, & malis cogitationibus alludentes talibus, qui omni cuſtodia non cuſtodiunt cor ſuum. Quare conemur fratres attente Dominum deprecari, non ſi alienamur, & capimur ineptis cogitationibus, quomodo nos audiri a Deo poſtulamus, cum noſipſi non audiamus? Volumus Deum eſſe memorem noſtri, cum rogamus, cum noſipſi memores noſtri non ſimus. Quare diuinis laudibus inſtemus, vigilantes in ipſis, atque pſallentes ſapienter. O quot laudum ſacrificiis interſunt, quorum Deus venter eſt, quod dolentes referimus, qui ſunt circa commeſſationes ſuperfluas dediti, uel alii, qui ex inordinata charitate uadunt ad uiſitandos hoſpites, uel infirmos, & fere medietatem noctis circa fabulationes ſuperfluas expẽdũt, & vix ad ſonitũ cellę excitantur, at tempore pſalmodię mentes ipſorum ſomnolẽtia adeo comprimit, ut totum ſpiritus feruorem extinguat,

guat,& innumeræ, ſubintrent cogita- A
tiones, hi tales nomen habent Mona-
chi,non facta. Dicitur enim Mona-
chus a monos,ideſt ſolus, & achos,i.
mæſtus. Vereor ne illorum deſidiam
Pſalm.47. Angeli ſancti,qui pſallentibus dignan
ter admiſceri ſolent. iuxta illud. Præ-
uenerunt principes coniuncti pſallen-
tibus in medio iuuencularum tympa
Pſal. 137. niſtriarum. Et iterũ in conſpectu An-
gelorum pſallam tibi,cum indignatio
nẽ recedant. Et incipiant ij, qui huiuſ
modi ſunt,ſero cũ gemitu dicere Deo. B
Pſal.87. Longe feciſti notos meos a me,poſue-
runt me in abominationem ſibi. Et
iterum. Elongaſti a me amicum meũ,
& proximum,& notos meos a miſeria
Audiant ergo ij, qui tales ſunt. Male-
dictus homo,qui facit opus Dei negli
genter. Ea propter attendite fratres
principes ueſtros, cum ſtatis ad oran
dum,vel pſallendum, & ſtate cum re-
uerentia,& diſciplina. Nam ſi homo
aſtans ante regem,& cum eo loquens,
uocatus a ſeruo ſuo,ad ſerui confabu- C
lationes uanas,& inutiles ſe conuerte
ret, ſtultus ab omnibus iudicaretur,
qualiter iudicabitur ſtultus a ſanctis
omnibus,qui ſtans coram rege regum
& in conſpectu Angelorum, ſe con-
uertit ad uanas, & inutiles cogitatio-
nes. Et ſi ſtultus iudicabitur,erit exclu
ſus a regno cœlorum. Amen, Amen
dico uobis,ait ſtultis virginibus,neſcio
uos. O quot etiam ſunt, qui inter pſal
mos multa uerba ſcurrilia loquuntur,
audiant iſti quid dicit propheta. In tẽ- D
plo eius omnes dicent gloriam. Alii
praua conſuetudine ducti parcunt vo
ci,omittentes de Syllabis,& uerſibus,
qui in geſtu corporis nullam ſeruant
honeſtatem, & debitam grauitatem,
atque uerecundiam. Sed circumferunt
oculos,hinc,& inde videntes quid al-
ter faciat,& quomodo ſe habent fra-
tres, ſed nihil horum oportet commit
tere in templo,ſed cum maxima reue
rentia ibi aſtare,quia Angelorum opꝰ
eſt laudare Deum. Omnibus denique A
cæleſtibus exercitibus una hæc cura
eſt gloriam creatori dare. Reliquæ ita
que creaturæ,omnes cęleſtes,ſiue ter-
reſtres,ſiue rationales,ſiue rationis ex
pertes,demumque inanimatæ,ſiue uo
ce,ſiue geſtu,aut aliqua ſignificatione
ſummum omnium creatorem Deum
extollere, & prædicare videntur. Nos
uero quandoque ridentes ingredimur
in templum: quare non opotet ſolum
pſalmi uerba ore proferre, ſed corde
puro enuntiare pſalmodiam in uoci- B
feratione una uoce, & una charitatis
conſpiratione,& charitate. Et uos ob
ſecro ſeniores,quibus cura monaſterij
tradita eſt, qui pro oculis eſtis figura-
ti,& ideo in loco eminentiori ſtatis,ut
ſpeculamini,& proſpiciatis religioſo
rum mores,& vitam,vt faciatis id, ad
quod uocati eſtis. Hic patres agitur de
honore,& gloria. Si bonus filius,ſi bo
nus ſeruus videret patrem, uel domi-
num contemni, ſi poſſet, nonne uin
dicaret iniuriam patris, vel domini C
ſui? nempe ſic. quanto magis uos nul-
lum humanum reſpectum habentes
ſolliciti eſſe debetis ad uindicandam
iniuriam Domini uniuerſorum. Eſto-
te præter quaſi ignis, ardentes per ſin-
cerum zelum correptionis, nam præ-
lati negligentes in correptione aſſimi
lantur dormienti, de cuius manu ca-
dit paſtoralis baculus,& pictores pin
gunt talem, quaſi accubantem in ca-
thedra ſuper cubitum ſomno grauatũ,
& cadentem de manu eius baculum D
paſtoralem contra quos dicit Legifer
noſter Benedictus. Non diſſimulet Ab-
bas peccata delinquentium, ſed mox
ut oriri cęperint,radicitus ea ut pręua
leat amputet. Et Ber. Non iraſci ut ira
ſcendum eſt,peccatum eſt. Arguite,in
crepate, corrigite. Nam ſicut gloria
patris eſt filius ſapiens. Ita redit in ve
ſtram confuſionem malitia ſubdito-
rum. Vnde Apoſt. ait. Non uitupere-
tur miniſterium noſtrum. Date diligẽ-
tem



tem operam circa ſubditos, ut debitũ A
fructum in bonis operibus reddant,
Sæpius enim per negligentiam corre-
ptionis credit ſubditus illud,quod fa-
cit non eſſe peccatum,uel non eſſe tan
tum malum. Vnde Greg. Nonnulla ue
hemẽter increpanda ſunt, ut dum cul
pa ab actore non agnoſcitur, quanti
ponderis ſit, ab increpantis ore ſen-
tiat,& delictum quod non corripitur,
facilius multiplicatur. Impunitas.n.
ſecundum Ber. eſt inſolentiæ mater,ra
dix impudentiæ, & tranſgreſſionum B
nutrix. Poſtremo ſi ſubditos non cor-
rigitis, eſtis ipſorum cauſa finalis per-
ditionis. Dicitur de quodam iuuene,
quod cum propter delicta ſua ducere-
tur ad patibulum, & a patre eum ſe-
quente peteret oſculum,& in fine arri
piens eum dentibus, naſum eius abſci
dit, dixit hoc feciſſe, quia propter e-
ius culpam,qui numquam eum ab in-
fantia increpauerat,uenerat in oppro
brium. Dicit etiam Apo. ad Hæbreos.
Si extra diſciplinam eſtis, non filii, C
ſed adulteri eſtis. Et nos fratres mei
agnoſcamus cur venimus, Si regibus,
& ſæculi principibus tanta diligentia
famuli aſſiſtũt: Qualiter coram Deo,
qui eſt Rex regum in oratione nos a-
ſtare oportet. Ideo præſentiam Domi-
ni teneamus ante oculos, ſi poſſumus
actualiter, quoniam efficaciter mentẽ
ad orationem hæc cogitatio ordinat
ac diſponit. Nam ſi Dominus in no-
ſtro conſpectu erit ſemper, non com-
mouebimur,& orationis tempore lę- D
tabitur cor noſtrum, & exultabit lin-
gua noſtra,& caro noſtra exultabit in
ſpe. Conſideremus rurſum quod aſſi-
ſtunt Angeli uerba deſcribentes,qua-
re timeamus ne noſtram deſidiam An
geli ſancti abominantes cum indigna
tione recedant, quia ſi tunc boni ſpiri
tus a nobis elongãt. Impetus maligno
rum quis ſuſtinebit? Conſideremus
quam ſit Deo abominabilis negligen
tia. Cum illos euomat de ore ſuo. Vn-
de inquit ſcript. Vtinam frigidus eſ- A
ſes,aut calidus,ſed quia tepidus es, in
cipiam te euomere ab ore meo. Qua-
re procul ſit a nobis acedia,ex qua ori
ri ſolet ſomnolentia, quia duo ſunt
omnium uitiorum origo, otium, &
ſomnolentia. Debemus ergo diligen-
ter cuſtodire in verbis, in moribus,in
cogitationibus,in affectionibus,ac im
maculatos ſeruare,quatenus tam bea-
to orationis tempore purè, & abſque
ſorde noxiarum cogitationum Deo
aſtare queamus. Conemur in orato- B
rio ibi nihil aliud agere, quam quod
diuinis miniſteriis conueniat. Vnde
præter orandi,& pſallendi cultum pe-
nitus nihil agatur, ut nomini huic &
opera impẽſa iugiter cõcordent. Con c. pe c. fin
fiteamur Dño in toto corde noſtro. diſt.42.
Quid eſt in toto? cum omni prompti-
tudine,& animi alactitate attente, &
diligenter liberi ab omnib. curis. Nã
totum,non patitur diuiſionem. In cor-
de, & non in uerbis tantum, non in
lingua, & ore ſolummodo, ſed cum C
mente,& cogitatione,ac hilariter: Ete
nim melior eſt quinque pſalmorum
decantatio cum cordis humilitate, &
puritate,ac ſpirituali hilaritate, quam
totius pſalterii modulatio cum cor-
dis anxietate, & triſtitia. Exultemus De conſec.
ergo in Domino,non quando corpori d. 5. c. non
benefuerit, non in delitiis, ſed quod mediocri-
Dominum habemus ſic ſpecioſum, ter.
ſic bonum, ſic denique ſapientem,
& quod huiuſmodi Domini ſerui
eſſe meruimus, quare in eius ſerui- D
tio exultare debemus cum gaudio
inenarrabili,& tripudiis cordis. Hæc
ſpiritualis lætitia prolongat uitam,ac
bona opera multiplicat, nam ani-
mus gaudens ætatem floridam fa- Neęm.8.
cit, ſed ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.
Ruſum præſtat fortitudinem, quia
gaudium Domini,ideſt a Domino ha-
bitum eſt fortitudo noſtra, ait ſcriptu-
ra Eliminat præterea omnes tentatio-
nes. Hinc Iſa. In Citharis,& tympanis Iſa. 30.

expugnabit eos. Facit etiam abomina
ri peccatum, quia guſtato ſpiritu deſi-
pit omnis caro. Superat diabolum,
nam ſecundum Antonium: Vnica ra-
tio vincendi hoſtem inuiſibilem eſt læ
titia ſpiritualis. Poſtremo de gaudio,
& exultatione exit laus Dei. Exultate
inquit pſal. Recti in Domino, quia re-
ctos decet collaudatio. Quare pſallen
dum eſt purè, ſtrenue, & hilariter, non
pigrè, non ſomnolenter, non oſcitan-
tes, non parcentes uocibus, non præci
dentes verba dimidia, non integra trã B
ſilientes, non fractis, & remiſſis voci-
bus, ſed virili affectu, voce ſancti Spi-
ritus canamus, uitantes illo tẽpore, &
illa hora etiã cogitationes illas, quas
officiales fratres pro communi neceſſi
tate quaſi neceſſario frequenter ad-
mittere cõpelluntur. Quinimo nec il-
læ admittendæ ſunt, quas paulo ante
in codicibus legeramus, quia & ſi ſalu
bres ſint, minime tamen illas ſalubri-
ter inter pſallendum reuoluimus. Spi
ritus namque ſanctus illa hora non re C
cipit gratum, quicquid aliud, quam de
bes neglecto eo, quod debes obtuleris.
Si ſic Domino in diuinis laudib. occu
pabimus, erimus benignitate Domini
noſtri Ieſu Chriſti in illa ęterna patria
ſine interuallo quemadmodum datũ
eſt beatis ſpiritibus, in diuinis laudi-
bus occupari. Amen.

## DOMINICA XXI. POST Pentecoſten. Ex Epiſt. Eph. 6.

### *De armis, quibus vincitur Diabolus. Sermo vnicus.*

Sermo 86. VARIIS tentationum la
Eccl. 11. queis vtuntur dæmones
Ephe. 6. aduerſus genus huma-
num, nam multæ ſunt
inſidiæ doloſi. Et ut ho-
die hortatur Apoſt. inquiens. Induite
vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare
aduerſus inſidias diaboli, quoniã non
A eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,
& ſanguinem, ſed aduerſus principa-
tus, & poteſtates, aduerſus mũdi recto
res tenebrarum harum cõtra ſpiritua-
lia nequitiæ in cœleſtibus. Vbi nota, ꝙ
non dixit aduerſus pugnas, neque ad-
uerſus bella, ſed aduerſus inſidias, quia
non ſimpliciter, non apertè impugnat
nos hoſtis, ſed abruptè adoritur. Et
ideo contra eius inſidias oportet nos
continuo ſobrios eſſe, ac vigiles. nam
vſque in finem conatur nos ſupplanta
B re, & quos prima ſuggeſtione non de-
cipit, decipere vſque in finem conten-
dit. Et hoc eſt, ſerpentem inſidiari cal
caneo mulieris. Quem ideo ſacra ſcri Gene. 3.
ptura vocat diabolum, non quia om-
nino talis ſit formæ, ſed propter appa
rentem fraudis ſtructuram, qui dicitur
tortuoſus, & lubricus, quia in via veri Gen. 3.
tatis non ſtetit. Et iſte inſidiatur vt Leo,
quia fraude vtitur, & fortitudine Hinc
Apoſtolus Petrus vocat Leonem. Fra-
tres ſobrii eſtote, & vigilate, quia ad- 1. Pet. 1.
C uerſarius veſter tanquam Leo ru-
giens, &c. Quia ipſe eſt Leo ille rugiẽs
qui circuit ſemper quærens quem de-
uoret, & eſt paratus ad prædam Com
paratur autem Leoni propter ſęuitiã.
Vnde Hierem. Crudelis eſt, & non mi- Hier. 6.
ſeretur, quia ſuperbus, etenim omne
ſublime videt, nam ipſe eſt Rex ſuper
omnes filios ſuperbiæ. Item quia for- Hier. 48.
tis, namque non eſt poteſtas ſuper ter-
ram, quę comparetur ei, qui factus eſt,
ut nullum timeat. Sed nota quòd hoc Iob 41.
D intelligitur de poteſtate naturali, ſec9
aũt de poteſtate gratiæ, de qua intel-
ligitur illud Aug. Nihil eſt fortius ani-
ma habente charitatem. Hinc inquit
Gregorius, quod diabolus magnitudi-
ne naturæ ſuperat omnes homines, ta-
men meritis Sanctorum ſubiacet.
Cum igitur ſit tam crudelis, tam ſu-
perbus, fortis, atque inuidus, oportet
nos ſecundum conſilium Apoſtoli ar- 1. Cor. 11.
mari ſpiritualib. armis, eo magis cum
non ſolum ipſe varijs inſidijs pulſat,
cum



ſed etiam eſt nobis colluctãdum cum
cum carne, & ſanguine, ideſt vitijs car
nis. Caro enim, & ſanguis, ideſt vitijs
carnis dediti regnũ Dei poſſidere non
poſſunt. Quæ quidem pugna non ſolũ
acrior eſt, ſed & continua. Vnde inquit
Apoſt. Quod caro concupiſcit aduer-
Gala. 5. ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus car-
nem, quia caro ſemper cupit ſatiari
ſomno, repleri cibo vniuerſis exupe-
rare copijs, honoribus, & laudibus ho-
minum confoueri, & omnis hęc impu
gnatio, ſiue dæmonum, ſiue carnis ad-
uerſus ſpiritum, quæ etiam fit ab ipſo
diabolo mouente, nõ fit pro pecunijs,
non pro mundi gloria, ſed pro cœle-
ſtibus, ideſt vt è cœlis non eijciant. Nõ
vt ipſi cœleſtem gloriam ſint conſecu
turi, ſed vt nos tantum illa ſpolient,
cum ſint fures, & latrones. Ideo cum
vehementior ſit pugna, quia pro ma-
gnis pugnatur, cum magnum ſit pericu
lum, quia pro magnis bonis, hæc ho-
ſtis potentia, atque inuidia debet nos
excitare. Propterea aſſumamus ſecun-
dum Apoſtolum vniuerſam armaturã
Dei, vt poſſimus reſiſtere in die malo,
ideſt in præſenti vita. Quę dicitur dies
mala, propter mala, quę ibi fiunt. Et in
omnibus perfecti ſtare, ideſt omnibus
confectis, & ſuperatis vitijs ſtare, ideſt
ut taliter uitia ſuperemus, ut firmi per
ſiſtamus non denuo cadẽtes. Vel in om
nibus non quidem iſto ſuperato, illo
vero nequaquam, ſed omnibus, non ſo
lum in principio intentionis, & in me-
dio actionis, ſed in fine. Item in omni-
bus perfecti ſtare, ideſt ſemper, & om-
ni tempore oportet nos uigilantes eſſe
atque ſuſpectos, quanto contra nos
quietiores uiderimus inimicos. Rur-
ſum in omnibus, ideſt ad omnes ſen-
ſus ſedulam cuſtodiam tenere, ne dum
ad unius ſenſus, cuſtodiam homo fue-
rit intentus, ſenſus alij capiantur. Inſu
per præcipit Apoſtolus ut in omnibus
perfecti ſtemus, ponentes pedes ſuper
nos, ut non infirmentur ueſtigia noſtra.
A Pedes ſunt affectus, Veſtigia ſigna pe-
dum ſunt opera. Tunc ergo ueſtigia
noſtra non infirmantur, quando num-
quam ſumus deſides, ſed ſemper ſpiri-
tu feruentes. Nam probatio dilectio-
nis eſt exhibitio operis. Præterea ut
victores efficiamur aduerſus dæmo-
nes, oportet nos prius lumbos noſtros
ſuccingere in veritate, ideſt concupi-
ſcentias carnis reſtringere, quia prius
uicinus hoſtis eſt uincendus, quod fit
B per temperantiam, ſicut ſcriptum eſt.
Accinge ſicut uir lumbos tuos, ideſt ui
riliter mente, & corpore luxuriam re-
ſtringe. Hinc Dominus admonet, ut Iob. 38.
ſint præcincti lumbi noſtri quod tunc
pręcingimus, cum carnis luxuriã per
continẽtiam coartamus. Sunt autem
duo genera lumborum, quos quilibet
debet in ſe præcingere. Sunt enim Luc. 12.
lumbi, mentis affectus, ſcilicet intelle
ctus, ex quibus cogitationes, & deſide
ria quaſi quædam ſoboles generan-
C tur. De quibus dicitur in Pſ. Quoniam Pſal. 37.
lumbi mei impleti ſunt illuſionibus,
ideſt malis deſiderijs. & malis cogita-
tionibus. Quibus diabolus illudit
animæ, & ideo non eſt ſanitas in car-
ne mea. Horum lumborum cincto-
rium, ſiue repreſſorium, eſt aſſidua
meditatio legis diuinæ, Nihil ete-
nim adeò reprimit huiuſmodi il-
illuſiones. Vnde Petrus ad clementem
Inceſſanter debet quiſque quæ Dei
ſunt cogitare, & loqui, quia ſi in his
D bonis fuerit mens occupata, malus nõ
inuenit locum ad mentem. Et Hiero.
Ama ſciẽtiam ſcripturarum, & carnis
vitia non amabis. Item ſunt lumbi
carnis, de quibus oriuntur carnales
concupiſcentiæ. Vnde Iob. Fortitudo Iob 40.
eius in lumbis eius, & virtus eius in
umbilico ventris eius. Lumbos dicit
ꝓp uiros. Vmbilicũ ꝓp fęminas ut di-
cit Greg. vt ãt hi lumbi ſint bene pręcincti, ideſt caro noſtra ſit bene per
continentiam coarctata. tria ſunt ne-
ceſſaria. videlicet depuratio mentis,

Maceratio carnis, Meditatio mortis.
Et ſic eſt triplex zona. quibus lumbi no
ſtri debent eſſe præcincti, ideſt zona li
nea zona ſaccea, & zona pellicea. zo-
na linea ſignat depurationem, quia li
num, quod inter pannos eſt puriſſi-
mum, ſignat puritatem mentis, a qua
Ezech. 44. puritas carnis procedit. Vnde Ezech. fę
moralia linea erant in lumbis ſacer-
dotum. zona ſaccea ſignat carnis ma-
cerationem, ſaccus enim eſt ueſtis vi-
lis, & aſpera; quia tunc caro melius à
ſuperfluitatibus reſtringitur, quando
per aſperam pęnitentiam maceratur.
3. Reg. 20. Vnde Scrip. ponamus ſaccum in lum-
Iudith. 8. bis noſtris. Et de Iudith etiam dicitur
quod ipſa habebat ſuper lumbos ci-
litium. Zona pellicea ſignat mortis
meditationem: quia pellis eſt illud,
quod aufertur, & reportatur ab ani-
malibus mortuis. Et ideo de Beato Ioã
ne dicitur quod zona pellicea circa
Matt. 9. lumbos eius erat. Sint igitur his cingu
lis lumbi noſtri præcincti, vt per pri-
mum fluxus cogitationum, & deſide-
riorum inutilium reſtringatur in men
te. Per ſecundum fomes concupiſcen
tiarum reprimatur in carne, vt ſic præ-
cincti agiles ſimus ad bellum. Rurſum
habere oportet baculum in manibus.
1. Re. 17. Vnde Dauid accepit baculum pugna-
Gen. 32. turus contra Goliam. Et in Gen. ha-
betur in baculo iſto, ideſt in pęnitẽtia
tranſiui Iordanem iſtum, ideſt mun-
dum, & deceptiones diaboli, quæ
faciunt deſcendere in infernum. Ior-
danis, enim humilis deſcenſus in-
terpretatur, & nunc cum duobus tur-
mis regredior, ideſt cum operibus præ
ceptorum, & ſuperogationis. Sed qui-
dam ita magnum baculum tollunt, ut
non poſſint leuare, ſed ſub onere ca-
Luc. 14. dunt. Contra quos dicitur. Iſte incepit
ædificare, & non potuit conſumare.
Item alij pro baculo aſſumunt ſibi fe-
ſtucam, ſed ut dicitur per Iob. Diabo-
Iob. 41. lus videns tales deridet eos. Item alij
vtuntur baculo arundineo, ideſt pa-

A tientia ſimulata. Cum hoc ergo bacu-
lo in manibus, & calceamentis in pe-
dibus ſecundum præceptum Domini
ad Moſem, oportet nos eſſe præcin-
ctos, ut egredi poſſimus de Aegypto. i.
de mundana conuerſatione, ac per ma
re rubrum traducti ab innumeris pe-
riculis, & a dęmonibus liberati ſumus.
Simus (precor) præcincti, parati &
agiles ad pugnam, ſemper ad cęleſtem
Hieruſalem aſpicientes, ut non fatige
mini animis veſtris. Præcingere enim
B eſt animæ vigilantis. Hinc eſt quod An
geli nobis præcincti apparent, tanquã
milites eſſent ſtantes, & non procliui:
inde qui accinguntur ſtant, & non ia-
cent, vnde ad hoc pręcipue admonet
Apoſt. Vt ſtemus. Qui vero ſtat, rectus
ſtat, non diſſolutus, non in delitijs dif-
fuſus, non pecunijs ſtudet, non in con-
cupiſcentijs reſoluitur, non habet ſen
ſus humi proiectos, quia iſti non ſtant,
ſed incuruantur, quare non ſunt apti
ad pugnam. Hinc præcepit Dominus
C Gedeoni, ut illos eligeret ad bellum Iud. 11.
contra Madianitas, qui non genuis cur
uis, ſed ſtantes cum manu haurirent
aquam: quia illi ſunt apti ad haurien-
dam aquam ſpiritus ſancti, qui ſunt vi-
gilantes cum manibus, ideſt bonis ope
ribus. Hi profecto cum tubis, & lange
nis apparentibus lampadibus effugãt
Madianitas: quia veri Chriſti milites
cum hymnis, & canticis ſpiritualibus
cum langenis, ideſt cum carnis mace-
ratione facta in veritate, ideſt in recti-
D tudine rationis ad Dei gloriam, quæ
ſunt lucernæ ardentes, effugant, & ſu-
perant diabolum. Oportet etiam præ-
cingere veſtes, ideſt remouere omnia
impedimenta terrena, ut agiles ſimus
ad pugnam, ut non impediamur a de-
fluxu veſtium. Vnde Greg. Qui ad cer-
tamen cum diabolo properat veſtimẽ
ta, ideſt terrena omnia abijciat, ne ſu-
cumbat. Vnde Apoſt. Qui volunt diui- 1. Tim. 6
tes fieri, incidunt in laqueum diaboli.
Primo in ſeruando diuitias. Nam ſunt
la-



laqueus immiſericordiæ, & impieta-
tis, timoris mundani, ſuperbiæ, & per-
uerſæ confidentiæ, & huiuſmodi, quæ
ex diuitiis oriuntur. Secundo male ac-
quirendo ſunt laqueus per fænus, & ra
pinam, furtum, & fraudem. Tertio in
amittẽdo ſunt laqueus deſperationis,
& inuidiæ, & irę, & huiuſmodi. Vnde
Pſal. 5. Chriſoſt. Aufer amorem pecuniariam,
& ceſſabit prelium, ceſſabit lis, ceſſabit
inimicitia. Diuitię datæ ſunt in auxiliũ
pauperũ, in purgationem peccatorũ,
in acceptationem Dei. Nos autem vti-
mur his aduerſus miſeros pauperes, &
aduerſus animam noſtram, & a duer-
ſus Deum. Quando ergo infeſtat dia-
bolus, debemus nos pręcingere, ideſt
erogare pauperibus eleemoſynas, ne
impediamur ex defluxu veſtium, vel
ex nimio onere, nam ſic ſcriptum eſt.
Miſerunt vaſa, quæ erant in naui in ma
re, vt alleuaretur ab eis, tutius autẽ eſ-
ſet omnino illas tollere per ingreſſum
3. Reg. 10. religionis. Sic igitur oportet nos ab
omnibus abſtinere, & præcingi, qui
hic in præſenti vita militamus. Opor-
tet etiam habere loricã, quę tegit cor-
pus, & hæc eſt iuſtitia, quæ tegit virtu-
tes omnes, ac abſtinere nos facit ab il-
licitis, ne iniuſte vſurpemus. Inſuper
paupertatem ſpiritus, quę retrahit ẽt
a licitis. Debet etiam pugil habere cly
peum pęnitentiæ ad ſuſtinendos ictus
indignationis, & iræ. Quale autem de-
beat eſſe ſcutum, illud ſignatur, quan-
do dicitur, quod fecit Salomõ clypeos
aureos. Et hoc ut non audirentur ictus
& ita ut non terreretur portans cly-
peum. Aurum, enim percuſſum aut pa
rum, aut nihil reſonat; ſic patiens non
terretur ad ictus tribulationis nec
murmurat. Sed dulciter Deo gratias
agit & hoc ſcutum quanto plus percu
titur, eo magis dilatatur ad inſtar au-
ri. Vnde pſ. ſcuto bonæ voluntatis tuæ
Ionæ 3. coronaſti nos. Quod eſt, quando bona
voluntas omnia mala ſubſtinet, vel
ſcutum, quo protegitur pectus, in quo

A eſt cor, ſignificat fidem: nam ſicut per
ſcutum repelluntur tela, ſic per fidem
omnia diaboli machinamenta. Per fi-
dem, enim vincitur diabolus. Vnde Pe
trus. Fratres ſobrij eſtote, & uigilate 1. Pet. 5.
&c. idem mundus. Vnde Ioannes in-
quit. Hæc eſt victoria, quæ vicit mun-
dum, fides veſtra. Et recte per fidem
charitate infirmatam vincitur mun-
dus, quia quicquid eſt in mundo, aut
carnis concupiſcentia eſt, aut oculo-
rum, aut ſuperbia vitæ. Et hæc omnia
B uicit fides. Vnde de Moſe dicitur. Fide Hebr. 11.
Moſes grandis factus negauit ſe eſſe fi-
lium filiæ Pharaonis. Hic deuicit ſu-
perbiam uitæ, quæ magis regnat in po
tentibus, vel in ijs in quibus eſt magis
occaſio ſuperbiendi. Et ipſe ſi uoluiſ-
ſet, poterat eſſe rex Aegypti, quia filia
Pharaonis adoptauerat ſibi in filium:
ſequitur. Magis eligens affligi cum po-
pulo Dei quam temporalis peccati ha
bere iucunditatẽ. Hoc eſt contra uolu-
ptatẽ, vel concupiſcentiam carnis, quę
C fugat afflictiones, & iucunditatem
ac delitias quærit. Subditur poſtea. Ma
iores diuitias ęſtimans theſauro Aegy
ptiorum improperium Chriſti, ideſt
quod ſuſtineret in figura Chriſti quĩ
afluere diuitiis Aegyptiorũ, & hoc eſt
contra auaritiam. Debet etiam habere
galeam; quæ ponitur in capite, ideſt
habere ſpem de vltimo fine, vt ſic tan
quam cerui tranſcendamus ſine lęſio-
ne ſpinas, & ſyluas quod tunc fiet, quã
do ſuper excelſa erit mens noſtra tunc
D enim fruſtra a dęmone iacitur rete
ante oculos pẽnatorum, ideſt eorum,
qui conuerſantur in cœlis. Hinc tunc
Moſes vincebat contra Amalech. quã-
do tenebat manus eleuatas. Quid in.
fit, quando eleuantur manus, niſi ſi-
gnũ crucis. Sic neceſſe eſt, ut hac arma
tura armet, qui cupit victor eſſe dia-
boli. i. vt memoretur Chriſti paſſionẽ.
Vnde Apoſt. Petrus. Chriſto paſſo in
cruce, & uos eadem cogitatione arma
mini, quia memoria paſſionis Chriſti
ma-

maxima eſt fortitudo contra diabo- A
lum, quã multum ipſe abhorret: quia
ibi victus eſt. Vnde Ber. Tanta eſt uir-
tus crucis Chriſti, vt ſi in mente fideli-
ter habeatur, nulla libido, nulla prę-
ualere peccati poſſet inuidia, ſed con-
tinuo ad memoriam eius totius pec-
cati fugatur exercitus. Hominem etiã
accuit ad pugnandum, & ſtrenuum
Hebr. 12. reddit. Vnde Apoſt. Recogitate eum,
qui talem ſuſtinuit a peccatoribus
aduerſus ſemetipſum contradictio-
nem, vt non fatigemini animis veſtris B
deficientes. Poſtremo miles Chriſti de
bet habere arma ad impugnandum,
ideſt gladium ſpiritus, quod eſt ver-
bum Dei per ipſum namque ſcindun-
tur, & amputantur omnia. Sic Domi-
nus aduerſus iacula inimici profere-
bat uerbum Dei. Nam tentatus de gu-
Matt. 4. la dixit. Non in ſolo pane. &c poſtea ſe
quit. Non tentabis Dominũ Deũ tuũ.
His ergo armis muniti facile præuale
re poſſumus inimicis noſtris, quod no
bis Dominus concedat per ſuam miſe C
ricordiam. Amen.

## DOMINICA XXII. EX Euang. Matt. c. 18.

### *Sermo I.*

Ser. 77. FVGIENS homo inimi-
cum cum gladio euagina-
to perſequentem, neceſſe
eſt, ut ſemper quo ire debet
proſpiciat, non tamen, debet retro in- D
ſpicere quantum itineris fecit, nam
ſic aut eum ſtare oportebit, uel fugiẽ-
do cadere, & ita comprehendi, pote-
rit, & interfici a ſuo inimico. Quis no-
ſter inimicus hoſtis aduerſarius eſt, &
contrarius niſi dæmon, qui id, quod
in nobis optima eſt perdere nititur.
Quid per gladium, niſi peccatum? ue-
re acutus, quia corpus ſcindit, & ani-
mam. Debet igitur homo fugere inimi
cum, deſerendo vitia per pęnitentiam,

A Hoc enim deſignabat fuga Iacob a La Gen. 31.
ban: Et Dauid a facie Saulis. ac Moſes
ab Aegypto, & Pharaone, ideſt fugare
a ſtatu uitiorum per pœnitentiam, &
continuo intueri locum, quo ire de-
bet, ideſt ad cęleſtem patriam, & num-
quam reſpicere poſt tergum, nã ſic de
facili ab inimico caperetur, atque in-
terficeret. Figura huius pulchre habe-
tur in Gen. Vbi volens Dominus Go- Gen. 19.
morram, & Sodomam ſubuertere, prę
cepit Angelus Loth vxori, & eius fa-
B miliæ, ut fugerent a Sodoma, & ſalua
rent ſe in monte. Et numquam retro re
ſpicerent. Sed vxor Loth uolens poſt
ſe reſpicere, verſa eſt in ſtatuam
ſalis, uolens nobis oſtendere, quòd pu
niens Dominus peſſimorum peccata,
ut eius rectitudo iuſtitiæ exigit, Vnde
Aug Impunitum non poteſt eſſe pecca
tum a Deo, nec debet, nec iuſtum eſt.
Puniatur ergo a te, ut non puniatur
ab illo. Pręcipit ut qui uolunt ſaluari
per pœnitentiam, nunquam poſt ſe re
C ſpiciãt per reciduationem ne conuer
tantur in ſtatuam ſalis, terramque ſte-
rilem aptam niſi ad æternè creman-
dum. Sed ſemper ad montem, ideſt
cœlum inſpiciant, ambulando de uir
tute in uirtutem. Non ſic fecit ſeruus
iſte nequam, qui cum deberet decem
millia talentorum, & ad preces eius
Dominus totum debitum remiſiſſet,
recidiuando poſtea nolens miſereri
conſerui eius traditus, eſt tortoribus
ad ęternos cruciatus. Sicut manifeſtè
D patet in præſenti euangelio. Simile eſt
regnum cœlorum homini regi, &cæt.
Quid per regnum cœlorum, niſi Ec-
cleſia ſancta intelligitur, in qua Domi
nus id operatur, quod loquitur in hac
parabola. Homo uero rex dicitur Deus
pater, qui ipſum uniuerſum regit, uel
Deus filius, qui ſunt unus Deus. Per
ſeruos autem intelliguntur fideles, qa
vnicuique anima ſua commiſſa eſt, de
qua oportet reddere rationem, non tã-
tum de adulatorio uerbo, deriſorio,
de-



detractorio, mendace, blaſphemato- A
rio, impudico, ſed etiam de omni ver-
bo otioſo: Sic etiam pro omnibus fa-
Matth. 12. ctis. iuxta illud. Cuncta, quę fiunt.
Eccleſ. 12. adducit Deus pro omni errato, ſiue bo
num ſit, ſiue malum. Imo de cogita-
Sapien. 1. tionibus. Vnde ſcript. In cogitationi-
bus impij erit interrogatio. Vel per ſer
uos intelliguntur Prælati, quibus com
miſſa eſt animarum cura, & quibus
commiſit paterfamilias bona ſua. ac
tenentur reddere rationem. Per decem
millia talentorum. Intelligitur tranſ- B
greſſio decalogi. Debebat autem de-
cem millia, quia tranſgrediendo deca
logum, omnia peccata commiſit. Sed
iſte, qui Domino debebat decem mil-
lia, erat creditor conſerui in decem
denarijs. Percipite quantum inter pec
cata, quę in Deum committuntur, &
peccata in hominem diſtant, quan-
tum in centum, & decem millia talen
ta diſcrimen eſt. Vnde manifeſte patet
ꝙ grauiora ſunt peccata in Deum, quã
in proximum, quod & beneficiis quib. C
ab ipſo potiti ſumus, manifeſtum eſt.
Creauit nos, cum non eſſemus, & om
nia propter nos operatus eſt, atque
ſubiecit ſub pedibus noſtris. animam
nobis viuentem inſpirauit ad imagi-
nem, & ſimilitudinem ſuam. Paradi-
ſum plantauit, cunctiſque irrationa-
bilibus præpoſuit. gloria, & honore
eum coronauit. At ingratus homo in
benefactorem, & ſuo creatori non
obediens maioribus eum decorauit
muneribus. Nam poſtquam de pa- D
radiſo eiectus eſt homo, poſt innu-
mera alia beneficia, ſic præuarica-
tores dilexit, vt vnigenitum ſuum
miſiſſet in mundum, ſicque pro no-
bis mortuus Paradiſum reſerauit, &
filios ex ingratis, & inimicis fecit. O
ineffabilem Dei bonitatem, quis non
obſtupeſcat ante diuitias tantæ beni-
gnitatis. Præbuit nobis in remiſſionem
peccatorum baptiſmum. Eripuit nos
a ſuppliciis. Hæredes regni conſtituit,

A infinita ſincere credentibus bona pol
licitus eſt. Quomodo igitur poſt tot,
tantaque ſponte ſua nobis collata affi
ci nos erga ipſum oportet? Putas ne ſi
quotidie pro eo, qui nos tam mirificè
amat, moriemur, condignas poſſe re-
ferre gratias, immo vero minimum
quid debiti reddere? nequaquam. nã
ſi hoc etiam faceremus, ad vtilitatem
noſtram redundaret. Cum vero ſic af
fici deberemus, quo nam pacto in ho-
ras, atque momenta temporis præce-
B pta eius contemnimus? Sed nolitè quę
ſo, ſi liberiorem linguam in peccan-
tes dimiſero, iniquiori animo ferre.
Non enim ſolum in genere, ſed me ip
ſum quoque accuſabo. Quid igitur
dicam ò bone Ieſu de falſis religioſis.
Vbi nocturnum ſilentium. Vbi regu-
laris obſeruatio ieiunij, vbi feruens
nocturna laus. Vbi de diuinis contem
platio, vbi ſolitudo. Vbi de diuinis,
quando licentia datur, eſt ſermo. Vbi
vera paupertas, vbi religioſitas, vbi
C maturitas, ubi charitas fraterna. Vbi
humilitas. Vbi manſuetudo. Vbi in
perſoluendo diuino nocturno, pariter
que diurno officio feruor. Sed heu,
heu quam nimis diſſoluti ſumus in
prauis ſermonibus, in detractionibus,
deriſionibus, & verbis ocioſis, in leui-
tate, in inuidia, in mordendo nos inui-
cem. In Superbia, in ira, in euagatio-
ne, in cupiditate. Sic credimus regulas
obſeruare, & regna patere ęterna. Ve-
reor nempe ne vocantibus nobis inſti-
D tutores noſtros patres, dicant nobis.
Mentimini. Neſcimus vos. Nam quia
extra diſciplinam meam eſtis, non fi-
lij, ſed adulterini eſtis. Dicite obſecro
o vos indiſciplinati. Creditis forte ꝙ
ſolus habitus faciat monachum. Non
profecto, ſed apprehenſio diſciplinæ,
cum obſeruantia præceptorum, atque
conſiliorum. Se de ijs hactenus quia
præ dolore amplius ſcribere ne-
queo. Vnde obſecro per viſcera Domi
ni noſtri Ieſu Chriſti ut dum tempus
ha-

habemus, deſiſtamus a malo, & opere A
mur bonum. Procidamus ante Domi
num (ſicut ſeruus iſte, qui decem mil-
lia debebat) dicentes: Patientiam ad-
huc habe in nobis, & omnia redda-
mus tibi, quia benignus Dominus, &
patiens miſerebitur noſtri, & omne
debitum nobis dimittet. Sed reuer-
tamur, vnde egreſſi ſumꝰ. De quatuor
commendatur ſeruus iſte, dum proci-
dens &c. Et primo de oratione, nam
prouocatiuum miſericordiæ eſt ora-
Eccl. 21. tio. Vnde Salomon, Fili peccaſti, non B
adiicias vltra, ſed de priſtinis depreca
re vt tibi dimittantur. Secundo de hu-
militate, quia ꝓcidens adorabat eum.
Tertio de diſcretione, quia non totum
petiit ſibi remitti debitum, ſed tãtum
temporis prorogationem. Vnde in-
quit. Patientiam habe in me, i. tempus
mihi indulge, vt poſſim ſatisfacere.
Quarto de iuſtitia, & omnia reddam
tibi. Sed miſertus Dominus totum de-
bitum dimiſit ei. O mirifica Dei miſe
ratio, o diuini amoris ſuperabundan- C
tia, prorogationem tantum temporis
ſeruus poſtulauit, ſed Dominus mul-
to magiſque vltro præbuit. Semper
enim fratres Dominus plura dat, quã
homo audeat petere, ſicut canit Eccle
ſia, Qui merita ſupplicum excedis, &
vota. Volebat autem Dominus & a
principio dare, ſed non prius id facere
voluit, ne ſolum ſuum eſſet donum,
ſed & ſupplicationis illius, ut non in-
coronatus abſcederet. Ideo autẽ priuſ
quam rationem poneret, debitum nõ D
dimiſit, quia docere uoluit a quantis
debitis eum liberaret, ut ſaltem ita ad
conſeruos manſuetior fieret. Sed e-
greſſus ſeruus ille. Vidiſti humanita
tem, & miſericordiam Domini, Audi
ingratitudinem, quia egreſſus ſtatim
oblitus eſt beneficiorum Domini. Vn-
Iac. 1. de Iacobus, Conſiderauit enim ſe, &
abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fue-
rit. Audi etiam ſimulationem. Ante
Dominum humilis, egreſſus oſtendit
qualis erat. Item audi paruitatem de-
biti, quia centum denarios. Etenim
grauius eſt regem offendere, quam per
cutere famulum. Audi denique crude
litatem, quia nõ poſt multum tempus
ſed confeſtim egreſſus noluit præſta-
re quod ſibi indigno præſtitum fuit.
Vnde tenens ſuffocabat eum. Dicens.
Redde quod debes, acriter enim inſi-
ſtebat, ut ab eo vindictam exigeret. Et
quamuis conſeruus rogaſſet eum, di-
cens, Patientiã habe in me, & omnia
reddam tibi. Ille tamen ira magis exar
ſit, vt ab eo vindictam exigeret, & mi
ſit eum in carcerem, donec redderet
debitum, quia apprehenſo fratre vin-
dictam exegit. O mira ſerui crudeli-
tas, a Domino conſecutus eſt miſeri-
cordiam pro decem mille talentis, &
ille noluit pro decem decenariis. il-
le dominum, hic ſeruum rogabat; ille
totalem abſolutionem, hic nec tempo
ris prorogationem conſequi potuit,
vnde recte meruit audire a Domino:
Serue nequam, propter ingratitudi-
nem, Nonne oportuit & te miſereri
conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus
ſum, & tamen nullum reſponſum Do
mino dediſſe fertur, quia poſt hanc vi
tam in die iudicii omne excuſationis
argumentum ceſſabit. Quare iratus
Dominus per effectum, quia aduerſus
peccatores uindictam exercet, tradi-
dit eum tortoribus, ideſt dæmonibus,
quouſq; redderet uniuerſum debitum
ideſt ut ſemp̄ ſoluat, & numquam per-
ſoluat, & ſemper pœnam luat. Ecce
fratres quamuis Domino debitores ſi-
mus in omnibus, & de omnibus inte-
gram rationem reddere nõ ualeamus,
tamen bonam, atque facilem viam nõ
bis præbuit. Et quæ nã hæc uia? obli-
uio omnium, quę aduerſus nos a fra-
tre noſtro commiſſa ſunt. De hoc A-
poſt. in præſenti epiſtola orat, ut cha-
ritas noſtra magis, ac magis abundet
in omni ſcientia, & ſenſu, ut probe-
mus potiora, & ſimus ſinceri, ſine of-





fenſa, repleti fructu iuſtitiæ. Quid eſt A
hoc, niſi vt feramur ad perfectam pro
ximi dilectionem, ut in omnibus &
gaudeamus, & compatiamur proxi-
mis, & eorum vitia, atque defectus cũ
amoroſa patientia ſufferamus magno
pere cauentes ne ea grauiter, & amare
iudicemus, eo magis, quia plerumque
non ex habitu uitioſo, ſed uel ex infir
mitate, uel improuidẽtia, vel vt Diuꝰ
etiam Gregorius inquit ex diuina per
miſſione huiuſmodi fiũt, quo per hæc
humiliemur, & ad noſtri ipſorum no- B
titiam perueniamus. Vtrum autem ex
habitu uitioſo, uel ex accidenti iſta
fiant, ita cognoſcere licebit. Qui per
accidens peccant, mox ad ſe reddunt,
dureque ſeſe reprehendunt, & culpam
ſuam fatentur, cæterum qui ex habitu
vitioſo in ſua malitia perſiſtunt obſti
nati, & uitia ſua defendunt, tamquam
rite fecerint, nec ſeſe abnegant ullo
modo. Nos uero omnia iſta cum ani-
mi iucunditate ferre debemus, & in
ijs unuſquiſque probare poterit, ſi in C
charitate abundauerit, vel defecerit.
Si tamen uolumus cum animi alacri-
tate fratris onera portare, opus no-
ſtrum probemus, ſicut inquit Apoſto-
lus, nos ipſi peccata noſtra iudicemus,
ſic enim non ſolum ore, ſed & corde
ad dandam conſeruo ueniam facilio-
res erimus, ut ſic & noſtra Deus deli-
cta pænitus dimittat, gratia, & miſe-
ricordia Domini noſtri Ieſu Chriſti,
cui laus eſt, & gloria in ſęcula ſęculo-
rum. Amen. D

*De remiſſione peccatorum.*
*Sermo II.*

Sermo 78. VIA certiſſima eſt (Dile-
ctiſſimi fratres) vt a Deo
veniam conſequi poſſi-
mus, iniurijs proximo-
rum parcere, vt videre
licet in miſericordia illa abundanti,
& liberali, qua Dominus fuit vſus cũ
vidua illa, quia ipſa cum Elia eadem 3. Reg. 17.
vſa eſt miſericordia. Ita ſeruus iſte ma
lus, de quo in Euãgelio acriter fuit pu
nitus, quia nõ habuit miſericordiam.
Vnde applicans parabolam huic inten
to. Concludit Chriſtus, dicens. Sic fa-
ciet Pater meus cœleſtis vobis, ſi non
dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo ex
cordibus veſtris. Non dixit Pater no-
ſter, ſed Pater meus, quia non ſunt di-
gni iſti, quorum Deus Pater vocetur,
cum ita nequam ſint, vt homines odio
perſequantur: vnde duo hinc collige-
re debemus, vt & noſipſos peccantes
culpemus, quod eſt cõtra aliquos, qui
procaciter dixerunt quod poterat ho-
mo viuere in hoc ſęculo, ita quod ex
ſe poterat vitare peccata. Sed hoc prę
ter ſolum Chriſtum, & Beatam Virgi-
nem, de qua Auguſt. Cum de peccatis
agitur, nullam volo fieri mentionem,
alijs Sanctis nulli conceſſum eſt; quin
minus venialiter peccent. Hinc Ioan- 1. Ioan. 1.
nes inquit ſi dixerimus quoniam pec-
catum non habemus, ipſi nos ſeduxi-
mus, & veritas in nobis non eſt. Et Sa Prouer. 20.
lomon. Quis poteſt dicere. Mundum
eſt cor meum, mundus ſum a pecca-
to, q. d. Nullus. Alterum vero eſt, vt
aliorũ peccata dimittamus. Et ita hoc
poſtremum propter alterum facilius
reddit. Nam qui ſua peccata cogitat,
ad dandam conſeruo veniam non ore
tantum, ſed corde facilior eſt. Et hoc
eſt, quod dixit Dominus de cordibus
veſtris, vt omnem ſimulationem fictæ
pacis auerteret. Nam ſunt multi, qui
ore parcunt, intus autem execrãdum,
& peſtiferum odium ſeruant, cum oc-
caſio ſe obtulerit, oportunius vindictã
ſumant. In hoc cognoſcent omnes, ait
Chriſtus, quod diſcipuli mei eſtis, ſi di
lectionem adinuicem habueritis hu-
iuſmodi autem dignè videntur repre-
henſione mulieres, vtpote quæ neſciũt
quid ſit iniuriis parcere. Quid de Ieza-
bel dicit ſcriptura. Hæc faciant mihi 1. Reg. 19.
Dij, & hæc addant, ſi non poſuero &c. Mar. 6.

Quid de Herodiade. Quid de Olim- A
pia Alexandri matre, quæ mortuum
Cellarium effodi fecit, & omnia eius
membra lacerari, & eius cauſa fuit,
quia veneno Alexandrum potauit.
Quare vt facilius, & ex corde noſtris
debitorib. dimittamus, videamus quæ-
ſo quamplurima lucra, quæ inimici
noſtri conferunt, ſi illis dimiſerimus.
Quorum primũ eſt, quod ſi æquo ani-
mo inimicorum oppreſſiones tuleri-
mus, habebimus remiſſionem pecca-
torum. Vnde Dominus. Dimitte, & di- B
Luc. 6. mittemini. Et iterum. Si dimiſeritis,
dimittet vobis Pater cœleſtis. Hinc no
ta, quod quando non dimittimus, tunc
non dicit Pater noſter, ſed Pater meus,
vt hic habetur. Sed cũ locutus eſt eis,
qui dimittebant. Dixit Pater ueſter, di
Rom. 8. cens. Si dimiſeritis, dimittet &c. Quod
ſi pater, ergo filii, & hæredes. Si non fi-
lii, neque hæredes, & per conſequens
excluſi, & exterminati ſunt a gloria il
li, qui erga proximos miſericordiam
non habent. Et dicuntur peccata debi C
ta, quia Deo debemus illud, quod
ei auferimus de iure ſuo. Ius autẽ Dei
eſt, ut faciamus uolũtatem ſuam, præ-
ferendo illam uolũtati noſtræ, & hoc
eſt peccatum. Peccara ergo ſunt debi-
ta noſtra. Hæc ſunt debita illa, quibus
4. Reg. 4. rogauit mulier illa Sunnamitis, nec
habebat unde ſolueret, uolebat filios
ſuos vendere, ſed Eliſeus, ideſt Chri-
ſtus dedit oleum gratiæ, unde ſoluit,
miſericordiam in alios faciendo. Vn-
de Salomon. Relinque proximo tuo D
nocenti tibi, tunc deprecanti tibi pec-
catum ſoluetur. Et merito quidem ha
Eccle. 28. bebimus remiſſionem peccatorum;
nam ſi eleemoſyna extinguit pecca-
tum, iuxta illud. Conſilium meum ti-
Dan. 4. bi do ò Rex. Peccata tua eleemoſynis
redime, quãto magis extinguet remiſ-
ſio, ſeu venia inimici? Illa. n. ex arca
extrahit, hæc intus, & ab ipſis viſceri-
bus ex corde dimanat, & ideo coram
Deo pretioſior, & excellentior eſt.

Poterit etiam Deus facile prouidere
vt alius præter te eleemoſynam tri-
buat. Veniam vero illatæ tibi iniurię
nemo niſi tu poteris donare. Si ergo
non parcis, ſententiam aduerſum te
profers, iuxta illud. Dimitte nobis de-
bita noſtra, ſicut & nos dimittimus de
bitoribus noſtris. Nam iudicium fiet, Iac. 2.
ſine miſericordia illi, qui non facit mi
ſericordiam. Concludamus ergo, ꝙ
pons, quo ad Deum tranſituri ſumus,
vt veniam nobis condonet, miſericor
dia eſt, quam erga proximos habueri-
mus. Qui vero miſericordiam non fe-
cerit, ponte quo acceſſurus eſt ad Deũ,
fregit. Sedereq; poteſt iuxta oram flu-
uij, quia pontem fregit miſericordiæ,
& pietatis. Secundum bonum eſt pa-
tientia, & perſeuerantia laudabilis,
manifeſtiſſimum eſt exemplum Iob.
Qui cum tot oppreſſiones non homi-
num, ſed diaboli, quo nihil eſt perni-
tioſius patiẽter toleraſſet, non paruas
approbationis cauſas ei attulit. Tertiũ
manſuetudo, & humanitas, nam qui
neſcit aduerſus inimicos iraſci, multo
magis cum amicis erit commodior,
& qui procul ab ira tranquillo animo
viuit, is animi iucunditatem conſecu
tus eſt, nec vitam vanis doloribus con
ſumet, nam qui neſcit odiſſe, nec triſta
ri cognouit, ſed continere gaudens bo
nis ſuis perfruitur. Quare non medio-
cri ſupplicio nos afficimur, ſi alios o-
dio proſequimur: nam præterquam ꝙ
vitam doloribus continuis conſumi-
mus, eſt & aliud quod æterna beatitu-
dine carebimus. Vt enim diximus in
quinto præcepto noſtrarum deciſio-
num, cap. 71. De odio. Cum aliquis ve c. fi. de pœ-
niam, & miſericordiam a te poſcit, nit. diſt. 5.
teneris remittere illi rãcorem, & irã,
quas retines in corde tuo, iuxta dictũ
Auguſtini. Quod intellige, ſi rancor
ſit in uoluntate, quia de ſenſu non po
teſt ad libitũ expelli, ſicut nec amor.
Quare ſi non remittis, in nihilo offen
ſori noces. Lex enim non præcipit, ut
qui



qui tibi iniuriam fecit, parcas, ſed vt
ipſe veniam a te humilis poſtulet. Et
ad hoc ſolum ipſe tenetur. Quod ve-
ro tu parcas, vel non, hoc tibi incum-
bit. Et non minus quam de vita ſpiri-
tuali animæ tuæ agitur, quandoqui-
dem ſi non parcis ex toto corde, im-
poſſibile eſt, ut æterna fęlicitate frua-
ris, quare non ſis tibipſi crudelis, ſiqui
dem veniã tibi petere eſt medicamen
tum, quod animæ tuæ ordinatur, ne
igitur illud reijcias. Si enim non par-
cis, in Infernum abibis. Et offenſor cũ
petierit veniam, eſt in ſtatu ſaluatio-
nis, ſi dolore, & pœnitentia ſatisfece- B
rit. Exemplum tibi ſume huius ſerui,
cui Dominus decem millia talenta di
miſit, & quia non pepercit proximo,
grauiter punitus eſt. Accedit etiam ad
Si quis con hæc omnia, quod ſi remiſerimus iniu-
triſtatus. di rias nobis illatas, ideſt odium in cor-
ſtin. 91. de, quia ſatisfactionem iniuriæ non te
netur offenſus cõdonare, ipſis quoque
inimicis, etiam ſi dæmones eſſent, ve-
nerabiles erimus, Dei miſericordiam
nanciſcimur, & virtutum præmia ma-
iora conſequimur. Diligenter igitur C
ſtudeamus fratres, ne quẽquam odio
habeamus, ſi cupimus a Deo diligi, &
peccatorum remiſſionem conſequi,
quia ſi homo homini ſeruat iram, nõ
Eccl. 28. poteſt a Deo cõſequi medelam. Quod
ſi tibi arduum videtur, cogita Chriſtũ
tuum, tot iniurias patienter toleraſ-
ſe. Et tamen quid fecit. Pater dimitte
illis, quia neſciunt quid faciunt. Con-
ſidera (ſi tibi difficile vr̃ imitari Deũ)
Ioſeph, qui ad ſeruitutem vſque fra-
trũ iniuria traditus, beneficio ſuo ſpon D
te ipſos ſubleuauit. Imitare Moſen,
qui vel poſt mille iniurias pro popu-
lo deprecabatur. Imitare beatum Pau
lum, qui quamuis mille a Iudęis affli
ctiones pateretur, anathema tamẽ pro
ſalute ipſorũ eſſe volebat. Stephanũ,
qui dum peteretur lapidibus, orabat.
Hæc omnia cogitantes omne incen-
dium extinguamus, vt & noſtra Deus

delicta penitus remittat, gratia, & mi- A
ſericordia Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, cui gloria in ſęcula ſęculorum.
Amen.

## DOMINICA XXIII. POST Pente. ex Epiſt. Phil. 3.

*Sermo primus.*

IMITATORES mei Ser. 79.
eſtote, & obſeruate eos,
qui ita ambulant, ſicut
habetis formam noſtrã.
Hæc ſunt verba Apoſto-
li fratres. In quibus duo a nobis erunt
penſanda. Primum qualis debeat eſſe
vita prælati. Secundum, qualiter ſubdi
ti debeant eos imitari. Circa primum.
Inſtruens Apoſtolus Timotheum, qui 1. Tim. 4.
formam tenet prælati. Sic inquit. Præ-
cipe hæc, & doce nemo te contemnat.
In omnibus teipſum præbe exemplũ.
Ac ſi dicat. Si vis habere exactam vitã,
vt te verum exemplum alijs exhibeas,
ac ſubditi induci, & perſuaderi valeãt
ad te imitandũ, defende eos ſuffragio, C
planta verbo, paſce exemplo. Præcipe
ergo hæc, & doce. Ecce Doctrina. Ne
mo te contemnat. Ecce uita. In om-
nibus teipſum prębe. Ecce exemplũ,
& propter hoc dictum eſt ter Petro:
Paſce oues meas. Hinc comparatur
Prælatus militi propter ſubſidiũ, agri-
colæ propter verbum, paſtori propter
officium paſcendi bonis operibus. Aſ-
ſimilatur namque militi propter ſub-
ſidium. Hinc præcipit Apoſtolus Epi-
ſcopum non eſſe cupidum, ideſt pecu D 1. Tim. 3.
niarum amatorem, quia facile a iuſto
deuiaret. Vnde in perſona eorum in-
quit ſcrip. Non accipias perſonam, Deut. 16.
nec munera, quę munera excęcãt ocu-
los ſapiẽtuum, & mutant verba iuſto
rum, & Pſal. In quorum manibus ini- Pſ. 55.
quitates ſunt, dextera eorum repleta
eſt munerib. Huius figura eſt in Gen.
dum inquit. Ecce mille argenteos de-

Gen.20. di fratri tuo, hoc erit tibi in velamen
4.Re.25. oculorum tuorum. Sic Sedechias filius
Ioſiæ regis oculis dicitur orbatus; in
Reblata, quæ interpretatur multa, & ſi
gnificat diuitias. Sed heu hodie multi
reperiuntur, qui auaritiæ ſtudent. Vn-
Hiere.6. de Hierem inquit. A minore vſque ad
maiorem omnes auaritiæ ſtudent. Et à
propheta uſque ad ſacerdotem om-
nes faciunt dolum. Et Iſa Principes
tui infideles ſocij furum, omnes dili-
gunt munera, ſequſitur retributiones:
B Manus enim ſacerdotum modo inun
ctæ ſunt pice cupiditatis ad retinen-
dum, quæ deberent eſſe vnctę unctio-
ne largitatis ad largiendum, & ſi lar-
giuntur dant quandoque nepotibus,
& cognatis, vnde talis affectio adeo
eos excęcat, ut non videant quæ viden
da eſſent, quare hoc ſignificabat quod
Iud.16. habetur in libro Iudicum quod Phili
ſtei apprehendentes Samſonem dece-
ptum a Dalida, ei oculos eruerunt. Sā
ſon interpretatur ſol eorum, vel ocu-
C lus eorum, & ſignificat illū, qui alios
debet illuminare. Dalida interpreta-
tur Situla, & ſignificat carnem, vel af-
fectionem carnalem, quæ ſemper eſt
in ſiti continua. Philiſtei interpretant
accipientes, vel recentes, & ſignificant
nepotes, & cognatos, qui totum acci
piendo prælatum exhauriūt, & ad ac
cipiendum ſemper ſunt recentes: vn-
de cęcum reddunt, quia oculos men-
tis ei eruerunt. Aſſimilantur etiam
prælatus Agricolæ propter verbum.
D Vnde inquit Apoſt. oportet Epiſcopū
eſſe Doctorem. Hinc Hieronymus ſan-
cta ruſticitas ſolū ſibi prodeſt, & quan
tum ędificat ex uitæ merito eccleſiam
Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus
non reſiſtat. Et alibi. Sacerdos ſi de
lege interrogetur, doceat, reſiſtentes
conuincat, alioquin ſibi fruſtra iactat
dignitatem, cuius non exhibet opera-
tionem. oportet etiam eum eſſe pru-
dentem, vigilem, & circumſpe-
ctum, ideſt mille habentem oculos, &

A acute videntem ſubditorum infra ſe
poſitorum mores, & vitam. Vnde uigi-
lare oportet non ſolum pro ſe, ſed
etiam pro alijs, & ſicut ducem exerci Prou.6.
tus die, ac nocte circumire. Vnde Salo
mon. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum
tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis,
neque dormitent palpebræ tuæ. Et Io. Apoc.4.
Animalia plena oculis ante, & retro,
Debet etiam uti maxima prudentia,
ut palmites ſuperfluos, ideſt malos
mores reſecet. Hinc prælatus Vinitor
B appellatur. Non tamen illos ſimul, &
in ictu oculo debet prælatus expelle-
re, & exterminare, ſic enim eſſet ar-
cum adeo flectere, & intendere ut po
tius frangat; ſed ſufficit illos paulatim
expellere. Et ad hoc multum pruden-
tia praſtat. Ita legitur apud Lucam;
quod Ieſus erat eijciens dœmonium,
non autem dicit Ieſum eieciſſe dæmo Luc.11.
nium: nam quamuis virtus diuina in
inſtanti operetur, uoluit tamen paula
tim eijcere; vt oſtendat malos mores
C paulatim eſſe expellendos, & non ra-
ptim in ictu oculi. Vtatur etiam pru-
dentia prælatus, ut quandoque ſuaui-
tatem, nonnumquam auſteritatem
certis, proprijsque temporibus ha-
beat: nam fragilibus, pauperibus, pec
catoribuſque contritis, & humilibus
ſuauitatem præbeat, eos pie, & comi-
ter ſuſcipiens, ſeque humilem, & du-
cem illis præbens. Superbis vero, &
potentibus aſperum, & ſeuerum ſe
exhibeat. Vnde Heli ſacerdos ideo ſa- 1.Re.4.
D cerdotio fuit priuatus, & infelici mor
te interijt ob ſuam nimiam teneritudi
nem. Oportet etiam prælatus ut non
ſe extollat, ſed uacet humilitati. Hinc
Eccl. Rectorem, te poſuerunt, noli ex- Eccli.32.
tolli, eſto in illis, quaſi vnus ex illis.
Et Petr. Apoſt. inquit. Neque ut domi- 1.pe.3.
nantes in clero. Vbi notatur uirtus hu
militatis. Sed forma facti gregis ex
animo. Sed hoc præceptum Apoſtoli
hodie multi prælatorum tranſgrediū-
tur, qui ~~plus ſe~~ erigunt quam poſſint.

V.t.



Iſa.16. Vt ualdè bene eis competat illud. Au-
diuimus ſuperbiam Moab. ideſt prę-
latorum, ſuperbus eſt ualde. Superbiā,
& arrogantiam, & ſublimitatem cor-
dis eius ego ſcio, ait Dominus, iactan-
tiam, & arrogantiam eius, eo quod
Numeri. non ſit iuxta eam virtus. Vnde alibi
16. legitur. Multum erigimini filii Leui.
Poſtremo præter illa quę ſupra dixi-
mus Ser. 42. debet prælatus eſſe ſubdi
tis forma uiuendi, ut ad eius aſpectū
alii minores informentur, & conci-
Gen.30. piant fętus ſimiles. Sicut ad virgam B
Iacob concipiebantur oues. Sic
Chriſtus coram diſcipulis ſtatuit in-
fantem, ut cernerent diſcipuli humi-
litatis exemplum, quod ſequi debe-
rent. Docens magis mouere facta, quā
uerba. Et inſtruens pręlatos non tan-
tum verbo, ſed & uita docere ſubdi-
tos. Sic fuerunt Antiqui pręlati, qui
non cauſa dominandi, ſed cauſa
laborandi verbo, ſubſidio, & exem-
plo pręlaturas habuerunt. Secundum
quod docet Apoſt. Si quis epiſcopatū C
1.Tim.3. deſiderat, bonum opus deſiderat. Vn-
de eo tempore quo plebibus quiſque
pręerat, prius ad martyrij tormēta du
cebatur. Tunc ergo laudabile erat epi-
ſcopatum quęrere, quando per hunc
quemquam dubium non erat ad ſup-
plicia maiora peruernire. Igitur non
eſt quęrenda prętatura, ſed humilitas,
& paupertas, & recta uia, vt ſic poſ-
ſint prælati interdicere pro ſuo gre-
ge: debent enim ſe gerere pro muro
pro ouibus ſibi commiſſis, illas defen- D
dendo a leonibus, ideſt dęmonibus, a
Ezec.24. Lupis, ideſt tyrannis, & ab urſis, ideſt
hęreticis. Hinc dicitur. Pro eo, quod fa
cti ſunt greges in rapinam, & oues
meæ in deuorationem omnium be-
ſtiarum. Et poſt liberabo gregem
Io.1. meum. Et alibi. Non peribunt in ęter-
num. Debent etiam ſe gerere pro mu
ro coram Deo, intercedendo pro gre-
ge ſibi commiſſo, ut Deus nō deſtruat
Leui.5. populum. Vnde Dn̄us Moſi. Pro ani-

A ma, quæ præcauerit Dei cerimonias,
oret ſacerdos. Et hoc feciſſe Moſes ſcri
ptura commemoret, ſed paucos nunc
Moſes habet in eccleſia qui uidentes
Deum iratum contra populum ſuum Exo.32.
intercedant apud Deum. Dicentes. Di
mite eis hanc noxam, aut dele me de
libro vitæ. Sed nunc Prælati aliqui,
quos pro muro contra Dei iram op-
ponere ſe oportebat ad defendendum
oues peccantes, abſentes ſunt, & deli-
tiis uacant, de quibus conqueritur
B Dominus per Hieremiam, Quis eſt
paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Audi
quid tibi dicat Dominus. O Paſtor &
idolum dereliuquens gregem. Ido-
lo eſt ſimilis, qui more idoli ſe
habet, manus habent, & non pal-
pant. Oculos habent, & non uident,
ſic iſti oculos habent ad videndam ege
ſtatem proximi, & non ſubueniunt,
habent pedes, ut in eius adiutorium
procedant, & ceſſant, habent manus ad
largiēdam eleemoſynam, & illas pau
C peri non extendunt. Imo paſci uolūt.
Sed uelut idola adorari cupiunt, & ut
omnes genu flectant. Imo non ſolum
ſunt idoli, quia hoc minus malum eſ-
ſet, quia idolum licet nullum bonum
faciat, tamen nihil mali agit, ſed pluri
mi Prælati ſunt, ſicut ſerpentes, qui
non tantum bonum non faciunt, im-
mo deuorant carnes ſubditorum. Im-
mo ut lupi dilacerant gregem excom
municationibus, cenſuris, dilaceran-
tes pauperes agricolas. Vtinam Deus Pſalm. 77.
D reſpiciat vineam iſtam, quam planta-
uit dextera eius, ſed de ijs ſatis. Hæc
ſunt fratres pauca de multis, quæ Præ
latis neceſſaria ſunt, modo ſupereſt ut
paucis me expediam circa ea, quę o-
portet facere ſubditum. Vnde audiat
Apoſtolum dicentem. Obedite præpo Hebr.13.
ſitis ueſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim
peruigilant quaſi rationem pro anima
bus veſtris reddituri, in quibus uerbis
vult Apoſtolus, ut noſtris Prælatis de-
beamus obedientiam, ipſorum man 1.Reg.15.
data.

data implendo.iuxta illud . Melior eſt A
obedientia,quam victima . Item reue
rentiam,ut eos honoremus tamquam
patres,& ipſorum diſciplinam,& cor-
Rom.13. reptiones toleremus.Nam qui poteſta
ti reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et
Eph.6. Apoſt. fili obedite parentibus veſtris
per omnia,ideſt Prelatis, qui ſecūdum
Deum nos genuerunt. Et dicit per om
nia , ideſt in omnibus, modo non ſit
Matth. 23. contra Deum,etiam ſi mali ſint Præla-
ti . Hinc Dominus .Super cathedram B
Moyſi ſederunt Scribe,& Phariſæi,om
nia ergo quæcunque dixerint uobis fa
cire, ſecundum uero opera eorum no
1.Pet.2. lite facere.Vbi innuit etiam malis Pre
latis eſſe obediendum. iuxta illud. Ser
ui ſubditi eſtote non tantum bonis, &
modeſtis, ſed etiam diſcholis. Quare
autem eſt eis obediendum , ſubdit A-
Luc. 2. poſt.quia ipſi peruigilant ſuper gregē
ſibi commiſſum. Vnde habetur in Euā
gelio,quod paſtores,per quos deſignā
tur Prælati erant uigilantes, & cuſto- C
dientes vigilias noctis ſuper gregem
ſuum,quia dum dormiunt homines ,
inimicus homo ſuperſeminat zizaniā
in medio tritici. Cum ergo teneantur
Prelati perfecte uigilari ſuper ſuum
gregem , prædicando , bonum exem-
plum præbendo , & exteriora pro ut
poſſunt prouidendo,alias rationē red-
dituri ſunt pro animabus ſubditorū ,
quod quidem maximum periculum
3.Reg. 20. eſt,cum vix pro ſe quiſq; ſufficiat. iux.
illud. Cuſtodi uirum iſtum, qui ſi lap- D
ſus fuerit, erit anima tua pro anima
illius,ideo debemus quod in nobis eſt
facere, ſcilicet obedientiam, & reue-
rentiam preſtare, ut prælati cum gau-
dio labores ſuſtineant ſecundum il-
lud . Maiorem horum non habeo gra-
tiam, quam ut audiam filios meos in
Hierem. 9. ueritate ambulare, & non cum gemi-
tu,nobis compatiendo.iux.illud.Quis
dabit capiti meo aquā, & oculis meis
fontem lacrymarum , & plorabo die
ac nocte interfectos filiæ populi mei.

Et Iſaias. Ecce uidentes clamabunt fo Iſai. 33.
ris , angeli pacis , ideſt Prælati amare
flebunt uidentes per noſtram inobe-
dientiam non conſequi fructum æter-
næ hæreditatis.

*Alius ſermo. De vero Pa-
ſtore. XLI.*

*Item de qualitatibus prælato rum.
Sermo XLII.*

SERMO II. SVPER EADEM
Dominica ſuper Euangelium.

*Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari ;
& quæ ſunt Dei Deo.*

Sermo 80.

QVEMADMODVM
natura in ſuis actionib9
ab imperfectiori ad per
fectius procedit, ſicut
eſt videre in hominis ge
neratione . Nā prius eſt corpus homi-
nis ſub forma embryonis , & deinde
ſub forma corporis organica,ac per-
fectiori,& deinde ſub forma hominis,
& ſic etiam gradatim a pueritia pro-
cedit vſque ad virilitatem, quo etiam
ordine arbores,& plantæ ab imperfe-
ctiori vſque ad ſtatū perfectionis pro-
cedunt. Ita etiam ordo iſte ſeruandus
eſt in ſpiritualibus,vt ex minimis pau
latim ad maiora creſcamus.Hinc pri9
agēdum eſt de corporis mortificatio-
ne, & de vita actiua,quam de vita con Gen 29.
templatiua. Prius enim Iacob accepit
vxorem Liam,quàm Rachelem . Hinc
Dominus noſter prius docet, quæ ſunt
Ceſaris Ceſari reddenda , deinde quæ
Dei,Deo.Quia non poteſt quis eſſe Do
mini,niſi prius renūtiauerit , que ſunt
mundi . Sed omnes renuntiamus ver-
bo,at non opere. O quàm grauia uin-
cula Deo promittere , & non ſoluere.
Maior eſt contractus fidei,quàm pecu
niæ. Relinque prius temporalia mun-
di ,



di,ut poſſis Deo vacare. Non apparuit A
Exod.3. Dominus Moſi , vſque dum exiuit de
Aegypto . Sic nec tu frui poteris diui-
nis conſolationibus , niſi prius terre-
nas has deſpicias . Sed aduerte , quia
non dixit. Date, ſed reddite,quia dare
eſt donare,vel ſponte dare, reddere au-
tem eſt ſoluere quod accepit . Vnde
cum quis ſoluit debitum,dicitur illud
reddere , quia nullum debitum cauſa-
tur,niſi ex accepto . Deo namque ali-
quid debemus, quia ab eo ſuſcepimus
omne bonum.Principibus vero debe- B
mus tributum , quia ab eo recipimus
defenſionem, pacem, & tranquillita-
tem . Vnde propter hanc obligationē
potius dixit. Reddite,quàm Date.Nec
dicit . Reddite Cæſari , quæ petit , ſed
reddite,quæ illius ſunt,vt inſtruat ſub-
ditos non debere illi obedire, quotie-
ſcunque aliquid petierit quod non eſ-
ſet ſuum, ſed contra Deum , quia tunc
oportet magis Deo obedire,quàm ho-
minibus . Sed cum Ceſar hoc in loco
varijs modis capi poſſit, videlicet pro C
diabolo,pro mundo. Ideo diſcutiendū
eſt,quod reddere debemus diabolo , &
quid mundo.Vt ſic poſtea iuxta dictum
Saluatoris reddamus , quæ ſunt Dei
Deo.Diabolo igitur reddēda ſunt tria .
Odium non quo ad naturam cum ſit
bona,& a Deo creata, ſed circa culpā,
Pſal.138. iuxta illud. Perfecto odio oderā illos .
Rurſum,reſiſtentia,& repugnatio con-
tra fortes tentationes : nam ſtadium
eſt hæc vita mortalibus , & varijs inſi-
dijs callidus hoſtis impugnat , præci- D
puè eos,qui mundū relinquunt . Hinc
1.Reg. 15. reſiſtens Amalech Iſraeli aſcendēti ab
Aegypto deſignat diaboli impugna-
tiones, quæ vexant mūdum relinquen
tes , quare ijs impugnationibus debe-
1.Iac. 4. tur reſiſtentia, iuxta illud Iacobi. Re-
ſiſtite autem diabolo , & fugiet a uo-
1.Pet.5. bis . Sic enim vincitur . Vnde Petrus:
1. Cor.6. Cui reſiſtite fortes in fide . Sicut econ-
Eccleſ. 21 uerſo fugiendo, vincitur Venus . Vnde
Eccleſ. 25 Apoſt. Fugite inquit fornicationem.

Et alibi . A facie colubri fuge pecca- Eph. 6.
tum . Et iterum . Commorari Leo-
ni , & Draconi placebit magis quam
habitare cum muliere nequam . Hinc
Sampſon Leone fortior, ſaxo durior ,
qui vnus, & nudus mille perſecutus eſt
armatos,Dalidæ molleſcit amplexib.
Debetur poſtremo diabolo pugna,cū
non ſit nobis colluctatio tantum ad-
uerſus carnem,& ſanguinem, ſed con
tra dæmones pro cœleſtibus . Mundo
vero reddere debemus deteſtationem.
Hinc Gregor. Contemnendus eſt hic B
mundus, etiam ſi rebus proſperis ani-
mum demulcet , nunc autem quia tot
calamitatibus premit , quid aliud niſi
vt contemnatur clamat ? Et ratio eſt , 1.Ioan.5.
quia totus mundus in maligno poſi-
tus eſt, & mundus tranſit, & concupi-
ſcentia eius . Hinc monet Ioannes , ut
non diligamus mundū, neque ea, quæ
ſunt in mundo . Rurſum Deo redden- 1.Ioan. 2.
da ſunt, quæ ſunt Dei, ideſt corpus, &
anima . Corpori reddenda ſunt tria .
Cibaria , caſtigatio , & opus . Cibaria C
cum diſcretione . Vnde Apoſt. Ratio- Rom.12.
nabile inquit eſſe debere obſequium
noſtrum, quod eſt contra indiſcretè ſe
macerantes . De ijs dicitur . Equos eo- Ioſu. 11.
rum ſubneruabitis . Ad quod ſignifi-
candum dicitur, quod Chananæus re-
manſit tributarius, & nō fuit occiſus .
Per Chananæum , qui interpretatur in
motu, ſignificatur caro , quæ motibus
plena eſt , vnde Salomon . Non lædas Eccleſ. 7.
ſeruum in veritate operantem . Sic a-
gricola volens agrum vicibus exerce- D
re, diuerſa alternat ſemina , ita nos a-
grum noſtrum , ideſt corpus exercere
debemus modo alimonijs mediocri-
bus,nunc ieiunijs parcioribus , nunc
lectione,opere, prece , ut mutatio la-
boris induciæ ſint quietis . Hinc in
Cant. habetur . Manus tuæ diſtilla-
uerunt myrrham , & digiti tui pleni-
ſunt myrra probatiſſima.Quid per ma
nus (inquit Gregorius) intelliguntur ,
niſi operationes uirtuoſæ, ſed per digi
tos

tos diſcretio ſignificatur, ergo tunc A
manus diſtillant myrram, quando ca-
ro uirtuoſis operibus caſtigatur. Sed
digiti pleni ſunt myrra probatiſſima,
quando caro plene probata eſt, quæ fie
ri debet cum diſcretione. Rurſum cõ-
ſcientiæ debitores ſumus in diſcuſſio-
ne. iuxta illud Apo. Probet autem ſe-
ipſum homo, ideſt totũ, cogitationes,
verba, vel opera, uel ſeipſum, & non
alios. Item poſt diſcuſſionẽ debemus
mundationem per contritionem, quæ
habere debet propoſitum adiunctum B
confitendi, & ſatisfaciendi, ſecundum
Pſal. 6. illud. Pſalm. Lauabo per ſingulas no-
ctes, ideſt peccata mortalia lectum
meum, ideſt conſcientiam meam, im-
mo, vt conſcientia verè pulchra, & mũ
da ſit, iuxta illud. Tota pulchra es ami
ca mea, oportet poſt mundationem
ad inſtar puri linthei torqueri per ope
Cant. 4. ra pęnitentiæ. Vnde Apoſtol. Caſtigo
1. Corin. 9. corpus meum, reprimendo illicitos
motus per ieiunia, & orationes. Vnde
Pſal. 72. Pſal. Et caſtigatio mea in matutinis, C
ideſt ſurgendo ad matutinas. Tandem
debemus ſiccari per feruentem Dei
amorem a carnalium deſideriorum
amore, & hanc conſcientiam debe-
mus reddere Deo, ſi prius (vt diximus)
exuamus veterem hominem, tunc.n.
fiet, ut in die iudicij reddamus quæ
Dei ſunt, ideſt corpus, & animam im-
maculatam, & eo tẽpore, quando ma-
nifeſtari oportet omnes ante tribunal
Chriſti, uidebit Deus cuius eſt ſuper-
ſcriptio, ſi inuenerit Cæſaris, væ nobis, D
quia ligatis manibus, & pedibus de-
trudemur in infernum. Si Dei. O uerè
nos fęlices. Igitur fratres operemur
bonum, dum tempus habemus, vt
hanc Dei ſuperſcriptionem, & imagi-
nem, quæ eſt anima cuſtodiamus in no
bis. Vt ait Ber. O anima imagine Dei
inſignita. Non enim vilipendenda eſt,
Dignitates Animæ. ſi largitas ſibi a Deo conſideremus di
gnitates. Cuius prima eſt, quia ad ima
ginem Dei creata eſt. Hinc dicit Scrip.
A Faciamus hominem ad imaginem, & Gen. 1.
ſimilitudinem noſtram, non Angeli,
vel Archangeli, ſed ſolius Dei. Secun
da, quia quicquid habet corpus, forti-
tudinem, pulchritudinem, loquelam,
habet ab anima, quod manifeſtum eſt,
ſi animam a corpóre ſeparatam conſi
deremus, quia tunc corpus uile cada-
uer efficitur. Vnde Ber. O corpus quã Gen. 1.
nobilem hoſpitem habes, a quo omnia
habes. Tertia eſt, quia omnem præcel-
lit creaturam corpoream, hinc omnia
B ſubiecit ſub pedibus eius. Vnde habe-
tur in Gen. Dominamini piſcib. ma-
ris, & volatilibus cœli, &c. Et omnis
creatura homini ſeruit. Cœlum per
ſuum motum. Sol cauſando diem, Lu-
na illuminando noctem. Ignis tem-
perando aeris frigiditatem. Aer ignis
calliditatem. Aqua mitigando ſitis ar
dorem. Terra ſua ſoliditate ſuſtentan-
do, ſua fęcunditate recreando, ſua a-
menitate delectando, & ſic de ſingulis
Poſtremo adeo anima cunctas creatu
C ras corporeas excellit, quod ſi infiniti
eſſent mundi, Chriſtus non effudiſſet
vnam guttam ſanguinis ſui ſicut totã
effudit pro anima. Quarta, quia Ange-
los Chriſtus ad eius cuſtodiam depu-
tauit, creaturum ita nobiſſimam. Vn-
de Bern. Magna dignitas animarum,
vt vnamquemque ab ortu natiuitatis
in ſuam cuſtodiam habeat angelum,
qui eam cuſtodiat in omnib. uijs ſuis
deinde perducat ad vitam æternã qua-
re ait Pſal. In manibus portabunt te. Pſal. 90.
D Et Lucas. de mendico. Vt portaretur
ab Angelis. Quinta, quia magnis labo Luc. 16.
ribus quæſiuit, & magno precio emit.
Scilicet ſanguine ſuo, & illam ſuo cor 1. Cor. 6.
pore cibat, & ſanguine potat. Vnde
Ioan. Caro mea vere eſt cibus, & ſan- Ioan. 6
guis meus, verè eſt potus. Quid potuit
magis dare quam ſeipſum. Sexta, quia
illam ſibi elegit in ſui habitaculum.
Hinc Apoſt. Templum Dei ſanctum
eſt, quod eſtis uos. Septima. Nam ni- 3. Cor. 1.
hil eam implere poteſt, quum ſolus
Deus,



Deus, qui eſt animæ ſponſus. Vnde
Ber. Ad imaginem facta eſt anima ra-
tionalis, cæteris omnibus occupari,
ſed impleri non poteſt. Capax enim
Dei eſt, & quicquid Deo minus eſt, eã
non implebit. Octaua, quia ordinata
eſt ad æternam beatitudinem, ut no-
uẽ choris Angelorũ aſſociari debeat,
& cum Angelis, & Sanctis Dei æterna
liter contemplari. Vnde Aug. Nobilis
creatura eſt anima, quæ ad fruendam
uiſionem Dei creata eſt, quare cũ tan-
ta ſit dignitas animæ, maxima cura
cuſtodienda eſt, ut inquit Scrip. Cuſto
di temetipſum, & animam tuam ſolli
cite ſerua, ut ſic in die iudicij inuenia
tur Dei ſuperſcriptio, & ſecuri expe-
ctemus, ut inquit Apoſt. in præſenti
Epiſtola Saluatorem noſtrum Ieſum
Chriſtum, qui reformabit corpus hu-
militatis noſtræ configuratum corpo
ri claritatis ſuæ. Amen.

## DOMINICA XXIIII. POST Pentecoſten. Ex Euang.

Vide Ser. XXXIIII. Et XXXV.

## IN FESTO OMNIVM Sanctorum.

### *Sermo I.*

Sermo 81. NVLLI Dubium eſt, ꝙ
ſi quis Sermonem Do-
mini noſtri Ieſu Chri-
ſti, quem locutus eſt in
monte, piè, ſobrièque
conſiderare voluerit, in eo perfectum
uitæ Chriſtianæ modum inuenerit.
Huius igitur Sermonis initium ſic ſu-
mitur. Cum vidiſſet Ieſus turbas mul
tas, acceſſit in montem, uitans multi-
Oſe. 11. tudinem. Vnde per Prophetam. In me
dio tui Sanctus, & non ingrediar Ci-
uitatem. Sic prædicator debetur aſcen
dere in altitudinem uirtutum. Nam
in altitudine ſpiritualium uirtutum
A conſiſtere debet, qui myſteria Dei do-
cet. Hinc Iſa. Super montem excel- Iſa. 40.
ſum aſcende tu, qui Euãgelizas Sion.
Et Chryſoſt. Qui corporalibus actibus
adhuc inhæret, aliorum vitam ſpiritua
liter neceſſe eſt, erubeſcat. Sic Moſes Exo. 19.
aſcendit in montem, ut legem daret
populo, Item in montem, ideſt Eccle- Pſal. 65.
ſiã, vt per Proph. Mons Dei mons pin-
guis, ut oſtenderet ibi eſſe myſteria ve
ritatis, quia in aliis montibus, ut hæ-
reticorum, de quibus per Prophetam.
B Vt quid ſuſpicamini montes coagula-
tos, myſteria traduntur expugnantia
veritatem. Et cum ſediſſet. Quid eius
ſeſſio, niſi Chriſti humilitas? vnde pſal. Pſal. 13.
Tu cognouiſti ſeſſionem meam. Sedit,
vt eum, quẽ nec quidem Angeli ſtan-
tem attingere poterant, etiam publi-
cani, & peccatores accederent. Sedit,
tãquam magiſter. nam ſecundum Au-
guſt. Sedere pertinet ad dignitatẽ ma-
giſtri. Et notandum quod quando Do
minus prædicat turbis, ſtetit. Vnde Luc. 6.
C Euang. Deſcendens Ieſus de monte,
ſtetit in loco campeſtri. Sed quando
diſcipulis. Sedit. Hinc inoleuit cõſue
tudo, quod prædicatur turbis ſtando,
religioſis ſedendo. Sedit, vt innuat ꝙ
ad ſtudium diuinæ ſapientiæ requiri-
tur quies, non tantum corporis, ſed &
animi. Et aperiens os ſuum quaſi ma
gna dicturus, ſic aperuit Iob os ſuum, Iob. 3.
quaſi digna auditu dicturus. Sic ſubli-
mia præcepta Domino in monte dictu
ro, & profunda myſteria Sacræ ſcriptu
D ræ reſeruaturo præmittitur. Aperiens
os ſuum dixit, quamuis illic & hoc ac
cipi debeat, quia tunc, os ſuum in præ
ceptis aperuit, in quibus dudum ape-
ruerat ora prophetarum, igitur in oris
apertione notatur profunditas dicen
dorum, apertio doctrinæ, reſeratio ſe
cretorum. Vnde per Eccl. Aperti ſunt Ecc. 44.
theſauri, & euolauerunt nobile, ideſt
ſecreta aperta ſunt. Item notatur lon-
gitudo ſermonis, exemplum inſtru-
ctionis. Dicit ergo. Beati pauperes re-
Pars Secunda. P bus,

bus,& ſpiritu rebus,per omnimodam
abdicationem, vt Apoſtoli,& hæc di-
citur paupertas Spiritu,ideſt uolunta-
ria,amata & electa. Vñ gl.ſpiritu,i.uo-
lũtate. Iſtorum pauperũ eſt regnũ cœ
lorum,titulo emptionis ex precio iã
ſoluto Vnde Dominus, omnis,q̃ reli-
querit domũ &c.Cẽtuplũ accipiet, &
uitam ęternam poſſidebit.Hic eſt the-
ſaurus precioſiſſimus,quo ſapientiſſi-
mus Mercator Ieſus Chriſtus regnum
cœlorum venialiter expoſuit. Vel Bea
ti Pauperes ſpititu per uoluntatis pro
prie abiectionem, & ſenſus ſingularis
depoſitionem. Hæc eſt uera pauper-
tas,q̃ neq; linguã,neq; oculos,neq; pe
des,neque ſenſum, neq; uoluntatẽ ha-
bent,& ideo ſunt beati.Nam ut inquit
Grego. Qui nihil habet in mundo,
quod diligit,nihil eſt in mundo,quod
pertimeſcat. Et ideo nihil eſt ei mole-
ſtum tales ſunt vere monachi, & bea-
ti, qui quodammodo habent dotes
animæ, & corporis. Sunt enim agiles
per obedientiæ promptitudinem, de
qua dicit Aug.Verus obediens manda
tum non procraſtinat. Item ſunt ſubti
les per dignitatum, & honorum abre-
nuntiationem. Item ſunt lucidi per
mundanæ curę depoſitionem,quæ ni-
grum facit vel ſunt lucidi per bonam
opinionem, ſunt etiam impaſſibiles,
quia non ſentiunt dolorem pro amiſ-
ſione mobilium, vel immobiliũ, nec
ẽt carnalium amicorum. Vnde Greg.
Qui non in mundo habet quod dili-
git,nihil eſt in mundo,quod pertime-
ſcat.Habet etiam arras animæ, lucem
ſcilicet in rationali, pacem in iraſcibi
li,ſaturitatem in concupiſcibili. Iſto-
rum igitur & regnum Dei.Et merito,
quia regnum mundi contempſerunt.
Vel Beati pauperes, quia interius per
auaritiam non uruntur, exterius per
controuerſiam non læduntur, ſed ſu-
perius per deſiderium eriguntur. Vel
Beati pauperes ſpiritu, ideſt ſuperbia
qui ſunt humiles, & animi reputatio-

A ne,& uoluntate.Paupertas ergo ſpiri-
tus eſt ſancta timoratio,ſiue deficien-
tia de ſeipſo, quæ ex timore procedit;
quia quanto quis in ſeipſo diffidit, &
inſufficientem ſe æſtimat, tanto ma-
gis in Deo confidit.Et ita ſui diffiden-
tia eſt primus gradus aſcendendi in
cœlum.Vnde ſcript.Beatus homo,qui Pro.28
ſemper eſt pauidus.Et iterum.In timo Prou.14.
re Domini fiducia fortitudinis. Et pſ.
Beatus vir,qui timet Dominum. Dici-
tur ẽt paupertas alio modo ipſa vir-
B tus humilitatis,vnde pauperes ſpiritu
ſunt humiles, & talibus conuenit re-
gnum Dei,quia humilem ſpiritum ſu Prou.29.
ſcipiet gloria. Et ſunt capaces Dei,q̃
eſt pleniſſima Beatitudo,quia plenitu-
do nihil recipit, niſi quod nihil eſt, i.
humiles,qui pro nihilo reputant̃.Ideo
ſuperbia, quæ ſui reputatione aliquid
eſt,cœlo non potuit capi, quia illud
iam impleuerat gloria Domini. Nec
in terra locum inuenit, quia illam
etiã impleuerat gloria Domini, quia
C cœlum, & terram ego impleo, dicit
Dominus.Tantum igitur infernus lo- Hiere.23.
cus ſuperbiæ eſt. Vnde Iſa. dicit de ſu- Iſa.14.
perbo lucifero.Detracta eſt ad inferos
ſuperbia tua.Huic ergo paupertati, vt
concludamus, quæ conſiſtit in animi
humiliatione, in rerum abdicatione,
& in ſubiectione redditur regnum cę
lorum: iuſtum eſt enim vt qui terram
propter Deum deſerit, habeat cęlum,
& qui ſe humiliat in terra, ſublimetur
in cœlo. Hanc paupertatem ſpiritus
D operatur in nobis donum timoris, q̃
illa petitione dominica impetratur.
Sed libera nos a malo, & exſufflatur
ſpiritus ſuperbiæ.Sequitur. Beati mi-
tes. Mititas, & rabies oppoſita ſunt.
Sed conſtat quod rabies in corde hu-
mano miſeria eſt, ergo mititas beati-
tudo. Mitis eſt, qui non iraſcitur, nec
cauſa iuſta,neque iniuſta. Sed omnia
quadam ſerena facie ſuffert. Qui lapi-
des iniuriarum,detractionum, & con-
tumeliarum leuiter amplexatur, & ſi-

ne



ne læſione recipit. Hęc mititas eſt ar- A
matura fortiſſima, quæ nec ledi, nec
vulnerari patitur deferentem. Hęc eſt
virtus,quę propriè facit hominem ſui
Dominum, & poſſeſſorem ſeipſum.
Hęc eſt, quę liberat ab omni pertur-
bationis incurſu.Vnde recte beatus eſt
quia verè beatus eſt,qui ab omni ma-
lo liber eſt. Per terram intelligitur
glorificatio corporis ſui, configuratũ
corpori claritatis Chriſti, vel poſſide-
bunt terram,quia per mititatem poſ-
ſidemus corpus, vt ſpiritui ſubdatur, B
vel poſſidemus terram, ideſt omnia
terrena deſpiciendo. Et tandem poſſi-
debimus terram viuentium, de qua
Proph. Credo videre bona Domini
in terra uiuentium & Aug.Nullius erit
Deus poſſeſſio, niſi illius quem ipſe
poſſederit.Mitis autem ipſe quiete, &
pacifice poſſidet idque lege uiciſſitudi
nis Dominum poſſidebunt, & habita
tionem terrę viuentium. De qua Hie-
re. Induxi uos in terram carmeli, ut
Hiere.11. comederetis fructus eius. Adaptatur C
autem hęc uirtus ſpiritui pietatis, ſi-
cut,ſuum contrariũ Rabies crudelita
ti.Et aptatur illi petitioni. Et ne nos
inducas in tentationẽ,ideſt. Da nobis
ſpiritum pietatis, per quam vitemus
tentationes,& ſic erimus mites. Et dif
fert inter ſe mititas, & manſuetudo,
nam mites ſunt, qui nulla furoris ac-
cenſione turbantur, ſed in animi leni-
tate iugiter perſeuerant. Manſueti au
tem dicuntur, quaſi manu conſueti,
hoc eſt tolerantes iniurias, non red- D
dentes malum pro malo.Et ſ̃m hoc mi
tis in affectu,& mãſuetus in effectu ſo
nat. Commendatur autẽ hęc virtus in
multis. Et primo quia humilitatis Do
minus hanc ſibi ſpecialiter retinuit,
Diſcite inquit a me,quia mitis ſum,&
Matt.11. humilis corde. Secundo, quia placet
Eccl. 1. Deo. Vnde Eccl. Beneplacitum, eſt
Deo fides,& manſuetudo. Tertio,quia
Eccl.3. facit hominem diligi. Vnde idem,fili
in manſuetudine opera tua perfice,&

A ſuper hominum gloriam diligeris.
Quarto,quoniam ipſa eſt uia, & prę-
paratio ad ſuſcipiẽdũ verbũ Dei.Hinc
Iacobus in manſuetudine ſuſcipe in- Iac.1.
ſitum uerbum, quod poteſt ſaluare
animas veſtras. Quinto, quia de hoc
ſingulariter laudatur Moſes. Erat Mo Num.12.
ſes mitiſſimus omnium hominum,
qui in terra morabantur, & de Beata
Virg. in Hymno. Virgo inter omnes
mitis.Sexto,quia facit illud, cuius eſt
facere ſanctum.In fide, & lenitate ſan Eccl. 45.
B ctum fecit illũ. Septimo, quia hęredi-
tas terræ ei promittitur.Vnde Pſ.Man Pſ.36.
ſueti ãt hæreditabunt terrã.Octauo
q̃a dignitas,q̃ ſuperbis auferẽ,mitibus
cõfertur.Vnde Proph.Sedes ducum ſu Eccl. 10.
perborum deſtruxit Dominus, & ſe-
dere fecit mites pro eis. In hac etiam
beatitudine nota quod plus promitti-
tur,quam in prima.Nam plus eſt poſ-
ſidere,quam habere:poſſunt enim eſ-
ſe aliqua noſtra ad tempus,& momẽ
tanee, non tamen poſſidemus. Beati
C qui lugent. Poſt manſuetudinem re-
cte ſequitur donum luctus. Homo .n.
uacans,& vides ſe, quid aliud habere
poteſt, quam lugere ſeipſum cum ni-
hil in ſe inueniat niſi mortẽ, & abyſ-
ſum peccatorum. Aptatur autem hæc
virtus petitioni illi. Dimitte nobis de-
bita noſtra,ideſt,Da nobis donum ſciẽ
tiæ,quo lugeamus peccata noſtra, ut
tunc dimittas illa. Luctus iſte eſt la- Exo.30.
bium ſiue mare ęneum templi,uel ta-
bernaculi,in quo lauantur ſacerdotes
D hoſtias oblaturi.Hic eſt clauſtri ſpiri-
tualis lauatorium, palatij regalis bal-
nearium, horti uoluptatis,ſiue para-
diſi irrigatorium. Hic eſt ciſterna Be- 2.Re. 23.
thleem, cuius aquas deſiderat verus
Dauid. Hic eſt natatorium ſiloe, ubi Ioan. 9.
miſſus cito uiſum recipit. Hic eſt 4.Re.5.
Iordanis, in quo Naam ſepties ba-
ptizatus mundaẽ. Hic eſt cella vina- Cant. 2.
ria,in qua vinum contritionis, deuo-
tionis, cæterorumque vinorum gene-
ra propinantur.Hic eſt mare rubrum, Exo.15.

in quo Pharao, ideſt Diabolus cum A
Ioan. 5. toto ſuo exercitu ſubmergitur. Hic
eſt probatica piſcina, in qua lauatur
hoſtia antequam Deo offeratur, quin-
que porticus habens. Harum vero la-
crhymarum quinq; ſunt genera. Pri-
mæ quidẽ ſunt lacrhymæ pro incola-
tu præſentis miſeriæ, & hæ potant
Pſ. 79. animam ſitientem. Vnde pſ. Potum da
bis nobis in lachrymis in meſura. Se-
cundæ ſunt pro ſtultitia culpæ pro-
priæ, hæ lauant hominem a macula B
Pſ. 6. peccati. Vnde Proph. Lauabo per ſin-
Hier. 4. gulas noctes lectum meum. Et Hier.
laua a malitia cor tuum Hieruſalem,
vt ſalua fias. Tertię ſunt pro timore ge
hennę; hæ refrigerant animam a timo
Pſ. 154. re concupiſcentiæ. Vnde pſ. Eripuit
animam meam a morte, oculos meos
a lachrymis. Quartę ſunt pro deſiderio
patriæ, hæ fæcundant animam ſteri-
Pſ. 136. lẽ. Hinc pſ. Super flumina Babylonis
illic ſedimus, & fleuimus dum recor-
daremur tui Sion. Quintæ ſunt pro C
miſerijs, & peccatis proximorum; hæ
impinguant animam, vt charitatis
pinguedinem exterius demonſtrnet.
Hiere. 9. De quibus Hiere. Quis dabit capiti
meo aquam, & oculis meis fontem la-
chrymarũ, ut plorem die, ac nocte in-
terfectos filię populi mei. Habent au-
tem hę lachrymę effectus quinque. Pri
mo quidem quodammodo cogunt
Tob. 3. Deum dare quod petitur. Vnde Tob.
Tunc ingemuit, & cæpit orare cum la-
chrymis. ubi Glo. oratio Deũ Lenit. D
Lachryma cogit, hęc ungit illa pũgit.
Iſa. 38. Hinc Iſa. Audiui orationem tuam, &
uidi lachrymas tuas, ecce ego adijciã
diebus tuis quindecim annos, quod
dicit, fleuiſti, faciam quod petiſti. Se-
cundo tenebras fugant ab anima, ut
clarius uideat in contemplatione. Vn
de Gre. ſuper Iob: Mens lachrymis ba
ptizata in contemplatione vidit lim-
Io. 9. pidius Et ideo ſignificantur per Nata
toria Siloe, ubi cęcus lumen recepit.
Tertio ſacrificium bonorum operum

impinguant. Vnde Greg. ſuper Ezech.
Holocauſtum aridum eſt bonũ opus,
quod orationis lachrymę non infun-
dunt. Quarto diabolum fugant, & cõ
triſtant. Vnde pſ. Contribulaſti capi- Pſ. 73.
ta draconum in aquis. Quinto ignem
inferni extingunt. vnde Eccl. ignem Eccl. 3.
ardentem extinguit aqua. Hinc Iſid.
Magna virtus lachrymæ eodẽ momẽ-
to Deum flectit, oculos rigat, cor ab-
luit, & gehennę ignẽ extinguit. Quo-
niam ipſi conſolabuntur. Contra fle-
tum alienorum peccatorum conſola-
tur profectus fratrum. Vnde Apoſt. 2. Cor. 8.
Cõſolatus ſum cito. Cõtra fletum di-
lationis patrię conſolatur adeptio
gloriæ. Hinc Ioã. Abſterget Deus om Apoc. 21.
nẽ lachrymam ab oculis ſanctorum.
Contra fletum criminum propriorũ
conſolatur plena remiſſio Vnde pſ. Se Pſ. 93.
cundum multitudinẽ dolorum meo-
rum in corde meo conſolationes tuæ
lætificauerunt animam meam. Con-
tra fletum gehennę euaſio pœne. Vn-
de Iſa. Conſolamini, conſolamini po- Iſa. 40.
pule meus, dicit Deus ueſter. Contra
fletum tribulationum conſolabitur
depreſſio inimicorum, lætabitur dicit Pſ. 57.
ſcript. Iuſtus, cum uiderit uindictam.
Et nota profectum reſpectu præceden-
tium. Plus enim eſt conſolari, quam
poſſidere. Item ſi beati erunt lugentes,
ergo miſeri riſores. Vnde Dominus.
Va uobis, qui nunc ridetis, quoniam Luc. 6.
lugebitis, & flebitis. Nam qui rident
nimia facilitate, lugebunt in inferno
cogente neceſſitate. Qui hic rident de
mundi fælicitate, quæ eſt in modico.
lugebunt ſemper de inferni calamita
te. Hoc Dominus figuratiue oſtendit
in ſe, quando aqua mutauit in vinũ,
nam ueniens in Hieruſalem uoluit
laudari, & honorari, & poſtea pati. Vn
de eodem die fit ab Eccleſia ubique
feſtiuitatis proceſſio, & illa breuis,
& poſtea legitur paſſio prolixior:
quia poſt breue gaudium mundi
ſuccedit luctus æternus. Qui etiam hic
ridenṫ



ridẽt nimia diſſolutione, lugebunt in A
Inferno oris oppilatione, ſicut dici-
Pſalm. 106. tur in pſal. Iniquitas oppilabit os ſuũ.
Et qui rident, ideſt gaudent de mundi
uoluptatibus, & riſui, & vaniloquijs
operam dant, lugebunt in infernalib.
miſeriis ſubito aduenientibus. Hinc
Iob. 21. Iob. Tenent tympanum, & citharam,
& gaudẽt ad ſonitum organi, ducunt
in bonis dies ſuos, & in puncto ad in-
ferna deſcendunt. Item qui gaudent
de mũdana promotione, lugebunt de
infernali demerſione, quæ eos occupa- B
bit. Et quanto gradus altior, tanto ca
ſus erit profundior. Vnde cum Luci-
fer dixiſſet. Aſcendam in cœlum, &
Iſa. 14. ero ſimilis altiſſimo, dictum eſt ei.
Verumtamen in infernum detraheris
in profundum laci. Merito vę illis, qui
rident. Dominus ter fleuiſſe legitur,
ſuper Hieruſalem euerſione. Super La
Luc. 19. zari ſuſcitatione, & in cruce, Hebr. 5.
Ioan. 11. Riſiſſe autem nũquam legitur In quo
notatur quod viro iuſto non eſt hic tẽ-
pus ridendi, ſed flendi. At in futuro C
Eccl. 3. tempus erit ridendi. Vnde Eccleſiaſt.
Tempus flẽdi, tempus ridendi. Primo
dicit flendi. Poſtea ridendi: Non tamẽ
omnino hic prohibetur riſus, ſed ſolũ
riſus mundi, quia extrema gaudij lu-
ctus occupat. Et riſus dolore miſce-
tur, ideſt in dolorem vertetur. Et gau-
dium carnis voluptas contra ipſum.
Phil. 3. Quinimo p Apoſtolum præcipitur, vt
ſemp in Dño gaudeam⁹, & iterũ gau-
deamus: ratio eſt, quia tale gaudiũ val
de confundit diabolũ. Hinc bis Apoſt.
dicit: Gaudete. Quod fuit præfigura-
tum, quãdo Philiſtijm ingemuerunt,
dicentes. Vę nobis. Non enim fuit tan
ta exultatio heri, & nudius tertius. Vę
nobis, quis nos ſeruabit de manibus
iſtorum Deorum ſublimium. Bis di-
cit. Vę nobis Sicut & Apoſt. bis dicit.
Gaudete. Et non ſolum diabolum con
fundit hoc gaudium in Dño, ſed etiã
uitã prolongat, & bona opera mul-
Prou. 17. tiplicat. Vnde ſcript. Animus gaudens

ętatem floridam facit, ideſt actionem
bonam, vnde fructus cęleſtis procrea.
tor, & odor bonæ uitæ. Spiritus triſtis,
ideſt triſtitia ſęculi, quę mortem ope-
ratur exſiccat oſſa, ideſt uirtutes. Rur-
ſum erigit cor hominis, & præſtat au- Prou. 15.
daciam ſpiritualem. Hinc Salomon
cor gaudẽs exhilarat faciem, ideſt bo-
nam conſcientiam. In męrore autem
animi deijcitur ſpiritus, ideſt in triſti-
tiã conſcientiæ ægræ. Item præſtat for
titudinem. Nolite inquit ſcript. Gau-
diũ enim Domini eſt fortitudo veſtra,
id eſt gaudium habitum in Domino. Neem. 8.
Iuſuper omnes tentationes eliminat.
Vnde Iſa. In citharis, & cimbalis, & in
tympanis, & in bellis pcipuis expugna
bit vos. Hoc fuit figuratum in Ioſue, Ioſue 6.
vbi legitur quod uociferãte omni po-
pulo, & clangentibus tubis muri Hie-
richo corruerũt. Verum, quod ſupereſt
de beatitudinibus ſeruemus alteri Ser-
moni, ne huius prolixitas tędium ge-
neret, & legentibus, & audientibus.

*Sermo II.*

NON immerito Sancta Ec- Sermo 82.
cleſia diuino ſpiritu re-
pleta legit Euangelium
hoc de beatitudinibus a
Domino in monte diſcipulis tra-
ditis in hac ſolemnitate dilectiſſimi.
Cum in his commemorentur vir-
tutes omnium Sanctorum. Ecce An-
gelorum turbæ conuenit prima bea-
titudo, qui pauperes fuerant ſpiritu, D
ideſt ſuperbia. Qua diues, & plenus
fuit Lucifer cum ſuis ſequacibus. At
Patriarcharum eſt ſecunda, qui tot mi
nis laceſſiti manſuetudinem ſeruabãt,
quapropter data eſt eis terra promiſ-
ſionis. Prophetis uero conuenit & ter
tia, qui propter mala, quæ uidebant
fletibus uacabant. At Martyrib. con
uenit miſericordia, qui ita illa pleni
fuerunt, ut eam ſuis perſecutorib. im-
penderent. Sed Virginum propriè eſt
illa

illa, quæ mūditia uocatur, quia illam
mente,& corpore ſeruabant. Confeſ-
ſoribus uero conuenit pax, etenim ut
pacificè poſſent uiuere, ab omni tu-
multus mundi ſe ſegregabant. Verum
notandū, quod cum audis Beati mun
do corde, quoniam ipſi Deū uidebūt,
nollem ut putas pauperes ſpiritu, mi-
tes, eſurientes, miſericordes, lugentes
non uiſuros Deum, ſed tantum mun-
di cordis, quia omnes alij etiam Deū
uidebunt, ſed non ideo, quia pauperes
ſpiritu ſunt, vel quia mites, aut lugen-
tes, &c. Sed quia mundi ſunt corde,
quemadmodū ſi quis corporalia ope-
ra membris corporalibus coaptaret,
ac diceret. Beati, qui pedes habent, quo
niam ipſi ambulabunt. Beati qui ma-
nus habent, quoniam ipſi operabūtur.
Beati qui os, & linguam habent, quia
ipſi loquētur. Beati, qui oculos habēt,
quoniam ipſi videbunt. Sic tanquam
ſpiritualia membra componēs docuit
quid ad quid pertineat. Apta eſt humi
litas ad habendum regnum cœlorum.
Apta manſuetudo ad poſſidēdum ter-
ram. Aptus luctus ad conſolationem.
Apta fames ad ſaturitatem. Apta mi-
ſericordia ad impetrandam miſericor
diam. Aptum cor mundum ad viden
dum Deum, ſed accedamus ad alius
beatitudines. Beati qui eſuriunt, & ſi-
tiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſatura-
buntur. Etenim, q ad modicum fame,
& ſiti eſuriunt, carnis laſciuiam caſti-
gātes in uia, ſaturabuntur in patria, vt
Pſal. 16. inquit pſ. Satiabor cū apparuerit glo
ria tua. Et hic eſt ſenſus literalis. Vel
aliter. Beati qui eſuriunt iuſtitiam, id
eſt uitæ rectitudinem ad inſtar auari,
vel ita ad illam anhelemus, ut nunquā
quaſi ſatiemur in uita iſta, ſicut aua-
rus nunquam ſatiatur pecunia. Vel
Beati qui eſuriunt non ſolum uitę pro
priæ rectitudinem, ſed omnium maxi
mè peccatorum ſitiunt ſalutem. Bea-
tus enim talis ſtomacus, qui ſic eſurit,
quia Dominus dat eſcam eſuriētibus.

A Hac fame mortui ſunt omnes amici
Dei. Hac etiam fame Balaam mori vo
lebat, qui dixit. Moriatur anima mea
morte iuſtorum. Hanc etiam famem Num. 23.
habebat Rex Dauid, quando dicebat.
Defectio tenuit me pro peccatoribus Pſal. 118.
derelinquentibus legem tuam. Vel ali
ter. Non dicit. Beati qui eſuriunt pru-
dentiam, vel temperantiam, vel forti-
tudinem, ſed iuſtitiam, quia iuſtitia eſt
uirtus cōmunis ac omnes uirtutes, &
hæc eſt iuſtitia generalis. Beati igitur,
qui eſuriunt iuſtitiam, ideſt qui ſe re-
putant ſemper inſufficientes, ſicut Da
B uid, qui dicebat. Ecce dixi nunc cępi, Pſal. 76.
& alius, cum conſumauerit homo, Eccl. 18.
tunc incipiet. Quoniam ipſi ſaturabun
tur, ſicut habetur in Cantico Beatiſſi-
mæ Virginis. Eſurientes impleuit bo-
nis. Scilicet omnibus, ſcilicet gratiæ,
gloriæ, & ſpiritualis intelligētiæ. Hinc Luc. 1.
Eliſeus repleuit uaſa uacua. Et Beatiſ-
ſima Virgo, qa fuit uacua omni amo- 4. Reg. 4.
re terreno, & uacua ſpiritu ſuperbiæ,
ideo fuit ſalutata ab Angelo. Gratia
plena. Saturabuntur igitur tales fa-
C melici, primo hic bonis ſpiritualibus
in impletione mādatorum Dei, & po
ſtea in fine, in ęterna uiſione. Vnde Pro Pſal. 16.
phe. Satiabor cum apparuerit gloria
tua. Ibi enim erit quicquid deſidera-
bimus. Vnde pſal. Qui replet in bonis Pſal. 102.
deſiderium tuum. Huic beatitudini
correſpondet fortitudo, quia ut ani-
mus euellat ab eis, quibus peſtifera
dulcedine allectus erat, requirit labor,
cui annexa eſt fortitudo, qa non ſine
dolore relinquit, qꝓ cū delectatione re-
D tinet. Aptatur ēt illi petitioni. Panem
noſtrum quotidianū da nobis hodie.
Ac ſi dicat. Da nobis ſpiritum fortitu
dinis, quo poſſimus expectare beatitu-
dinem, & non deficere propter dilatio
nem. Iſte enim eſt panis, in cuius forti
tudine fuit Elias vſq; ad montem Dei 3. Reg. 19.
oreb. Et nota profectum, plus eſt enim
in palatio ſatiari, quam in luctu con-
ſolari. Beati Miſericordes, quoniam
ipſi



ipſi miſericordiam conſequentur, mi-
ſericordia enim eſt miſeria cordis de
malo alterius, ſed ita ordinata, ut pri-
mo miſereatur de malo proprio, &
poſtea alieno. Eſt autem hominis tri
plex miſericordia propria, fraterna,
paterna. Propria eſt hominis ad ſemet
ipſum per contritionem. Vnde Eccl.
Miſerere animæ tuæ placens Deo. Fra
terna eſt fratris ad proximum per cō-
paſſionem. De qua Luc. Videns eum
Samaritanus miſericordia motus eſt
ſuper eum. Paterna eſt per corre-
ctionem. Qui hanc triplicem miſeri-
cordiam habebit in uia, miſericor-
diam conſequetur in patria, & huic
correſpondet donum conſilij, nam be
ne ſibi conſulit, qui proximo miſere-
tur. Aptatur etiam illi petitioni. Fiat
voluntas tua, &c. Voluntas enim Domi
ni eſt, ut miſereamur pauperum. Et no
ta profectum, quia ſaturabuntur eſu-
rientes iuſtitia, quaſi ſatisfaciendo ne
ceſſitati, ſed iſti habebunt ſupra. Nam
ſupra ſaturitatem dabitur miſericor-
di gloria, ſicut dicitur. Habēti dabitur,
Matth. 25. & abundabit. Beati mundo corde, quo
niam ipſi Deum uidebunt. Hæc uirtus
in duobus conſiſtit in munditia intel-
lectus, & in munditia affectus. Etenim
mundandus eſt intellectus a curioſita
te inquiſitionis, ab inutilitate cogita-
tionis, a falſitate opinionis. Mundan-
dus eſt autem cor, ut uas. & ut oculus.
Vt vas ad recipiendum precioſum li-
Iſai. 52. quorem. Vnde Iſai. Mundamini, qui
fertis vaſa Domini. Vt oculus, a pulue
re terrenę cupiditatis, a macula car-
nalis uoluptatis, & ab albudine mun-
danæ dignitatis, nam ſic mundi corde
Deum uidebunt, & quanto purius hic
viuitur, tanto perfectius Deus cogno-
ſcitur, & contemplatur. Et hęc mundi
tia cordis intellectui cōuenit, adapta-
turque illi petitioni. Adueniat regnū
tuum, ideſt. Da nobis ſpiritum intelle
ctus, quo mundatur cor, ſcilicet vt vi-
deamus regnare in nobis. Et uide pro

A fectum, nam multi miſericordiam cō
ſequentur, non tamen admittuntur ad
videndum Deum, ſicut fuit de Abſalo
ne. Beati pacifici. Non dicit. Pacati
animo, hoc enim pertinet ad ſecundā
beatitudinem; ſed dicit. Pacifici, qui
vigilant paci faciendæ, & reforman-
dæ, uel conſeruandæ ſiue in ſe, ut inter
carnem, & ſpiritum, uel inter ſe, &
Deum, uel inter alios, ut inter Deū, &
hoīē, ſiue inter homines, & homines,
nam hi tales ſunt cubicularij Domini.
B Vnde pſ. In pace factus eſt locus eius, Pſ. 75.
& alibi. In pace idipſum dormiam, & Pſal. 4.
requieſcam. Quoniam filij Dei voca-
buntur, quia habent officium filij Dei,
qui nos pacificauit precioſo ſanguine
ſuo, & quia per pacem, & charitatem
peruenitur ad regnum Dei, in quo om
nes filij Dei vocabuntur. Vnde ſcript.
Ecce qūo computati ſunt inter filios Sap. 12.
Dei. huic correſpōdet donum Sapien
tię. nam cordi pacifico reuelat Domi
nus ſecreta ſua. Vnde Apoſtol. Pacem Heb. 5.
C ſequimini, & ſanctimoniam, ſine qua
nemo uidebit Deum. Aptatur etiam il
li petitioni. Sanctificeē nomen tuum,
ideſt. Da nobis ſpiritum ſapientiæ, i.
ſaporem de æternis. Vnde pſal. Guſta
te, & uidete &c. per quem cōfirmetur
nomen tuum. Et nota perfectum, quia
plus eſt eſſe filium Dei, quam Deum
uidere. Et uide quomodo in ſexta bea
titudine ponitur munditia cordis, qa
per ipſam homo ad Dei imaginem re
paratur, quem ſexta die condidit per-
D ditum. Hæc uero ponitur in ſeptimo
loco, quia ſeptima ætate dabitur ha-
bentibus uirtutes prædictas. Beati, qui
perſecutionē patiuntur. Hæc deſignat
perfectionem omnium pręcedentium.
Tribulatio etenim pfectum, vel imper Eccleſ. 27.
fectum hominem demonſtrat. Vnde
Eccl. Vaſa figuli probat fornax, & ho
mines iuſtos tentatio tribulationis. Se
ptem igitur ſunt beatitudines, quę per
ficiunt hominem. Octaua clarificat,
& quod perfectum eſt demonſtrat. Be-
ne

ne antem ponitur octauo loco, quia A
ſignificat generalem reſurrectionem.
Conemur igitur fratres omnia nos pro
Chriſto ſufferre, nam propterea paſ-
ſus eſt ut nobis relinqueret exemplum
quia ſicut ait Euangeliſta Lucas. opor
tuit Chriſtum pati,& ſic intrare in glo
riam ſuã, ſic ſi cupimus conſequi æter
nam beatitudinem, debemus ſequi ue
ſtigia eius, cuius vita tota paſſionibus
expoſita fuit, ideſt pro Chriſto libẽter
pati et in tribulationibus cum Apoſto-
lo gloriari, quia quotquot fuerunt fide B
les, per varias tribulationes introie-
runt in regnum Dei, quod ſua pie-
tate meritis Beatiſſimæ Virginis
Mariæ omnium ſanctorum concedat
nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus.
Amen.

*De humilitate, & obedientia.*
*Sermo III.*

Sermo 83. BEATI pauperes ſpiri-
Matt. 5. tu, quoniam ipſorum C
eſt regnum cęlorũ. Pau
peres ſpiritu, dilectiſſi-
mi ſunt humiles, qui de
Iſa.66. ſe parua ſentiunt, Tales enim a pro-
pheta dicuntur paruuli, & vir uidens
Tre.3. paupertatem ſuam eſt humilis. Iſtorũ
namque eſt regnum cœlorum? ut in-
quit ipſa ueritas. Verum ut ſciamus,
quænam ſit perfecta humilitas, notan-
dum eſt, quædam humilitas cognitio-
nis, quædam exhibitionis, quædam af
fectionis, Humilitas cognitionis ſecũ D
dum Rich. eſt uirtus, qua quis ueriſſi-
ma ſua cognitione ex conſideratione
propriorum defectuum ſibijpſi uile-
ſcit, interius coram oculis Domini.
Humilitas uero exhibitionis, alias hu
miliatio eſt effectus humilitatis, qua
quis abijcit ſeipſum exterius in oculis
proximi. Primum pertinet ad diſcipli
nam mentis, ſecundum ad diſciplinã
corporis. Primum ad humilitatem,
ſecundum ad humiliationem. At hęc

humiliatio conſiſtit in veſtibus, geſti-
bus, & moribus. Tertia eſt humilitas
affectionis principaliter conſiſtens in
uoluntaria electione imorum, ſecun-
dũ illud. Elegi abiectus eſſe &c.& iſte Pſalm. 72.
uult reputari, non humilis prædicari.
& gaudent contemptui ſui, quam qui-
dem humilitatem quilibet retinere po
teſt, & ſi ſanctiſſimus ſit, modo credat
ſe eſſe cunctis uiliorem, ſecundum de-
fectus occultos, quos in ſe cognoſcit,
& dona Dei, quę in aliis latent, & etiã
ſe ad omnia inutilem. Scilicet quo ad
vires proprias iux. illud Apoſtol. Non 2. Col. 3.
quod ſufficientia noſtra ſit aliquid ex
nobis, quaſi ex nobis, &c. Qui enim
ſic humiles ſunt efficienter ſagatio-
res, conſtantiores, & erunt exaltati ad
gloriam æternam. Vel Beati pauperes
ſpiritu per uoluntatis propriæ omni-
modam abiectionem, ideſt per obediẽ
tiam, quæ quidem obedientia triplex
dicitur, obedientia uoti, conformita-
tis, & unionis. Obedientia uoti, quod
factum eſt in profeſſione, ſed multi
ſunt, qui & ſi ab extra uotum obedien
tiæ implent, tamen in illis operibus ſe
exhibent uoluntarios, quæ ſunt ſecũ-
dum ſuam uoluntatem, in cæteris ue-
ro operibus, quæ non ſunt ſecundum
ſuum uelle, murmurant, ſunt rebelles,
& ſe excuſant, & iſtis melius eſſet obe-
dientiam non ueniſſe. Etenim ſecundũ
D. Ber. Qui occulte, uel aperte ſatagit,
ut quod ipſe uult, hoc ei Prælatus iniũ
gat, ipſe ſe ſeducit, & fruſtra ſibi blan-
ditur de obedientia Prælatorum. Secũ
do dicitur obedientia conformitatis,
cum quis non ſolum operibus foris o-
bedit, ſed etiam perfecte uoluntatem
ſuam uoluntati ſuperioris ſui confor-
mat. Vnde cum hæc obedientia poſſit
procedere ex timore, ne a ſuis ſuperio
ribus repræhendatur, uel cõfundatur,
uel eorum indignationem incurrat,
uel ut ipſis placeat, laudetur, carius ha
beatur, in his repræhenſibilis eſſet.
Tertia dicitur obediẽtia unionis, cum
quis



quis uult hanc obedientiam cum re- A
cta uoluntate, & intentione dumtaxat
propter Deum, & hæc rectiſſima eſt.
Ad hanc uero obedientiam multum
monet ſacra pagina, ſanctorumque e-
xempla. Vnde circa primum adeſt au-
thoritas illa. Propono uobis benedi-
ctionem, ſi obedieritis præceptis Do-
mini. Item Time Deum, & mandata
Deut. 51. eius obſerua. Si uis ad uitam ingredi,
Eccli. vlt. ſerua mandata. omnis anima poteſta-
Matt. 19. tibus ſublimioribus ſubdita ſit. Obe-
Rom. 13. dite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. B
Heb. 13. Item exempla ſpecialiter Abrahæ. Et
Gen. 27. exemplũ Chriſti. Ecce præcepit Deus
Abrahę quod occideret amiciſſimum
coram ſe, & etiam a ſeipſo manibus
propriis. Ille erat unigenitus, habue-
rat eum miraculoſe, quia de uxore ue
tula, cum iam ipſe eſſet ſenex. magna
promiſſio illi de filio facta fuerat. So
latium erat matri ſuæ. Inde iſaac in-
terpretatur riſus. Item non ſolum præ
cepit occidi, ſed etiam incendi. Voluit
etiam duci per triduum ad locum im C
molationis, vt longitudine temporis
tentatio augeretur, & curis creſcenti-
bus paterna uiſcera cruciarentur. Non
apparebat aliqua pręcepti utilitas.
Quæ enim utilitas innocentem occi-
dere, damnum uero erat manifeſtum.
Non excuſabat authoritas præcipien-
tis, cum nullus teſtis affuerat, nec cre-
debatur ei, ſi diceret Dominum hoc ſi-
bi præcepiſſe. Erat rationi cõtrarium,
nec præceſſerat aliquod huius obediẽ-
tiæ exemplum. Imminebat ſcandalũ D
iis, ad quorum notitiam perueniebat.
Et tamen Abraham accepto hoc præ-
cepto ſic difficili nec ſe excuſauit, nec
cauſam præcepti quęſiuit, ut quidam
imitatores diaboli faciunt, cur præce-
pit uobis Deus, ut non comederetis
Gen. 2. &c. Non diſtulit mandatum, nulli con
ſilium communicauit, ſed ſtatim para
uit ſe ad obediendum. Et quia prom-
ptus fuit ad obedientiam, fuit tãti me
riti, vt intelligeret, in ſemine tuo bene-

benedicentur omnes gentes, eo quod
obediſti uoci meæ. Chriſtus etiam o-
bedientiæ uitam tenuit, & in mundũ
veniens, & in mundo manens, & de
mundo tranſiens. Primum oſtendit Gen. 21.
Ioannes dicens. Deſcendi de cęlo, non Ioan. 6.
ut faciam uoluntatem meam, ſed vo-
luntatem eius, qui miſit me. Ipſe per
obedientiam veniens in mundum in-
trauit Virginis uterum, quia ſtatim in
utero eius ſe recepit, cum illa uerbo
eius per Angelum miſſo obediuit. Di
cens. Ecce ancilla Domini &c. Secun
dum oſtendit Ioannes dicens. Meus ci Ioan. 3.
bus eſt, ut faciam uoluntatem eius, q
miſit me. Tertium oſtendit ibidem. Vt
cognoſcat mundus, quia diligo patrẽ,
& ſicut mandatum dedit mihi pa-
ter, ſic facio. Surgite eamus hinc
ſcilicet ad locum paſſionis. Vnde
Bernard. Mementote fratres. Chriſtus
ne perderet obedientiam perdidit vi-
tam, in ſignũ huius filialis obediẽtiæ
inclinato capite emiſit ſpiritum. Mo
net etiam ad obedientiam creatura Pſalm. 318
cœleſtis. Vnde dicitur. Præceptum po
ſuit, & non præteribit. De mari, & uen
tis dicitur. Venti, & mare obediunt ei. Matt. 8.
De terra dicitur. Aſcendunt montes,
& deſcendunt campi in locum, quem Pſalm. 118
poſuiſti eis, terminum poſuiſti quem
non tranſgredientur. Tandem omnia
obediunt ei. Hæc obedientia adeo a-
mabilis eſt, ut diligat obedientẽ, quaſi
omni genere attinentiæ, ſicut ipſe di-
xit. Quicunque fecerit voluntatem Pa Matth. 12.
tris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus fra
ter, ſoror, & pater eſt. Ideo intantum
diligit, ut homini obediat. Hinc Gre-
gor. Si obedieritis Præpoſitis veſtris,
Deus obediet orationibus veſtris. Hæc
igitur obedientia mater eſt virtutum,
nouerca vitiorum, ad meritum potẽs,
ad ſalutem efficax, de hoſte triũphat,
quod vult a Deo impetrat, hominem
reddit benedictum, efficit beatum. Eſt
mater virtutum: nam cæteras virtutes
menti inſerit, inſertaſque cuſtodit.

Vnde Gregor. Sicut in arbore ſylue- A
ſtri fit ramorum abſciſſio, & rami ar-
boris noui inſeruntur, & ſic arbor no-
bilis efficitur precioſum frnctum pro
ducens. Sic a mente voluntas propria
per obedientiam abſcinditur, & vo-
luntas diuina abſumitur, & efficitur
mẽs, uelut arbor nobilis producẽs fru
ctum, quo Deus, & Angeli, & homines
Sancti lætificantur. Dicitur nouerca vi
tiorum, quia libidinem, ſiue propriam
voluntatem, quæ radix eſt omniũ vi-
1.Pet.1. tiorum deſtruit. Vnde Apoſt. Petrus. B
Caſtificãtes animas veſtras in obedien
tia charitatis. Multum prodeſt ad me-
ritum, quia ille meretur, qui ſuam uo
luntatem alterius uoluntati ſubijcit.
Vnde Greg. Sola eſt obedientia, quæ
meritum fidei poſſidet. Multum effi-
Ecc. 25. cax eſt ad ſalutem. Hinc Eccl. Saluta-
re eſt ſacrificium attendere mandatis.
Prou. 21. De hoſte triumphat, quia uir obediẽs
loquitur victorias, quia vincit ſeipsũ,
quod eſt nobiliſſimum genus triũphi.
Vnde Greg. Dum enim alienę voci hu C
militer ſubdimur, noſmetipſos in cor
de ſuperamus. Quod vult a Deo impe
trat. Hinc Greg. Citius exauditur vna
oratio obedientis, quàm decem mil-
lia contemptoris. Obediũt etiam obe
Ioſue 10. dienti Creator, & creatura. Vnde in-
quit ſcript. Non fuit poſtea tam lon-
ga dies obedienti Deo uoce hominis.
Deut. 11. Hominem reddit benedictum. Vnde
dicitur. Proponam vobis benedictio-
nem, ſi obedieritis mandatis Domini.
Ad oſtendendum hoc Saluator in cœ- D
lum aſcenſurus in Bethania diſcipulis
ſuis benedixit, quod donum obedien-
tiæ ſonat. Deinde beatũ hic efficit cer
ta ſpe, & in futuro in re. Hinc Simon
beatificatur. Et in ſignum huius Do-
minus de Bethania in cœlum aſcẽdit.
Septem vero ſunt laudabiles cõditio-
nes ad perfectam obedientiam perti-
nentes. Prima eſt obedire libenter.
Secunda, ſimpliciter. Tertia, hilariter.
Quarta, velociter. Quinta, viriliter.

A Sexta, humiliter. Septima, perſeueran
ter. Circa primum multum Deo pla-
cet voluntaria obediẽtia, quia coacta
beneficia ei non placent. Vnde ait Mo Exod. 35.
ſes. Iſte eſt Sermo, quem præcepit Do
minus. Omnis voluntarius, & prono
animo offerat primitias Domino. &
Dauid. Voluntariè ſacrificabo tibi. Pſal. 53.
Simplicitas etiam in obedientia mul-
tum eſt ei grata. Hinc multum placuit
Deo in Abraham obedientiæ ſimpli-
citas. De hac Dominus per pſal. In au
B ditu aurium obediuit mihi. Et Bernar.
Omnibus nobis in initio conuerſionis
nulla uirtus magis eſt neceſſaria, quã
ſimplicitas humilis, & grauitas vere-
cunda, diabolica quæſtio eſt. Cur præ
cepit uobis Deus. Vnde quicquid vi-
ce Dei pręcipit homo, quod tamen Gene. 3.
non ſit certum diſplicere Deo, nõ ali-
ter omnino accipiendum eſt, quàm ſi
præcipiat Deus. Hilaritas etiam obe-
dientis multum eſt grata imperanti.
Vnde Bern. Serenitas in uultu, dulce- 2. Cor. 9.
C do in ſermonib. multum colorant obe
dientiam obſequentis. Et hilarem da-
torem diligit Deus. Itẽ velocitas mul
tum Deo placet. Vnde Bern. Fidelis
obediens moram neſcit, fugit craſti-
num, ignorat tarditatem, præcipientẽ
præuenit, oculos parat uiſus, aures au
ditui, linguam voci, pedes itineri, & to
tus ſe colligit, vt imperantis impleat
voluntatem. Virilitas etiam neceſſa-
ria eſt ad obedientiæ perfectionem.
Hinc ſemitam obedientiæ nec pro
D ignominioſa morte uoluit Chriſtus
relinquere. Hinc Apoſt. Factus obe- Phil. 2.
diens uſque ad mortem. Et Bern. Ma-
num tuam miſiſti ad fortia. agendum
eſt inſtanter, & conſtanter obediendũ.
Neceſſaria eſt etiam humilitas, ſine
qua omnes uirtutes euaneſcunt, Vnde
Dominus. Cum feceritis omnia, quæ Luc. 18.
præcepta ſunt uobis, dicite quia ſerui
inutiles ſumus, quod facere debui-
mus fecimus. Poſtremo neceſſaria eſt
perſeuerantia, quę ſola hominem co-
ronat.



ronat. Vnde Apoſt. ſic currite ut com A
prehendatis. Et Ber. Quid currere pro
deſt, & ante metam curſus deficere,
ſic currite ut comprehendatis. Si ſic
fratres obediuerimus, erimus beati,
quoniam Beati pauperes ſpiritu, ideſt
per uoluntatis propriæ abdicationem,
& proprii ſenſus depoſitionem, quo-
niam ueſtrum eſt regnum Dei quod
Dominus per ſuam benignitatem no-
bis concedat, Amen.

*Sermo IIII.* B

Sermo 84. BEATI qui eſuritis, quia
ſaturabimini, ſcilicet in
æternum in conuiuio a
me uobis præparato.
Conuiuiũ profecto pin-
gue. Vnde Iob. Requies menſę tuæ e-
rit plena pinguedine. Securum, &
amęnum, omni bono copioſum, nam
ibi erunt duodecim: fercula, quæ
tranſiens miniſtrabit eſurientibus,
in menſa refectionis æternæ in domo C
Patris ſui Dominus noſter Ieſus Chri
ſtus, quæ ſunt Sanitas ſine ægritudi-
Eccl. 24. ne, plenitudo ſine defectione. Refe-
ctio ſine faſtidio: nam qui edunt me
adhuc eſurient. Scientia ſine ignoran
tia, & dubitatione. Gaudium ſine
triſtitia, pax ſine pertu.batione, ſe-
curitas ſine timore. Adimpletio om-
nium deſideriorum, gaudium de om-
ni electorum congregatione. Gau-
dium de iuſtitia Dei, gaudium de me
moria boni, & gaudium de viſione D
Dei. Hoc conuiuium fuit præfigura-
Heſt. 1. tum in Aſſuero, qui iuſſit ſeptem die-
bus conuiuium præparari in ueſtibu-
lo horti, & nemoris, quod regio cul-
tu, & manu cõſitum erat, & pendebat
ex omni parte tentoria aerei coloris
& carbaſini, & hyacintini ſuſtentata
&c. De hoc etiam conuiuio loqueba-
Luc. 22. tur Dominus apud Luc. Ego diſpono
vobis, ideſt cui Angeli ſeruiunt, cuius
pulchritudinem ſol, & luna mirãtur,

A diſpono in quã, ideſt præparo uobis,
qui eſuriſtis regnum, ideſt refectio-
nem, ut edatis, ideſt panem uitæ. Et
bibatis uinum æternæ, & internæ lęti
tiæ ſuper menſam meam, quæ omni-
bus, & ſolis electis præparata eſt. Men
ſa metaphorice intelligitur beatitudo
æterna: non enim ad literam erit men
ſa in regno Dei cũ in illo finali bono
ſancti non vtantur corporalibus ci-
bis, incorruptibiles iam effecti. Sed
per menſam ſignificatur refectio gau-
B dij, quod habet Deus de ſeipſo, & ſan
cti de Deo. De hac refectione inquit Eph. 4.
Apoſtol. Eſtote in charitate radicati,
& fundati, ut poſſitis comprehende-
re cũ oĩbus ſanctis, quæ ſit longitudo,
latitudo, ſublimitas, & ꝓfundũ. Ac ſi
vellet dicere, quæ ſit longitudo gau-
dij interioris, latitudo gaudij exterio-
ris, ſublimitas ſuperioris, profundum
inferioris. Sublimitas gaudii erit ple-
na refectio de Deo, in quo eſt tota
plenitudo Diuinitatis. Vnde Dominus
C dicit ſeruo fideli. Intra in gaudium
Domini tui ad iudicandam differen-
tiam, quæ eſt in præſenti uita, & futu-
ra. In hac uita gaudium totum diui-
num intrant in gaudentes, quia mo-
dicum eſt, & momentaneum, quod
hic percipitur. Illic vero non totum
gaudium intrabit in gaudentes, ſed
toti gaudentes intrabunt in gaudium.
Sed quid eſt plenitudo æterni gaudij,
niſi fruitio condelectationis ſanctiſſi-
mę Trinitatis. Hæc eſt torrens uolu-
D ptatis uere torrens propter abundan-
tiam, quæ in Deo eſt Hac abundantia
ꝑfectiſſima omniũ bonorũ ſatiabunt
omnes electi; quia deſiderabunt ſem-
per cernere Deum, & numquam cer-
nere ceſſabunt. Nam ne ſit in deſide-
rio anxietas ſatiabuntur, ne ſit in ſatie
tate faſtidium, ſatiari deſiderabunt.
Deſiderabunt ergo ſine faſtidio, quia
ſatietas accenditur ſine faſtidio.
Et quatenus deſideria ſuper omnem
menſuram meriti implebuntur, iſtud

gaudium ebrietas appellatur. Vnde
Pſ.35. Pſ. Inebriabuntur ab ubertate domus
tuæ. Et torrente voluptatis tuæ pota-
bis eos. Ebrietas enim quidam exceſ-
ſus eſt. Hæc inebriatio deſignata eſt
Gen.44. apud Geneſ. Quando fratres Ioſeph
biberunt, & inebriati ſunt cum eo.
Hoc vero gaudium erit ſempiternũ,
ſecurum, & plenum. Sempiternum:
quia non temporale. Vnde Iſa. di-
Iſa.51. cit. Lætitia ſempiterna ſuperca-
pita eorum, ideſt mentes. Vbi nota
abundantiam gaudij, in hoc, quod di
cit. Super ſicut Euang. Supra multa te
Mat.25. conſtituã, intra in gaudium Domini
Rom.8. tui, vel ſuper quia ſupra condignum,
quia non ſunt cõdignæ &c. vel ſuper,
quia ſupra quam ſperauerunt: Non
enim in cor hominis aſcenderunt,
quę pręparauit Deus diligentibus ſe.
Gaudium etiam erit ſecurum, quia
Iſa.32. abſque perturbatione. Vnde Proph.
Sedebit populus meus in pulchritudi
ne pacis, & in tabernaculis fiducię.
Erit etiam plenum, quia ſancti excel-
lentiſſime habebunt Deum, qui eſt ue-
ra quies animę. de qua nunc dicit ani-
Pſ.4. ma aliquãdo. In pace in idipſum dor
miam & requieſcam, ideſt in eo, qui
Pſ.114. eſt immutabilis. Et iterum. Conuerte
re anima mea in requiem tuam. Et ip
ſo habito habetur omne bonum. Hinc
ſcrip. Venerunt omnia bona pariter
cum illo. Et hęc circa ſuperius gau-
dium uiſionis Dei. Habebit etiam in
illa cœleſti manſione anima ineffabi-
le gaudium, & primo de claritate,
quam conſequetur propter meritum
fidei, nam merito fidei datur clara vi-
ſio ineffabilis veritatis in perfecta in-
telligentia admirabilis excellentiæ
Dei cognitæ in ſua natura. Secundo
gaudebit de ſecuritate, quam ex me-
rito ſpei memoria conſequetur, quia
dabitur ipſi in vita glorię ſecura poſ-
ſeſſio inamiſſibilis fælicitatis, & digni
tatis. Vnde ſi ſecundum Auguſ. de mo
ribus Eccleſiæ. Tanta eſt pulchritudo

A iuſtitiæ, tanta iucunditas lucis æter-
nę, vt ẽt ſi nõ liceret in ea amplius mo
rari, quam unius diei mora, propter
hoc ſolum innumerabiles anni vitæ
huius pleni delitijs, & circumfluen-
tia bonorum temporalium recte, me-
ritoque contemnerẽtur. O quid erit
de viſionis illius inamiſſibilitate aſſe-
curari. Tertio gaudebit de ſuauitate,
vel quam alii vocant fruitione, quę
nihil aliud eſt, quam ſummo bono
clare uiſo, & ſumme poſſeſſo propter
B ſeipſum inhęrere perfecti amoris uin-
culo. Et hanc anima conſequitur pro-
pter meritum charitatis. Quarto gau-
debit de tranquillitate, quia videndo
Deum, & poſſidendo, ac fruendo, re- Phil.4.
quieſcet anima in ſumma tranquillita
te, & pace, quæ vere exuperat omnem
ſenſum. Et hæc circa gaudia interio-
ra animę. Erit etiam latitudo interio-
rum gaudiorum circa corpus. Erunt
enim corpora lucida, impaſſibilia agi
lia, & ſubtilia, quia non indigebunt
C alterius ueſtimentis ad operiendum,
utpote, qui claritate glorię veſtientur,
neque cibis ad veſcendum, cum ſint
incorruptibiles, neque animalibus ad
uehiculum, quibus agilitas aderit, ne-
que aliquibus remedijs ad ſanitatem
conſequendam, vtpote qui impaſſibi
les erunt. Sed quale erit poſtea gau-
dium exterius, quod habebunt ſancti
de omnibus, quia ibi charitas omnia
vnit gaudia ſingulorum faciens om-
nium, & econuerſo. Solus homo
D non poteſt de aliquo gaudere, ſed
quando amicos habet participes il-
lius boni. Erit etiam gaudium, quod
habebunt ſancti de hac carceris abſo-
lutione. Vnde Dauid. Educ de carcere Pſ.141.
animam meam. Et alius. Infelix ego Rom.7.
homo, quis me liberabit de corpo-
re mortis huius. Gaudebunt etiam
de vinculorum ruptione, quæ ſunt
ſeptem corporis neceſſitates. Et
ideſt fames, ſitis, frigus, calor, laſ-
ſitudo, infirmitas, & ad ultimum ne-
ceſſitas



ceſſitas moriendi. Gaudebunt etiam
de exilij terminatione, ideſt mundi
egreſſione, in quo ſancti ſunt quaſi in
exilio. Et bene mũdus dicitur exiliũ,
quia eſt penurioſus, ſolitarius, & hor-
Deut.3. ridus. Vnde ſcript. Inuenit eum in ter-
ra deſerta, plena horroris, & vaſtę ſo-
litudinis. Ecõtra æterna patria locus
Iſa.32. eſt fęcundus, amęnus, & ſecurus Sede-
bit inquit populus in pulcritudine pa
cis, & in requie opulẽta. Gaudebunt
etiam de hoſtium euaſione, ac de te-
nebrarum exterminatione. Quandiu
enim Spiritus fuit in carcere carnis,
Eccl.9. fuit in tenebris ignorantiæ. Ignorat
enim finem ſuum. Itẽ neſcit quid ſit
iſte ſpiritus, & quomodo ſit Deus tri-
nus, & unus. Hæc, & alia clare ſcient
ſancti poſt exitum e corpore. Beati
igitur, qui eſuriunt hic in fame, & ſi-
ti propter Deum, quoniam ſaturabun-
tur, ideſt habebunt plenam refectio-
nem de Deo. Amen.

*De Viſione Dei.*
*Sermo V.*

Ser.85. BEATI mundo corde quo-
niam ipſi Deum videbunt.
Vnde ab hac uiſione diabo
lus, & omnes Angeli eius,
& omnes cum eis impij excluſi ſunt,
quoniam mundo corde non ſunt. Sed
qualiter ſcriptũ eſt veniſſe Angelos
Iob.1. in cõſpectũ Dei & veniſſe cũ eis dia-
lum, cum præſentia diuina tantum
pateat mũdis cordibus. Hinc dicitur.
Tollatur impius, ne uideat gloriam
Iſa.26. Dei. Sed reſpondetur, quod non ideo
Aug. epi. 12. diabolus Deum vidiſſe credendus eſt,
quia ipſi dicti ſunt veniſſe in con-
ſpectum Dei, non Deus in conſpe-
ctum earum. Veniunt ergo in conſpe
ctum noſtrum quæ uidemus, non a
quibus videmur. Et ſi quæris quomo-
Gen.4. do eum Cain ſceleratus uidit, quãdo
de ſuo ſcelere ab illo interrogatus, &
iudicatus eſt. Reſpondetur non quidẽ

A eſſe conſequens, ut ẽt uideant Deũ, q
voces ab eo factas aliquãdo audiũt.
Sic etiam neque impii Deum vide-
bunt, quamuis de eis dicitur. Vide-
bunt in quem transfixerunt. nam vide
bunt eius humanitatem ad maiorem
ipſorum pœnam, non autem Diuini-
tatem: quia iuſti regem in decore ſuo
tantum videbunt. Patet igitur ex his
uerũ eſſe quod mũdi corde Deũ uide
bunt. Et illud Apoſt. Pacem ſectami
ni, & ſanctimoniam, ſine qua nemo
B videbit Deum. Rurſum inſurgit
alia quæſtio, qnomodo hic dicitur
Deum videbunt. Ergo Deum iuſti Gen.32.
antiqui non viderunt. Cum tamen
dicitur, quod Iacob uidit Deum fa-
cie ad faciem, ac etiam de Moſe, Num.32.
qui palam, & non per ęnigmata uidit
Deum. Reſp. quod ideo dicimus Deũ
neminem uidiſſe unquam, quia ſan-
cta Trinitas vnus Deus natura inuiſi-
bilis eſt per propriam Deitatis natu-
ram. Sed iuſti ideo viderũt, quia cum
C vult videri, poteſt per aſſumptam ſi-
cut ei placuerit creaturam Et ſi dice-
res quod Iacob uidit Deum per eſſen- D. Tho. 1.
tiam quia uidit Deum facie ad faciẽ, Cor. 3. in
quod eſt uidere Deum per eſſentiam. in 4. ſent.
Nam D. Thomas reſpondet quod ui- 44.4.2.ar.
ſio illa fuit imaginaria, uel corpora- 7.ad 2.
lis, ſed quod dicitur: facie ad faciem,
notatur quædam eminentia uiſionis;
quia talem eminentiam habuit uiſio
Iacob, quod non fuit in dormiendo,
ſed vigilando, nec tantum audiuit uo-
D cem ſecum loquentis, ſed etiam figu-
ram inſpexit hominis tantum. Vnde
dicitur, quod apparuit ei vir, &c. quẽ
Angelum intellexit, & ad hanc emi-
nentiam deſignandam dicitur, quod
vidit Dominum vocans ratione iam
dicta nec illud te moueat de Moſe, q
palam, & nõ per ęnigmata uidit Deũ. Exo. 33.
Sic etiam alibi legitur quod loqueba-
tur Dominus Moſi facie ad faciem ſi-
cut loqui ſolet homo ad amicum
ſuum. Nam duplex eminẽtia uiſionis
Moſi

Moſi aſcribitur primo quæ ore ad os A
locutus eſt, ubi oſtenditur priuilegia-
ta eius reuelatio, in quantum familia
ius ei ſua ſecreta reuelauit, quaſi ami
Ioan. 15. co iuxta illud. Vos dixi amicos, quia
omnia, quæcunque audiui a patre
meo, nota feci vobis. Alia eminen-
tia viſionis Domini oſtenditur, quan
do palam, & non per enigmata, &c.
Et tunc uidebit Deum per eſſentiam,
vt inquit Aug. de uidendo Deo. Et te-
D. Tho. 2. net D. Thomas. Nec obſtat illud, Non
Cor. 12. videbit me homo, & viuet: quia Deũ
uer. raptũ. per eſſentiam nemo videre poteſt, ni-
ſi ab hac uita quodammodo moria- B
tur, ſiue oĩno exiens de corpore, ſiue
alienatus a ſenſibus carnalibus. Ite-
rum quomodo dicitur. Deum vide-
bunt. Et iterum ſcimus quia cum ap-
paruerit, ſimiles ei erimus. Et iterum.
Quoniam videbimus eum ſicuti eſt.
1. Ioan. 5. cum D. Hieronymus dicat. Videre
Deum, ſicuti eſt in natura ſua, oculus
hominis non poteſt, non ſolum ho-
mo, ſed nec Angeli, nec Throni,
nec Poteſtates, nec Dominationes,
nec omne nomen, quod nominatur. C
Neque enim creatura poteſt agnoſce-
re creatorem ſuum, rationẽ uero po-
nit ibi Augu. Nam ſi natura ipſius eſt
inuiſibilis, ſicut & incorruptibilis. Re-
gi autem ſęculorum incorruptibili, &
inuiſibili, &c. non mutatur utique in
futuro ſęculo illa natura, ut de inuiſi-
bili viſibilis fiat, quia neque poterit de
incorruptibili corruptibilis fieri.
Simul enim & incommutabilis eſt.
Reſpondetur quòd Sancti videbunt
Deum, ſed non comprehendent. Com D
prehenſio enim incluſionem impor-
tat, quia quod ab alio includitur, to-
tum, & totaliter ab eo continetur.
Non eſt autem poſſibile quod intelle-
ctus creatus Dei eſſentiam totaliter vi
deat, ita ut Deum uideat, quantum vi-
ſibilis eſt. Eſt enim Deus infinitè viſi-
bilis, & ideo intellectui creato conue-
nire non poteſt, cuius eſt finita virtus

in intelligendo. Solus igitur Deus ſe-
ipſum perfectè intelligit. Sed ſi quan-
doque Sanctis repromittitur compre-
henſio, Ipſa comprehẽſio dicitur per-
uentio ad habendum Deum. De quo
ſponſa in Cant. Tenui eum, nec dimit-
tam. Etenim quamdiu ſumus in cor-
pore peregrinamur a Domino. Per fi-
dem enim ambulamus, & non per ſpe
ciem. Et ita in eum tendimus, ut in Augu. epi.
aliquid diſtamus. Sed quoniam per 12. D. Tho.
ſpeciem uidebimus præſentialiter, eũ opu. 2. c. 9
in nobiſmetipſis tenebimus, & hęc di- in 4. d. 49.
citur comprehenſio. Sed an Sancti vi- art. 3.
B dendo Deum, omnia videant. Reſpon D Tho. lib.
det quod Sancti uidentes diuinam eſ- contra gẽt.
ſentiam, omnia uident, & non omnia. c. 59.
Vnde Greg. Quid eſt quod non uidẽt,
qui uidentem omnia uident? Nam vi-
dens diuinam ſubſtantiam, in ipſa co-
gnoſcit omnia, ad quæ ſe extendit ſua
capacitas naturalis. Capacitas autem
naturalis ſe extendit ad cognoſcenda
omnia genera, & ſpecierum naturas,
& earum proprietates, & virtutes, &
ordinem rerum. Hinc eſt, quod Domi
C nus Moſi petenti diuinæ ſubſtantiæ vi
ſionem, reſpondit. Oſtendam tibi om-
ne bonum. Et Gregor. Quid eſt quod
ibi neſciant, ubi ſcientẽ omnia ſciunt. Exod. 3.
Cognoſcunt etiam per cognitionẽ na
turalem indiuidua ſub ſpeciebus exi-
ſtentia. Cognoſcunt etiam in uerba
ea, quæ circa nos aguntur, & petitio-
nes ad eas factas vel uoce, uel corde,
quia Sancti videntes Deũ habent om-
nia, quæ uolunt, nec aliquid inordina- D. Tho.
tè uolunt, hoc autem recta voluntate q 83. art.
D uolunt quicquid ad eos pertinet. Sed ad 2. in
ſcire petitiones aliorum pertinet ad di. q. 45. a.
magnam eorum gloriã, quia efficiun- 2. reſpon.
tur Dei cooperatores, quod nihil eſt
diuinius. Non tamen omnia intelle-
ctus creatus in Dei ſubſtantia uidet,
quæ Deus ſuam eſſentiam cognoſcit
uidendo. Et Primo ea, quæ Deus fa-
cere poteſt, ſed nec facit, nec factu-
rus eſt unq̃, quia oĩa hæc cognoſcere
eſſet



eſſet diuinam uirtutem comprehende A
re, quod eſt impoſſibile. Hinc eſt, quod
Iob. 2. dicitur per Iob. Forſan ueſtigia eius
comprehendes, & uſque ad perfectũ
omnipotentem reperies. Excelſior cœ
lo eſt, & quod facies, profundior infer
no, & vnde cognoſces, longior terra
menſura eius, & latior mari. Nõ enim
hęc dicuntur, quaſi dimenſionib. quan
titatis Deus ſit magnus, ſed quia eius
virtus, non limitatur ad ea, quę ma-
gna ſunt, quin poſſit etiam maiora fa
cere. Nec etiam videat omnium re- B
rerum factam rationem: quia hoc eſſet
comprehendere bonitatem diuinam,
quę eſt finis omnium rerum factarum.
Hinc dicit Eccl. Intellexi, quod om-
nium operum nullã poſſit homo red-
dere rationem. Nec etiam vident om
nia, quæ ex ſola Dei uoluntate depen-
dent, ſicut prædeſtinatio, electio, iuſti-
ficatio, & huiuſmodi, quę ad ſanctifi-
cationem pertinent creaturæ. Vnde
1. Cor. 12. Apoſt. Quæ ſunt Dei, nemo cognoſcit,
niſi ſpiritus Dei. Hæc autem uitio qđ C
aliud, eſt quam cognitio, & hæc bea-
ta cognitio iuſtitiam conſumatam fa
cit, & immortalitatem adducit. Iuxta
Sap. 15. illud Sap. Noſſe te iuſtitia conſumma
ta eſt. Scire iuſtitiam, virtutem tuam
ideſt totam diuinam naturam, totam
ſapientiam, potentiam, bonitatem
tuam, quæ radix eſt immortalitati. Et
hæc omnia non cognoſcet anima ſuc
ceſſiuè, ſcilicet modo ſapientiam, mo
do bonitatem, &c. quia ibi non eſt ſuc
ceſſio temporis, ſed omnia videt ſimul D
& cognoſcet in Deo, & amat & frui-
tur, & omnia etiam ſimul laudabit.
Tho. cont. Hinc illa uiſio dicitur vita, quia hæc
gent. li. 3. c. eſt uita, vt cognoſcant te Dominum
61. 62. Ieſum Chriſtum, inquit Euangeliſta
æterna, quia Deus uidetur, qui eſt ipſa
æternitas. De hac ſola cognitione glo
riandum eſt electis. iuxta illud. Non
glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec
diues in diuitiis ſuis, nec fortis in for-
Hier. 9. titudine ſua, ſed in hoc glorietur qui

A gloriatur ſcire, & noſſe me. Verum ad
videndum diuinam eſſentiam intelle
ctus creatus non ſufficit, niſi ſit aliqua
diſpoſitio eleuans ad uidendum Deũ.
Et hæc uocatur lumen gloriæ. De quo
Pſal. In lumine tuo videbimus lumẽ.
Et in Apoc. Ciuitas Sanctorum Beato- Apoc. 21.
rum, non eget ſole, neque luna, nam
claritas Dei illuminabit illam. Et Iſa. Iſa. 60.
Non erit tibi amplius ſol ad lucẽdum
per diem, neque ſplendor lunæ illumi
nabit te, ſed erit tibi Dominus in lucẽ
B ſempiternam, & Deus tuus in gloriam
tuam. Hoc uero lumen glorię eſt quæ-
dam diſpoſitio ſupra naturalis, ꝑ quã
poſſumus cognoſcere diuinam eſſen-
tiam, non autẽ comprehendere, ideſt
ita perfectè cognoſcere Deum, ut co-
gnoſcilbis eſt. Et eſt iſtud lumẽ gloriæ
duplex. Primum per modum formæ
connaturalis factæ, & permanentis,
& hoc modo illuſtrantur beati in pa-
tria. ſecundo per modum tranſeun-
tis in raptu. Et ita fuit illuſtratus Moy Tho. 2. Co.
C ſes, & Paulus. c. 12.

Item alius Sermo adaptari poteſt de
pace, & pulchritudine pacis, qui eſt
ſupra in Ser. XL.

*De Horto Delitiarum, ac myſtico,*
*ſeu ſpirituali Mundo.*
*MARIA.*

*Sermo vnicus.*

D SI Deum ore Prophetico Sermo 87.
in Sanctis ſuis laudare
iubemur, multo magis
in Beata Virgine matre
eius oportet cum hym-
nis, & canticis ſpiritualibus extolle-
re, ac dignis Deo iubilare præconijs,
& myſticis honorare muneribus. Nul-
li dubium, quin totum ad gloriam lau
dis eius pertineat, quicquid dignè ge-
nitrici ſuæ impenſum fuerit, atque at-
tributum. Sed quibus te laudibus.
O Virgo

O Virgo Beatiſſima ego miſer homuncio efferam? Multi viri diuitiarum de ciuitate Domini uirtutum miſerunt manus ſuas ad te laudandam, altitudinem tamen diuitiarum tuarum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia inueſtigabiles viæ tuæ. Et inſcrutabilia uniuerſa. Glorioſa dicta ſunt de te genitrix Dei. Et ſi mirabilis Deus in ſuis Sanctis, nimis tamen eſt in te. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, ita ut non ſint loquelę, neque ſermones in omni natione, quæ B ſub cœlo eſt, quibus amplitudo glorię tuæ ualeat explicari. Quis enim Sermo ad ipſius merita enarranda ſufficiat. Quæ iam poterit lingua etiamſi angelica ſit dignis extollere laudibus Virginem matrem, matrem non cuiuſcunque, ſed Dei? quę digna fuit ſacrarium fieri Spiritus ſancti, & habitaculum filij Dei. Fateor me ſuarum minime poſſe pręrogatiuarum librum aperire, & nō tanta rerum, uerborumque copia inſtructum exiſtere, vt ip- C ſius almæ Virginis dignas poſſim laudes pręedicare. Timeoque ſatis, ac ualde pertimeſco ne dum ad laudem eiꝰ aſcendere cupio, ſicut improbus, omniumque plenus uitiorum ſordibus, ita & indignus laudator inueniar. Profecto cum nec ſanctitas, nec facundia appetat, ut ſuam dignè laudare queam magnificentiam. Etenim vt verum fateor omnis lingua in ſuis laudibus balbutit. Nec tamen, ò glorioſa Virgo, & amabilis Maria idcir- D co tuas reticebo laudes, quin potius propterea dicam. Curram igitur in odorem unguentorum tuorum: Nam etſi digne nullus te laudare ſufficiat, quiſquis tamē pro viribus niti debet. Sed vnde ſuarum laudum ſumam exordium, niſi ab hoc ipſo primum vt ipſius meritis adiutus oſtendam eā eſſe hortum delitiarum omnium, in quo conſita ſunt uniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum. Vnde

A ſic canitur de ea in Cant. Hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus. Verè hortus delitiarum fuit ſuus ſacratiſſimus vterus, quia ex eo multiplices gaudii flores colligimus, quoties mente recolimus quam magna multitudo dulcedinis vniuerſo orbi inde perfluxerit. Hortus plane delitiarum, quem non modo afflauit veniens, ſed & proflauit ſuperueniens Auſter ille diuinus, vt vndique fluant & effluant aromata eius, chariſmata B ſcilicet gratiarum. Hinc eſt quod & ipſi cæleſtis curiæ principes in admirationis vocem ita prorumpūt. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens. Cant. 8. Ac ſi manifeſtius dicāt, vbi eſt tanta affluentia delitiarum in deſerto, vbi nihil eſt, niſi dolor, & labor. Multis enim erat repleta delitijs virtutum hæc præcelſa Domina noſtra, ita quod manans ex ea fragrabat ſuauiſſimus odor etiam ſpiritibus Angelicis. An non delicias dixerim vir- C gineam puritatem, cum munere fœcunditatis, humilitatis inſignē, diſtillantem charitatis fauum, miſericordiæ viſcera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam gloriæ ſingularis. Sicque concluſus fuit ille hortus, ut ad eum deflorandum manus peccatoris numquam introierit. Nam uirginitas mōtis, & corporis hanc virginem quaſi murus ita vndique vallauit, ut nullus vnquam libidine eſſet ad eam acceſſus, nec ſenſus eius aliqua corrumpe- D retur illecebra, quamuis autem multæ aliæ murum virginitatis habeant, & turrim humilitatis, ideſt uirgines ſint, & humiles, tamen ſalua uirginitate matres eſſe non poſſunt, neque generare, quod iſta ſola fecit, ideo caſtellum hoc merito quoddam, ideſt ſingulare Euangeliſta appellauit, quia ſingularis virgo, & mater fuit quod nulla alia potuit, uel poterit. Hoc eſt illud nouum, & omnium nouitatum ſupereminens nouitas, de quo Hiere- Hier. 21.

maias



A mias Sanctus teſtatur. Circumdedit fœmina virum, quoniam Deus ſic ingreſſus eſt ventris hoſpitiū, vt corporis clauſtra neſciret, & ſic inde exiuit, ut eſſet ſicut Eze. fatet porta oino clauſa. Ezech. 44. Hæc eſt paradiſus ille virtutum omnium ſpecioſis floribus delectabiliter vernans, ita vt odore ſuauiſſimo totā Dei domum repleat. Inter quorum pulcherrimos trium in ipſa miramur excellentiam. Hi ſunt nardus humilitatis, rubens roſa charitatis, lilium caſtitatis. Bonus odor nardus humilita- rB tis, qui de hac ualle plorationis aſcendens perfuſis circumquaque uicinis regionibus ipſum quoque regium accubitum grata ſuauitate reſpergat. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Eſt nardus humilis herba, & calidæ ferunt eſſe naturæ hi, qui herbarum vires curioſius explorarunt. Et ideo per hanc non inconuenienter humilitatis fragrantia accipitur, quæ ipſum Dominum pro noſtra redemptione ad ſuſcipiendam uſque C noſtram naturam inclinauit, quando nardus Virginis dicentis. Ecce ancilla Domini &c. ita ſuauiter redoleuit ut aſcenderit in conſpectu gloriæ Dei fumus aromatis, & inuenerit gratiam coram oculis eius, & adeo decorem Virginis beatæ cōcupiuerit, ut ſtatim egrediens de loco ſancto ſuo exultauerit ut gigas ad currendam viam, & licet a ſummo cœlo egreſſio eius, nimio tamen humilitatis eius repletus odore in ipſa poſuit tabernaculū ſuū. D Sed quid dicam de lilio caſtitatis, de qua ille diuini epithalamij præcentor quaſi in eius laudem veni, inquit, de libano, ueni, coronaberis. Non immerito igitur venire de libano iubetur, quia libanus cādidatio interpretatur, erat enim candidata Beata Virgo Maria multis meritorum uirtutibus, ac virginitatis niue tota dealbata, quia in nullo corrupta. Et quamuis quod dicitur ita verum ſit, ut nil uerius Chri



A ſtiana fides poſſit credere, ponamus tāmen aliquod uirginitatis ipſius teſtimonium. Quippe cum ab Angelo filius ei permitteretur, reſpondit. Quomodo fiet iſtud quoniam uirum non cognoſco. Immobile propoſitum uirginitatis, quod nec angelo filium promitente aliquatenus titubauit, quoniā quamuis deſponſatam, tamen ſe numquam virum cognituram certiſſime ſciebat. Et tantum in hoc uirgineo flore Rex regum, & Dominus dominātium ſibi complacuit, quod a regalib. B ſedibus veniens, primam ſibi manſionem inter filios hominum elegerit, & ex ipſa illibatæ carnis ſuæ ſubſtantia quaſi de lignis libani ineffabili architectura domum ſibi ædificauerit Dei ſapientia quia de immaculata immaculatus procedere debebat omnium maculas purgaturus. Nec non tam charitatis roſa fragrans fuit, ut nullam in pectore virginali portiunculam vacua amore relinqueret. Sed toto corde, C tota anima, tota uirtute Deum diligeret, & eſſet gratia plena. Nimirum hæc eſt roſa illa, quæ omnium affectus demulcet, candida per uirginitatem, ſed per charitatem rubicunda, mente rubea, candida carne, candida uirtutē ſectando, rubicunda uitia calcando. Candida. Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo. Merito de tali delitiarum horto flos ille ſpecioſus præ floribus paradiſi egreſſus eſt omnis pulchritudo ſanctitatis, & beVigni- D tatis odor. de quo ſic Salomon in canticis. Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium, non immerito ſpecie ſua, & pulchritudine ſua dicitur alios flores præcellere, quia uirgineæ carnis fructus eſt, vt vaticinatur Iſaias. Iſa. 11. Egredietur virga de radice ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Porro eſt fragrātiſſimus in odore, qui humilis eſt, ac humilium pulchritudo mentium. Talem, ac tantum florem protulit hæc Beata Virgo. Sed cui aſſimilabimur (Dilectiſſimi)



hæc

hæc mater pulchritudinis? Vere Dei A
paradiſus dicitur, quia lignum uitæ
mundo dedit, de quo qui manducaue-
rit, uiuet in æternum. Eratque paradi-
ſus locus amæniſſimus, fructuoſis ne-
moribus occupatus, nullique timori
expoſitus, idemque magnus, magno-
que fonte fæcundus. Sic. Sic Beata Vir
go ſpiritualis virtutum paradiſus nun-
cupatur, ex qua fons vitæ, qui ex ore
altiſſimi perdiit, de medio uentris ſui
proſiliuit, atque inde in quatuor capi-
ta ſeſe diſpertiens, ad irrigandã faciẽ B
arentis mũdi emanauit, dũ ſe naſcens
dedit in ſocium, conueſcens in edu-
lium, ſe moriens in precium atque ſe
Gen. 2. regnans in præmium. Vere Dei paradi
ſus ex quo quatuor proceſſerunt flu-
mina, ſicut fideliſſima teſtatur ſcriptũ-
ra, quæ in Dei genitrice quatuor uirtu
tes deſignant, prudentiam, fortitudi-
nem, temperantiam, iuſtitiam. fuit.n.
fortis in propoſito, temperans in ſilen-
tio, prudens in interrogatione, iuſta
in confeſſione. Ecce ancilla Domini C
&c. Hæc per ſuam irrigationem Dei
ciuitatem lætificat. Contemplatiuis
diuidens riuulum deuotionis, actiuis
riuulum perſiſtendi, ſed & prælatis a-
lium, vt in ſollicitudine præſint, ſubdi-
tis autem riuulum obediendi, & non
ſolum hos quatuor, ſed multo etiam
plures quotidie fluentes, non terram
irrigantes generat, ſed animas ho-
minum, ad producendum virtutem
gemina ſuſcitantes. Iſta inquam eſt
Aqueductus ille, qui nobis cõtulit fon D
tem indeficientem, puteum aquarum
viuentium, quæ fluunt impetu de liba-
no. Hæc eſt illud mare, ubi precioſa
margarita dicitur. nam parua per hu-
militatem, candida per puritatem, ſo
lida per ſanctitatẽ, precioſa per Dei-
tatem, rore denique cœli concepta, i.
operatione Spiritus ſancti. Hæc eſt pa
radiſus ille temperatiſſimus ubi, nec
ſuperbiæ vẽtus, nec ſordis nebula fuit,
nec glacies iniquitatis, ſed quicquid in

A ea geſtum fuit, totũ gratia, & veritas,
totum miſericordia, & iuſtitia, & ideo
immaculata. Et quia priuilegio ſingu
laris caſtitatis abſque omni peccato
produxit vitam, merito peccati mor-
tis peperit peremptorem. O quam
mirabilem temperiem in ea inuenie-
mus, ſi ad ipſam mentis oculos eleua-
mus. Et perfecto abſque ullo cupidi-
tatis æſtu fuit, quę pauperum oblatio-
nem obtulit. Denique abſque uolupta
tis calore, quia virgo mente, & corpo-
B re. Nec honoris æſtus fuit in ea, dum
Dei mater eligitur, & ancillam ſe no-
minat. Vere Dei paradiſus, in cuius
medio eſt lignum uitæ, cuius foliis ſa-
nantur infirmi, cuius odore reuiuiſcũt
mortui, cuius ſapor dulcurat amaros,
cuius umbra refrigerat miſeros, & cu-
ius aſpectus lętificat angelos. Denique
nonne Paradiſus Virgo Beata eſt, in
qua ſufficiens cibus omnium morta-
lium inuenitur? Currant ad eam con-
templatiui, ſuſcipientes contemplatio
C nis cibum, quia optimam partem ele-
git. Sed peccatores ab ea accipiant
propitiationis cibum, Matrem miſeri-
cordiæ recognoſcant, quæ quantumli-
bet fętidum non horret, non deſpicit,
ſi ad ipſam ſuſpirauerint, ſuumque in-
teruentum pœnitenti corde flagitaue
rint. At ſuperbi eſcam ſumant humili
tatis, lubrici uero refectionem caſtita-
tis. Vnde recte hortatur omnes. Tranſi Eccl. 24.
te ad me omnes, qui concupiſcitis me.
Bene paradiſus delitiarum eſt, in qua
D plantauit Dominus Deus diuerſas aro
maticas arbores. cedrum fidei, cuius
odor fugat ſerpentes, & eius reſina li-
bros a tinea conſeruat, & vetuſtate.
Nec non & cipreſſum, cuius nomine
ob eius odorem fortitudo ſpei æterna
odorantis, & ſuperari neſcientis acci-
pitur. Denique, & palmam, quæ graci
lis eſt circa radicem, ſed deſuper dila-
tatur, cum gratia filiorum ſemper vi-
rentium, & ſuauitate pomorum, per
quam non immerito charitas deſigna-
tur,



tur, quę ab anguſto incipit, ſed uſque A
ad inimicos dilatatur, ſemperque vi-
ret, atque fructificet, inſuper & roſam
quę coronam martyrij ſignificat. De-
inde oliuã miſericordię, cuius liquor
ſupereminet cunctis liquoribus, per
quam miſericordia, quę ſuperexaltat
iudicium accipitur. Nec non platanũ
ſic a latitudine dictum filiorum, quia
ampla eſt, & naſcitur iuxta aquam in
planteis, magnanimitatem ſignificãs,
quę latitudine charitatis, & animi, cũ- B
ctos recipit, protegit, omnibus. Item
cynnamomum, & balſamum. Cynna-
momum, vero humilitatem deno-
tat, nam quanto ſubtilius, tanto
melius eſt, & magis redolet, ſed
balſamum benignitatem ſignificat,
quia ſemper albens, & virens etiam
lęſa lęſoribus gratiam beneficiorum
reddere nouit. Nouiſſime plantauit,
& myrrham, quæ amara eſt, & corpo-
ra incorrupta conſeruat, & ideo caſti-
monia, eſt carnalium deſideriorũ mor C
tificatio accipitur, quæ corpus, & ani-
mam a uitijs conſeruat incorruptam.
Sic Dominus noſter Ieſus Chriſtus in
dilectiſſima matre ſua plantauit ce-
drum, cypreſſum, & palmam, & quã-
uis cęteros Sanctos huiuſmodi aroma
ticis arboribus rerodele faciat. tamen
hoc uiridarium, ad quod apis illa cœ-
leſtis aduolauit, multo magis honori-
ficauit, quia eam in via ſuper altitudi-
nem fidei, ſpei, & charitatis, cęterarũ-
que uirtutum omnium ſuperexcellen- D
ter exaltauit, decorauitque eam, ſicut
roſam in Hiericho, ſicut oliuam ſpe-
Luc. 2. cioſam in campis, & platanum iuxta
aquam in plateis, quoniam eam etiã
in via martyrij teſtante Simeone, quod
eius animam pertranſiret gladius, &
miſericordiæ, & operibus decorauit,
& in patria omni honore, corona, om
nique gloria, omni pulchritudine, cha
ritate, pluſquãcor hominis capere poſ
ſit, mirificauit. Redolere quoque fe-
cit, ſicut cynnamomum, & balſamum

A aromatizans, & ſicut myrrham electã.
Enimuero tam bono odore, tam bona
opinione benignitatis, & humilitatis,
& ſuauiter olentis, & perpetuę virgi-
nitatis floris, cęterarumque virtutum
eam aromatizauit, quod vniuerſi fide-
les, tam qui ſunt in via, quàm qui ſunt
in patria, omniſque militia cœleſtis
fragrantia illius incomparabili dele-
ctetur, dicẽtes. Quæ eſt iſta, quæ aſcen
dit de deſerto, ſicut virgula fumi ex
B aromatibus myrrhæ, & thuris. & om-
nis pulueris pigmentarij. O virida-
rium perfectiſſimũ, ſi animos noſtros
erigimus, intuebimur animalia, quæ
in hoc viridario ſunt occulta. Hic fue-
runt lepores diuini timoris, hinnuli
velocis operationis, cerui diuini amo-
ris, philomena nocturnæ operationis.
Turtur in ſublime habitans contem-
plationis. Columba ſimplicitatis. Hęc
eſt dulce illud lignum, quod ſolum di-
gnum fuit portare fructum ſalutis iux
C ta omnia fluenta gratiarum plantatũ,
radicitus in humilitate fundatum, cha
ritate in ſe compactum, quod fructum
ſuum dedit in tempore ſuo, quãdo ve
nit plenitudo temporis, quando ple-
nitudo, & abundantia temporalium
obliuionem, & inopiam fecerat æter-
norum. Tunc hæc benedicta arbor ſan
ctitate ſolida, rectaque intentione ere-
cta, conuerſatione cœleſti ſublimis no
bis fructum protulit, de quo pſal. My-
ſtico Sermone teſtatur, dicens. Terra Iſai. 4.
D dedit fructum ſuũ, qui eadem Virgo,
quæ non immerito terra dicitur. Quæ
de terra corpus habuerat, filiũ genuit,
de quo Iſaias humanæ redemptionis
tempus intuens, ſic ait. In die illa erit
germen Domini in magnificentia, &
gloria, & fructus terræ ſublimis. Ger-
men namque fuit in magnificentia, &
gloria, cum ſempiternus Dei filius in
carne temporaliter apparens magni-
tudine virtutum cœleſtium mũdo cla
rus effulſit. Fructus quoque terræ ſubli
mis effectus eſt, quando carnem no-

ſtram de noſtra natura mortalem ſu-
ſceperat, Deus uirtute reſurrectionis
immortalem redditam iam ad cœlos
ſubleuauit. Hic eſt fructus ille ſuauiſ-
ſimus, de cuius ſapore quidam, qui eũ
guſtauerat, taliter eructabat, dicens.
Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt
Pſal.33. Dominus. Et alibi. Quam magna mul
Pſal.30. titudo dulcedinis tuę Domine, quam
abſcondiſti timentibus te. Audiſti de
ſapore. Audi quam ſit ſpecie delectabi
1.Pet.1. lis. In quem teſte ſcriptura deſiderant
etiam Angeli proſpicere. Deinde olfa-
Gen. 27. ctui eſt fragrantiſſimus, huius odorife
ri fructus fragrãtiam ſentiebat qui di-
cebat. Ecce odor filij mei, ſicut odor
agri pleni, cui benedixit Dominus.
Et quis ager plenus, niſi Beata Vir-
go, verè virtutum plena. Plena
gratiarum. Et non ſolum ager di-
citur, ſed dulce lignum, quod di-
dignum fuit portare ſalutis fructum,
& nobis dare, dabitque etiam dilectis
Pſal.1. ſuis tempore ſuo. De quo ſpecioſo li-
gno ſic ait pſal. Et erit tãquam lignũ,
quod plantatum eſt ſecus decurſus a-
quarum, quod fructum ſuum dabit
in tempore ſuo, bene tempore ſuo da
bit dilectis ſuis, ideſt cum mors cun-
cta interimit, cum ſomnum Dominus
dederit dilectis ſuis Domini hæredi-
tatem, fructus ventris ſui benedicti,
fructum noſtræ redemptionis Chriſtũ,
qui rationi erit plenitudo lucis, uolun
tati multitudo pacis, memoriæ conti-
nuatio, æternitatis, folium huius be-
nedicti ligni, ſic viſu delectabilis nun
quam defluit, ut teſtatur Propheta.
Nam quater in Euangelio vocem eius
audiuimus. Primo quidem ad Angelũ,
ſed cum ſemel, atque iterũ allocutus
eã fuiſſet. Secundo ad Eliſabeth, quan
do vox ſalutationis eius Ioannem exul
tare fecit in vtero. Tertio ad filium,
cum iam eſſet annorum duodecim,
quod ipſa, & pater eius dolentes quæ-
ſiſſent eum. Quarto in nuptijs ad filiũ,
& miniſtros. Si cum Angelo loquitur.

A Ecce verbum Dei factum caro. Si va-
dit ad Eliſabeth. Exultauit gaudio in-
fans in utero ſuo. Si cum filio ſuo, cũ
eſſet annorum duodecim inuenietur,
quod deſcẽdit cum eis. Denique ſi ite-
rum cum filio, intuebimur quod ex a-
qua fit vinũ. Quapropter iugiter hæc
cœleſtis arbor viridis ſemper in ſub-
ſtantia, & in folijs permãſit. Hęc quaſi
vitis fructificauit ſuauitatem odoris,
non ſolum exemplo bonæ vitæ, cum
ipſa ſit, quæ cũctas illuſtrat Eccleſias,
ſed etiam illum, cuius odore reuiui-
ſcunt mortui generãdo. Campus quo-
B que eſt benedictus, qui ſine omni hu-
mano floret adminiculo, non ſemina-
tus ab aliquo, non defoſſus ſarculo,
non impinguatus fimo, quia non ex vi
rili ſemine, ſed inuiolata, integra, & ca
ſta Mariæ viſcera, tamquam paſcua
æterni viroris florem protulere, cuius
pulchritudo non videat corruptionẽ,
cuius gloria in perpetuum non mar-
ceſcit. Hæc hortus eſt, non vaporibus
circundatus, ſed clariſſimus propterea
ſtellæ comparatur cuius radius mun-
C dum illuminat, ſplẽdor in ſupernis ful
get, inferiora penetrat. Hortus eſt nul-
li timori expoſit⁹, ſed vt bellatrix egre
gia omnes ad ſe confugientes prote-
git, ſingularis eſt oliua, quæ oleo Spi-
ritus ſancti, præ cunctis eſt cuncta par
ticipibus, quæ ſuper omnes mulieres
eſt benedicta, quia Virgo ſupra Virgi-
nes non fęcunda. Supra denique An-
gelos, propterfructus vbertatem. Oli-
ua uerè pulchra propter coloris uiro-
rem, in quo ipſius Virginis notatur cõ-
D ſtantia in virginitatis propoſito. Quo-
modo fiet iſtud &c. Fructifera pp vir-
tutes. Specioſa per virginitatis cando-
rem. Virga inſuper eſt Aaron, quæ cũ
eſſet ſicca contra naturam, & flores, &
frondes, & nuces germinauit. Sic Bea-
ta Virgo contra naturam floruit, con-
tra naturam concepit, & peperit. Et
quid de ea dicam Dilectiſſimi in Chri
ſto fratres, ſemper locus eſt ſuæ lau-
dationi.



dationi. Omnis lingua in ſuis laudib.
balbutit. Ipſa etiã huic ſenſibili mun-
do non incongruè aptatur. Orbis hic
terrarum herbas habet. Et Maria ſpei
mater dicitur. In mundo ſunt flores.
In Maria verba odorifera. In mundo
varij fructus. Et in Maria charitas,
pax, &c. Qui ſunt fructus ſpiritus. Si
cupimus terram, Mariam amemus, de
qua pſal. Terra dedit fructum ſuum,
ſi aquam diligimus, ad Mariam ten-
damus, quæ omni gratia plena eſt. Si
ignem quærimus, Mariã inueniemus, B
quæ eſt mater charitatis. Ad ſolem
anhelamus, ecce puritas Beatæ Virgi-
nis. Si ſtellas quærimus, profecto in
ea inueniemus cogitationes mundiſ-
ſimas. O igitur pulcher mundus om-
nium virtutum varietate decoratus.
Quatuor enim elemẽtis conſtat mun
dus. Cœlo, aere, aqua, & terra. Sic &
Dominus Deus Beatam Mariam tam
pulchra contexuit uarietate, ut in ea
facile ſit intueri decorem, flammasq;
aſtrorum. Nam ut ad ipſam minutim C
conſiderandam accedamus. Beata Vir
go conuenienter cœlo comparatur,
quia ſicut Deus dicitur concordiam
facere in ſublimibus ſuis, ſic & unita-
tem ſpiritus hęc ſeruabat in uinculo
pacis. Cœlum ordinatim procedit.
At in Maria omnia ſecundum ordinẽ.
Cęlum domus Dei. Et Maria templũ,
ut Dei filius ibi fieret homo ædifica-
tũ. de quo vaticinat̃ Malachius, ſtatim
veniet ad templum ſanctum ſuum do
minator, quem uos quæritis. Denique D.
cœlum, quia conuerſabatur in cęlis:
nam ibi erat cor ſuum, ubi theſaurus
ſuus, his, & alijs rationibus Maria di-
citur cœlum. Imo pluſquam cœlum,
ſiquidem Dominum, quem cœli, &
terra capere non poterant, ſuo gre-
mio contulit. Sed varijs fuit ipſa glo-
rioſa Virgo tanquam cœlum ſtellis
ornata. primo fuit merito Angelorũ
decorata, angelice viuendo. Et recte
quidem, quia in carne præter carnem

A viuere non terrena vita eſt, ſed cœ-
leſtis. fuit dono prophetiæ præfulgi-
da, ſpiritu cernens prophetico bea-
tam ſe debere dici ab omnibus gene-
rationibus. Item merito Apoſtolorũ
fuit decorata, & Euangeliſtarum, ip-
ſos docendo. nam ab ea multa de in-
greſſu Angeli, de conceptione audie-
runt, nobiſque legenda mandaue-
runt. Martyrum fuit etiam merito
circundata, quæ de hoc tam in Sy-
meonis prophetia, quam in ipſa do-
B minicæ paſſionis hiſtoria commenda
tur. Inuenire ſiquidẽ eſt quoque in ea
ſtellam confeſſorum, dum deuote
Deum magnificauit. Deinceps mul-
tum in illa rutilat Virginis meritum:
quia ipſa virginitatis dicitur primice
ria. His nimium Virgo regia fuit om-
nium ſtellis ornata uirtutum. Sed pu-
tas ne ſit ipſa Sol, Luna, & Aurora.
Eſto ſiquidem de præſenti eccleſia
intelligant Doctores quod diuini epi-
thalamij præceptor ita prorupit. Di-
C cens. Quæ eſt iſta, quę progreditur Can.6.
pulchra ut luna, electa ut ſol. tamen
id plane non inconuenienter. Mariæ
id videtur attribuendum. Ipſa inquã
eſt quaſi noui diluculi aurora rutilans
ad ſe ſua attraxit ſerenitate ſolem ue-
rum Dominum Ieſum Chriſtum. fę-
lix aurora, quæ tam fælicis diei nun-
cia extitit, expulſi dæmonum, lætitia
iuſtorum, & conſolatio afflictorum.
Et recte quidem auroræ impleuit offi-
cium, quia ipſe ſol iuſtitię de ea pro-
D. ceſſurus ortum ſuum quadam matuti
nali irradiatione præueniens in illa
lucis ſuæ radios copioſe transfudit,
quibus tenebras in fugas conuertit,
atque ita deſideratum cunctis genti-
bus diem mundo inuexit. Denique
pulcra ut Luna dicitur, eique conueni
enter aſſimilatur. Illa humorum pa-
tens, hæc gratiæ, illa transfuſo in ſe
ſolari lumine nocte illuminat. hæc
peccatores. dum illos de anguſtia li-
berat, in periculis adiuuat, ac pecca-
torum.

torum ueniam impetrat. Illa aſtrorum omnium ſola ſolis ſimillima, & candore venuſta argenteo cęteris in cęlo præmicat ſideribus. Hæc veri ſolis imago expreſſiſſima inter millia aſtrorum Deo aſſiſtentium virginali puritate in cœlo glorioſa præfulget. pulchra igiť eſt ut Luna. Imo illa pulchrior, quia iam ſine defectn ſui corruſcat cœleſtibus illuſtrata fulgoribus. Pulchrior quam luna: etenim tota pulchra eſt, & macula non eſt in ea. pulchrior quam Luna, nam ea ſub Mariæ pedibus non incongrue ponitur, ſi quidem ſtultus ut luna mutatur, & ita totius ſtultitię princeps, qui vere mutatus ut luna ſapientiam perdidit in decore ſuo, ſub Marię pedibus conculcatus, & contritus miſeram. patitur ſeruitutem. Hanc prædixit Deus, quando ad ſerpentem ait. Ipſa conteret caput tuum, Iam electa ut ſol, vigore virtutum. quia ipſe eam elegit ſol iuſtitiæ, vt naſceretur ex ea. In ſole nimirum feruor, & ſplendor ſtabilis permanet. Ita in Maria fuit feruor amoris, vt fieret mater charitatis. Et tam profundiſſime fuit ſplendor diuinæ ſapientię, vt ipſa ſola ſit, quę contriuerit vniuerſam hæreticam prauitatem. Hæc quidem recte ſoli aptatur. nam quemadmodum ille ſuper bonos, & malos indifferenter oritur ſic ipſa quoque pręterita non diſcutiens merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus ſeſe clementiſſimã præbat. Et ut ſol Lucis ſuæ radijs diem illuſtrat. Sic Virgo beata inſtar ſolis dies, ideſt iuſtos illuminat, atq; recreat. dum exaudit in precibus, atque in huius uitæ flutibus liberat in tentationibus, & gratiam auget in uirtutibus. Solis ſplendor ſtabilis iugiter Perſeuerat. Et hæc numquam in fide defecit. Denique, electa ut ſol ille (inquam) ſolis conditor. ille, enim electus ex milibus virorum, hæc ex milli bus electa fœminarum. Sic ab eo ele-

A, B, C, D

Gen.30.

cta, vt naſceretur ab illa ſol ille; quia cum eſſet inuiſibilis, per aſſumptionem carnis lucidus, & uiſibilis factus eſt omnibus. Et cum eſſet impaſſibilis, in ſole poſuit tabernaculũ ſuum, corpus ſuſcipiens paſſibile. Sic ineffabili artificio erat beata Virgo tamquam cœlum ornata. Sed putas ne, quin ipſa ſit nubes illa, de qua ſcriptum eſt. Ecce Dominus venit ſedens ſuper nubem leuem. Vere ipſa eſt nubes leuis, quę coniugij onera neſciuit, quæ hunc mundum leuauit de graui onere peccatorum; quæ remiſſionem peccatorum in vtero geſtabat. Nubis huius ſpiritualem pluuiã omnes acceperunt, ita vt nemo ſit, qui ab ea ſe abſcondat. De huius imbris plenitudine vniuerſi acceperunt, captiuus redemptionem, æger curationem, Triſtis conſolationem, peccator veniam. Iuſtus gratiam, ſed patriarchæ manſuetudinis cum Domina noſtra obtinent beatitudinem, & ita terram illam viuentium, & merito illis ſecunda conuenit beatitudo, qui, tot minis laceſſiti manſuetudinem ſeruabant. At prophetis eſt cum Beata Virgine tertia beatitudo etenim ipſi propter mala, quæ videbant fletibus uacabant. Apoſtoli vero quartum inter beatitudines obtinent locum. profecto tanta eis erat iuſtitiæ fames, quod ut ſatiari poſſent, eam per vniuerſum quærebant terrarum orbem. Sed & martyres per hanc nubem miſericordiam receperunt, porro tam miſericordes erant, ut ſuis eam impẽderent perſecutoribus. Virgines autem ſextam cũ, ea participant, quę munditiam corpore ſeruabant & mente Denique confeſſores ab hac nube minime ſunt excluſi, qui ut pacifice poſſent uiuere, ab omni ſe inquietitudine ſegregabant. Videtis ergo dilectiſſimi in Domino nullum huius ſpiritalis pluuię, nullum inopem eſſe, ſed omnes per eam exceperunt. O bona igitur

Iſa.9.

nubes



nubes hanc ſequamur, quæ fontem intra ſe genuit, quo rigauit orbem terrarum. Sed ad alia trãſeamus quia ſi mihi linguæ centum reſonarent, nil dignum tibi o Maria Virgo beata dicere poſſem. Sed aeri non merito ipſa etiam comparatur nam ut dicitur in libro de proprietate rerum. Aer naturaliter eſt ſuiipſius diffuſiuus, tranſparensque, & perſpicuus; cœleſtiſq; virtutis, ac influentiæ, & impreſionis ſolaris luminis receptiuus, & ſuper omnia elementa leniſſimus, atque virtutem reſpirandi cunctis animãtibus miniſtratiuus. quas omnes conditiones multoque plures, atque excellentiores Virgo iſta beata habet, ſicut patet intuenti ſuas prærogatiuas. Ipſa enim gratias ſuas libentiſſime omnibus communicat, & diffundit, ita ut de ea dici poſſit illud ſapientię. Sine Inuidia communico. Ipſa omnibus eſt per uiam tranſparens, ſicut canit Eccleſia. Cuius vita inclita cunctas illuſtrat Eccleſias. Ipſa cœleſtis, & diuinæ gratiæ, æternique ſolis influentiã ſuper omnes recipiens creaturas illuminat, ita vt ſibi conueniat illud ſapientiæ. Dedit ſibi claritatem æternam. Ipſa inter omnes ut canit Eccleſia, eſt mitis atque etiam dici poteſt de ea Illud Iob. In cuius manu anima omnis uiuentis eſt, & ſpiritus uniuerſæ carnis. Aptiſſime etiam Domina noſtra aquæ comparatur Etenim aqua abundat, refrigerat fęcundat, velociter portat, ſingulis ſe conformat. Sic hęc precioſa aqua omni eſt gratia ditiſſima, ita ut per ipſam omnes excipiant, & nunquam excicetur. Refrigerat, dum ad virginitatis ſuę imitationem tranſimus. Et qui ad hũc fontem deuote properat, nulli dubiũ eſt quin deuotione accendatur, ac multis fęcundetur uirtutibus atque ad ipſam clamet, dicens. Trahe me poſt te ita ut totus in Marię amorem accenſus hanc non manentem deſpi-

Sapi.7.

Sapi.10.

Iob.c.10.

A, B, C, D

ciat ciuitatem, ſolamque ęternam inquirat. Hęc tanquam aqua omnibus omnia facta eſt, ſapientibus & inſipientibus copioſiſſima charitate ſe debitricem fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, hæc deinceps terra eſt, quæ canitur per Iſaiam. Aperiat terra, & germinet Saluatorem. Cuius affectus tunc apertus fuit, quando gratiæ priuilegium inuenit. Intellectus vero, quando angelico credidit amori. Deinde vterus, quando Dei filium concepit. O igitur fœlix terra, quæ illius mater exſtitit fructus, cuius fructum orbis excepit vniuerſus. & recte quidem terra non caliginoſa per peccatum, ſed tota pulchra, & immaculata, nigra, ſed per humilitatem, ſtabilis, ſed in fide. Capax. Dominum. n. maieſtatis, quem non capit creaturæ vniuerſitas, intra uirginea clauſit uiſcera factum hominem. Media, illũm pariẽs, qui ſumma reconciliauit imis. Orbicularis perſeuerantia. Denique ſicut omnia terrenum corpus habentia ex terræ fructibus enutriuntur, ita ſuus benedictus fructus omnem non ſolum nutrit creaturam, ſed viuificat, auget, & perficit. O igitur magna, & pia. Quid ego uermis, & non homo de te dicam. Tu Virgo. mater, & Dei mater. Vere Deus fecit tibi magna, quia Virgo. maiora, quia mater, ſed maxima, quia talis fuiſti filij mater. O ſublimis Virgo, tu nec nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te. Te igitur ſequamur o Domina, & totis uiribus vociferantes ad te. Non recedat ſantiſſimum nomen tuum a corde noſtro, non ab ore. Loquere Domina, quia audit ſeruus tuus. Adiuua imbecillitatem noſtram. Confer quæſo reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationẽ, periclitantibus adiutorium, & liberationem. Renoua ut aquilæ iuuentutẽ noſtram, vt noui noua voce nouum

can-

canticum nouis ciuibus aggregati illic vbi noua ſunt omnia Iubilæum ſempiternum celebrantes in cymbalis iubilationis concinamus. Amen.

### *De ſingulari dormitione Virginis Mariæ.*

FERVENT interiora mea, trahit, & compellit me affectio Dilectisſimi ſermonem facere de ſingulari dormitione Mariæ. Sed oratio deficit, vocis paupertate cõfundor, dicendi facultas deeſt. Nam ſi cuncta corporis mei membra verterẽtur in linguas, & omnes artus uocere ſonarent, nihil dignum de beata Dei Genitrice dicere potero, cum ipſa ſit, quæ intra virginea viſcera claudere meruit Dominum Maieſtatis, quem non capit vniuerſitas Creaturæ. Quæ igitur lingua etiam ſi angelica ſit dignis poterit extollere laudibus eam, quæ illud de ſe protulit verbum, quod manet in æternum. Quis tanta uerborum copia poterit eſſe inſtructus, ut eius præconia ualeat magnificare, quę illum genuit cuĩ omnia obediunt elementa, omniaque benedicunt? Certe nullus. Etenim non ſunt loquelę, neq; ſermones, quib. amplitudo gloriæ tuæ poterit prædicari. Igitur tacebo. Abſit, vt mutus fiam, ubi omnis loquitur creatura? Sed agrediar iã diuina ope ſuffultus, facultate, qua valeo deſideratum carpam iter, & ipſius precibus adiutus ſuas ſingulares nitar demõſtrare virtutes. Ipſa igitur ſuis nos cõmendet meritis, & precibus adiuuet, ut & digni inueniamur in ſuis laudibus.

Glorioſa Dei Genitrix Virgo (fratres) eſt fœmina illa ſingulariter ſuper omnes fœminas veneranda, quam Deus in cęleſtibus ſingulari donaturus gloria ſingulari in terra præuenire curauit & gratia, qua ineffabiliter, & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Quę diuinis angeliciſque laudata eſt præconijs, atque prędicata, a Patriarchis ſiquidem, & figuris, & ęnigmatibus præſignata, a Prophetis prænuntiata ab Euangeliſtis exhibita, & monſtrata, ab angelo venerabiliter, & officiociſſime ſalutata. Quod enim Moyſi monſtratum eſt in rubo, & igne, Aarõ in virga, & flore, Gedeoni in uellere, & rore, hoc apertiſſime Salomon prędixit in forti muliere, & eius precio. Apertius Hieremias vaticinatus eſt in fœmina & uiro. Gabriel tandem exhibuit ipſam ſalutando. Aue gratia plena. Et bene plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ vero ſimul ſe tota infudit plenitudo gratię, adeo, vt in ea refulgeat omnis norma uidendi, & uelut in exẽplari ſint omnes virtutes excellenter, atque ſingulariter expreſſæ, q̃ quid corrigere, q̃d aufugere, quid tenere debeamus oſtendunt. Hæc enim eſt virgula illa fumi ex aromatibus recta in ſublimitate conuerſationis, in Dei contemplatione ſubtilis, odorifera in uirtutum opinione, anguſta in temporalibus dilatata in ſpiritualibus. Maria ut. Beati inquit Hieronymus, eſt, quę in uigilijs inueniebatur prior, in ſapientia legis eruditior, in humilitate humilior, in carminibus Dei præſtantior, in charitate feruentior, in puritate punior, in omni virtute perfectior. Si enim tanta eſt bonitas Creatoris, qui vt ſumme bonus, beatitudinis ſuę, qua æternaliter beatus eſt, alios uelit eſſe participes, inde quicq̃d a Sanctis receptabile eſt, communicare dignatus eſt. Quid Virgini glorioſæ, quam Deus præelegit ſibi in matrẽ, quæ cum gratia repletur, cum Spiritu ſancto profunditur, cum virtute altiſſimi obumbratur, fit precioſior meritis, celſis ſublimior faſtigijs pulchrior ſanctitate, glorioſior ſuis prerogatiuis meritorum, ita ut nullis iam uſibus ſit mancipanda, niſi diuinis. O Virgo benedicta ad quam uenire dignatus eſt Spiritus ſanctus. O Maria

tu



tu uirtutum es forma, cunctis delitijs affluens, quia & ſi multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas, nam nihil uirtutis eſt, nihil ſpecioſitatis, nil candoris, & gloriæ, quod ex te non reſplendeat. Extat in te, ſanctitas, ſinceritas, pudicitia, caſtitas, fides, & omnes ſimul affluerunt uirtutes. Sed ut iam rem proſequamur Diuinę Bonitatis proprium eſt creaturis impartire quicquid communicabile eſt. Inde eſt quod ſanctis ſuis ſingulariter diſtribuit uirtutes, & ſi vniuerſę adepti fuerint omnes. Sed in Maria omnes coniunctim ſingulariter inuenies. Nam ſi Abraham Deus largitatis, & hoſpitalitatis participem fecit, Dei Genitrix Virgo adeo prę cæteris hanc conſecuta eſt munificentiam, vt omnibus miſericordiæ ſinum aperiat, ut de plenitudine eius capiant vniuerſi. Captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, angelus lætitiam, ut non ſit qui ſe abſcondat a calore eius. Et ut ſol ſuper bonos, & malos indifferenter oritur, ſic ipſa præterita non diſcutiens merita omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimã præbet. Denique neceſſitates ampliſſimoquodam miſeretur affectu. Maria eſt Virgo illa benedicta, per quam elementa renouantur homines ſaluãtur, Angeli reintegrantur. Maria fęmina illa eſt plena, & ſuperplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa ſic reuiuiſcit omnis creatura. Sed loquamur quam fuit hoſpitatrix egregia. Nimirum ea eſt, quæ digna fuit hoſpitio recipere in ſuo ſacratiſſimo vtero omnium redemptorem. O beatus venter cœlis diffuſior, terriſq; amplior, capatior elementis, qui eum geſtauit noſtrę redemptionis precium Sed forte miramur Ioſeph prouidentiam ſuper Aegyptum, qui frumenta ſeruauit non tantum ſibi, ſed omni populo, ſublimior eſt in Maria, ſi quidẽ de intemeratæ carnis ſuæ uiſceribus ſub forma panis viſibilis nobis protulit panem inuiſibilem alimoniam cæleſtem, cibum animarum illum, quo aluntur, & confortantur viuentes uita illius, qui dixit: Si quis ex hoc pane manducauerit, viuet in æternum. Hic eſt cibus ille, quem vidit Pharao, in quo ſpinæ pulchræ, & formoſæ erant, in cuius fortitudine ambulauit Elias quadraginta diebus, & quadraginta noctibus uſque ad montem Oreb. Cibum comedit Eua, per quem nos æterni ieiunii fame mulctauit. Cibum Maria dedit, qui nobis cęleſtis aditum patefecit, per cibum ſumus a paradiſi amænitate deiecti, per cibum quoque ad paradiſi gaudium reparati. In illo pependit eſca mortis, in iſto vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem. Denique talem tibi Maria dedit, qui eſt omnia in omnibus. Si vulnus durare deſideras, medicus eſt. Si febribus æſtuas, fons eſt. Si grauaris infirmitate, iuſtitia eſt, ſi auxilio indiges, virtus eſt, ſi mortem times, uita eſt, ſi cœlum deſideras, via eſt, ſi tenebras fugis, lux eſt, ſi cibum quæris, alimentum eſt, ſi amicitia delectat, Chriſtus, quem tibi dedit Maria, fidelis eſt amicus, qui cũ oĩa fuerint ſubtracta dilectori ſuo, ſeruat fidem. Si pulchritudo. Chriſtus verus eſt Dauid aſpectu deſiderabilis, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Si pax aut ſapientia, ecce pluſquam Salomonem tibi Maria dedit, vt non modo pacificus (quod quidem Salomon interpretatur) ſed & pax ipſa uocetur Paulo perhibente, quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtrũq; unum. Deniq; nõ ſolũ ſapiens, ut Salomon, ſed & ipſa Dei virtus, & ſapientia eſt. Si excellẽtia. Hic eſt filiꝰ Dei dilectus. Si diuitiæ venerare Mariã matrẽ eius, qui dat, & ſemper abundat. Poſtre-

mo Chriſtus gloria,& Charitas,& ho
nor noſter eſt. Totis ergo præcordio-
rum affectibus Mariam veneremur,
quia ſic ille voluit, qui totũ dedit per
Mariam, pſpicua erat in Moyſe man-
ſuetudo, altius in Mariam intueamur,
quæ canente Eccleſia eſt inter omnes
mitis, mater eius qui dixit, Diſcite a
me omnes, quia humilis ſum corde, &
mitis. Nihil in ea auſterum, nihil terri
bile, ſed tota ſuauis eſt afferens mel, &
lac. Si in Samſone ſplendebat fortitu-
do, reſonat in Maria, quæ ſub pedibus
tenet ſerpentis caput cõculcatum. Et
ea ſola eſt, quæ interimit uniuerſam
hæreticam prauitatem. Si patientiam
perſpicimus in Iob. In Maria subli-
mius eminet, quæ in ipſa dominicæ
paſſionis hiſtoria commendatur, &
præcipue in crudeli lancea, quæ dile-
ctiſſime filij ſui latus aperuit. Si Eli-
ſeo contulit Deus vim ſuſcitandi,
quantas credimus fratres meritis, &
precibus Mariæ a morte ad uitam ſpi
ritualiter, & corporaliter reuocatos,
cum in manibus Mariæ ſint theſauri
miſerationum Domini, & ipſa eſt,
quæ diuinæ pietatis abyſſum cui vult,
& quando uult, & quomodo vult cre-
ditur aperire, ut quis enormis pecca-
tor non pereat. Si Samuel de fidelita-
te comendatur. Virgo glorioſa fidelis
nempe inter omnes aſſidue Dei glo-
riam quæſiuit. Magnificat &c. quod
proprium eſt ſeruo fideli. Si Dauid
miſericors contra perſequentes, opti-
mam tamen partem elegit ſibi Ma-
ria, quæ totius mundi reparationem
obtinuit, ſalutem omnium impetra-
uit. Si prudentiam attendimus in Sa-
lomone, ſingularem inueniemus in
Maria, quæ non diuitias, nõ honores,
non potentiam, ſed gratiam quære-
bat. Si eius ſanctitatem miramur, lon-
ge præcellit eam pręcurſoris Domi-
ni. Hæc eſt enim Virgo ſancta, quę ſan
ctorum ſanctum digna fuit concipere

A Chriſtum, qui ſolus iuſtificat, atque
ſanctificat, uere poſt Deum omnium
ſanctiſſima. Si Petri perſpicimus cha
ritatem, ſublimior eſt in Maria, quæ
Deum peperit, qui & ipſa charitas.
Virgula intus concremata in incen-
dio pij amoris, & deſiderio charita-
tis. Si denique humilitatem attenda-
mus, vide quam precioſa humilitas
ex ea reſplendeat, de qua ſolum glo-
riatur, quia reſpexit humilitatem an-
cillæ ſuæ &c. O vere beata humilitas,
B quæ Deum hominibus peperit, uitam
mortalibus edidit, cęlos innouauit,
mundum purificauit, paradiſum ape
ruit, & hominum animas ab inferis
liberauit. O inquam glorioſa Mariæ
humilitas, quæ porta paradiſi effici-
tur, ſchala cęli conſtituitur; quia per
eam Deus deſcendit ad terras. Et cum
hominibus conuerſatus eſt, & pro eis
mortuus reſurrexit, atque ad cœlos
aſcendit. Hæc tandem humilitas fuit,
vt Maria exaltata fuerit ſuper omnes
C choros Angelorum. Nam quam prę
cæteris humillima fuit, tam cunctos
gratia ſingulari tranſcendit. Et quam
grę ſingularis præcęteris habuit, me-
ruit habere gloriam ſingularem. Ita
vt aſtet a dextris Dei gratiarum va-
rietate circundata. Vnde ut aliquid de
ſingulari eius dormitione dicam. Au-
di B. Hieronymum ſic dicentem. Le-
gimus quod ſępe ad funera, & ad ſe-
pulturas quorumlibet ſanctorũ Ange
li aduenientes exequijs eorum obſe-
D quia pręſtiterunt. nec non animas ele
ctorum vſque ad cęlum cum hymnis
& canticis detuliſſe, vbi & vtriuſque
ſexus chori commorantur frequen-
ter auditi, laudeſque ceciniſſe. inte-
rea quod perſpicatius eſt multo, non-
numquam lumine eoſdem reſplen-
duiſſe. Inſuper & adhuc uiuentes in
carnem ibidem miri odoris fragran-
tiam diutius percepiſſe. Quod ſi ta-
lia, & tanta Dominus noſter Ieſus
Chri-



Chriſtus ob merita ſuorum compro-
banda dignatus eſt exhibere per ſuos
miniſtros circa defunctos, quanto ma
gis credendum eſt in die aſſumptio-
nis ſuæ Matri dilectiſſimę militiam
cęleſtem cum ſuis agminibus feſtiue
obuiam ueniſſe, eamque ingenti lu-
mine circumfulſiſſe, & uſque ad thro-
num etiam ſibi olim ante mũdi cõ-
ſtitutionem paratum cum laudibus,
& canticis ſpiritualibus perduxiſſe.
Nulli dubium omnem illam cœle-
ſtem militiam, ſeu Hierarchiam tunc
exultaſſe ineffabili gaudio, & lętitia,
tunc iucundatam eſſe ineſtimabili
charitate, tunc cum omni gratulatio-
ne iubilaſſe. Creditur quod ſaluator
ipſe feſtiuus cum tota curia tam An-
gelorum, quam iuſtorum ſolemniter
occurrens euexit ad beatæ ſeſſionis
conſiſtorium. Alias quomodo imple-
uiſſe dicitur quod ipſe pręcepit; Hono
ra patrem tuum. Tunc Apoſtoli diui-
na virtute omnes affuere, alternatim
concinendo deificum illud corpus,
quod ſalutare mundi geſtauit. Tunc
Beatiſſima Virgo Maria à ſuo ſpon-
ſo, & Domino congrue audiuit. Tota
pulchra es amica mea, & macula nõ
eſt in te. Tota pulchra, qa tota deifica
ta macula: non eſt in te, quia Spiritus
ſanctus ſuperuenit in te qui te munda
uit. Et iterum Iam hyems tranſijt, Im-
ber abijt, & receſſit. Surge, ꝓpera, ꝓxi-
ma mea, colũba mea, & veni. Et ipſa
Dei Genitrix gratioſa cumulata mu-
nerib. tantæ benignitati Dauidico ſer
mone reſpõdidit, ſummeq; dignatio-
nis claritatem admirans. Tenuiſti ma
num dexteram meam, & in volunta-
te tua deduxiſti me, & cum gloria ſu-
ſcepiſti me. Et ita mortem ſubijt tem
poralem, vt nec mortis nexibus depri
mi potuerit, quæ filium ſuum Domi-
num noſtrum de ſe genuit incarna-
tum. Sed quid de te amplius dicam
ego pauper ingenio o Beatiſſima, cũ

A quicquid dixero minor ſit laus, quam
dignitas tua meretur. Si cœlum te uo-
cem altior es. Si matrem gentium di-
cam, pręcedis. Si formam Dei appel-
lem, digna exiſtis. Si Dominam An-
gelorum uocitem, per omnia eſſe pro
baris. Quid ergo de te dicam, quid
referam digne o Beata. Beatior, Bea-
tiſſima Maria; Mater noſtra, Aduoca-
ta noſtra, Regula, & norma noſtra, Ia
culum inimicorum noſtrorũ, harmo-
nia Spiritus ſancti. Tu beata diceris,
B quia humilis: Beatior, quia tuã Deus
reſpiciens humilitatem, ſingulari te
muniuit gratia, ita ut omnibus eſſes
grata hominibus per fęcunditatem;
Angelis per virginitatem, Deo per
humilitatem in concipiendo abſque
fęditate, ſed de Spiritu ſancto ſuum
vnigenitum filium. Beatiſſima; nam
quantum gratię in terris prę cęteris
adepta es, tantum in cœlis obtines
glorię ſingularis. Propterea, ò Virgo
Benedicta mons montiùm es, mons
C coagulatus, mons pinguis, mons in
quo beneplacitum eſt Deo habitare
in te, mons frugifer, de quo optimus
fructus, ideſt nouus homo generatus
eſt. nam quem genuiſti nõ ſolũ homo
Sanctus fuit, ſed etiam potens Deus.
An non mons frugifer, qui omnes exu
perat immenſitate gratię, & fulgore
virtutum. Si enim in Beata Maria per
ſpicere voluero Virginum meritum,
ipſa virgo virginum dicitur, & virgi-
nitatis primiceria. Virgo Sancta men-
D te, & corpore. Virgo ſingularis. Poſſũt
enim Virgines eam ſequi vſque ad cõ
temptum coniugij, ſed vbi virginitas
eſt, & fęcunditas prolis, ſupereminens
nouitas eſt, nam nunquam ſecundum
naturam virginitas eſt, vbi fęcunditas
prædicatur, neque fęcunditas, vbi
virginitas integra conſeruatur. Sola
igitur Maria cum integritate peperit
cum uirginitate concepit, & poſt
partum virgo permanſit. Singula-

rem quoque Confeſſorum digu ita-
tem oſtendit, dicens. Magnificat &c.
Martyrum vero excellentiam Simeon
Propheta vaticinans ait. Et tuam ip-
ſius animam gladius pertranſiuit. Et
recte quidem, quando ſuum, & Dei fi-
lium vidit Crucifigi, militari lancea
vulnerari, & inter duos latrones mo-
ri. Sed quantum Apoſtolos ſuperet, ex
eo noſcitur quod ſi illis reſerandi, clau
dendique cęlum poteſtas collata fuit.
Hæc magiſtra, & doctrix Apoſtolorũ
tamquam porta præfulgida adeo po-
tens eſt reſerandi, claudendique cœ-
lum, vt Eccleſia Sancta quaſi videatur
id creaturæ aſcribere, quod eſt Creato
ris. Dum dicit. Solue vincla reis, Pro-
fer lumen cęcis, &c. Et hoc tanquam
Dei mater, qui ſolus damnat, ſolus ſal-
uat, in quo ſolo ſperamus, quẽ ſolum
timemus. Singularem quoque Patriar
charum, atque Prophetarum bonum
Maria in Cantico teſtificans ait. Bea-
tã me dicent omnes generationes.
Et rurſum, quia eum peperit, de quo
omnes vaticinati ſunt Prophetæ. Po-
ſtremo Angelis tanto excellentior fa-
cta eſt munere ſingulari, quanto dif-
ferentius præ cęteris nomen accepit.
Tantam enim Deus Mariæ puritatem
contulit, quæ poſt ipſum nulla maior
in terris inueniri poteſt. Et iure quidẽ
Angelorum meritum exuperauit. nã
ipſa uitam Angelicã inchoauit. Cum
in carne præter carnẽ viuere non hu-
mana uita ſit, ſed cœleſtis. Talibus igi
tur decebat Virginẽ oppignorari mu-
neribus, ut omni eſſet gratia, & uirtu-
te prædita, quæ cœlis dedit gloriam,
terris Deum, pacemque refudit, fidẽ
gentibus, finem vitiis, uitæ ordinem,
moribus diſciplinam. O fœlix igitur,
& frugifer mons Maria, quę ſic omni-
bus es candidata uirtutib. meritorum,
ut dignè ſis ad regalis throni celſitudi
nẽ ſublimata. O fœlix mons, qui om-
nem electæ creaturæ altitudinem ele-
A ctionis tuæ dignitate tranſcendiſti.
Hæc mons eſt, vnde abſciſſus eſt lapis
ſine hominum manibus. Et mons ex-
celſus, in quo plãtauit Deus Cedrum.
Ipſa etiam mons eſt Ephraim, quę fru
ctificauit, & genuit Chriſtum. An non
mons ſublimis Maria, quæ ut ad con-
ceptionem æterni verbi pertingeres,
meritorum uerticem ſuper omnes An
gelorum chorus uſque ad ſolium ęter
nitatis, & deitatis erexiſti. Huius enim
præcellentiſſimam dignitatem mon-
B tes, qui in circuitu eius ſunt, nec non
flores roſarum, & lilia conuallium,
hoc eſt animæ Sanctæ martyrio rubri
cãtæ admirantur, eumque æternæ di-
lectionis complectuntur amplexibus,
& virginitatis ſplendore candidatæ,
ác ſicut lilia ĩ ualle humilitatis nutritę
circundant eã venerationis gratia ob-
ſequentes, indeſinenter eam admiran-
tes pulchritudinem inter filias Hieru-
ſalem. In qua poſuit Rex decorem
ſuum, quia concupiuit eius ſpeciem,
C & decorem: nam in regni ſolio poſt
Chriſtum glorioſa reſidet in cœlis.
Exultent ergo oẽs in Domino de hac
præcelſa Domina, & aduocata noſtra,
quæ tãquã iudicis mater, & mater mi
ſericordiæ ſupplex, & efficaciter ſa
lutis noſtrę negotia pertractat. Exul-
tent Angeli, quia Maria eſt, quæ ipſo-
rum reſtaurauit ruinam, dum illuc hu
miliati homines redeunt, vnde apo-
ſtatæ Angeli ſuperbiendi ceciderunt.
Exultet omnis cœleſtis curia conti-
D nuum, & æternum iucunditatis, & lę-
titiæ, & venerationis obſequium cum
omni colentes tripudio amoris, & gau
dio, quia Laus eius, & honor eſt Salua-
toris. Exultet & terra, quia aduocatã
præmiſit peregrinatio noſtra. Exultent
peccatores, quia per ipſam indulgen-
tiam conſequuntur, ita canente Eccle
ſia. Solue vincla reis. Exultent iuſti,
quia Maria pia mater naturæ memor
fragilis in huius vitæ fluctibus iuſtos
regit



regit ſuis precibus. Exultent Virgi-
nes, nam eas præceſſit Virgo Virgi-
num, vt abducat regi poſt ſe in lęti-
tia, & exultatione Virgines. Exultent
coniugatę, quia Eliſabeth coniuga-
ta a matre Domini fuit ſalutata. Exul
tent viduæ, nam Anna vidua Virgi-
nem matrem cognouit. Exultent pue-
ri, continentiam vouentes puero:
A nam ipſe continentiæ integritatem
conſecrauit, qui ſuæ matri fęcundita-
tem, & virginitatem non abſtulit.
Exultent vniuerſę creaturæ, quia il-
lam terra noſtra direxit in Cœlum,
quę peperit ſuum, & omnium Redem
ptorem Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum. Ipſi gloria, & honor in ſę-
cula ſęculorum. Amen.

CON

# CONTEMPLATIONES SVPER ORATIONEM DOMINICAM.

## Pater.

CVM In omni deprecatione beneuolentia conciliãda ſit eius, quem deprecamur; Deinde dicendum quid deprecemur, laude illius, ad quem oratio dirigitur ſolet Beneuolentia conciliari. Vnde Oratores ſapientes hanc habent diſciplinam, ut iudicis ſibi fauorem præſtent, [B] incipiunt a laudibus eius, Vt Beneuolum ſibi faciant cognitorem. Hæc quoque ſacræ ſcripturæ eſt conſuetudo. Nam amicus Dei Moyſes hanc diſcipli- [Exo. 34.] nam non ignorauit. Rogaturus enim Deum ut populum Iſraeliticum nõ deſereret, ſed Ducatum præſtaret ſalutarem, Dei laudes petitioni ſuæ præmiſit, dicens. Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens, & mul- [C] [Iudith 9.] tæ miſerationis, & verax, & continuo petitiones ſubiunxit. Si inueni gratiã in conſpectu tuo Domine, Obſecro vt gradiaris, nobiſcum. Hanc etiam petendi induſtriam, prudens illa Iudith obſeruauit, dum pro contritione hoſtium Deum flagitare voluit a laudibus incipiens ita ait: Deus Cœlorum, Creator Aquarum, & Dominus totius creaturę exaudi me miſeram deprecan- [A] tem, & de tua Miſericordia præſumentem. Ita, & Magiſter Chriſtus pro infinita ſua ſapientia, & ſummo magiſterio nos facere docuit, dum orationem inſtituens pręmiſit exordiũ laudis, dicens, Pater noſter, qui es in cœlis. Captamus autem hoc exordio Beneuolẽtiam Dei, Non, vt ipſum flectamus, cum eius volũtas ſit immutabilis, Nec vt eius Beneuolentiam pręueniamus, [B] quoniam ipſe prior dilexit nos, ſed vt in nobis ipſis de ſua beneuolentia certam fiduciam excitemus, quod fit pręcipue ex quatuor, quę in hoc exordio notantur. Primo ex conſideratione charitatis, quia Bonum noſtrum vult, quia Pater. Secundo ex cõſideratione largitatis, nam ſeipſum nobis donat: quia habetur. Tertio ex conſideratione immutabilitatis, quia [C] nos immutabiliter prędeſtinauit, dum additur, ꝙ es. Quarto ex conſideratione ſuæ potentiæ, & Maieſtatis, quia petita dare poteſt. Cum dicitur in cœlis.

### *Secunda Conſideratio.*

Vt cœleſtis magiſter nobis quadam impetrandi pręſumptione daret, quæ petituri ſumus, & ſic ad frequenter orandum nos inuitaret, ſic incepit Pater.



Pater. In patre namque attendimus [A] Beneuolentiam, & pietatem, ex qua ſperare poterimus, quod preces noſtras non abijciat, ſed magis ex paterno affectu eas gratiosè admittat. Vnde quis non præſumat de tanto Patre impetrandi quæ petiturus eſt cum primum quod aliquid peteret, tam magnum donum acceperit, vt ſinat dicere Pater. [Chryſ.] Vnde Chryſo. Deus ſe Patrem magis, quam Dominum dici voluit, vt nobis daret fiduciam ad petendum, & ſpem magnam ad impe- [B] trandum, [Auguſt.] & Auguſt. Quid enim iam non det filiis petentibus, cum hoc ipſum ante dederit, ut filij eſſent, & Ber- [Bernar.] nardus. Oratio, quæ paterno dulceſcit nomine, omnium mearum petitionũ impetrandarum fiduciam mihi præſtat. Nam quando nos terreſtres miſeri, & imbecilles, & inutiles ſerui auderemus vultum leuantes ad Cœlum dicere, Pater noſter, niſi ipſe per ſuum nobis vnigenitum hanc fiduciam præ- [Amb. li. de Sacra ſcriptura, c. 4.] ſtitiſſet, vnde Ambro. Inquit, ò homo [C] faciem tuam non audebas leuare ad Cœlum, oculos tuos in terram dirigebas, & ſubito accepiſti gratiam Chri- [Aũ. D. ver. Domini, Ser. 28. to. 10.] ſti, omnia tibi peccata dimiſſa ſunt, ex malo ſeruo factus es bonus filius, iam præſume non de operatione tua, ſed de Chriſti gratia. Gratia enim ſaluati eſtis, ait Apoſto. Non ergo eſt arrogantia, ſed fides prædicare, quod acceperis non eſt ſuperbia, ſed deuotio: ergo attolle oculos ad Patrem, qui te per lauacrum genuit, ad Patrem, qui te [D] [S. Th. in 2. par. Compen. Theo. c. 2. in opuſc.] per filium redemit, & dic Pater. Quid enim Pater denegare poterit filijs ſuis. Vt enim nos in ſpem viuam induceret, nobis formam orandi tradidit, per quam maxime ſpes noſtra in Deũ erigitur. Dũ ab ipſo Deo edocemur, quid ab ipſo Deo petẽdũ ſit. Non enim ad petendum induceret, niſi proponeret exaudire, [Cypr.] vnde Cypr. Cum enim ipſum habeamus apud Patrem aduocatum pro peccatis noſtris, quãdo pec- [A] catores pro delictis noſtris petimus, Aduocati noſtri verba pręmamus, nã cum dicit, [Ioan. 16.] Quia quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Quanto efficacius impetramus quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione. Sed quid eſt ꝙ [Ber. in ſer. 4. in pſal. Qui habitat.] inceſſanter quandoque oramus, & ſupplicamus, & tamen non poſſumus ad eam, quam deſideramus gratiam peruenire. Putas, quia auarus, aut inops factus eſt Deus impotens, aut inexo- [B] rabilis? Abſit hoc, prorſus abſit, ſed ipſe cognoſcit figmentum noſtrum, & ſcapulis ſuis obumbrat nobis, & ſm noſtram capacitatem tribuit ſua dona. [Similitudo.] Sicut enim iſte corporeus Sol licet bonus ſit, & valde neceſſarius, tamen, & feruor eius, etſi temperatus non fuerit, infirmo capiti, & ſplendor infirmis oculis nocet, nec eſt ſolis culpa, ſed infirmitatis. Sic etiam Pater cœleſtis temperat bona gratia ſua, ne fortè elationis, aut indiſcretionis vi- [C] tium incurramus, & tamen nunquam ab Oratione ceſſandum: quia, etſi non dat ad ſatietatem, dat tamen ad ſuſtentationem, etſi cauet nobis a feruore nimio, tamen fouet nos tanquam mater calore ſuo.

### *Tertia Conſideratio.*

[Aug. to. 10. ſer. 182.] Pater. Vides quam breuis Oratio, & omnium plena virtutum. Comprehendit enim omnes ſpecies Orationis, quibus Deum interpellamus, aut pro vitandis malis, aut pro appetendis bonis, aut pro delendis commiſſis.

### *Quarta Conſideratio.*

[Au. li. 2. de ſer. Domini in monte.] Pater, etſi Saluator nr̃ diuinam hãc Orationem præterire potuiſſet aliquo verbo, quod plus Maieſtatis haberet, exempli cauſa Creatoris, aut Domini, tamen hęc omiſit, quæ timorem ſimul

nobis

nobis afferre poſſent, illud autẽ adhi- A
buit quod orantibus, & aliquid a Deo
petentibus amorem, fiduciamque con
ciliat. Quid enim iucundius eſt Patris
nomine? Quod indulgentias ſonat, &
charitatem. Quod quidem nomen, ne
mo in veteri Teſtamẽto auſus fuit pro
nuntiare, vt inquit Auguſt. Nuſquam
tamen inuenit pręceptum populo Iſ-
rael, vt diceret, Pater noſter, aut oraret
Patrem Deum. Si enim Abraham, qui
fuit vir ſanctitatis, quod vocatus fue- B
rit amicus Dei, cum maximo tremore
loquutus eſt Domino, dicens. Ne in-
digneris Domine ſi loquar ad Domi-
num meũ, quum ſim puluis, & cinis.
Quomodo quiſque noſtrum audebit
Deum Creatorem omnium, ſiue quæ
in cœlis, ſiue quę in terris ſunt, nomi-
nare paterno nomine, & ſibi tribuere
ſic honorificentiſſimum nomen filij,
niſi ipſe nobis non præcepiſſet, ò ineſ-
fabilis Dei charitas, & bonitas. In vete
ri Teſtamento rogabatur Deus cũ ver- C
bis in ſe continẽtibus timorem, & tre-
morem. Cuius ratio eſt, quia homi-
nes illius temporis Domino ſeruierũt
timore magis quam amore, quod pro
prie ſeruorũ eſt. Hinc appellat Apoſt.
Legem illam, legem timoris. in Nouo
autem Teſtamento per Chriſti Incar-
nationem intantum Deus humano ge
neri cõdeſcendere dignatus eſt, vt eos
per adoptionis gratiam filios ſuos con
ſtitueret, vnde dixit Apoſtolis Chri-
ſtus. Iam non dicam vos ſeruos, ſed D
Ioan. 15. amicos. Hinc Apoſt. Legem nouam,
Rom. 8. legem libertatis appellauit, & amo-
ris, vnde Apoſt. Etiam inquit. Non.n.
accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum.
In timore, nam Nouum eſt Teſtamen-
tum, & non vetus, ſed accepiſtis ſpi-
ritum adoptionis, in quo clamamus
Abba Pater:

*Quinta Conſideratio.*

Non tamẽ Dominus, ſed & Pater, &
nõ ſolũ Pater, ſed & Abba q. d. Pater, A
Pater, Maximi fuiſſet ſtupor is fratres
mei vocare Deum, Dominũ, vt inquit
Auguſtinus. Obſtupeſcere igitur ani- Auguſt.
ma mea dignatione Domini Dei tui
erga te, nobilitauit te, ò homo Deus
inferius conſtituens Dominũ irratio-
nabilium, vnde Proph. Omnia ſubie- Pſal. 8.
ciſti ſub pedibus eius. Qui domina-
ris brutis, non mirum eſſet ſi Angelo-
rum ſaltem Dominio ſubdereris, ſed
B non ſic, ſolus Deus eſt Dominus tuus,
imo dilatare vſque ad mortem præ ad
miratione: cui debueras ſeruus eſſe, iu-
bet vt ſis amicus, ſicuti voce Domini
dicitur. (Iam nõ di. vos ſer. ſed ami.) &
non tantum amicus, ſed & Abba Pa-
ter, hoc eſt Pater Pater. Hebraicè enim
dicitur Abba Pater; ſi ergo amas Patrẽ S. Thom. in
a quo ſolummodo habes materiã cor opuſc. 61. c.
poris, cauſas libidinis originem; bea- 13.
tus quomodo magis amabo Patrem,
qui eſſet pater, pater. Hoc eſt qui cor-
C pus formauit animam inſpirauit, vn-
de dicit ſcriptura. Nunquid non ipſe Deu. 32.
eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, &
creauit te. Fecit corpus, creauit ani-
mam, poſſedit vtrunque.

*Sexta Conſideratio.*

Pater: eſt enim pater nomen amo-
ris, & pietatis, qđ Natura ipſa docet, Gabr. de
in patre naturali, & fides noſtra ad- Cano. miſſ.
ſtruit in patre ſpirituali: Quia pater lect. 64.
D naturalis nõ de aliena, ſed de ſua ſub-
ſtantia filium generat, propter quod
filius dicitur eſſe aliquid patris, idcir-
co quilibet ſe diligit ex naturali
quodam inſtinctu. Nemo enim po-
teſt carnem ſuam (ait Apoſt.) Odio
habere, non poteſt pater naturam ſuã,
quam filio communicauit non dilige-
re. Quod ſciens ſapientiſſimus ille
Salomon cum ex nulla exteriori pro- 3. Reg. 3.
batione diſcernere poſſet cuius mu-
lieris infantulus ille, de quo coram ip
ſo litigabat, ſe ad Philoſophiam con-
uertit



uertit naturalẽ, & naturam ipſam ſub A
tiliter interrogans, illam veram viui
infantis matrem eſſe cognouit, quæ
eius occiſionem naturali amore tole-
rare non poterat, de patre ſpirituali,
idipſum fides aſtruit, docens gratiam
potiorem eſſe, quam naturam. Hinc
cum filii ſpirituales eſſemus Dei ſecũ
dum regenerationem per Chriſti mor
tem, uocauit nos in hæreditatem æter-
nam, vbi nobis præparauit bona, quæ
nec oculus vidit, nec auris audiuit, &
quæ in cor hominis minimè aſcende- B
runt, & quis eſt qui neſciat hæc maxi-
mè dilectionis, & pietatis eſſe indicia,
quæ in nomine patris, deſignantur,
Quid igitur charius poteſt eſſe filiis,
quam pater. Quid enim denegare po-
terit filiis, Ecce ut nobis fiduciam præ
Matt. 7. ſtaret. ſic inquit. Quis enim eſt ex uo-
Pulchra ex bis homo, a quo filius ſuus panem pe-
po. Aug. to. tit, nunquid lapidem porriget ei? aut
2. Epiſt. 111. ſi ouiũ petit, nunquid porriget ei ſcor
c. 8. pionem? aut ſi piſces petit, uunquid
ſerpentes porriget illi? Si ergo vos cum C
ſitis mali, noſtis bona data dare filijs
Chryſ. ſup veſtris, quanto magis Pater Cœleſtis
Matt. c. 7. bona dabit petentibus ſe. Hæc uero di
xit. Non vituperans humanam natu-
ram, neq; mortalium genus malũ eſſe
pronuntians, ſed ad exprimendum bo
nitatis inter Deum, & hominem per
grande diſcrimen, amorem patrum
malignitates vocat, tanta quippe eſt in
illo excellentia charitatis, hinc dicit.
Iſa. c. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mulier in-
fantem ſuum, ut non miſereatur vteri D
filii ſui? etſi illa oblita fuerit, Ego ta-
men non obliuiſcar tui. Ecce in mani-
bus meis deſcripſi te, q. d. Ita te in me
moria teneo, ſicut qui ſcribit, aut facit
aliquod ſignum in manu ſua, ut alicu
ius rei non obliuiſcar.

*Septima Conſideratio.*

Hac etiã de cauſa magis uocari uo-
luit pater quam Dominus, vt oſtende-

*Pars Secunda.*

ret quod ſeruire ſibi debemus non ti- A
more pœnę, ſicut ſerui dominis ſuis
miniſtrant, ſed ſicut boni filii patri ex
amore, & timore filiali, debemus
enim ad Deum talem haberę effectum
quod ſi verberet, ſi caſtiget, ſi aduerſi
aliquid admittat, ab eo non receda-
mus, ſicut ſerui faciunt, quia a Domi-
nis ſe caſtigantibus fugiunt.

*Octaua Conſideratio.*

B Vt per hoc nos ad ſe honorandum,
prouocaret, ſicut ipſe per Malach. Malach. 1.
dicit. Si ergo Pater, vbi eſt honor
meus, Hic vero honor conſiſtit in ſacri
ficio laudis, iuxta illud. Sacrificiũ lau-
dis honorificabit me, quæ non ſolum Pſal. 49.
debet, eſſe in ore, ſed & in corde, ſicut
dicit Dominus per Eſai. 29. Populus
hic labiis me honorat, cor autem eo-
rum longe eſt a me, Hinc inquit Bern.
Ideo nonnulli ut arbitror experiun-
tur. In oratione ariditatem, & he-
C betudinem quandam mentis, quia ſo-
lis labijs orantes non ſatis attendunt,
neque quid dicant, neque cui loquan-
tur, pro eo qui velut ex conſuetudine
quadã cum minus digna reuerentia,
& ſollicitudine acceſſerunt vnde eos
obiurgans ſequitur. Quid enim aliud
cogitare licet, frater intrans ad ora-
tionem, quam propheticum illud. In-
grediar in locum tabernaculi admira
bilis ad domum Dei? omnino ſiquidẽ
oportet nos orationis tempore curiã
D intrare cęleſtem illam, in qua Rex re-
gum ſtellato ſedet ſolio, circundante
innumerabili, & ineffabili Beatorum
Spirituum exercitu. Quãta ergo cum
reuerentia, quanto timore, quanta il-
lic humilitate accedere licet a palude
ſua procedens, & repens rannuncula
vilis? quam tremebundus, quam ſup-
plex, quam denique humilis, & ſollici
tus, & toto intentus animo maieſtati
gloriæ in pręſentia Angelorum, in
conſilio iuſtorum, & congregatione

T aſſi-

aſſiſtere poterit miſer homuncio? In A
cunctis igitur actionibus noſtris multa
opus eſt animi vigilãtia, ſed præcipuè
in oratione, etenim ſicut in regula no
ſtra legimus , licet hora omni, & om-
ni tempore, & loco oculi Domini ſu-
per nos ſpecularentur, maxime tamẽ
in oratione, licet enim ſemper videa-
mus, ſed nunc etiam præſentamus, &
oſtendimus nos quaſi facie ad faciem
cum Deo loquentes, Sed non ſolum
honorandus eſt Deus Pater quo ad ſe-
ipſum in ſacrificio laudis, ſed etiam in B
corporis puritate quoad ſeipſum, iux
1.Cor.6. ta illud Apoſtoli, Glorificate, & porta-
te Deum in corpore ueſtro, onus quip
pe delectabile, ſuaue pondus, ſarcina
ſalutaris, Igitur ſimus fratres dilectiſ-
ſimi, ut iumentum, ut ſaluatorem por
temus, ſed non penitus vt iumentum.
Vt iumentum quoad patientiam, ſicut
dicebat Pſal. vt iumentum factus ſum
apud te, & ego ſemper tecum, ſed non
penitus, vt iumentum circa inſipien-
tiam, quod plangens Propheta dicit: C
Homo cum in honore eſſet non intel
lexit, comparatus eſt iumentis inſipiẽ
tibus, & ſimilis factus eſt illis: vt iumẽ
tum igitur ſimus, minime tamẽ iumen
tum. patienter quidẽ ſubſtinens onus,
ſed honorem intelligens ſapienter, &
delectabiliter, cogitanſque illi ſeruire
regnare eſt, geſtari hunc non onerari
Pſal.43. eſt, ſed ornari, Nec verendum nobis
eſt, vt ſub tali ſarcina poſſimus defice
re in via. An verò nobis timendus lu-
porum incurſus, vel pręcipitium, ſeu D
periculum aliquod ſub tanto pręſide,
metuendum non eſt omnino quid ti-
meamus ne uel in uia aliquod offen-
diculum, uel repulſam in ianua patia
mur.

### *Nona Conſideratio.*

Sap.14. Etſi Deus Pater ſua prouidentia cũ-
cta gubernet, Ita, vt nec eius prouiden
tiæ minima animalia ſubtrahantur.

A Secundum Illud. Nonne duo paſſeres
dipondio veneunt, & vnus ex illis non
cadit ſuper terram ſine Patre noſtro,
veſtri autem capilli capitis omnes nu
merati ſunt, tamen excellentiori mo-
do ſub cura diuina homines ponun-
tur, vt horum comparatione dicat
Apoſt. Non eſt cura Deo de bobus,
non quòd curam non habeat, ſed quia
nec ſic eorum curam habet, vt homi-
num, quos punit, aut remunerat pro
bonis, aut malis, & eos ad æternita-
B tem præordinat, atque ſub ſcapulis
ſuis protegit, vnde ſicut videns venien
tes accipitres mater expandit alas ſuas,
ut pulli ſubeant, & habeant tutum re-
fugium, Sic pietas illa diuina dilata-
to ſinu ſemper parata eſt ſub ſcapulis
ſuis abſcondere nos, & in occurſu ac-
cipitrum, & miluorum protegere, quę
ſunt Aerea poteſtates, & ſub his ab
æſtu carnalium deſideriorum refrige-
rare nos, ſub his quoque alere, & foue-
re, & non modo interim in carne de-
C gentes protegit nos, ſed poſtmodum
exeuntes, & nunc quidem ob pericu-
loſos conflictus, tunc vero ob mon-
ſtruoſos occurſus ſpirituum maligno
rum. Fœlix anima, quæ ſic interim ten
tationum iacula ſcuto ueritatis repu-
lerit, ut ſecure dicere poſſit, cum loqui
tur inimicis ſuis in porta, Nihil in me
funeſtum reperies.

### *Decima Conſideratio.*

D Pater. Pietas, ac dilectio Dei, quam Caſſi. col.
circa humanũ genus ſemper impedit, 13.c.8.
eo quòd nullis ita vincatur iniuriis, vt
a cura noſtræ ſalutis abſcedat, & quo-
dammodo ſuperata iniquitatibus no-
ſtris a principali ſuo propoſito reuoce
tur magis proprie exprimi alia com-
paritione non potuit, quã exẽplo uiri
ardentisſimo amore fœminam dili-
gentis, qui tanto magis negligi, ac de-
ſpici ab ea ſenſerit, quãto uehementio
ri circa eam zeli ardore inflammatur.





Quam curam, & prouidentiam circa A
nos ſuam, ſub figura meretricis Hye-
ruſalem, & pernitioſa ad idolorum
cultum alacritate tendentis per Oſea
Oſee.2 Prophetam ſermo diuinus eleganter
expreſſit, dicente namque eã. Vadam
poſt amatores meos, qui dant mihi, &
aquas meas, lanam meam, & linum
meum, oleum meum, & potum meũ,
reſpondit ſaluti eius non voluntati,
conſulens diuina dignatio, ecce ego
ſepra in viam eius ſpinis, & ſæpius eã
materia & ſemitas ſuas non inueniet B
& ſequetur amatores ſuos, & non ap-
prehendet eos, & quæret eos, & nec
inueniet illos, & dicet, reuertar ad vi-
rum meum priorem, quia bene mihi
erat tunc magisque nunc. ò quam eſt
magna diuina erga nos benignitas er
ga genus humanum antequam cla-
Eſai.65. ment, inquit ego exaudiam, adhuc
loquentibus eis ego audiam, & quo-
ties noſtra peccata diſſimulans deſide
deria ſancta, benignus inſpirat, omnẽ
peccãdi facultatem aufert, & hic qui C
præcipites currunt ad interitum, ob-
ſtaculum ponit.

### *Vndecima Conſideratio.*

Quemadmodum parentes infeſta,
& periculoſa uia a filiis iter faciendũ
ſit, cuſtodes adhibent, & qui ſint peri-
culorum adiutores, ſic cœleſtis pa-
rens in hoc itinere quo ad cœleſtem
patriam contendimus, ſingulis nobis
Matth.18. propoſuit Angelos, Iux. Illud. Angeli D
eorum ſemper vident faciem, quia
vnicuique à natiuitate datum eſt An-
gelus, quorum ope, ac diligentia tecti
furtim paratos ab hoſtibus laqueos
vitaremus, & factos in nos horribiles
impetus repelleremus, hiſque ducibus
rectum iter teneremus, quoniam An-
gelis ſuis ait Propheta mandauit de
te, vt cuſtodiant te in omnibus viis
tuis. In manibus portabunt te, &c.
Penſemus dilectiſſimi quis mandauit,

A quibus, quid, quis diuina maieſtas, qui
bus Angelis illis vtique ſublimibus,
tam beatis, tam proximè ſibi cohæ-
rentibus, & vere domeſticis Dei. Quid
mandauit de te, tu quis es? Domine,
quid eſt homo quia memor es eius,
aut filius hominis quia reputans eum,
nonne puluis, linus, & pauper, &
inops, & tamen Angelis ſuis manda-
uit de te, ut cuſtodiant in omnibus
viis tuis. Quantum nobis hoc verbum
debeat, inferre reuerẽtiam, afferre de-
B uotionem, conferre fidutiam, reueren
tiam pro præſentia, deuotionem pro
beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia.
Caute ambulemus, cum nobis aſſint
Angeli, gratias agamus, cum patroci-
nium ſalutis noſtræ ſibi delatum liben
tiſſime ſuſcipiant, & ſic ſint perpenſi
in humanum genus, hinc Angelis tũc
hu mana ſpecies, non alæ effinguntur,
vt intelligant fideles, quam ſint para- Hebr.1.
ti ad miniſteria domini exequenda,
omnes enim adminiſtratorij ſpiritus
C ſunt propter eos, qui hæreditatem ca-
piunt ſalutis. Hinc leguntur hominib.
ſæpe obſequia præſtitiſſe, ſicut inquit Exo.14.
Dominus per Proph. Ecce ego mitto
Angelum meum, qui præcedet te ſci-
licet lumen virtutum oſtendendo, &
cuſtodiat in via, in igne Purgatorii
defendendo, & introducat te ad ſide-
ra cœleſtis Regni producendo, exem-
pla eram in diuinis litteris patent in
Raphaele Angelo, & Tobia, & in Prin Tob. 5. 6
cipe Apoſtolorum, & non ſolum in 12.
D omnibus viis noſtris cuſtodiunt nos, Act. 12.
ſed in manibus quoque portabunt.
Quam facile tranſit, qui illis portatur
manibus, quam ſuauiter iuxta vulga-
re prouerbium natat, cuius alter ſu-
ſtinet mentum, quoties ergo grauiſſi-
ma cernitur vrgere tentatio, & tribu-
latio vehemens nobis imminere, inuo
cemus cuſtodem noſtrum, ductorem Ber. ſuper
noſtrum, adiutorem noſtrum, in opor Pſal. qu
tunitatibus, in tribulatione, manus habitat
vero quibus nos ſubſtentant ſpiritua- Ser 1j.

les ſunt, dum hinc quidem oſtendunt A
tribulationis breuitatem, inde ęterni-
tatis retribuentem.

*Duodecima Conſideratio.*

Prouocat nos Dominus ad rectè
orandum, vt quod petimus impetrare
valeamus, quod quidem fit per veram
humilitatem. Iuxta illud Pſal. Proie-
ctus ſum à facie oculorum tuorum,
ecce humilitas, ideo exaudiſti oratio-
Prou. 9. nem meam. Ideo iuſtus inquit Script. B
In principio accuſator eſt ſui, nō ſem
per, nam etſi neceſſarius ſit dolor pro
peccatis, non tamen debet eſſe conti-
nuus, ideo miſcendum eſt abſinthio
mel, ut ſalubris amaritudo ſalutem
dare tunc poſſit, cum mixto tempera-
to dulcore bibi poterit, hinc Dominus
vt puſillanimem a deſperationis bara
tro reuocaret, vt erigeret diffidentem
Exo. 48. ait per Prophetam. Ego infrenabo os
tuum laude mea, ne intereas, hoc eſt,
ne intuitu facinorum tuorum nimiā C
incurras triſtitiam, atque inſtar effræ-
nis æquī deſperatus in præceps tuas,
& pereas, fræno te inquit, laudum
mearum te erigam, reſpirabis in bo-
nis meis, qui de tuis confunderis ma-
lis, dum me ſanè benigniorem, quam
te culpabiliorem inueneris, ideo iu-
ſtus non continuo, ſed tantum in prin
cipio accuſator eſt ſui; Et alius Proph.
Pſal. 118. Cogitaui inquit vias meas, & conuer-
ti pedes meos in teſtimonia tua. Vt
qui contritionem, & infelicitatem, in D
viis propriis perpeſſus fuerat, in via te
ſtimoniorum Dei delectaretur. Sicut
in omnibus diuitiis, ſic & nos exem-
plo iuſti, ſi de nobis in humilitate ſen
timus, cogitando peccata noſtra, ſen-
tiamus de Deo patre in bonitate, con-
uertamus vias noſtras cogitando hoc
dulce ſermonis exordium pater ſi nos
inutiles, & miſeri non audemus ob ini
quitates noſtras vultus leuare ad cœ-
lum, tamen non de operatione no-
A ſtra, ſed de Chriſti gratia præſuma-
mus, & dicamus Pater. Ipſe. n. eſt pa-
ter noſter ratione ſpecialis creatio-
nis, creauit enim nos ad imaginem, &
ſimilitudinem ſuam, quam aliis crea-
turis inferioribus non impreſſit, iuxta Deut. 32.
illud. Ipſe eſt pater tuus, qui fecit, &
creauit te, denique eſt pater propter
gubernationem, quamquam enim
omnia gubernet, nos tamen, ut Do- Sap. 14.
minos, alia ut ſeruos, hinc dicit Scrip.
Tua pater prouidentia cuncta guber-
B nat, itē ratione adoptionis, quia aliis
creaturis quaſi munuſcula dedit, no-
bis autem, & hæreditatem, & hoc qa
filii, ſed ſi filii & hæredes. Non enim
accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum Ro. 8.
in timore, ſed ſpiritus adoptionis filio
rum, in quo clamamus Abba pater.
Dedit ergo nobis hæreditatem, ſed
qualis eſt iſta hæreditas, non qualis eſt Multa no-
hominis patris hæreditas: relinquit tabilia de
enim filiis ſuis, non poſſidet cum filiis hæreditate
ſuis: & tamen gratias ſibi agi deſide- Dei. 2. con-
C rat, & non dedit quod non potuit au- ſideratio
ferre, moriens enim tolleret ſecum, ſuper pa-
etſi poſſet, nihil filiis ſuis relinquiſſet, ter.
ſed hæredes Dei ſic ſunt, ut ipſe Deus
ſit hæreditas noſtra, cui dicit Pſal Do-
minus pars hæreditatis meæ, & nos
hæreditas Dei, ſicut etiam per Proph. Pſal. 2.
Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæ-
reditatē tuam, & ſi tibi hoc parum vi
detur, hæredes quidem Dei. cohæredes
autem Chriſti.

*Decimatertia Conſideratio.*

Vide autem quantæ præparationis Grego. nis-
eſt, vt audacter poſſis dicere Deo Pa- ſe.
ter, quia ſi ad res mundanas in victū
dirigis, aut humanam gloriam am-
bis, aut ſordes paſſibilis appetitus, &
hāc orationem enunties, audire mihi
videor Deum dicētem, cum corruptę
fueris vitæ, ſi patrem vocas incorru-
ptibilitatis genitorem, fęda voce in-
quinas incorruptibile nomē, nam qui

Patrem



Patrem mandauit vocare proferre A
mendacium non conceſſit, item Chry
Ad Ephe. c. 4. ſo. Os habes ſpirituale, cogita quam-
primum verbum protuleris, quid ſis
locutus, & quæ ſit orationis tuę digni
tas, patrem voca Deum, & fratrem
mox uituperas &c.

*Decimaquarta Concluſio.*

Ideo precationis noſtræ proemium
tale capit initium dicens Pater noſter.
Docens nos oportere principium eo- B
rum, quæ facimus, & dicimus, eſſe gra
Chryſo. in tiarum actionem. Qui enim dixit Pa-
pſal. 150 in ter, confeſſus eſt peccatorum dimiſſio-
princ. nem, pœnæ deſtructionem, iuſtitiam,
ſanctificationem, ademptionem, pec-
catorum dimiſſionem fraternitatem,
quæ eſt ad vnigenitum, & ſpiritus lar
gitionem per hanc vnam confeſſus eſt
nuncupationem, oportet enim hæc
omnia extitiſſe, vt nos filiorum ado-
ptione ſic fruamur, & qui patrem vo-
cemus, digni habeamur. C

*Decimaquinta Conſideratio dependens a ſuperiori.*

Quinq; li- Pater. Hoc eſt nomē abbreuiatum
teras ha- quod fecit Dominus ſuper terrā, hoc
bet Pater. ſolum ſufficit ad meditandum die ac
nocte quinque enim litteras habet.
Et quinque panibus refecit Dominus,
quinque millia hominum, quinque
verbis Dominus Paralytico peccata re
laxauit, dicens fili remictuntur, tibi D
peccata tua, quinque verbis publica-
nus meruit veniam peccatorum Deus
propitius eſto mihi peccatori, Paradi-
ſus latroni quinque verbis permitti-
tur. Hodie mecum eris in paradiſo.
Quinque virgines intrant ad Thala-
mum ſponſi. Quinque lapidibus, &
Baculo Dauid Goliad debellauit.
Quinque porticus habebat piſcina v-
bi ſanabatur. Infirmus, videte fratres
myſteria omnia hęc confitetur, qui di-
A cit Pater. Primo peccatorum dimiſſio-
nem, quam quinque verbis meruit Pu
blicanus, pœnæ deſtructionem, nam
peccatis dimiſſis tollitur pœna, quæ
pro eis debebatur ſicut patent in Para
litico. Peccatis etiam dimiſſis homo
conſequitur iuſtitiam, & ſanctitatem,
& efficitur particeps paſſionis Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, per quam victus
eſt diabolus. Hinc quinque lapidibus,
& Baculo, ideſt quinque vulneribus,
& Cruce Beata verus Dauid Chriſtus
B vicit Goliad, quia de diabolo, & eius
Angelis triumphauit, quem quidem
paſſionis fructum homo conſequitur,
per Baptiſmum, quem ſignificabat Pi
ſcina illa quinque porticus habēs, hinc
Chryſo. ait. Qui piſcina illa expurgat Ioan. c. 5.
corporis ſordes, atque ab infirmitati-
bus ſanabat. Quemadmodum Baptiſ-
mus vim habet ſanandi, & abluendi
animam a peccatis. Hinc dicit B. Io.
quod lauit a peccatis noſtris ſanguine
ſuo, ſed ut homo conſequutus eſt ba-
C ptiſmum, ſtatim fit filius adoptiuus,
Chriſti frater, Dei hęres, hinc Domi-
nus latroni quinque verbis permiſit
hæreditatem, & quinque verbis. Intra
uerunt ad nuptias, ubi habetur pleniſ
ſima, refectio, aliter quod illa quinq;
millium hominum. Qui ergo hoc no-
men tantum dicit, omnia compræhen
ditur, ergo gratias illi agamus, ipſe. n.
eſt dulcedo noſtra, vita, reſurrectio no
ſtra, lumen oculorum noſtrorum, Ba-
culus ſenectutis noſtræ, eius facies ple
D na eſt gratiarum, in quem deſiderant
Angeli proſpicere, ineffabilis ſapien-
tia, potentia, charitas ipſe det nobis
ſenſus, ut cognoſcamus, cor ut diliga-
mus. Amen.

*Decimaſexta Conſideratio.*

Excitatur homo per verbum Pater
ad ſummi Patris amorem, qui quidē a
nobis eſt diligendus toto corde, ani-
ma, mente, & viribus, vt cor referatur,

adi

A ad intentionem,quę facit mereri ,.vel
demereri ſicut ait Euangeliſta, ſi ocu-
lus tuus fuerit ſimplex, totum corpus
tuum lucidum erit , ſi autem nequam
totum erit tenebroſum , quia ſi inten-
ſio erit ad Dei gloriam,tota congeries
operum noſtrorum erit lucida. Cor
quo ad intentionem, anima ad affe-
ctum,ideſt vt rectè operemur bonum,
nam ſi quis furetur, vt paſcat paupe-
rem non placet Deo hæc actio , quia
non confirmatur voluntati diuinę,
B quæ uult, ut non fiant mala ut ueniāt
bona,mens uero refertur ad cognitio
nem,ſcilicer,ut non operemur malū,
cap. 37. ſed nec cogitemus . Quarto fortitudo
ad cognitionem. Quatuor quo Deo
dare debemus intentionem,affectum,
intellectum,atque fortitudinem , ſed
heu, heu, quam multi ſunt, qui hanc
fortitudinem præſtant ad peccandum
& proximo nocendum,& faciāt pluſ-
quā poſſunt, ſicut dixiſſe me recolo in
tractatu de plenitudine legis, & ad ſer
cap. 23. uitium Dei accedentes faciunt minus C
quā poſſunt,qualiter autem fortis de-
bet eſſe ilte amor dixi in dicto tract.
ad inſtar amoris Domini noſtri Ieſu
Chriſti erga nos,vt in cap. 13. ubi etiā
pulchre quomodo intelligatur diligc-
re Deum toto corde cap. 19. & quare
exigit a nobis Cor.c.17.& Hæc ſuffi-
ciant.

# Noſter.

## *Prima Conſideratio.*

Ambro. de ſacr.l.4. O Homo faciem tuam nō
audebas ad Cœlum at
tollere, ſed nunc attol-
le oculos ad Patrem, q
te per lauacrum genuir,
ad patrem qui te per filium redemit,
& dic Pater noſter,bona præſumptio,
ſed moderata,Patrem dicis quia es fi-
lia:ſed noli tibi aliquid ſpecialiter uin
A dicare ſolius eſt Chriſti ſpecialis Pa-
ter,nobis omnibus in commune, eſt
Pater, quia illum ſolum genuit, nos S.Tho. c.1. ad Hebr.2. in prophetis.
creauit, ille eſt conſtitutus hæres,& do
minus vniuerſorum,nos autem dici-
mur filij cum vniuerſitate,iuxta illud,
ego dixi Dij eſtis,& filij excelſi omnes
ille eſt filius per quem fecit,& ſæcula,
nos autem facti filii, de quibus Io.De-
dit eis poteſtatem filios Dei fieri, ille
ipſius gloriæ ſplendor, nos autem ſu-
mus filij per ſpem gloriæ Dei, quam
B habemus, de quibus Apoſt. Ille dici- Rom. 5.
tur filius, quia ipſa imago, & figura
ſubſtātiæ eius, nos autem facti ad ima
ginem huius filii,vnde Apoſto. Quos
pręſciuit conformes fieri imagini fi- Rom. 8.
lii eius, ille filius, quia portat omnia
verbo virtutis ſuæ,nos autem filij, vt
in ſe uerbū Dei continentes, de quib.
Apoſt. vt ſint ſine quærela,& ſimplices
filii Dei verbum Dei continentes, ille Philip. 2.
filius Dei naturalis nos autem ado-
ptiui.

C

## *Secunda Conſideratio.*

Magna beneuolentia, magna miſe- Aug. c. 1. ſecundum quotquot autem.
ricordia,unicus natus eſt Dei filius,&
noluit manere vnus, multi homines
cum filios non habuerint peracta æta
te adoptant ſibi,& adoptione faciunt,
quod natura nō potuerūt,ſed ſi aliquis
habeat filium unicum,non alios in a-
doptionem recipit,quia vult vt ſolus
filius omnia poſſideat, & non habeat
D aliquem,qui cum eo diuidat hæredita
tem,ne pauperior remaneat, non ſic
Deus vnicum eundem ipſum, quem
genuerat,& per quem cuncta creaue-
rat miſit in hunc mundum, vt non eſ-
ſet vnicus, ſed fratres haberet adopta-
tos: ideo præcipit, ut dicamus, Pa-
ter nr̄. Qui.n. Deo dicit,Pater noſter.
Chriſto dicit frater noſter, ſed nos nō
ſic nati ſumus de Deo,quomodo Chri
ſtus ille vnigenitus, ſed adoptati per
gratiam ipſius, venit enim vt ſolueret
pec-



A peccata,quib.implicabamur, ne ado-
ptaret nos propter impedimētum eo-
rum. Quos ſibi fratres facere uolebat
ipſe ſoluit, & fecit cohæredes, nam
etiam adoptiuis debetur hæreditas.
Vnde Apoſt.Petrus. Regenerauit nos
1.Pet 1. in ſpem uiuam, & hæreditatem,unde
inquit Apoſtolus.Si autem filius, & hę
res per Deum. Et iterum hæredes qui-
dem Dei,cohęredes autem Chriſti. Si
autem quęris quid ſit eſſe hęres alicu-
Rom. 8. ius? Reſpondetur quod tunc aliquis
B dicitur hæres alicuius, qui principa-
lia eius bona adipiſcitur, qui autem
aliqua munuſcula, legatarius, & non
Geneſ. 25. hæres dicitur, Hinc legitur. Quod A-
braham dedit cuncta, quæ poſſidebat
Iſaac filiis autem concubinarum. mu-
Videtur ꝙ homo non poſſit eſſe hęres Dei. nera. Bonum autem principale, quo
Deus diues eſt, eſt ipſemet Deus. Vnde
Deum ipſum percipiunt filii Dei pro
hęreditate. Hinc Pſalm. Dominus pars
hæreditatis meæ, ſed cum filius hæ-
reditatem non adipiſcatur, niſi patre
Hebr. 9. defuncto, cum teſtamentum teſtato- C
ris morte firmetur,quomodo poteſt eſ
ſe homo hæres Dei, qui nunquam de-
S.Tho. c.8. cedit? Dicendum eſt illud procedere
Rom. 5. hæredes. in bonis temporalibus, quæ ſimul a
multis poſſideri non poſſunt, & ideo
unum neceſſe eſt decedere,ut alius ſuc
cedat, ſed bona ſpiritualia ſimul a
multis poſſideri poſſunt, uñ non opor
tet patrem decedere, vt filii ſint hære-
des, Hinc Aug. Non timuit ille habe-
re cohæredes, quia hæreditas eius non
D fit anguſta; ſi multi eam poſſiderint?
Cohęredes autem Chriſti efficimur,cū
Secundum Io.c.1. Aug.c.4.li.1 83.& 75. in fine ſęculi mors abſorbebitur in ui-
ctoriam, tunc enim ſimiles ei erimus,
quādo videbimus eum,ſicuti eſt.Qua-
re hæreditatem non adipiſcimur mor
te ipſius Dei,qui mori non poteſt, qñ-
quidem ipſa ſit hæreditas noſtra, ut
ſupra diximus. Sed quoniā moritur,
Id, quod eſt nobis per fidem, dicitur
quodammodo nobis mori Deus,& ip
ſe erit hæreditas noſtra, quia facie ad
A faciem cernere cęperimus, non tamen
ipſe moritur, ſed imperfecta in eum
noſtra viſio perfecta viſione perimi-
tur. In quo autem differat hominum
hæreditas ab hæreditate Dei, Dixi in
ſecunda conſideratione ſuper Pater.
ſed quomodo non hæreditas Dei? Rur
ſus quæri poteſt cuius morte facti ſu-
mus,& nos etiam hæreditas Dei,ſecū-
dum illud. Dabo tibi gentes hęredita- Pſal. 2.
tem tuā. Poteſt autem dici quod Chri
ſtus poſſidet nos, mortuo illo qui nos
B poſſidebat,& cum ei renunciamus mo
rimur illi,& ipſe nobis,ſic erat Apoſt.
Quando dicebat. Mihi mundus cruci- Gal 5.
fixus eſt, & ego mundo. Accendamur
ergo Fratres in Dei amorem,dicentes.
Pater noſter, quia ſi pater, ergo Chri-
ſto ſumus fratres,ſi fratres,ergo hære-
des Dei,cohęredes Chriſti. O vere ap-
petenda nobilitas, cuius tam mira di-
gnitas,tam multa vtilitas.

## *Tertia Conſideratio.*

C

Pater noſter. Qui non amat Deum
Ieſum, Anathema eſt, inquit Apoſto.
Paulus, & vere ſuper omnes fratres a-
mandus, nam ſi amas fratrem, qui
tecum diuidit, & diuidendo tibi di-
minuit paternum affectum. Etenim
cum ſecta bipartita, cum mens di-
ſcurrit amore, alterius vices ſub-
trahit alter amor. Hinc dicitur in
ſcriptura, quod videntes Ioſeph fra- Gen. 37.
tres ſui quod a patre magis diligere-
D tur,&c.Diuidit etiam,& diminuendo
diminuit paternam hęreditatem, ſi-
cut legitur apud Euangeliſtam. Magi Luc. 12.
ſter dic fratri meo,ut diuidat mecum
poſſeſſionem,etſi ſpecialiter amas tecū
genitum, qui ſtatim natus tibi quaſi
iniurians diminuit lac maternum, &
a lhęrēs uberi occupauit locum tuū,
quanto magis hunc fratrem amare
debemus, per quem erga te creuit
amor paternus,per quem hæres effice
ris, & ad paternam hæreditatem ad-
mit-

A

mitteris, quamuis per inobedientiam exhæreditari merueris, per quem nullum bonum tibi debitum diminuitur; ſed multiplex bonum tibi indebitum tribuitur. Poſtremo tradidit frater fratrem in mortem, ſed hic pro fratribus ſemetipſum tradidit in mortem, mortem inquam tam turpiſſimam. Cum ergo dicis. Pater noſter, per conſequens Chriſtus eſt frater noſter excita te ad amandum Chriſtum toto corde tuo.

B

*Quarta Conſideratio.*

S.Th. Opu. 66. liberalitas Dei.

Copioſa Benignitas, & liberalitas Dei, quod creaturis communicat quicquid communicabile, & ab eis receptibile eſt etiam ſingulis momentis, cum habilitatem inuenit: videat in eis non proficere. Humanam naturam vniuit cum filio ſuo in vna perſona, quod maximum eſt, & animam creauit capacem Sanctiſſimæ Trinitatis, largiens ei cœlum, & terram, & omnes irrationabiles creaturas ad ſeruiendum.

C

Eccl.17.

Hinc Script. Deus creauit de terra hominem, & dedit ei poteſtatem ſuper terram eorum, quæ ſunt.

Gen.2.

Et iterum. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & iterum, Solem, & Lunam, & omnia Aſtra cœli creauit Deus in miniſterium cunctis gentibus. Largitus eſt etiam homini nobiliſſimas illas creaturas rationabiles, & cœleſtes Sanctos, ſcilicet Angelos ad miniſtrandum.

Hebr.1.

D

Vnde Apoſt. Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Communicauit enim Deus Angelis Beatitudinem, nunquam expertis miſeriam, Apoſtolis poteſtatem, vt quicquid ſoluant, vel ligẽt in terra, ſolutum, & ligatum ſit in cęlo, Prophetis ſapientiam prænoſcendi futura omnia, quæcunque facere diſpoſuit, Martyribus fortitudinẽ contra aduerſa. Confeſſoribus inter proſpera, & aduerſa conſtantiam, virginibus inter carnis illecebras continentiam, denique quibuſdam ſpecialiter communicauit aliquid, quod habet ex natura, vt Abrahę largitatem, Moyſi maſuetudinem, qui mitiſſimus hominum fuit, Ioſeph prouidentiam ſuper Aegyptum, Samſoni fortitudinem, Helię zelum iuſtitiæ, patientiam Iob, & Tobiæ, Heliſęo mortuorum reſuſcitationem, Danieli iuditii diſcretionem, Samueli fidelitatẽ, Dauid contra perſequentes miſericordiam, Salomoni prudentiam, Ioan. Baptiſtæ ſanctitatis, & veritatis amorem, Beatæ Virgini humilitatem, Petro charitatẽ, Ioanni Euangeliſtæ caſtitatem, Beato Paulo zelum animarum, & ſupernorum cognitionem, & licet ſinguli in iſtis aliis excellebant, tamen omnes eaſdem habebant, ò igitur ineffabilis charitas & bonitas Dei, qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, tradidit eum pater exponendo illum paſſioni pro expiatione peccatorum noſtrorum.

Ro.8.

Tradidit ipſe ſemetipſum ſpontanee, ſicut inquit Apoſt. Tradidit ſemetipſum pro nobis, & Primo in ſociũ noſtræ peregrinationis, quia ſocios viæ laſſos optimis verbis confortauit, in periculis liberauit, infirmos, curauit, mortuos ſuſcitauit,

Ephe.5.

Dedit ſe etiam in ſeruũ noſtræ neceſſitatis, vnde Apoſt. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, Hinc ſitientes potauit, eſurientes pauit. Diſcipulorum pedes lauit, & ipſe in Euangelio inquit. Filius hominis non venit miniſtrari, & iterum ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, ſed dedit inſuper in Doctorem. Hinc Proph. Filiæ Syon exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, item in ſpeculatorem. Vnde

Philip.2.

Matth.15.

Luc.22.

Ioel.2.

Script.



Script. Et ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, ideſt indutus parietem carnis noſtræ proſpiciens per cãcellos, quia licet intus degens oculis a nobis videri non poſſit, tamen anima noſtra videt.

Cant.2.

19

Dedit ſe etiam in propugnatorẽ, vnde Eſa. Mitte eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Inſuper in paſtorem. Hinc Proph. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos, vere bonus, & vnus, ideſt ſingularis paſtor, qui nos corpore, & ſanguine ſuo paſcit,

Ezech. 34.

dedit ſe etiam in exemplum operationis. Vnde ipſe. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, nec non dedit ſe in cibum peregrinationis. Vnde dominus p Io. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Præterea dedit ſe in precium redemptionis, inſuper in fratrem noſtrum. Vnde dicitur per ſacram Scripruram.

Io.13.

Can.8.

Quis mihi det te fratrem meum lugentem vbera matris meæ, vnde ipſe dignatus eſt eſſe fratrem Apoſtolorum vocare ante reſurrectionem. Dicens per Pſal. Narrabo nomen tuum fratribus meis, ſed etiam poſt reſurrectionem mulieribus. Ite inquit nuntiate fratribus meis.

21

Io. 20.

Vnde merito cum ipſe ſit frater noſter, docet nos orare Pater noſter, vt vno atque eodem momento, conſiderantes ipſum fratrem noſtrum Chriſtum, qui eſt doctor, ſpeculator, propugnator, paſtor, cibum, pręmium noſtrum excitemus toto corde ad diligendum Deum, qui dans pro nobis filium ſuum, omnia etiam nobis cum illo donauit ſuperiora ad fruendum, rationales ſpiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, qui ſit ſemper benedictus in ſęcula ſęculorum Amen.

*Quinta Conſideratio.*

Pater noſter.

Pater noſter, ideſt eorum, qui credunt, eorum, qui per eum ſanctificati, & gratiæ ſpiritualis natiuitate reparati, filii Dei eſſe cœperunt, non autem Iudæorum, qui Chriſtum ſibi per Prophetas annunciatum, & ad te prius miſſum, non tantum ſpreuerunt infideliter, ſed & crudeliter necauerunt, quos per Eſa. Deus clamat indignans. Audite cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & Populus meus non intellexit, væ genti pecatrici populo graui iniquitate, ſemini nequam filijs ſceleratis dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt Sanctus Iſrael, abalienati ſunt retrorſum, ſuper quo percutiam vos vltra addentes pręuaricationem, in quorum exprobationem, nos Chriſtiani quando oramus Pater noſter dicimus quia noſter eſſe cœpit, & Iudæorum, qui deliquerunt, eſſe deſiit, ex cuius authoritate prius dominus inducit ad attente audiendum, quia dominus loquitur.

Expri. de oratione Domini.

Deinde commemorat beneficia. Primum filialis adoptionis, cum dicit filios. Hinc dicit Scripturas. Filius meus primogenitus Iſrael; Secundum ſollicitæ educationis, quia Angelorum eſca nutriuit populum ſuum; Tertium quia miraculis exaltauit cõtra Aegyptos, & alios, ſed ipſo ſpreuerunt dominum. Quod quidem peccatum aggrauat per brutorum exẽpla, quæ cum ſit irrationabilia obediunt dominis ſuis, ſed. Væ illis &c. Sed nec etiam peccatores poſſunt eſſe filii, qui fontem aquæ viuæ dereliquerunt, vacantes voluptatibus, & immunditiis. Quos dominus per Hierem. Ita exagerat dicens. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini ſuper hoc vehementer. Dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ

Sap.16.

Expoſitio huius ſententię habetur pulchre per Nicol. de Lir. trahenda ad propoſitũ falſorũ Chriſtianorum religioſorum.

c. 11.

*Pars Secunda.* V con-

continere non valet aquas, quæ ſen- A
tentia, etſi proprie ſit Iudæorum, tamẽ
eſt omnium qui derelinquentes domi
num incumbunt vitiis, & vanitatibus
huius mundi. nam nonne tibi videtur
quod ſi poſſibile eſſet cœli obſtupeſce
rent, vel Angeli, qui ſunt in cœlis, ꝙ
cum digni eſſemus mille mortibus,
propter ſcelera noſtra, & tamen digna
tus eſt dominus toties dimittere pec-
cata noſtra, diſſimulare, & tamen de-
reliquimus dominum, fontem aquæ
viuæ qui nobis veram conſolationẽ B
dare poteſt. Adde L. 21. de plenitudine
legis per totum, & fodimus, ideſt cum
tanta ſollicitudine, atque labore tot
ſubſtinemus, vt proueniamus ad incer
tas diuitias, quas plerumque cum ani-
mæ diſcrimine quæſiuimus, & ſatiari
non poſſumus. Quanta patiuntur ꝑ
ſua iniquitate latrones, quanta pro
ſuis ſceleribus perditi, pro ſua iniqui-
tate luxurioſi, & tamen ſunt ciſternæ,
quæ non poſſunt continere aquas, li-
Epi. 7. bido enim tranſacta inquit B. Hiero. C
numquam ſatiatur, & extincta redacẽ
ditur, vſu creſcit, & deficit, nec rationi
paret, quæ impetu ducitur. Sic multi
falſi religioſi derelinquentes fontem
aquæ viuæ, poſtquam ſęculo, eiuſque
pompis abrenuntiauerunt, adeo in
paruis minimisque deuincuntur, vt
horum cura priſtinarum omnium ſu-
peret paſſionem, alii etſi corpore reli-
gioſi, & caſti, mente tamen immunda
vagantur mente, & opere appetendo
dignitates, & honores. Quæ quidem D
omnia ſunt ciſternæ, quæ non poſſunt
continere aquas. Vnde Anſel. Cur per
multa uagaris homuncio, quęrendo
bona animæ, & corporis, ama unum
C. 2. bonum, quod eſt omne bonum, deſide
ra ſimplex bonum, quod ſummum
eſt bonum, & ſufficit, & dominus per
Hiere. Hæc dicit dominus. Non glorie
tur ſapiens in ſapientia ſua. & non glo
rietur fortis in fortitudine ſua, & nõ
glorietur diues in Diuitiis ſuis, ſed in

hoc glorientur, qui gloriantur ſcire,
& noſſe me, quia ſolus Deus eſt ſatie-
tas noſtra, igitur quicunque appetat
dignitates, & honores, declinet a ma-
lo, faciat bonum, vt ſit filius Dei, & ſic Ioan. 8.
inueniet Deum, qui eſt honor incom-
mutabilis præ omni re honorante ex-
cellenter honorans, hinc ipſe ꝑ Proph. 1. Re. 2.
Qui me honorificauerit, honorifica-
bo eum. Me honorificat, qui me ho-
nori temporali eligendum proponit,
ſed in quibus honorificas, ò Deus
meus te diligentes, & quærentes? vt
non ſerui, ſed amici ſint mei, inquit
per Io. Imò filii, non nepotes, vel pro-
nepotes in gradu remoto, ſed proxi-
mo. Amplius quicunque voluptates
appetit, Deus eſt uoluptas incommu-
tabilis excellenter delectans, vnde Pſal. 40.
Proph. De torrẽte voluptatis tuæ pota
bis nos ſi diuitias, Deus eſt ſubſtantia
excellenter ditans, cuius diuitiæ nun-
quam deficiũt. Si quietem, Deus quies
eſt incommutabilis, excellenter quie-
tans, hinc Pſal. Conuertere anima 4.
mea in requiem tuam, & iterum in
pace in idipſum dormiam, & requie-
ſcam, hinc etiam Auguſt. Feciſti nos
domine ad te, & inquietum eſt cor no
ſtrum, donec requieſcat in te. Poſtre- Prouer. 3.
mo hac inductione infertur. Hoc vni-
uerſale. Omnia, quæ deſiderantur,
huic non poteſt comparari. Ratio eſt,
quia reſpectu eius omnino nihil ſunt.
Vnde Hiero. Deus ſolus vere eſt, cuius
eſſentiæ comparatum noſtrum eſſe
omnino nihil eſt.

*Sexta Conſideratio.*

Vt cognoſcamus, quod ſit vtile, &
neceſſarium fratres habitare in vnum
non tam corpore, quam corde, & in
vnum cõformari interius, & exterius.
voluit Dominus, vt dicamus Pater no
ſter, & non meus, in quibus autem
debemus in vnum ſentire, attende
queſo: primo, vt idem ſentiamus. Vnde
Apoſt.



1. Cor. 1. Apoſt. inquit. Sitis perfecti in eodem A
ſenſu. Hoc autem impedit proprij ſen-
ſus pertinacia, quo contra. Iaco. Sua-
3 dibilis bonus conſentiens. Secunda ut
ſit vnum velle, & nolle, de quibus dicit
Act. 4. B. Luc. Multitudinis credentium erat
cor vnum, & anima vna. Hoc autem
impedit voluntas propria, quam opor
tet flectere, & interdum amicitiæ câu-
ſa frangere, ſalua ſemper veritate Dei,
& ſumi amici. Tertio, vt idem creda-
Eph. 4. mus, vnde Apoſt. Vnus Deus, vna Fi-
des, vnum Baptiſma. Quarto, vt idem B
ſperemus, non omnes firmati ſumus in
vna ſpe perueniendi ad vitam æternã.
Eph. 4. Vnde Apoſt. Vnum corpus, vnus ſpiri-
tus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe voca-
tionis veſtræ. Quinto, vt connecte-
mur in amore Dei, & adinuicẽ in amo
re mutuo, vnde Dominus in Euang.
Ioan. 17. inquit. Claritatem, quam dediſti mihi
dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnũ
ſumus. Hinc ut excitemus ad Dei amo
rem, dicimus Pater, & ad amorem pro
ximi, dicimus noſter. Sexto, ut idem C
doleamus, & gaudeamus, vnde Apoſt.
1. ad Philip. dicit. Socios gaudij mei om
Tre. 1. nes vos eſſe, & Glo. ſuper illud. Audite
obſecro inquit. Talis eſt humanæ na-
turæ affectus, ut doloris noſtri, & gau-
dij conſortes quæramus, quorum par-
ticipatione leuius feramus, vnde pro-
pter multam vtilitatem cõſulit Apoſt.
Eph. 4. Vt ſolliciti ſeruemus unitatem ſpiritus
in vinculo pacis. Septimo exterius
etiam conformari neceſſe eſt pro poſ-
ſe, ut in eodem loco maneamus, vel D
manere deſideremus, vnde pſal. Ecce
Pſal. 132. quam bonum, & quam iucundum &c.
Hæc autem commanſio multis cauſis
quandoque ſpiritualibus impediri po-
teſt. Primo pro malo cauendo, hinc
Zach. 12. Proph. Familiæ ſeorſum, & mulieres
ſeorſum, vel pro maiori bono facien-
2. do. Vnde dicitur. Secundo per Thobiã.
Confitemini Domino filij Iſrael, ideo
diſperſit vos inter gentes. Nonnunquã
pro temporalibus, quæ fieri ſolita fuit

propter magnam temporalium co-
piam, vt Abrahæ, & Loth. Octauo, ut
item dicamus. Hinc Apoſt. Præcipit 1. Cor. 1.
ut idem dicamus omnes. Hoc autem
impedit cõtentio quo contra, Seruum
Dei non oportet litigare. Et Gregor. Tim. 2.
Ego melius credo ſalua fide alieno in-
tellectui cedere, quam cõuentionibus
deſeruire. Nono, ut idem faciamus.
Vnde pſal. Qui habitare facit vniꝰ mo 67
ris in domo. Hoc autem impedit ſin-
gularitas. Decimo, ut idem patiamur.
Hinc Apoſto. Si fueritis totis paſſio- 2. Cor. 7.
num, &c. Hoc impedit puſillanimitas.
Decimo, ut idem habeamus. Vnde di-
citur in Actis Apoſt. Quod erant illis 4
omnia communia. Vnde Seneca. Nul-
lius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſ
ſio. Quam autem vtile ſit habitare in Vtilius ha-
vnum. Vide quid ait ſcript. Vę ſoli ſi bitare in
ceciderit, & iterum. Non eſt bonum vnum Ecc.
eſſe hominem ſolũ, deinde legem ad- 4. gen. 2.
implent qui norunt habitare in unum.
Inuicem onera ueſtra portate, & ſic
adimplebitis legẽ Chriſti, inquit Apo
ſtolus. Rurſum ſicut per oram ueſti- Gal. 6.
menti, ideſt finem intrat caput homi-
nis, ut ueſtiat ſe. Sic per concordiam
fraternam Chriſtus, qui eſt caput no-
ſtrum intrat ad nos, hoc eſt, quod in-
quit pſal. Quod deſcendit in oram ue- Aug. pſal.
ſtimenti eius, habitemus igitur fratres 132.
in unum omni fiducia dicamus, Pater
noſter. ſed multi ſunt, qui non habitãt Multi cor-
in unum, & in uno ſunt, ſcilicet qui ha pore tantũ
bitant tamen corpore. Et hi ſunt odio- in vnũ ha-
ſi, moleſti, turbulenti. Anxietate ſua bitant.
turbant cęteros, & quærunt quid de
illis dicant. Quomodo in iunctura in-
quietum iumentum non ſolũ non tra-
hit, ſed & frangit calcibus qđ iniunctũ Exẽplum.
eſt, hi etiã ſunt, ſicut rota carri, de qua Aliud exẽ-
ſcriptura. Præcordia fatui, ſicut rota plum.
carri. Quid eſt præcordia fatui, ſicut ro Eccl. 33.
ta carri? fęnum portat, & murmurat.
Non enim poteſt rota carri quieſcere
a murmuratione, ſicut ſunt multi fra-
tres, non habitant in unum, niſi cor-

 pore,

A pore, ſed qui ſunt qui poſſunt Deo dicere, Pater noſter. Illi, de quibus dictum eſt, & erat illis anima una, & cor unum in Deum. (Act. 4.) Hi ſunt quieti, placati, humiles, tolerantes pro murmure preces prudentes. Hi ſunt tamquam ueri filij Dei, qui habent hic a Domino benedictionem, & hæreditatem in æternum, hoc eſt uitam in ſeculum. Amen.

### Septima Conſideratio.

B Inter notabiles cauſas, & rationes, cur dr̃ noſter, eſt, ut ad charitatẽ proximi accenderemur. Nam ſicut per uerbum pater, ad ſummi patris amorem excitamur, ita cũ dicimus noſter. ad fraternam dilectionem inflammamur. Cum enim orando nos unum patrem in cœlo habere recognoſcimus, dicentes, Pater noſter, per conſequens nos in terris eſſe fratres profitemur, ac per hoc inuicem nobis impendere fraternum amorem admonemur. Et ſi altius, atque profundius rem penſare uelimus. Triplex fraternitas inter fideles eſſe debet. Ad inſtar patris, in quo triplex unio attenditur. Quemadmodum enim graue nobilia, & ſimilia colliguntur. Rurſum farina, per aquam conſpargitur, & Paſta conficitur. Item, ut panis ſolidus fiat, igne decoquitur. Ita grana ſimilia fraternitatem ſignificant, & amorem naturalẽ, quia omnes de uno, & primo parente ſumus nati, Secundo paſta, quæ eſt farina aqua perfuſa, ſacramentalem denotat, quia uno ſacramento ſacramentali ſumus regenerati. Vnde Apoſt. ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis aximi, i. tunum, per dilectionem ſacramentalẽ. Panis uero igne ſolidatus ſpiritualem, quia uno ſpiritu, ideſt ad unam Chriſtianam religionem ſumus regenerati, Vnde Script. coxerunt farinam conſparſam, & fecerunt panes, ideſt perfecerũt uſque ad dilectionem ſpiritualem, ſed quis dicatur frater, & quæ ſint debitæ circunſtantiæ, quibus diligi debeat, & de multiplici utilitate dilectionis ſcripſi de plenitudine legis c. primo ſecundo, & tertio.

Excitatio ad amorẽ fraternũ.

Triplex fraternitas ad inſtar panis.

S. Th. opu. 58. c. 9.

1. Cor. 5.

Exo. 12.

Proximus quis mater in ſentẽtijs d. 28. c. fi.

### Octaua Conſideratio.

Ex quo enim dicimus Pater noſter, ſequitur, quod ſumus filii Dei. Vnde ſcriptũ. Nunquid Pater unus omnium noſtrum? Nunquid non Deus cuius creauit nos? ideo debemus reuerentiã Hinc Apoſt. inquit. Honore inuicem præuenientes, ubi non ſolum debemus proximum in reuerentia habere, ſicut inquit Apoſtol In humilitate tibi inuicem ſuperiores arbitrantes, ſed ẽt proximo ſubuenire, quæ quidem debet eſſe reciproca, ſ. ut non ſolum uelimus beneficia recipere, ſed etiam exhibere. Vnde ſcript. dicit. Non ſic Porrecta manus tua ad accipiẽdum, & ad dandum collecta. C Hinc dicit Apoſt. ut honore inuicem prǫueniamus, quid eſt tertium ut ſupra prǫueniamus amicum in beneficijs, ſed heu quam multi ſunt, qui pro reuerentia, quam exhibere debent ſuis ſuperioribus, eos non ſolum non uenerantur: ſed etiam eos deſpectui habent, & qui in domo ſua non niſi contemptibiles eſſe potuerũt, in domo Dei deſpicere uolunt, alios prælatos contrafaciendo, & ſuperiores & qui in domo ſua uiles, & humiles D erant, in ſchola humilitatis ſuperbias magis addiſcunt pleni omni temeritate, & ſuperbia. Nihil intuentes quod dicit ſcrip. coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & iterũ in medio magnatorum loqui non præſumas, & ubi ſunt ſenes, non multum loqueris.

Malac. 2.

Rom. 12.

Phil. 2.

Eccl. 4.

Leuit. 19.

Gal. 32.

### Nona Conſideratio.

Pacis, & vnitatis mater, quia noluit priuatim, & ſigillatim precem fieri, ſed

l. 1. de oratione Do. ſer. 6.



A ſed pro omnibus, ideo dicit. Noſter, & non meus, publica enim eſſe debet nobis, & communis oratio, & quando oramus, non pro vno tantum, ſed pro populo toto oremus, quia totus populus unum ſumus, quomodo in vno omnes ipſe portauit. Hanc orationis legem ſeruauerunt tres pueri in camino ignis incluſi, tunc inquit ſcript. Illi tres quaſi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum. Sic & Apoſtolos poſt aſcenſum Domini cum diſcipulis inuenimus oraſſe, erãt inquit perſeuerantes omnes vnanimines in oratione. Et Chryſ. Pro ſe orare neceſſitas cogitur pro altero autẽ charitas fraternitas hortatur, dulcior autem eſt ante Deum oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis comendat.

Dan. 5.

Act. 1.

Super Mat. c. 6.

### Decima Conſideratio.

Decima cauſa eſt, vt per hoc Chriſtus nos inuitaret ad humilitatem, & a nobis tolleret omnes ſuperbiæ occaſionem, ne ſcilicet: diues ſuper pauperem ſe extollat, nobilis ſuper ignobilem ſuperior ſuper inferiorem, ſuper debilem fortis, ſed omnes ſe fratres cognoſcerent, & vniꝰ Patris filios ſecundum illud, nunquid non Pater vnus omnium noſtrum? quare ergo deſpicit vnuſquiſque veſtrum fratrem ſuum? Et Beatus Aug Admonentur inquit per orationem. Dominicam, diuites, & genere potentes, ſeu nobiles ſecundum ſæculum non ſuperbire aduerſus pauperes, & ignobiles, quoniã omnes ſimul dicunt Deo. Pater noſter, ſed proh dolor nunc inter Chriſtianos ſuperior opprimit inferiorem, fortiorem, diues inopem, ſed efficax remedium erga ſuperbiam, animique tumorem affectuoſe reuoluere nos eſſe fratres, vnum habere Patrem Deũ, qui non eſt acceptor perſonarum.

Mala. 2.

Aug. In ſer. Domin. In Monte.

# Qui es in cęlis.

### Prima Conſideratio.

CVM a Domino Moyſes ad liberandum populum Iſrael mitteretur, ac quæreret, ſi dixerit mihi populus, quod eſt nomen eius, qui miſit te quid dicam eis? Dixit Dominus illi. Ego ſum, qui ſum, ſic dices filiis Iſrael, qui eſt miſit me. Nõ B ait. Ego ſum Deus, ego mundi fabricatur, aut ego ſum omniũ rerum Creator ſed hoc tuum. Ego ſum, qui ſum. Et alibi ſi non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis noſtris. Vnde Aug, Quid eſt Domine quod dixiſti, ſi non credideritis.

Exo: 4.

c. 8. Ioan.

# Qui es.

### Prima Conſideratio.

C PRofundiſſimum verbum, ſimulq; copioſiſſimũ. Quis enim digne eloquat̃, Quid ſit Deus, quę ſuppetit eloquentia, quæ uires intelligendi, quæ facultas proferendi, nihil eſt qđ de ſolo Deo propriè dici poſſet, quam hoc verbum eſt. Quemadmodum ipſe dãs reſponſum Moyſi, in monte (inquit) dic filiis Iſrael, qui eſt, miſit, me. Quicquid enim de Deo dixeris, ſi bonum, D ſi magnum, ſi beatum, ſi ſapientem, vel quicquid aliud in hoc verbo inſtauratur. Nempe hoc eſt ei eſſe, quid hæc omnia eſſe. ſi & centum talia addas, non receſſiſi ab eſſe, ſi ea dixeris, nihil addidiſti, ſi nõ dixeris, nihil diminuiſti. Nihil etiam competentius ęternitati, quæ Deus eſt, quam hoc verbũ qui eſt, nam dum quid ſit æternitas, intelligendo conſpitio, omnem mutabilitatem mentis aſpecta ab ęternitate ſe iungo, & in ipſa æternitate nulla ſparia

Dam. l. 1. c. 12.

Exod. 3.

Ber. l. 5. De conſider.

Aug. c. 1. de vera relig. c. 49. in fin.

ſpatia temporum cerno. Quia ſpatia temporis, præteritis, & futuris, rerum motibus conſtant, nihil autem præterit in æterno, & nihil futurum eſt, quia & quod præterit eſſe deſinit, & quod futurum eſt, non dum eſſe cæpit, æternitas autem tãtummodo eſt. Nec fuit quaſi iam non ſit, nec erit, quaſi adhuc non ſit. Quare ſola ipſa veriſſime dicere potuit humanæ menti. Ego ſum, qui ſum, & de illa veriſſime dici poterat.

Auguſt. in Euang. Io c.8. trac. 38

Qui eſt, miſit me. ſed quid eſt fratres, quod Dominus dicit, Ego ſum, qui ſum, & iterum. Niſi credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris. Quaſi non ſit eorum, quę fecit, nunquid cœlum non eſt? nunquid terra non eſt? nunquid homo, cui loqueris non eſt? nunquid Angelus, quem mittis non eſt? ſi omnia ſunt hæc, quę per ipſum facta ſunt, quid eſt quod ipſi proprium eſt ipſum eſſe. Nam quomodo audio, inquit Augu. Ego ſum, qui ſum quaſi alia non ſint.

Solutio.

Reſpondet tantum quod quælibet res qualicunque excellentia ſi mutabilis eſt, verè non eſt, non enim eſt ibi verum eſſe, vbi eſt, & non eſſe, quicquid enim mutari poteſt, mutatum, non eſt quod erat. Si non eſt quod erat, mors quædã ibi facta eſt Ecce nigredo mortua eſt in capite albeſcentis ſenis. Mortuæ ſunt vires in corpore languenti, ſtatio in corpore ambulantis. Mortua eſt locutio in lingua tacentis, cum ergo omnes creaturæ ſint mutabiles, per conſequens non habent, verum eſſe ſola autem veritas, quæ Deus eſt habet immutabiliter eſſe, ideo hoc eſt ſibi proprium eſt.

*Secunda Conſideratio.*

Mala. 3. Iac. 1.

Cum ſolis Diuinæ naturę ſit mutari ab eo, quod eſt omnino nõ poſſe, & ideo immutabilis dicitur. Ipſo dicente per Proph. Ego Dominus, & non mutor, & iterum. Apud quem non eſt

A transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, & Rurſus Apoſt. dicit. Qui ſolus, & immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. Et ideo ipſi vere competit. Hoc verbum eſt. ſed cum cuncti nouerimus quod & humana anima, & Angelici ſpiritus ſint immortales inſtitui, cur ab Apoſtolo ſolus Deus immortalem habere prohibetur, niſi quia ſolus Deus uere non moritur, quia ſolus nunquam mutatur, vt ſup. in prima conſideratione diximus, humana quippe anima in lapſum non B caderet ſi mutabilis non fuiſſet, quæ a paradiſi quoque gaudijs expulſa, ſi mutabilis non eſſet, ad vitam nunquã rediret. In hoc ipſo vero quod ad vitã redire nititur defectus ſuos cogitur alternante ſemper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nihilo eſt condita, ex ſe nihilominus infra ſe tẽdit, niſi ad boni deſiderii ſtatum artificis ſui manus teneat. Ex eo itaque is, ꝙ creatura eſt, deorſum ire habet. Virtute namque C propria in pręceps ire poſſe ſe conſiderat ſed ad creatorem ſuum amoris manu ſe retinet, ne cadat, quouſque ad immutabilitatem tranſeat; & eo verè immortaliter, quo immutabiliter uiuat, ipſi quoque Angelici ſpiritus mutabiles ex natura ſunt conditi, quanius aut, ſua ſponte caderent, aut ex arbitrio ſtarent. ſed quia humiliter elegerunt ei inhęrere a quo creati ſunt, hanc ipſam in ſe mutabilitatem ſuam ſtandi iam immutabilitate vicerunt, ut D hoc ipſum merito tranſcenderent qd' naturæ ſuæ ordine mutabilitati ſubeſſe potuiſſent. Quia ergo ſolius Diuinę naturæ eſt eſſe, per conſequens ſolus ab Apoſtolo immortalitatem habere perhibetur.

Quæſtio p gratia 34. c. 4. ſolu.

Quod Deꝰ ſit ſolum immortali angeli, & animæ mutabiles Au. t. 9. de cognit. uere uitæ. c. 31.

*Tertia Conſideratio.*

Quæſtio. Per Augu. t. 4. de eſſe

Sed cum Deus immutabilis dicatur, qa in natura eius ira, furor, pęnitentia, obliuio, recordatio, & alia hic ſimilia

ullo



diuinit. 1. col.

A nullo modo accidũt. Quare ſacra ſcriptura ſparſim per diuinos libros motus in Deo animæ, ſeu humana membra deſcribit. Greſſus Dei, aſcenſus, deſſenſus, ſedere, ſtare, tranſire, ambulare, pœnitere, iraſci &c. Niſi quia non carnaliter ſecundum hiſtoriam a recte intelligentibus ſentiẽda ſunt, ſed ſpiritualiter omnia de eo intelligẽda, ſunt. Igitur ut dictum eſt figuraliter in Deo

Caput Dei.

caput cum legimus, ipſam eſſentiam diuinitatis eius, quæ omnia præcedit, & cui omnia ſubiecta ſunt in- B intelligere debemus. Capillos vero capitis eius, & veſtimenta. De quibus per Proph. veſtimenta eius quaſi nix candida, & capilli capitis eius quaſi lana munda, Sanctos Angelos, ſeu vniuerſos electos accipi oportet, vel certe ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur, vt per hoc antiquus dierum eſſe credatur.

Dani. 7. Capilli ue ſtimenta Dei.

Oculi Dei Heb. 4.

Oculos habere dicitur Deus, eo quod nulla creatura inuiſibilis eſt, vt ait Apoſt. Omnia enim nuda ſunt ante oculos eius.

Palpebre Domini. pſ. 1c.

C Palpebræ domini occulta, atque incomprehenſibilia iudicia eius. De quibus in Pſal. ſcriptum eſt. Palpebræ eius interrogant, ideſt probant filios hominum,

Aures Dei.

Aures dicitur haberc Deus, quia omnia audit, & nihil ei ſub ſilentio latet. Hinc in libro ſapientiæ eſt ſcriprum. Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſconditur.

Nares Dei 2. Reg. 22. Facies eiꝰ pſ. 79.

Nares Dei inſpiratio eius in corda fidelium, vt eſt illud in lib. Regum. Aſcendit fumus de naribus eius, ideſt lacrymoſa D compũctio pœnitentis per inſpirationem illius. facies illius cognitio diuinitatis eius ad homines, de qua ſcriptum eſt, oſtende nobis Domine faciem tuam, & ſalui erimus. Hoc eſt. Da nobis cognitionem tuam, quę cognitio per filium nobis innotuit ipſo dicente. Nemo nouit patrem, niſi filius, & ſi voluerit filius reuelare, verbum Dei. Filius Dei patris, per quod omnia facta ſunt. De quo in Pſal. Ver-

Mitt. 1 1. Verbum Dei. Pſ. 189.

A bo domini cœli firmati ſunt. Lingua Dei myſtice Spiritus ſanctus, per quẽ Deus pater ſecretum ſuum hominibus manifeſtauit, vnde in Pſal. Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis. labia Dei vtriuſque teſtamenti conſonantia intelliguntnr. De quibus in prouerbiis ſcriptum eſt. Diuinatio in labiis eius, in iuditio non errabit os eius. brachia Dei filius eius, & Spiritus ſanctus. Intelliguntur ſic in Eſai. & brachia mea populos iudicabunt, B brachium Dei patris, ſingulariter filius eius accipitur, de quo Hier. Et nunc domine Deus meus, qui eduxiſti populum tuum Aegypti, in manu forti, & brachio extento, & recte dicitur brachium, quia omnis creatura electa ab ipſo continetur. Dextera domini, gloria patris ſignificat, ideſt æternam beatitudinem, de qua in. Pſal. Ex perſona patris ad filium, ſede ad dextris mei. manus eius filius accipitur pro eo quod per ipſum facta ſunt omnia, C vnde per Eſai. Omnia hæc manus mea facit, & ſancta ſunt omnia. Digitus Dei ſingulariter Spiritus ſanctus, de quo Dominus in Euang. Si ego in digito Dei eiicio dęmonia quid alius Euang. declarans ait. Si ego in ſpiritu Dei eiicio dæmonia. Digiti vero Prophetæ, de quo in Pſal. 8. Scriptum eſt. Videbo cęlos tuos, opa digitorũ tuorũ per cęlos libros legis, & Prophetarũ per digitos vero ſanctos vt dictũ eſt, Propheras myſtice deſignauit. Imago D Dei patres inuiſibilis. Vnigenitus eſt filius eius, de quo Apoſt. Ait. Qui eſt imago Dei inuiſibilis; Cor Dei Arcanum ſapientię eis myſtice innuit, ex quo verbum, ideſt filium ſuum impaſſibiliter ſine initio genuit. Ipſo dicente per Proph. Eructauit cor meũ verbum bonum. Alas dicitur habere Deꝰ pro eo quod more Auis electos ſuos tamquam pullos ſub ſe colligit, fouet & ab inſidiis Diaboli, & malorum hominum protegit, de cuius protectione

ſigna Die 44.
Labia Dei
Brachia Dei:
Brachium Dei.
32. Aegypti.
Dextera Dei.
66.
Digitus Dei. Luc. 11. Matt. 12.
Digiti Dei.
Imago Dei Concl. 1.
Cor Dei 44
Alæ Dei

ne

ne Proph. Scapulæ ad ipſum ait, ſub
vmbra alarum tuarum protege me.
Scapulæ Scapulas dicitur habere Deus, quia in
firma membra Eccleſiæ patienter qua
ſi in ſcapulis ſuis portat, & portando
90 protegit. De quo in Pſal. Viro iuſto di-
citur ſub ſcapulis ſuis obumbrabit ti-
Poſteriora bi, & ſub pennis eius ſperabit. Poſte-
Dei riora filii Dei incarnatio eius accipi-
Exo.33. tur. De qua ſic ſcriptum eſt. Poſteriora
mea videbis, faciem meam autem vi-
dere non poteris ac ſi diceret. Incarna-
tionem meam videbis, diuinitatem
meam videre non poteris, ſed pedes
filii Dei incarnatio eius intelligitur,
Pedes filii quæ diuinitati ſubiecta eſt, tam quam
Dei capiti pedes, veſtimentum filii Dei.
Veſtimen- Caro eius, quæ a Diuinitate aſſumpta
tam eſt figuraliter accipitur. De quo per
Exo.63. Proph. Ait, quis eſt iſte, qui venit de
Edon tinctis veſtibus de Boſra, pal-
Palium lium Dei Eccleſia, de quo in gene. la-
Dei. uabit in vino ſtolam ſuam, hoc eſt in
ſanguine paſſionis carnem ſuam, & in
ſanguine vitæ pallium ſuũ. Eccleſiam
calciamenta Dei incarnationem ſuã
myſtice deſignant. De qua ipſe per
59. Proph. in idumeam extendam calcea-
mentum meum ideſt plebe gentium
manifeſtabo incarnationem meam,
Greſſus greſſus domini, aduentus filii Dei in
Dei. mundum eſt, & regreſſio eius ad Pa-
Pſ.97. trem, de quibus Pſal. Viſi ſunt greſſus
tui Deus. Ingreſſus Dei mei, qui eſt in
Aſcende ſancto. Aſcendere Deus dicitur, cum fi
re Dei. lius Dei carnem nobis aſſumptam in
cœlum velut captiuam duxit. Sicut
Pſ.67. eſt illud in Pſal. Aſcendit in altũ, capti
Sedere uam duxit captiuitatem, ſedere Dei
Dei. eſt potentialiter ſuper omnem crea-
turam rationalem præſidere, vt eſt il-
Pſ.46. lud in Pſal. Regnauit Dominus ſuper
gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſan-
Deſcende- ctam ſuam, deſcendere in mundum
re Dei. Deus legitur, quando aliquid nouum
quod antea non fuerat in creatura hu
mana operatur. Sicut filius Dei deſcẽ-
diſſe narratur. quando veram carnem

A ex Maria Virgine propter noſtram re
demptionem ſuſcepit. De cuius deſcẽ
ſione, hoc eſt incarnatione de ipſo
ſcriptum eſt in pſal. Inclinauit cęlos, 17.
& deſcendit, & caligo ſub pedibus
eius. Cęlos inclinauit, quia ante aduẽ
tum eius pater nuntios Angelos, &
Proph. miſit, caligo ſub pedibus eius,
quia impii homines a ſua malitia cę-
cati eius incarnationem agnoſcere
non potuerunt, nec poſſunt ſtare Deus
dicitur, cum nos infirmos ad pęniten- Stare Dei.
B tiam conuerſione vitæ patienter ſub-
ſtinet, vnde dicitur p Abacuc Proph. 3.
Fecit & menſus eſt terram, & diſſol-
uit gentes in ſe a peccatorum vincu-
lis. Tranſire dicitur Deus, cum a cordi Tranſire.
bus, quorundam hominum in quibus
ante per fidem inhabitare credebatur.
Poſtea ſubrepente quolibet delicto
ab hiis recedit, & ad alios trahit. Am-
bulare autem dicitur Deus, non de lo- Ambulare.
co ad locum tranſeundo, quod impiũ
eſt ita credere, ſed de ambulatio eius
C eſt in cordibus ſanctorum delectari,
ſicut ſcriptum eſt, & inhabitabo in 2.Cor.7.
eis, & inambulabo, & ero illorum
Deus, iraſci vero dicitur Deus nõ Ani Iraſci
mi perturbatione, quæ nullo modo
ei accidere poteſt, ſed peccatoribus
delinquentibus iuſtam inferre dici-
tur ultionem, ita eſt reddere illis ꝙ
merentur, & hoc eſt ira, vel furor eius
pænitere dicitur, non quod more ho- Pęniten
minum per tranſactis operibus ſuis Dei.
pęniteat, ſed eius pęnitentia eſt ſtatu-
D ta mutare, & quod prius aliter inchoa
tum fuerat, in aliud mutare, ſcilicet
aut de bono exigentibus culpis in ma 1.Re.15
lum, vt de Saule legitur. Aut de malo
in bonum, ſicut de populo gentium,
non pęnitere, eſt ſtatuta nulla modo Non pœni
mutare. Vt eſt illud in pſal. Iurauit do- tere.
minus, & non pęnitebit eum obliui- 109.
ſci dicitur Deus cum impiis non miſe Obliuiſci
retur, & hoc non vtique per crudeli- Dei.
tatem, quæ in Deo non eſt, ſed per oc
cultum, iuſtumque iudicium ſuum.





Indurare. Indurare dicitur Deus, ſicut de Pha-
raone ſcriptum eſt, quando exigenti-
bus eorum culpis cum duritiam cor-
dis, quam ipſe ſibi mala perpetrando
Dormire. nutriũt, non aufert dormire Dei eſt.
Cũ vnigenitus filius patris in aſſum-
pta carne mori pro nobis dignatus
43 eſt, vel cum electis ſuis tribulatis tar-
dius ſubuenit. Vnde in pſal. Exurge
Vigilare quare obdormis domine, Vigilare au
Dei. tem Dei eſt in defenſionem electorum
ſuorum, & in vltionem inimicorum
ſuorum manifeſtum Deum manifeſta
Venire re, Venire autem dicitur ad nos, non
Dei. quia mutationem localem ſignificet,
34 quia Deus non mutatur; & ipſe eſt
vbique, ſecundum illud Hier. Cœlum,
& terram ego impleo, ſed quia nouo
modo venit ad nos, ſecundum quem
S.Tho. ad prius nõ fuerat, ideſt per effectum gra
Io.c.8. tiæ, & per hunc effectum gratiæ facit
nos ad ſe accedere. Hæc omnia igitur,
quæ de Deo dicta ſunt, non ſecundum
literam, ſed ſecundum figuratiuam lo
cutionem accipienda ſunt, quia omni
potens Deus non caro, ſed ſpiritus eſt
inuiſibilis, atque incorporeus, & im-
mutabilis eſt. Ideo dicitur, in ſua ora-
tione. Qui es.

## *Quarta Conſideratio.*

Cum ergo Deus ſit immutabilis, &
nos tamquam filij debemus eſſe Dei
imitatores, ſtudẽdum nobis eſt ad mẽ-
tis conſtantiam, vt nec aduerſis fracti,
nec proſperis illecti aliquatenus a via
27 rectitudinis flectamus, ſicut B. Inqt
Iob. Iuſtificationem, quam cepi, tene-
re non deſeram, ſed heu quam nimis
inconſtantes ſumus in ſanctis medita-
tionibus, ordinatis affectionibus, in cõ
ſcientiæ puritate, & in recta uolunta
te, Heu quam ſubito mutamur de bo-
no in malũ, de taciturnitate in loqua-
citatem, de maturitate in leuitatem, de
charitate in inuidiam, de feruore, in
accidiam, de humilitate in vanã glo-

A riam, de manſuetudine in iram, de ſpi
rituali lætitia & amore in carnalem.
ita quod nunquam vno momento in
eodem ſtatu ſtabiles permanemus, niſi
quod heu conſtãtes ſumus in ſpiritua-
libus defectibus, in leuitatibus, in co-
gitationibus, in affectionibus impu-
dicis.

## *Quinta Conſideratio.*

Quæ autem ad caſum nos impellãt Quæ ad ca
B vt non ſtemus, ſed ſic inconſtantes ſi- ſũ nos im-
mus, hæc ſunt. Primo debilitas viriũ, ſi pellunt.
cut cadunt pueri, decrepiti, & infirmi,
quod ſpiritualiter continget per tepi
ditatem bene operãdi, & inſtabilitatẽ
Vnde ad hanc tollẽdam per maxime Phil.3.
neceſſaria eſt obliuio bonorum operũ
etenim qui currit, non reputat quantũ
ſpatii confecerit, ſed quantum adhuc
deſit. Sic faciebat Apoſt. Fratres (in-
quit) ego non arbitror me comprehẽ
diſſe, vnum autem, quæ quidem retro
C ſunt obliuiſcẽs, ad ea quæ ſunt priora
extendens me ipſum &c. quod ut faci
lius aſſequamur, nobis neceſſarius eſt
baculus Sãctæ crucis, cum quo Dauid
cum gigãte pugnauit, & Iacob uxorẽ
accepit, de quo Pſ. Virga tua, & bacu-
lus ipſa me conſolata ſunt. Hæc enim
memoria attendit ad amorem, & qui
amat non laborat. Secundo onus pec- Onus pec-
catorum, ſicut cadunt aſini ſub nimio catorum.
onere, quod contingit per negligentiã
operandi, peccatum enim eſt valde põ
D deroſum, & ſuo pondere aliud trahit.
Vnde frequens ſit confeſſio. Tertio mul Multitudo
titudo trahentium, ſicut cadit arbor, Trahentiũ
vel domus multis trahentibus, quod
fit per impulſum hoſtium carnis, mun
di, & dæmonum, quos expellere poſſu
mus ſcuto fidei. Hinc Apoſt. ait. In om Ephe.6.
nibus ſumentes ſcutum fidei. Quarto S.Th. opu.
lubricitas viarum, quod eſt per incau 5. credo in
tam cuſtodiam ſenſuum, videlicet Deum.
exceſſus in potu via eſt cadendi ad lu- Lubricitas
xuriam. Hinc Salomon in Prou. 20. Viarum.

Luxurioſa res eſt vinum, Ebrietas in
Noe verenda nudauit, inceſtum cō-
miſit in Loth, filium regis occidit A-
Ignorantia agendorũ. mon,& principem exercitus Holofer
nem iugulauit. Quinto ignorantia agē
dorum, ſicut cæci de facili cadũt, & hi,
qui noctu ambulant, quod eſt per ne-
Exēpla cadentium. gligentiam adiſcendi neceſſaria, & nō
audiendi verbum Dei. Sexto exempla
cadentium, ſicut Angeli exemplum,
luciferi, quod fit per imitationem ma
lorum. Igitur ſi cupimus eſſe imitato
Eph. 5. res Dei, & ſtabiles, caute ambulemus,
Fundamenta religioſorum humilitas. ne cadamus. Vt ergo poſſimus ſtare,
de fundamento eſt cogitādum. Quod
fundamentũ, diſcamus ab illo, qui ait
diſcite a me, quia mitis ſum & humi-
lis corde. Vnde Aug. Conſtruere vis fa
bricam magnæ celſitudinis, de funda
mento cogita profundæ humilitatis.
Et Hier. Prima virtus Chriſtianorum
humilitas. Item Greg. Origo uirtutis
eſt humilitas, illa in nobis virtus vera
citer pullulat, quæ in radice propria,
ideſt in humilitate perdurat. Hinc Au
Timor Domini. gu. Arborem attendite, figit radicem
in humili, vt vertice tendat ad cęlum,
Huic addendus eſt timor Domini, vt
ſemper timeamus, ſi cupimus ſtare
iuxta illud. Beatus homo, qui eſt ſem-
Eccl. 18. per pauidus. Vnde Ber. Cum adſit gra-
tia, time, ne indigne opereris ex ea,
amplius time ſubtracta gratia, quia
reliquit te in cuſtodia tua, ſi redierit
gratia multo amplius timendum eſt,
ne forte contingat pati reciuidiuum:
& vere fratres ſemper timendum, nā
delicta quis intelligit, quamuis enim
Pſal. 18. multi ſciant, ꝙ non commiſerint pec
catum mortale, neſciunt tamen vtrũ
omittendo mortaliter peccent. Præte-
rea, vt inquit Græg. Plerunque in con-
ſpectu ſordet interni iudicis, quod in-
tentione fulget operantis, ideo Apoſt.
1. Cor. 4. dicebat. Nihil mihi conſcius ſum, ſed
in hoc nō iuſtificatus ſum, item neſcit
homo qualis futurus ſit, licet in pręſen
ti ſit bonus, ideo ſemper timendum, ſi

A cupimus ſtare, ſed eſt etiam aliud fun
damentum, quod eſt Ieſus, ſi autē Chri
ſtus, proculdubio fides Chriſti, per 1. Cor. 3.
fidē quippe Chriſtus habitat in cordi-
bus noſtris, ſicut idē Apoſt. dicit, por-
ro fidem Chriſti illa vtiq;, quæ per dile Ephe. 3.
ctionem operatur. Hæc enim poſita
in fundamento neminē perire permit
tit. Hanc petebat Proph. in pſalmis, qñ
dicebat, vnum petii a Domino, & hoc 26
requirā vt inhabitem in domo domi-
ni omnib. diebus vitæ meæ, qđ nobis
B concedere dignetur Dominus. Amen.

## In cęlis.

### *Prima Conſideratio.*

SAtis autem voluntatis di
uinæ prōptitudinem ad
iuuandum expriminus,
patrem eum profitendo,
C ſed ne de excellentia po
teſtatis eius dubitetur, ſubditur. Qui Eccl. 24.
es in cęlis, non ſicut a cęlis contentus,
ſed ſicut cœlos ſua virtute comprehē
dens. Secundum illud. Si cum cœli cir
cuiui ſola, quinimmo ſuper totam cœ
lorum magnitudinem virtus eius ele
uata eſt, vnde Prop. inquit: Eleuata eſt Pſal. 8.
magnificentia tua ſuper cœlos Deus.
Quare ad ſpei fiduciam confirmandā
virtutem eius profitemur, quæ cęlos
ſubſtinet, & tranſcendit.

D

### *Secunda Conſideratio.*

Sunt qui neceſſitati Iudæorum fata
li res humanas ſubdunt, contra illud,
quod dicitur, per Hiere. A ſignis cęli
nolite metuere, quæ gentes timent, ſe
cundum hunc errorem tollitur oratio
nis fructus, nam ſi voluntati ſyderum
vita noſtra ſubiicitur non poteſt circa
hoc aliquid immutari, fruſtra igitur
orādo peteremus vel aliqua bona cō
ſequi



ſequi, vel a malis liberari, ut igitur A
nec hoc orantium fiduciæ obſit, dici-
mus: Qui es in cęlis, i. tanquam motor,
& moderator eorum, & ſic per virtu-
tem cœleſtium corporum auxilium,
quod a Deo ſperamus, impediri non
poteſt.

### *Tertia Conſideratio.*

Præſentia, Licet Deus cōi modo omnib. reb. in
eſſētia, po- ſit Eſſentia, Præſentia, Potētia, eſſētia B
tentia. quidem quandoque eſſe cuiuslibet eſt
S. Th. opu. quędam participatio diuini eſſe, po-
2. c. 135. tentia uero, cum omnia in virtute ip-
ſius agant. Præſentia autem, nam ipſe
immediate omnia ordinat, & diſponit
& ita demum, eſt in omni natura eſſen
tialiter, præſentialiter, & potētialiter,
ſine ſui diffinitione, & in omni loco,
ſine circumſcriptione, & in omni tem
Magiſt. ſen pore ſine mutabilitate. Hinc dicitur
tēt. 1. di. 37. Deus incircumſcriptus, illocalis, & im
q. 1. & quo mutabilis, incircumſcriptus, quia cir C
niam, &c. cumſcribi nullo modo poteſt. illoca-
Augu. tō. 4. lis, quia de loco, ad locum nequaquā
de eſſentia tranſit, ſed nec in loco quolibet reti-
diuini. lib. netur, Ipſo de ſemet per Eſaiam Pro-
uni. phetam teſtimonium prohibente, atq;
Eſai. 66. dicente cœlum mihi ſedes eſt, terra au
23 tem ſcabellum pedum meorũ, & per
Hier. Nunquid non cœlum, & terram
ego impleo, dicit Dominus. Qui enim
cœlum, & terram implet, proculdu-
bio nullus eſt locus ab eius præſentia
Pſal. 138. abſens, cuius immenſitatē proph. con- D
fitens idipſum ait. Si aſcendero in cę-
lum, tu illic es, ſi deſcendero in infer-
num ades. De cuius adhuc immenſita-
Iob 9. te in libro Beati Iob ſcriptum eſt. Ex-
celſior cœlo eſt, & quid facies? Pro-
fundior inferno, & vnde cognoſces?
longior terra menſura eius, & latior
mari, ſuper omnem quippe creaturā
præſidet regendo, ſubtus omnia eſt ſu-
ſtinendo, atque portando non ponde-
re laboris, ſed infatigabili virtute, qm̄
nulla creatura ab eo condita per ſe

A ſubſtineret, niſi ab illo ſubſtentetur
qui illam creauit. Extra omnia eſt, ſed
non excluſus, intra omnia eſt, ſed non
incluſus, & ſi ſit vbique totus in ſeip-
ſo. Vbique, quia nulli parti rerum
abſens eſt, totus in ſemetipſo eſt, quia
non cōtinetur ab eis, quib. eſt præſens,
quia non eſt ita in illis, ita ut indigeat
eis, tanquam non poſſit eſſe, niſi in eis.
Igitur fatēdum eſt vbique eſſe Deum
per diuinitatis præſentiam, ſed non
B vbique per inhabitationis gratiam,
propter hanc enim inhabitationem
gratiæ non dicimus Pater noſter, qui
es vbique, licet hoc verum ſit, ſed qui
es in cœlis, ideſt in ſanctis, vt tem-
plum eius potius in oratione comme
moremus, quod & nos ipſi eſſe debe-
mus, Ita Auguſtinus tom. 2. Epiſ. 57. Auguſt. ad
ad Dardanum. Dardan. Epiſt. 57.

### *Quarta Conſideratio.*

C Qui es in cœlis, ideſt in ſanctis, & Augu. to. 4.
iuſtis, non. n. ſpatio locorum contine- de ſer. Do.
tur Deus, ſunt. n. cœli excelſa mundi ī mon. l. 2.
corpora, ſed tamen corpora, quæ non
poſſunt in aliquo. ſed ſi in cœlis tan-
quam ſuperioribus mundi partibus
locus Dei eſſe creditur, melioris me-
riti ſunt aues, quarum vita eſt Deo vi-
cinior: Non autem ſcriptum eſt, pro-
pe eſt Dominus excelſis hominibꝰ, aut
eis qui in montibus habitant, ſed ſcri
ptum eſt. Prope eſt Dominus contri- Pſal. 33.
D tis corde, quod magis pertinet ad hu-
militatem, ſed quemadmodum terra
appellatus eſt peccator, cũ ei ſit dictũ,
Terra es, & in terram ibis, ſic cœlum
iuſtus e contrario dici poteſt. Iu-
ſtis enim dicitur; Templum Dei ſan-
ctum eſt, quod eſtis uos; quapropter ſi
in templo ſuo habitat Deus, & ſancti
templum eius ſunt, recte dicitur, Qui
in cœlis eſt, ideſt in ſanctis, & iterum
per Eſaiam dicitur. Cœlum mihi ſe- Gen. 3.
des eſt, terra autem ſcabellum pedum
meorum, quia in electis, qui ſunt, cę-

 lum,

66 lum, habitat Deus, & regnat, qui eius
Magiſter voluntati deuote obtemperant, ma-
ſent.l.1. di. los autem, qui ſunt terra, iudicij diſtri-
37.eod.1.in ctione calcat. Vnde in li. Sap. dicitur.
ſanctis ue- Thronus ſapientiæ, anima iuſti, quia
ro. in iuſtis ſpecialius eſt, quam in aliis
rebus. In quibus tamen omnibus totus
eſt, queadmodum anima, ut ait Augu.
In epiſtola ad Hier. de origine animæ
per omnes particulas corporis tota ad
eſt, ſimul nec minor in minoribus,
nec maior in maioribus, ſed tamen in
aliis intenſius, in aliis remiſſius opera
tur, cũ in ſingulis particulis corporis
eſſentialiter tota ſit, ita & Deus cum
ſit in omnibus eſſentialiter, & totus, in
illis tamen plenius eſſe dicitur, quod
inhabitat, ideſt in quibus ita eſt, ut fa
Aug.to.2. ciat eos templum ſuum, & tamen in
Eph.57. quibus habitat, non æqualiter habi-
tat. Nam unde eſt illud, quod Eliſeus
popoſcit ut dupliciter fieret in eo ſpi-
ritus Dei, qui erat in Helia? & unde in
oĩbus ſanctis ſunt alii aliis ſanctiores,
niſi abundantius habendo habitatorẽ
Deum? Et quamnis hi, in quibus habi-
tat Deus, non ex toto capiant, tamen
Deus in illis totus eſt præſens, neque
enim ad habitandũ diuidit ſe per ho-
minum corda, ſeu corpora alia, ſui
huic partem tribuens, & alii aliam,
ſicut lux iſta ꝑ aditus, & feneſtras do-
morum, ſed potius ſi quemlibet ſo-
num cum corporea res ſit, ac tranſito-
ria ſurdus non capit, ſurdaſter non to-
tum capit, ſed tanto magis alius alio
capit, quanto eſt acutioris, tanto autẽ
minus, quanto eſt obtuſioris auditus.
Cũ ille nõ uariè, magisve minus inſo
net, ſed in eo loco, in quo ſunt, omni-
bus ęqualiter præſto ſit. quanto excel
lentius Deus natura incorporea, & in
commutabiliter uiua, qui non ſicut
ſonus per moras temporum tendi, &
diuidi poteſt, nec ſpatio aereo tanquã
loco ſuo indiget, vbi pręſentib. pręſto
ſit, ſed æterna ſtabilitate in ſeipſo ma
nens, totus adeſſe, rebus omnibus po-

A teſt, & ſingulis totus. Quamuis in qui-
bus habitat, habeant eum pro ſuæ ca-
pacitatis diuerſitate. Alii amplius, a-
lii minus, quos ipſe ſibi dilectiſſimum
templum gratia ſuæ bonitatis ædifi-
cat. Qui autem uolunt experiri an in
ipſis Deus inhabitet, Interiora ſua di
ſcutiant, qua humilitate repugnent ſu
perbiæ, qua beneuolentia obluctentur
tur inuidiæ, uideant an capiantur adu-
lantium linguis, ac bonis delectentur
alienis, an pro malo non cupiant ma-
B lum reddere, ac ſuper omnia Deum, &
proximum diligant. Hi proculdubio
Deum rectorem, & habitatorem ipſo
rum eſſe non dubitent. Nam certe sũt
templũ Dei uiui, & in ipſis inhabitat
& ambulat inter illos promouendo
eos de uirtute in uirtutem, & erit ſuo
rum Deus, quia prouidentia ſua eos 2. Cor. 6.
protegit, ſicut inquit Apoſt.

*Quinta Conſideratio.*

C Quia magis eſt cognitio Angelis,
animabuſque Sanctis diuinitatis cum Augu.to.3.
apud Deum ſint in cœlis, quam in quæſtiũcu.
terris, ſicut in hoc mortali corpore læ de Trin.
quidam magis intelligunt diuinã ſub
ſtantiam, quidam minus, ita & in cę-
lo, magis dicitur Deus eſſe, quã in ter-
ra, quia plenius eiuſdem ſubſtantia
intelligitur ab inhabitoribus cęli,
quam terræ incolis. Quãuis perfecte
Deum cognoſcere quantum cognoſci
bilis eſt, nulla creatura poſſit. Propte-
D rea dicitur incomprehenſibilis. Vnde
dicitur per Iob. Forſitan ueſtigia Dei
comprehendes, ac uſque ad perfectũ
omnipotẽtem reperies? quaſi dicat, 33
non, & per Hier. Dominus exercituũ
nomen ſibi magnus, &c. incomprehẽ
ſibilis cogitatu. Quamuis plures dicaŋ S. Thom. 1
tur habitationes Dei, fideles, ut ſupr. Cor. 3. lect.
probauimus, in quibus Deus habitat tertia.
per fidem formatã charitate. Rurſum Eph. 3.
domus ſacrata per ſpiritualem cultũ;
qui in ea ſibi exhibetur iuxta illud
Ado-



Adorabo ad templum ſanctum tuum,
tamen principaliter domus Dei dici-
Pſal. 5. tur ipſe Deus, ſicut inquit Io. Domi-
nus Deus omnipotens templum illius
eſt: nam principaliter habitat in ſeip-
ſo, quia ipſe ſolus ſe comprehendit,
ſed quia plenius ab habitatorib. cęli
comprehenditur quam a terræ inco-
lis, ideo dicitur potius qui es in cœ-
lis, quam in terra. Et ſi quis obijceret
quomodo per Apoſ. dicitur, Sequor ta
men ſi quomodo comprehẽdam, ſed
comprehenſio totalem incluſionem
Phil. 3. ſignificat quo perfecte Deus compre
hendi põt, nã gratia Dei enucleabim⁹.
in ſecunda petitione huius orationis.

*Sexta Conſideratio.*

Vt inſinuaretur diſtantia iuſtorum,
a peccatoribus ideo dicitur habitare
in cœlis, ideſt iuſtis, potius, quam in
De ſer. Do terra, ideſt peccatoribus. Vnde accom
*mini* in modatiſſima ſimilitudo eſt, ut ſpiritua
monte. liter tantum intereſſe videatur inter
iuſtos, ac peccatores, quantum inter
cœlum, & terram.

*Septima Conſideratio.*

Quamuis Deus ſit ubique generali-
ter in omnibus creaturis per eſſentiã,
præſentiam, & potentiam, tamen ſcri
ptura frequenter commemorat eũ eſſe
in cælis, quia in eis diuina potentia, ſa
pientia, & bonitas, magis, quam in a-
liis mundi corporib. declaratur: ma-
nifeſtatur, enim Dei potentia in cœlo
rum magnitudine, & ſtabilitate, ſicut
37 dr̃ per Iob. Cęli ſolidiſſimi quaſi ęre
43 fuſi ſunt, Dei ſapien. in eorũ pulchri-
26 tudine & ordine. Hinc per Eccl. Spẽs
cœli gloria ſtellarũ. Et per Iob. Spiri
Cęli mor- tus eius ornauit cœlos. Dei bonitas,
taliter. cum a cœlis multiplex beneficium cõ
feratur corporalib. creaturis, lucis, ca-
loris, pluuię, &c. ſed moraliter in cœ-
lo maxime habitare dicitur, quamuis

A quia per cælos intelliguntur Angeli, 18
& ſancti ſecundum illud pſalm. cœli 14
enarrant gloriam Dei in quibus Deus
habitat, ſecundum illud Hier. Tu autẽ
in nobis es Domine: in iuſtis namque
ſpeciali modo Deus, ideſt tota ſanctiſ
ſima Trinitas, quæ in hac oratione pa-
ter nominatur, inhabitant, ſicut dici-
tur per Io. Si quis diligit me &c. ad eũ 14
ueniemus, & manſionem apud eũ fa-
ciemus. Dicuntur autem uiri ſancti cę
lum. Primo propter ornatus pulchri-
B tudinem, ſunt.n. cæli corpora lucida,
ſole, ac ſtellarum multitudine ornata
ab omnis immunditiæ contagione re
mota. Sic iuſti ſunt intellectu lumino
ſi, & clari, a uitiorum fæditate purga-
ti, charitate, ac diuerſus uirtutum flo-
ribus tanquam ſole ardentiſſimo, &
ſtellis fulgidiſſimis adornati. Vnde
Ber. Omnia ſancta cœlum eſt. In quo Sancti qua
Sol intellectus, Luna fides, aſtra virtu re cęlum.
tes. Et ſicut Stellæ in nocte lucent,
in die latent, ſic uera virtus eſt, quę
C in proſperis non apparet, & in aduerſi
tatibus emicat. Et de Apoſtolis di-
citur. Cęli enarrant gloriam Dei,
ex his rutilat ſol ſapientiæ, lucet
luna ſcientię, micant ſtellę virtutum,
coruſcant fulgura ſignorum, crepant
tonitura prædicationum, & manant
pluuiæ ſcripturarum. Secundo ſicut in
cœlo apparent ſingularia opera San
ctiſſimæ Trinitatis, ut ſupra diximus, Mirabilia
ita in Sanctis hominibus, & virtuoſis Sãctiſſimæ
tota ipſa Trinitas diuinarum perſona- Trinitatis
D rum ſingularius, quam in cæteris ope opera in
ratur. Pater fortitudinẽ, quia ambulãt nobis.
in lege domini, ut non declinent neq; S. Th. Opu
ad dexteram, neque ad ſiniſtrã, ut non 50. art. 24.
deficiant in aduerſis, nec extollantur cir. fi.
proſperis, unde ſcribit ſapiens, Non.
contriſtabitur quicquid ei acciderit
Hac fortitudine confortatus Apoſtol. Prou. 12.
dixit. Omnia poſſum in eo, qui me Io. 1.
confortat, filius venit per ſapientiam,
nos illuminando, quia ipſe eſt lux ve
ra illuminans omnem hominem ue-
nientem

Sap.6. nientem in hunc mundum, vnde Sap. A
eius aduentum deſiderans ait . Mitte
illam a ſede magnitudinis tuæ &c.ut
ſciam quid acceptum ſit apud te. Spi
Tre.1. ritus ſanctus operatur per bonitatem
nos ad amorem ſecum inflammando,
Hinc dicit Scrip. De excelſo miſit ignẽ
in oſſibus meis, ſcilicet Spiritum ſan-
ctum, vt timeam. Hæc ſunt opera gra
tuita Beatiſſimæ Trinitatis, in nobis
138 mirabiliter operantis, vnde in Pſal. di
citur. Mirabilia opera tua, & anima
mea cognoſcet nimis. Reuera mirabi B
lia opera Dei in nobis. Nam potentia
patris confortando debilitat, & debi-
40 litando confortat. Vnde per Eſa. Qui
ſperant in domino, mutabunt fortitu-
Gloſa. dinem, ſcilicet vt ſic fortes fiant, de-
biles mundo, & poſt mortem carnis
fiant immortales. Vnde ſequitur. Aſſu
Gloſa. ment pennas, ut Aquilæ, ideſt quibus
volent ad Deum. Current, & labora-
bunt, quia omnia facilia amanti. Am
bulabunt, ſcilicet proficiendo, & non
2.Cor.12. deficient. Nam ut inquit Apoſt. Cum C
infirmor, tunc fortior ſum. Similiter
filii Sapientia non uidentes illumi-
nat, & videntes excæcat, Hinc Domi-
Io.9. nus per Io. dicit, Ego in iudicium ve-
ni in mundũ, vt nõ uidentes videant,
Gloſ. ſcilicet humiles cœci, qui ſe videre
36 non putant, & qui uident cœci fiant,
ſcilicet ſuperbi ſapientes, qui ſe uide-
re putant. Vnde Greg. ſuper illud Iob.
Ecce Deus magnus uincens noſtram
ſcientiam dicit. Quicquid de claritate
magnitudinis eius ſcimus, infra ip- D
ſum eſt, & tanto ab eius ſcientia lon-
ge repellimur, quanto eius potentiã
nos comprehendiſſe ſuſpicamur. Cu-
ius tunc aliquid quaſi ex parte cogno
ſcimus, quãdo eum nos digne cogno
ſcere non poſſe ſentimus, Sic etiam bo
nitas Spiritus ſancti mirabiliter ope-
Bonitas ratur in nobis, vnde ſapiens admiran-
Spiritus. do dicit. O quam bonus, & ſuauis eſt
ſancti. domine ſpiritus tuus in nobis. Et vere
Sap.2. valde bonus eſt, cum nos ad amorem

A ſuum accendit, ſed ualde ſuauis, dum
nos interno guſtu ſuæ dulcedinis læti-
ficat. Operatur etiã Spiritus ſanctus,
bonitatis diffuſionem, & in fluxum in
alios: Quem cauſalem influxum in
alios teſtator ſe habuiſſe Apoſt. cum 1. Cor.9.
dixit. Factus ſum omnibus omnia, in-
firmis infirmus, inſipiens, inſipientib.
&c. vt omnes facerem ſaluos. Vt ſicut
cœlum habet in lumine claritatem,
in motu ſingularitatem, in virtute vi-
goroſitatem: ſic hæc tria operatur in
B Sanctis Deus, illuminat intellectum,
remouendo errorem, regulat affectũ,
ordinando amorem, Influit ad profe-
ctum, miniſtrando vigorem.

*Octaua Conſideratio.*

Ad inſinuandam potentię eius uir-
tutem, & ſublimitatem diuinæ naturæ
dicitur. Pater noſter, qui es in cœlis.
Cum Deus in cœlis ſic eſſe dicatur,
ut cœlorum dominus, & ſtellarum.
C Vnde per Pſalm. dicitur, Dominus in 120.
cœlo portauit ſedem ſuam.. Item
dicitur eſſe in cœlis, ut per id,
quod in ſenſibilibus rebus eſt altiſ-
mum oſtendatur. diuina ſublimitas
omnia excedens etiam hominum deſi
der um, & intellectum, unde quicquid
cogitari, uel deſiderari poteſt, eſt mi-
nus, quam Deus. Hinc dicitur per Iob. 36
Ecce Deus uincens noſtram ſciẽtiam, 112.
& per pſal. Excelſus ſuper omnes gen
tes Dominus.

*Nona Conſideratio.*

Ideo dicitur eſſe in cœlis, ut cœle- 6
ſtia contempiemur, ut frequenter cogi Phil.3.
tationes dirigamus, ubi habemus pa-
trem, ubi enim dicit dominus per
Matt. eſt theſaur⁹ tuus, ibi eſt cor tuũ, Coll.3.
& Apoſt. Nr̃a conuerſatio in cęlis eſt,
quapropter ab eo, qui eſt in cęlis, non
niſi cæleſtia quærere debemus. Secun
dum illud. Quæ ſurſum ſunt, quærite
vnde



vnde uoluit nos docere, petere bona A
1.Pet.1. cęleſtia permanſura, quæ ſunt in cœ-
lis, ſicut dicitur per Apoſt. In hæredita
tem inarceſibilem conſeruatam in cę
lis. Vnde Hugo. ſi dixerit, qui ubique
es, verum dixiſſet, ſed ne inepta, & ina
nia quæritando mente vagemur, di-
cit: Qui es in cęlis, ut mente radicata
quæ ſunt utilia quæramus. Vt ſciant,
1.Cor.15. etiam homines quod cum patrem ha-
beant in cęlis, eorum uita debeat eſſe
cęleſtis, ut ſint conformes patri cęle-
ſti. Hinc Apoſt. Sicut portauimus ima B
ginem terreni, portemus etiam imagi
nẽ cęleſtis, unde qualis cęleſtis, tales
cęleſtes, & Chryſo. Docuit nos orare
ad patrem, qui in cęlis eſt, ut ſciant
homines ſe habere patrem cęleſtem,
& ex hoc erubeſcãt ſe ſubſternere ter-
reno patri, hi ſcilicet qui patrem ha-
bent in cęlis.

*Decima Conſideratio.*

Decimo, ut commemorationem vi C
Vt conten- tæ pręſentis, qua in hac degimus terra,
dentes hãc velut peregrinam, & a noſtro patre
patriam cę velut longiſſime ſeparantem toto hor
leſtem deſi rore vitantes, ad illam potius regio-
deremus. nem, in qua patrem noſtrum commo-
ad fratres rari fatemur ſummo ſtudio propere-
de Hiere. mus. Vnde Aug. omnis homo deſide-
Ser.65. rare debet patrem cęleſtem, & Deum
patrem omnipotentem, qui in cęlis ha
bitat, ut dicere mereatur. Pater noſter
qui es in cęlis. Ibi, uidelicet ubi eſt pa
tria cęleſtis ibi, vbi eſt pater noſter cę D
leſtis, illuc deſiderare debemus, vt per
ueniamus, ibi peruenire ſperemus, ut
proueniamus illic. Iſta namque uita
non cęleſtis, ſed terrena, non patria,
ſed exilium, non perpetua, ſed tranſi-
toria, quia quotidie ad finem prona.
Illa uero patria cęleſtis, in qua Deus
cum Sanctis ſuis Angelis, & electis ha
bitat, finem non habet. Vere igitur
ſtultus eſt, qui ad talem patrem, ta-
lemque patriam, ac tam cęleſtem pro-

A perare non deſiderat. Quis eſt ille, qui
ad captiuitatem ductus ultra ad pa-
triam redire nollet? Quis in carcere
tenebroſo poſitus, amplius exire nol-
let, & lucẽ videre? Quis vſque ad mor
tem famem ſubſtinens, ſi ei manducã-
di poſſibilitas affuerit, non manduca-
ret? Quis ſitim patiens ſi facultas bi-
bendi extiterit, nõ potaret? Nobis fra
tres mundus iſte, non patria ſed capti
uitas, non libertas, ſed carcer eſt, ideo
tota concupiſcentia optandum nobis
B eſt ut ad illam cęleſtem patriam pro
peremus, ubi nullus timor de mor-
te, nulla dubitatio de hoſte, ubi ui-
ta ſine fine, iuuentus ſine ſenectute,
lux ſine tenebris, gaudium ſine triſti-
tia, uoluntas ſine moleſtia, requies
ſine labore, claritas ſine nube eſt.
Amen.

COMPENDIVM MEDITATIONIS
Huius Prologi.

C TRINITAS vnus Deus,
pater omnium quidem
creatione, hominum, re
demptione, fidelium
adoptione, electorum
prędeſtinatione, qui ſpirituales filios
generas per uiuificam charitatiui amo
ris propaginem, utinam nobis miſe-
ris ſic tuæ amoroſæ charitatis gemi-
næ gratiam infundas, ut filii tanti pa
tris eſſe mereamur.

Noſter. Qui ne in uia deficeremus,
D te in panem ſalutiferum omne dele-
ctamentum in ſe habentem præſtiti-
ſti, quo nutriti, & confortati ambula-
re poſſemus in fortitudine huius cibi
vſque ad montem Oreb, altitudinem,
ſcilicet beatificę uiſionis, & ne per de
uia in viam morum oberremus, per
ſpiritum tuum nos erudis ad omne
id, quod nobis utile eſt. Tu igitur
pater excelſus in creatione, ſuauis in
amore diues in hæreditate, liberalis
paterna communione, noſter, qui nos
generas

generas, paſcis, nutris, corripis, & in- A
ſtruis, utinam per ardentiſſimi amoris
adhæſionem uere tui eſſe mereamur,
& te dignis moribus imitari, amo-
reque fraterno omnibus filiis tuis, fra
tribus meis in omnibus bonis commu
nicare ualeamus, miſericorditer a
nobis auerte ſuperbiam, proximi con
temptricem, quæ indignos te cęleſti
patre reddit, ſed ad gratiam adoptio-
nis, & unionem fraternitatis ſeruan-
dam nos conuerte, ut paternitatis tuæ
gloria, & filiationis tuæ gratia, atque B
unione fraterna ſemper gaudeamus.
Qui es in cœlis materialibus admira-
bilis tuæ potentię, & magnitudinis o-
ſtenſione, & in cęlo ſupremo empy-
reo ſpeculum æternitatis, corona iu-
cunditatis, theſaurus felicitatis. In cę
lis quoque ſpiritualibus, in Sanctis
tuis per ſpecialem tuæ gratificæ illu-
ſtrationis habitationem, anima noſtra
tibi ſit cælum clarum, & nitidum ac
uariis uirtutum ſyderibus adornatum
ut tuæ Sanctæ habitationis digni ho- C
ſpites efficiamur, fiatque omne deſide
rium noſtrum ad cæleſtia bona obti-
nenda contemptis omnibus tranſeun
tibus oblectamentis. Amen.

## Sanctificetur nomen tuum.

*Prima Conſideratio.*

SI homo ad cognoſcen-
dam diuinam magnitu
dinem peruenire non
poſſet, fruſtra videretur
eſſe conſtitutus contra
Pſal.78. id, quod dicitur nunquid enim vane
conſtituiſti omnes filios hominum, cũ
ad hoc factus ſit homo, eſſet quoque
inanæ naturę deſiderium, quo omnes
naturaliter appetunt cognoſcere de
diuinis, Hinc eſt quod nullus omnino
Dei cognitione priuatur. Vnde Iob. 36
Omnes homines uident Deum. Et ſi
hoc tam arduum ſit, vt omnem facul-
tatem humanam excedat. Hinc per
Iob dicitur eſſe Deus uincẽs noſtram 36
ſcientiam. Etenim ad hanc nemo per
uenire poteſt, niſi per gratiam reuela-
tionis diuinæ. Hinc dominus. Nemo Matth.11.
inquit nouit filium, niſi pater, neque Modi, qui-
patrem quis nouit, niſi filius, & cui vo bus indica
luerit filius reuelare. Indicauit tamen ta fuit ho-
ſe quippe Deus aliqualiter hominib. minib. ma-
naturali quadam cognitione, ex hoc, gnitudo di
quod hominibus lumen rationis in- uina.
fundit, & creaturas viſibiles condidit,
in quibus bonitatis, & ſapiẽtiæ ipſius
aliqualiter relucent veſtigia, unde in
quit Apoſt. Quod notum eſt Dei, ſcili Rom.1.
cet quod cognoſcibile eſt de Deo per
naturalem rationem, manifeſtum eſt
illis, ſcilicet gentilibus hominibus.
Deus enim illis reuelauit, ſcilicet per
lucem rationis, & per creaturas quas
cõdidit. Vnde ſubdit. Inuiſibilia enim
ipſius a creatura mundi, per ea, quæ
facta ſunt intelle. cõſpi. ſempiter. quo
eius uirtus, & diuinitas, ſed cognitio
iſta imperfecta erat. Hinc per Iob di- Tob.1.
citur, Forſan veſtigia eius comprehen
det, & uſque ad perfectum omnipoten
tem reperies? & Iob poſtquam dixit, 36
Omnes homines uidẽt Deum, ſubdit,
vnuſquiſque intuetur procul.
Hinc quia talis cognitio imperfe-
cta erat, conſecutum eſt, ut homines a
veritate diſcedentes diuerſimode cir-
D ca Dei cognitionem errarent, ſicut di
citur per Apoſt. Quidam euanuerant Rom.1.
uſque ſerpentum. Quapropter ut ab
hoc errore Deus homines reuocaret,
expreſſius ſuam notitiam hominibus
dedit in ueteri lege, per quam homi-
nes ad cultum unius Dei reuocarẽtur.
Iuxta illud. Audi Iſrael. dominus De᷒ Deut.c.6.
tuus unus eſt, attamen hæc Dei cogni-
tio erat figurarum obſcuritatibus im
plicita, & infra vnius Iudaicæ gentis
terminos clauſa, ſecundum illud Pſal. 75

Notus



Notus in Iudæa, Deus in Iſrael. ma. no. A
eius ideo ut toto humano generi vera
Dei cognitio proueniret, unigenitum
uirtutis ſuæ uerbum miſit Deus pater
in mundum, ut per eum totus mundus
ad veram diuini nominis perueniret
cognitionem, & hoc quidem domi-
nus noſter facere inchoauit in ſuis di-
Io.17. ſcipulis, ſicut ipſe inquit. Manifeſtaui
nomen tuum hominibus, quos dediſti
mihi de mundo, ſed non in hoc termi-
nabitur eius intentio, vt illi dictatis B
haberet notitiam, ſed vt per ipſas di-
uulgaretur. In mundum vniuerſum,
hinc poſtea ſubdit, vt mundus credat
quia tu me miſiſti, quod quidem per
Apoſtolos eius factum eſt, & per eius
ſucceſſores continue agitur quouſque
per totum mundum nomen Dei San-
ctum, & celebre habeatur, ſicut præ-
1. ditum eſt per Malach. Ab ortu ſolis
vſque ad occaſum magnum eſt nomẽ
meum in gentibus, & in omni loco ſa
crificatur, & offertur nomini meo ob- C
latio munda. Vt igitur. Quod inchoa-
tum eſt ad conſummationem perue-
niat. Petimus dicentes, ſanctificetur
nomen tuum.

*Secunda Conſideratio.*

Duob. mo- Priusquam ad conſiderationem hu
dis dicitur ius clauſulæ perueniamus, ſciendum
ſanctifica- eſt, quod ſanctificari duobus modis cõ
ri. tingit. Primo per ſanctitatis adoptio- D
nem, quando quis, ex non ſancto, effi-
cit ſanctus, Secundo per ſanctitatis
declarationem quando ipſum, ſcilicet
ſanctum eſſe prædicatur, ſiue declara-
tur. Primo modo ſanctificantur. Crea
turæ rationales in uia, & in patria, in
uia, per ſuſceptionem gratiæ, ſiue ſa-
cramẽtorum ſuſceptionem Baptiſmi,
vel pœnitentiæ, vel ẽt ſine ſacramen-
to per cõtritionem, aut ex ſpeciali pri
uilegio, ut Ieremias Ioan. Bapt. Virgo S.Th.3.diſ.
glorioſa, & in hoc differt ſanctificatio 3.Ar.2.ad
communis, quæ fit in ſacramentis ab 4.
iſta ſpeciali, quæ fit in utero, quia per
primam tollitur. Culpa, ſed remanet
fomes inclinans ad peccatum morta-
le, & Veniale ſed. In ſanctificatis in ute
ro non manet fomes ut inclinans ad
mortale. Sed bene ad veniale ut in Ie-
remia, & Io. Bapt. ſed in Beata Virgine
oĩno fomitis inclinatio, & mortale,
& veniale ſublata fuit, ita ut teſte ſcri
ptura eſſet toto pulchra, & immacu-
lata. Imo quòd plus eſt dicta ſanctifi-
cationis gratia etiã in alijs efficaciam
habuit, vt quamuis pulchra eſſet men-
te, & corpore à nullo vnquam concu-
piſci potuit. Igitur ſanctificatio nihil
aliud eſt quam mundatio à culpa, uel
gratificari Deo p gratiæ ſuſceptionẽ, Apoc.ult.
vel eius augumentationẽ. Iuxta illud
ſanctus ſanctificetur adhuc. In patria
verò ſanctificatur rationalis creatura
per ſuſceptiones gloriæ in clara Dei
viſione fruitione, & firma Dei tentio-
ne, Hac modo Deus ſanctificari non
poteſt, quia nec gratiam recipere po-
teſt, nec gloriam. Nec quodcunque
accidens. quia immutabilis. Alio uero
modo dicitur. Iuſtificari dicitur per
ſanctitatis oſtenſionem, & declaratio-
nem, quia ipſum ſanctum eſſe prædica
tur, & declaratur, ſiue quia ſãtitas eius
creditur, laudatur, diligitur, reueretur
& honoratur, & ita Deus ſanctificari
poteſt à creatura.

*Tertia Conſideratio.*

Cum in oratione Dominica multa
petituri ſumus, quæ ad noſtram ſalu
tem, & profectum, pertinet, dignum
eſt, ut, primo circa ipſius Reuerentiã
inſiſtamus. Cętera omnia laudi ei, &



glo-

glorificationis poſt ponamus. Hinc A
Chryſoſtomo. Digna eſt Deo, deprecantis oratio, nihil ante patris gloriam petere: ſed omnia laudi eius poſt ponere. Petimus ergo ſecundum hanc expoſitionem, ut ſanctum habeatur. ab hominibus, & ita innoteſcat illis Deus, vt exiſtiment aliquid ſanctius nō eſſe, & ita Dei ſanctitas ſit nota toti mundo, vt totus mūdus noſcat ipſum ſolum Deum eſſe, & ipſe in toto orbe noſcatur. Nominetur. Altiſſimus, Iuſtiſſimus, Sapientiſſimus: Miſericordiſſimus, vnde per hanc petitionem nihil B
ſanctitatis Deo accreſcit, qui ante ſecula ſanctus fuit, & ſanctus permanet immutabiliter in æternum, ſed admonemur ut nomē eius, quid ſemper ſanctum eſt, etiam apud homines ſanctum habeatur, Hoc eſt quòd non contemnatur. Quod non Deo, ſed. Hominib. prodeſt. Hinc alibi Aug. Inquit.

August. ad prob. to. 2. epi. 121. c. 11. & in to. 10. tractat⁹ in oratione domi.

Cum rogas ut ſanctificetur nomen ipſius, non quaſi pro illo illum rogas, & non per te, intellige, & per te rogas. C
Hoc enim rogas vt quod ſemper ſanctum eſt in ſe, ſanctificetur. In te, Quid eſt ſanctificetur, Sanctum habeatur, non contemnatur? ergo uides quia cum optas tibi bonum optas. tibi. n. malum eſt ſi contempſeris nomen Domini, Non Deo. Petimus ergo ut non contemnatur ſed, ut magis timeant homines eum offendere, quia iuſtum eſt nomen Dei ſanctificare, & Deum timere, De quo dicitur: Dominum nomen illi. Hic timor primo. Gradus eſt D
beatitudinis de quo dicitur. Timor domini initium ſapiētiæ, & alibi, Timor domini ſanctus permanens in ſæculū ſæculi, Petimus etiā ut omne hominū genus relictis impurę infidelitatis tenebris, radijs diuini luminis illuſtratum ſuſcipiant Chriſtianam religionem, & ſe totos Deo dicantes credant ex eo omne ſanctitatis fontem

August. de tep. ſerm. 182.

A exiſtere, neque quid quam eſſe pur, aut ſanctum, quod non a ſanctitate diuini nominis oriatur. Pertinet etiam poſtulatio ueſtra, ut in his, qui flagitijs, & ſceleribus contaminati puram Baptiſmi integritatem amiſerunt, ſanctificetur nomen Dei, ut ad cor redeuntes ſacramento pœnitentię redimant priſtinam ſanctitatem.

*Quarta conſideratio.*

Sanctificatio Dei noſtra perfectio eſt. Itaque dicentes ei ſanctificetur. Nomen tuum, alijs uerbis hoc dicimus, tales nos facito pater, ut ſanctificationem tuam vel intelligere quanta ſit, uel capere mereamur. Quæ autem ſit ſanctitas Dei. Ita inquit Dyon. Sanctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, ſuper quo dicit cūmētator ſanctitas Dei, ut ſecundum nos eſt dicere, eſt puritas libera ab omni immunditia, cum infrangibili, atque inflectibili firmitate, rectitudine, & ordine bonitatis conſiſtens. Vnde ex quo dicitur, quod eſt puritas libera ab omni immunditia. Excluditur. Peccatum. Per hoc quod additur cum infrangibili, atque in flectibili, excluditur, poſſibilitas ad peccandum. ex quo patet. quòd ſolus Deus eſt, in quem non cadit, nec poteſt cadere peccatum, & hoc ex propria natura, & perfectione. Nam, & ſi Beati in patria non poſſunt Dei peccare, hoc tamen non eſt ex ipſorum natura, ſed gratioſa Dei uoluntate. Hinc Aug. contra maximum. Cuicunque rationali creaturæ præſtatur, ut peccare nō poſſit, non eſt hoc naturæ proprię, ſed Dei gratiæ, ſolus igitur Deus rectitudine obliquari non poteſt, quia ſolus ipſe perfectiones omnes ſupgreditur, ergo

Caſſi. l 9. Coll. c. 18.

De diui. Nom. ca. Sanctitas Dei, quid ſit.

Hyero. in trac. de filio prædi.

Deus



Deus ſolus ſanctus. Hinc dicitur, per A
Dyon. Sanctus Sanctorum, eſt igitur Dei ſanctitas infinita Dei perfectio, ipſius omnipotentia, ipſius infinita ſapientia, bonitas, liberalitas, miſericordia, &c. Petimus ergo ut cognoſcatur, cognitus ſolus veneretur, magnificetur diligatur.

*Quinta Conſideratio.*

Optamus denique, vt lumen ſuum Deus præferat omnium mētibus, quo videre poſſint omne datum optimum & omne donum perfectū deſcendens a patre luminum ad nos diuinitus eſſe datum, optimum, dico ideſt naturale, & perfectum, ideſt gratuitum, & ita Sāctificemus nomē tuum, ideſt gratias ei agamus. Nam hoc eſt ſanctificetur, ac ſi dicatur ſanctum ſit, & Benedictū nomen tuum, ſecundum illud. Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, ut ſic ad locum unde exeunt flumina, reuertantur, ideſt ad principium, unde perueniunt beneficia reuertātur per gratiarum actiones, ut iterum fluant, ſcilicet per iteratam beneficiorum exhibitionem non enim eſt dignus beneficium proſequi, qui de beneficijs acceptis gratias non Agit.

Iac. 1. Au. de tēp. ſer. 125. Eccl. 1. Rom. 9.

*Sexta Conſideratio.*

Poſtremo Saluator, noſter ſummus magiſter noſter, ſic docens nos orare docuit nos manere in officio charitatis, quia docemus, & plus Deum, quod nos ipſos diligere, & Primū petere, q̄ Deo cupiamus, deinde q̄ nobis optem⁹. Hac repletus charitatē vas electio

A nis etiam anathema fieri optabat a Chriſtus, dummodo ei familia multiplex acquireretur.

*Septima Conſideratio.*

Sanctificatio nominis Dei quid aliud eſt, vt clara ſit in nobis eius notitia, ſicque ſimul a Domino petimus media, quibus poſſimus ipſum cognoſcere, & ut det nobis intelligibile lu- B
men, intellectuales oculos, quibus eū cognoſcamus, ut eſt in hac uita cognoſcibilis. Et ideo oportet nos orationibus ei propinquare caſtiſſimis, ideſt vt ſimus mundi ab omnibus carnalibus affectionibus, ne illicite retrahamur inferius, oportet etiam reuelata facie Deum uidere. uerum caligine phantaſmatū obūmbretur intellectus noſter, ut accidit illis, qui ſpiritualia non ſupra corporalia capere voluerunt, ut qui poſuerit Deum effiguratū C
figura corporis humani. Item.

Quæ facio ſpiritualis tenebra.

Oculos neceſſe eſt vt habeamus puros, quibus iam bene uti poſſumus, quibus uideamus, & aſpiciamus, & non ſimus in tenebris. alias q̄ in tenebris eſt, videre non poteſt, tria enim corporalis tenebra facit in corporibus, Chriſto reddit ea ſqualida, & ſordida, ex eo q̄ non ſtudioſe purgātur, quæ in tenebris ſunt. Secundo reddunt omnia immobilia. Vnde pleriſque animalium natu- D
rale eſt, ut in nocte quieſcant, & in die moueantur, quia per lucem diriguntur. In motu videntia quo vadunt. 3. corporales tenebræ concludunt, vt in tenebris aliquis non pręparet, ſe ad aliquid agendum, & naturaliter aliquam pigritiam ingerunt, & hæc tria etiam ſpiritualis tenebra. Primo ex ea contrahuntur ſordes errorum in intellectu prauarum affectionum, in affe-

ctu inordinatio actionum in actu, dũ A
mala, quæ ignorat homo, nec vitat,
nec purgat, ſecundo reddit homines
Act.15. ottioſos, qui dum bene agendo igno-
rantiam habent, & viç quib. ad Deum
perueniţur, non remouent ad finem
conſequendum, tertio reddit eos con
cluſos, qa dũ non cognoſcunt bonum
non aperitur, eorum affectus per deſi-
derium capiendum ipſum intra ſe, &
ideo vt interiores oculi noſtri non im-
pediantur a viſione, & cognitione di-
uina, neceſſe eſt habere mentem, quæ
eſt oculus animæ ab omni labe carna-
lium, & cupiditate rerum mortalium,
puram, remotam, atque purgatam.,
quod ei nihil aliud præſtat primo quã
fides, ſicut hac diuina teſtificatio ex
preſſit, fide inquit mundans corda eo-
rum, ſed quæ fides, illa profecto, quæ
per dilectionem operatur, nam dum
quis credit, iam reſtat, vt non ſit am-
plius in tenebris, ſed ut Deum deſide-
remus, & ad ipſum pertingere cone-
mur atque inardeſcamus, oportet, ut
ſit charitas, Ad fidẽ enim pertinet, vt
credas, & ſic purgetur, oculus circa in
tellectum, ad charitate autem vt agat
ſi enim quis credit, & non amat, non
ſe mouet ad bonum opus, & ſi ſe mo-
uet, ut ſeruus, & non ut bonus filius,
timendo pœnam, non amando iuſti-
tiam, ſed inter fidem, & charitatem me
dia neceſſe eſt ut ſit ſpes, quæ dum cõ
Cœcitas. ſolatur nos ad uidendum quæ credi-
mus, mouet affectum p deſiderium ad
bene operandum, ſed quia oculum D
exteriorem non ſolum lux exterior il-
lum impedit ne uideat, ſed vt aſpi-
ciat, opus eſt ut habeamus oculos ſa-
nos, quia ſi forte ſanguine, aut aliquo
humore concreto fuerit oculus turba-
tus, cernere minime poſſemus, & ideo
fide etiam opus eſt, vt credamus nos
non aliter uidere, niſi ſit anima noſtra
ſana, Et ita credendo dabimus operã

noſtræ ſanctitati, ſed quid ſi credamus
ſanari, tamen nos poſſe deſperemus.
Nonne prorſus omnia contemnimus,
ne pręceptis medici obtemperemus?
omnino ita eſt, ergo fidei ſpes adiicien
da eſt, ſed ſi credamus, & ſperemus poſ
ſe ſanari, ipſorum, tamen quæ promi-
ctuntur lucem non amemus. Nonne
etiam medicum deſpicimus? Prorſus
ita eſt, ergo tertia charitas neceſſaria
eſt, ſine tribus igitur iſtis anima nul-
la ſanatur. vt poſſit Deum ſuum intel-
ligere, & videre, ſed quandoque lux Oculus turbatus.
eſt, & ſalus, ſed aliqua pulueris inie-
ctione læditur oculus, quo fit vt eius
acies retundatur, & quid, hic puluis
niſi cura terrenarum actuum. De quã
Dominus in Euangeliſta Martha in-
quit ſollicita es, & turbaris erga pluri-
ma nos quo ſi Deus cupimus ſanctifi-
care, ideſt cognoſcere, neceſſe eſt, vt
oculum noſtrum ab hoc triplici impe-
dimento ſtudeamus purgare, ſed qua-
liter cognitio Dei habere poſſit, cum
C ſit incomprehenſibilis. In fine huius
clauſulæ Deo dante dicemus.

*Octaua Conſideratio.*

Conſequitur. Igitur. Primo ex hac Charitas.
clauſula perfecta charitas, dum ni-
hil ante gloriam Dei petimus, Quæ
quibus a Sanctis Theologis vocatur.
Dilectio amicitiæ, dum Deo appe-
timus gloriam, & honorem, magis
quam nobis, ſunt Pſal. Non nobis Do- 3
mine, non nobis, ſic & Apoſt. qui opta
bat Anathema eſſe pro fratribus ſuis
quaſi eſſet paratus ob gloriam Dei ca-
rere dilectatione uiſionis Dei, & ite-
rum proponebat gloriam Dei hac di-
lectione Amicitię, dilectationi, qua
fruitur Deo, quæ eſt dilectio concupi-
ſcentiæ, Dicens mihi enim uiuere Phil. c. 1.
Chriſtus



Chriſtus eſt, & mori lucrum, uſque A
propter vos. Hęc etiam charitas facit
extaſim, ideſt totaliter hominem exire
Gal. 2. extra ſe, vnde, & Apoſto. quaſi diuino
ore loquens dixit. Viuo ego, iam non
ego viuit autem in me ſpiritus, ſcili-
cet quia extra ſe exiens totum ſe in
Deum proiecerat, non quærens quod
ſui eſt, ſed quod Dei, ſicut verus ama-
tor, & Paſſus extaſim Deo viuens, &
non viuẽs vita ſui ipſius, ſed vita Chri-
ſti ut Amati., nihil ſui ſibi reliquerat,
Hæc charitas dicitur Acuta, Feruida, B
& liquefacit. Sicut expoſui in opu. 1.
De plenitudine leg. capitulo ſecun-
do. Hoc etiam docuit nos dominus no
ſter in Euangelio dicens. Primo quę-
rite regnum Dei. Sic eſt primum ver-
bum, qđ nobis in hac oratione fuit pa
ter, vt ex hoc ſemper gloriam patris
quæreremus, & ſpiritualia loquere-
ſuper Pater 13. conſideratio. mur, vt ſic ſanctificetur nomẽ ſãctum
eius. Secundo ex hac ſanctificationę
procedit timor, nos dum petimus no-
Timor. men Dei ſanctificari, rogamus, ut non C
contemnatur, ſed magis timeatur ho-
mines non offendere, igitur ex hoc ti-
Au. de tẽp. ſer. 182. more ſequitur, dicente ſcriptura. Quòd
expellit peccatum magna enim, eſt
Eccl. 1. cautela peccati Dei pœnitentiam ſem
per timere hic in Pſal. Proph. Proui-
debat Dominus in cõſpectu meo ſem-
per. Qui erubeſcit in conſpectu ho-
minum peccare, quãto magis dignum
eſt qui erubeſcat in conſpectu Dei ini-
quitatem agere, qui non ſolum opera,
Eccl. 7. ſed, & corda conſideret. Qui timet D
Deum, nihil negligit, ſemper timet ne
faciat parum, plus eligit abunda-
Eccl. 40. re, quod deficere, Hinc Scriptu. In ti-
more domini non eſt immoratio, &
alibi timor domini in plenitudine cõ-
memorabitur. Qui timet Deum om-
nia opera ſua ſcrutatur, ſi quid ma-
li in eis inuenitur facit illud corrigi,
9 etiam tuta pertimeſcit, hinc Iob, in-

quit uerebar omnia opera mea. Ti-
mentis Deum Beata eſt anima, Hinc
ſcriptura. Beatus uir qui temet domi- Ber. ſuper cant.
num, Beatus homo qui ſemper eſt pa-
uidus, & nihil denique ita eſt effi-
cax ad gratiam promerendam, reti-
nendum, & recuperandum ſi omni
tempore coram Deo quis inueniatur
non altrum ſapere, ſed timere, ſed
qui timet Deus humilitatis virtutes Plura de timore Aug.
habet, quia eorum neuter ſine alte- de tem. ſer.
ro eſſe poteſt, humilitatis uero effe- 213. S. Th.
B ctus eſt non ſe extollere, ſed in om- in opuſ. de
nibus Deo gratias agere, quòd inter erudi. prĩ.
cętera eſt ſanctificare, nomen domi- c. 8. lib. 2.
ni ut inquit Auguſtinus. Hoc eſt ſan-
ctificetur, quòd eſt Benedictum no-
men tuum, & ideo, fratres ſi omnes
decet Chriſtianos Deo gratias age-
re, quòd nos facere oportet religio-
ſos qui nos eripuit de luto fecis, & de
omni ſtatu miſeriæ, qui non rogan-
tibus, neque deſiderantibus. Imò re-
cuſantibus tot bona fecit nobis, et à
C multis periculis liberauit nos. Id-
circo ſicut nullum eſt momentum in
quo non utamur, vel fruamur Dei
miſericordia, ſic nullum debet eſſe
momentum in quo eius poteſtatẽ nõ
habeamus in memoria, ut ſic gratias
agentes aſcendamur in eius memo-
riam. Amen.

*Nona Conſideratio.*

D

Inter alia iudicia, quib. sãctitas Dei
manifeſtatur hominibus, euidentiſſi-
mum ſignum eſt ſanctitas hominum,
qui ex diuina inhabitatione ſanctifi-
cãtur, vt enim Greg. Niſſe. dicit. Quis
eſt tam beſtialis, qui videns in creden-
tibus vitam puram, non glorificet no
men inuocatũ in tali vita, ſicut Apoſt.
dicit. Si omnes Prophetent, intret au- 1. Cor. 14.
tem

A tem quis infidelis,vel idiota conuinci
tur ab omnibus, & poſtea ſubdit, &
ita cadens in faciem adorabit Deum,
pronuntians, quod vere Deus in vo-
bis ſit.Idcirco Chryſo.Super hanc peti
tionem,ita inquit. Rogare etiam iu-
bet orantes per noſtram glorificari vi
tam,quaſi dicat, ita feci nos viuere,vt
per nos te vniuerſi glorificent,ſed vti-
nam non eſſent, qui quantum in ipſis
eſt, nomen illud non violarent, ſicut
apud Malach. legimus. Magnum eſt
52 nomen meum in gentibus,& vos pol
luiſtis illud,& illud Eſaia. Iugiter to-
B ta die nomen meum blaſphemant. Si
quidem poluiit nomen, quicunque
in uanum illud in os ſuum ſumunt.
Qui cum leuitate quadam ex parui-
penſione nominis Dei iurando, &
quandoque Deum in teſtem falſitatis
aſſumendo. Qui tremendum nomen
Dei audientes nullam Dei reuerentiã
exhibẽt,nec ſubiectionis ſignum cor-
poris geſta oſtẽdunt. Qui audito eius
nomine indiuiſis officiis erecti tan-
quam ſtatua ſalis, nec ſaltem capitis
C inclinatione venerant? Studioſi tamẽ
debitas Principi cere monias ſerua-
re,honorem, atque reuerentiam exhi-
II.Reg.6. bere tetigit olim oza archam domini
minus reuerenter calcitrantibus bo-
bus, & percuſſus a domino interiit.
Tangunt illi precioſum domini no-
men,auribus audiendo,lingua profe-
rendo irreuerenter, & Dei iudicium
non timetur. Qui uana, & multo for-
c. dece. de tius fęda,& prophana colloquia profe
imm.Eccl. runt,& ubi peccatorum eſt venia po-
in 6. D ſtulanda,ibi peccata committitur. ſed
& nomen Dei patris non ſanctificant
qui potentiæ eius detrahunt, qui diui-
nis ordinationibus detrahunt, & quæ
ſumma Dei prouidentia geruntur ca-
ſui,& fato attribuunt.Nomen filii pol
luit,qui incarnationis myſterio ingra
ti ipſum paruipendunt, qui peruer-
A ſis exemplis alios maculant, nomen
Spiritus ſancti in honorant, qui de
Dei miſericordia deſperantes, aut ni-
mium pręſumentes eorum vitam non
corrigunt, igitur fratres omnium ho-
rum blaſphemias horrentes, nos qui
religionem profitemur, qui poſiti ſu-
mus ut ciuitas ſupra montem,totis vi
ribus incumbamus, ut talis ſit noſtra
vita, atque conuerſatio, ut glorifice-
tur nomen Domini. Nam qualis eſt
vita,& vt ſunt eorum mores, qui reli-
gionem profitentur, ſic de religione
ipſa multitudo imperita iudicare ſo-
B let, quapropter nobis proprie impo-
ſuit Dominus, ut illuſtribus virtutum
actionibus excitemus homines ad præ
dicationem diuini nominis, ut proui-
deamus bona etiam coram homini-
bus, vt ſic videntes bona opera noſtra Matth. 5.
glorificent patrem, qui in cœlis eſt,
ſed heu, heu Domine Deus quoties Rom. 2.
nominem tuum propter peruerſos re-
ligioſos blaſphematur, qui perditis
ſuis moribus, & labijs ſuis iniquis
præbent ſe hominibus lapidem offen
C ſionis,& Petras ſcandali.

*Decima Conſideratio.*

Quia videntiſſimum ſanctitatis in-
ditus,quibus ſanctificetur.nomen Dei
eſt ſententias hominum. Ideo non pi-
geat hic ponere ea, quæ faciunt homi
nes ſanctos vnde ſciendum quòd hæc S.Tho. 22.
ſanctitas conſiſtit in multis. Secundum eo.81.Art.
D varias Ethimologias huius hominis. in Cor.
Nam vno modo munditiam ſignifica- Gala. 5.
re videtur,Hinc nomen gręcum huius
ſignificationis dicitur Agios, ideſt ſine
terra, Altero modo dicitur ſanctus a
ſancio ſancis, quod eſt firmare, quia
antiquitus illud erat ſancitum quod
erat lege firmatum. Tertio modo ſan-
ctus



A ctus dicitur quaſi ſanguine tinctus,
hinc antiquitus illi, qui purificari no-
lebant, ſanguine hoſtiæ tingebantur?
Dicitur quarto ſanctus, ideſt mundus
per primum efficitur. Homo ſancius ſi
ſegregatus ab hominibus carnaliter ui
uentibus, ac mundanis oblitus nego-
tijs,non quærit ea, quę ſuper terram,
ſed ea,quæ in cœlis ſunt. Ad hanc igi-
tur ſanctitatem conſequendam cona-
ri qlibet debet, quia non aliter poteſt,
mens Deo applicari, niſi libera ſit a
B terrenis. Vacare ergo neceſſe eſt ab af-
fectu temporalium, ſi cupit Cęleſtia
contemplari. oportet etiam quicun-
que cupit ſanctum eſſe, ſe ipſum pro
Chriſto crucifigere, ſicut inquit Apo-
lo. Qui autem Chriſti ſunt carnem
ſuam crucifixerunt cum vitijs, & con-
cupiſcentijs. Requiritur,& tertio mun
ditia,Nam non aliter mens Deo appli-
cari poteſt niſi ab inferioribus rebus
ſeiungatur, nam ſi inferioribus rebus
coniungitur, tunc dicitur mens inqui-
C nari. Sicut quælibet res ex immi-
ſtione uilioris ſordeſcit, vt argentum
ex immixtione plumbi,& ita Deo ap-
plicari non poteſt. Hinc Apoſt. inquit
Pacem ſequimini cum omnibus,& ſan
ctimoniam, ſine qua nemo uidebit
Matth. 23. Deum. At in his omnibus neceſſaria,
eſt perſeuerantia,Nam nõ qui incepit
ſed qui perſeuerat hic ſaluus erit.
Hinc dicitur ſanctus,ideſt firmus.

*Vndecima Conſideratio.*

Aug.etiam Sanctus Cyprianus hanc clauſulam
de bono p- exponens ſic inquit ſanctificetur no-
ſeuer. 1. 2. men tuum, Non quòd optemus Deo,
Col. 2. ut ſanctificetur orationibus noſtris,
ſed hoc petimus, ut nomen eius ſan-
ctificetur in nobis. Hoc eſt, ut qui in
Baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo
A quod eſſe cæpimus perſeueremus, &
hoc quotidie deprecamur. Quia opus
eſt nobis quotidiana ſanctificatione,
vt qui quotidie delinquimus, delicta
noſtra ſanctificatione continua repu-
gnemus. nam quoniam de eſſe quoti-
die non poteſt quin peccetur in con-
ſpectu Dei, ut inquit ideo, ſi dixeri-
mus, &cęt. ideo dedit denuo ſa- 1.Ioan.1.
nandis, curandis uulneribus remedia
ſalutaria, quibus ſanctificationem re-
cupereremus, & paulo poſt docens
B nos perſeuerantiam petere a domino,
Hęc inquit ſanctificatio, ut in nobis
permaneat oramus, & quia dominus
noſter ſanato a ſe, & uiuificato com-
minatur non delinquere, ne quid ei de
terius fiat. Hanc continuis orationi-
bus preces facimus hoc diebus, & no-
ctibus poſtulamus ut ſanctificatio, &
uiuificatio, quæ de Dei gratia ſumitur,
ipſius protectione ſeruetur.

C *Duodecima Conſideratio.*

Sanctitas fratres amantiſſimi.In tri-
bus conſiſtit,primo in carnis macera-
tione. Hinc ſanctus dicitur ſanguine
tintus. In ſpiritus deuotione, & affe-
ctus pietate ſicut hæc omnia ordina-
tim pſalmus ponit dicens. Ego autem 34
cum mi. mol. eſſ. Indue. cili. vſque
ſic humiliabar circa primum inquit
Pſalmus. Ego autem cum mihi mo-
D leſti eſſent induebar cilicio,& humilia-
bã in ieiunio animam meam ideſt non
ſolum tegumento aſpero afflixi car-
nem meam, ſed & alimento, ſed quia
ieiunium, ut ſit Deo gratum debet
iungi cum humilitate, ideo ſubdit hu-
miliabam in ieiunio, ſed quid pro-
deſt humiliare carnem niſi impingue-
tur ſpiritus, & confortetur. Hoſtis
enim debilitandus eſt,& pugnator for
tifican-

tificandus, ideo quia ſpiritus conforta
tur per orationem. Ideo ſubdit, &
oratio mea in ſinu meo conuertetur,
12 Hinc Tobias. Bona eſt oratio cum ie-
iunio. Quod eſt ſecundum in quo
cõſiſtit ſanctitas, ubi intuendum quod
dicit in ſinu meo. Quia oratio iuſti
per alterũ, non ſemper efficitur exau
7 dibilis, Vnde per Hierem. dicitur. Tu
ergo noli orare pro populo hoc &c.
quia peccata, ſcilicet eius non merentur exaudiri, quæ conuertetur. In ſinu ſuo, ſcilicet ad ſeipſum. Nam efficitur meritoria. Hæc tamen parum valent, niſi quis pium affectum habeat ad proximum. Hinc ſequitur quaſi proximum, & quaſi fratrem, & cætera. Nam affectus ad proximum oſtenditur, quando quis gaudet cum

Ro. 12.

gaudentibus, & flet cum dolentibus. inde ſubdit ſic complacebam mihi in eis, quaſi in proximo, & fratre, & dolebam de peccatis eorum, quæ ipſi nõ ſentiebant uelut mortui, uelut mater. Habuiſtis ergo fratres mei tam in vndecima, quam in præſenti conſideratione, quæ neceſſaria ſint ut ſanctificetur, nomen Domini in nobis. Tunc enim ſanctificatur nomen Dei, dum Deum ſummam naturam quam melior cogitari non poteſt, corde, ore, & opere profitemur. Nomen uero creatoris tunc ſanctificamus, dum Deum omnium, rerum originem, & principium a quo omnia dependent, qui omnibus eſſe dedit, & uiuere eſſe credimus, atque ut talem adoramus nomen redemptoris, ſi nos eſſe eius non noſtri iuris cognoſcentes gratias agere ipſum glorificare, eique ſeruire non ceſſamus, ſecundum illud. Empti enim eſtis, ſed nomen Ieſus, ſi in nullo alio ſaluari ſperamus, ſcientes quod non eſt aliud nomen datum hominibus, in in quo oporteat nos ſaluos fieri. Nomen uero Chriſti a quo Chriſtiani uo

1. Co. 6.
Act. 4.

A camur, ſi illum in uita noſtra fideliter imitari ſuis præceptis, & doctrinis actus noſtros regulare, & in ipſo ſicut nomine. Ita etiam uitæ conformitate manere tangimus. ſicut dicit, ideo qui dicit in Chriſto manere, debet, ſicut ipſe ambulauit ambulare, alioquin qui dicit ſe nolle eum, & mandata eius nõ cuſtodit; mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Si ſic eum ſanctificabimus, hic, & in futuro deliciis affluemus. Amen.

In quibus conſiſtent hæ deliciæ, S.Th. ad II. c.5.l.D.

B

# Nomen tuum.

*Prima conſideratio. Quomodo Deus nominari poſſit.*

SED quomodo de nomine Dei a nobis tractabitur ſermo, cum ſacri Theologi innominabilem ipſam dicant, ſicut

C quando dicunt ipſam deitatem in quadam myſticarum viſionum, quæ fuerunt ſecundum apparitionem diuinam imaginatiuam ſignificantem increpaſſe eum, qui quæſiuit, quod eſt nomen tuum ab Angelo, qui apparebat in perſona Dei, & ut excluderet eum ab omni agnitione, quæ poſſet peruenire ex Dei nomine. Dixit quare interrogas. Nomen meum, quid eſt mirabile, & vere mirabile, cum ſit ſuper nominabile, quia ſuper omne nomen quod nominatur, ſiue in hoc ſæculo, ſiue in futuro. Hinc Auguſtinus. Nullis verbis proprie exprimi, nulla cognitione poteſt comprehendi. Quomodo enim immenſus, & incomprehenſibilis prædicaretur, ſi humanæ locutioni, vel meditationi includi poſſet; quomodo igitur docuit nos ſic orare, ut cognoſcatur. Ipſius nomen, ſi omnem noſtram cognitionẽ excedat.

Geneſ. 32.
Phil. 2.

Ideo



Quot modis cognoſci poteſt Deus.

Ideo ſciendum quod Deitatis periti multiplices modos nominationum Dei tradiderunt. Quorum primus, & proprius eſt per abnegationẽ omniũ ea ratione, quod ipſe eſt ſuper omnia, & quicquid eſt quocunque nomine ſignatũ, eſt minus eo quod eſt Deus, qui excedit noſtram cognitionem, quod per nomina nobis impoſita exprimimus, & hic modus etiã a ſacris Theologis uocatur per exceſſum, quia cum ipſe ſit omnium exiſtentium cauſa, & ipſe nihil ſit exiſtentium, non quaſi deficiens ab eſſendo, ſed ſupereminenter ſegregatus ab omnibus, ideo excedit omnem perfectionem creaturarum. Et ſic creaturarum perfectiones non ideo auferimus a Deo propter aliquem defectum Dei, ſed propter hoc quod omnem perfectionem creaturæ excedit. Propterea enim remouemus ab eo ſapientiam, quia omnem ſapientiam excedit. Secundus eſt per ignorantiam. Quia hoc ipſum eſt Deum cognoſcere, quod nos ſcimus nos ignorare de Deo, Quid ſit. Et Aug. Si non comprehenderis quid ſit Deus, Multũ cõprehendis ſi ſcis quid nõ ſit Deus. & Hugo. Si nemo poſſit explicare digne de Deo quid ſit, grandis tamen eſt effectus ſcire quid non ſit. Tertius eſt per intelligibiles proceſſiones, ideſt per creaturas. Dum conſideramus quod quicquid eſt in creaturis, a Deo procedit ſicut a cauſa, & ita periti circa Deitatem, ut Apoſtoli, & Prophetæ laudauerunt Deum, & multorum noĩum, & innominabilem, Innominabilem quidẽ dicunt, quia Deus, qui eſt omnium cauſa ſuper omnia exiſtere conuenit, conueniunt tum omnia nomina exiſtentium, ut omnium cauſa. Quartus modus eſt ad deſignandam excellentiam diuinam, ut ea quæ priuatiue dicuntur, Deo attribuantur, propter eius exceſſum, ſicut Deus qui eſt cla-

S. Thom. ad Dyon. de Diu. nomi. c.1.l.3.col. & in c. 7.l. 4. 1.
Dyo. c.7.
S. Tho. ad Dyon. c.1. l.3.
S. Doct. ad Dyon. c.7. l.1. K.

A riſſimum lumen, dicitur inuiſibilis, & qui eſt ex omnibus laudabilis & nominabilis, dicitur ineffabilis, & innominabilis, & qui eſt omnibus præſens dicitur, Incomprehenſibilis, quaſi ſit omnibus abſens, & qui ex omnibus rebus inueniri poteſt, dicitur inueſtigabilis, & hæc cuncta dicuntur propter eius exceſſum. Quintus, eſt per ſacra uelamina, ideſt per ſenſibiles ſimilitudines. Hinc nominant Dei bonitatem, quæ eſt ſupernominabilis propter

B ſuum ſuper ſplendorem, in quibuſdam diuinis apparitionib. ideſt imaginatiuis uiſionibus, quibus illuminati ſunt Prophetæ, & Apoſtoli. Vnde circumponunt ei formas humanas, aut igneas, aut electrinas, & ad laudem ipſius deſcribunt ei oculos, & aures, & alia mẽbra, quæ facile eſt cõſiderare, ſicut gratia Dei conſiderabimus. Quæ quidẽ alia ſignificãt, quã quę in ſuperficie apparẽt, Sicut enim ſi animam ipſam ſermo formaret corporaliter, quam

C uis ipſa ſit ſimplex, aliter intelligeremus in ipſas partes corporeas. Nam per caput intelligeremus mentem. Quę præſidet omnibus partibus animę, ſicut caput omnibus partibus corporis, per collum autem opinionem, quæ medio modo ſe habet inter rationem ſcientem veritatem, & inter irrationabiles partes animę ſcientia veritatis carentes. Per pectus furorem intelligeremus, id eſt iraſcibilẽ propter peccatoris fortitudinem. Per uentrem

D autem concupiſcibilem propter ventris mollitiem, vel quia concupiſcentia deſeruit ventri ſcilicet crura, pro pedes diceremus naturales vires aĩæ nutritiuæ, per quos ſubſtentatur vita, & ita uteremur nominibus partium corporalium, quaſi quibuſdam ſignis potentiarum animæ ſecundum ſimilitudinem quandam. Vnde multo magis in Deo, qui eſt ſuper omnia Bene-

S. Doct. ad Dyon. c.1.l. 3. quaſi circa finem.
Dyo. c.9.l. 2. 5. alterum attribuitur.



Z di-

dictus oportet purgari a corporalib. A
phantaſiis, per ſanctas expoſitiones
Deo conuenientes, & myſticas. Hinc
etiam uidebimus, quia deſcribitur.
In ſpecie agni, leonis, uel lapidis, qua
re ut ſtans, ut ſedens, ut ambulans,
&cætera.

*Secunda Conſideratio.*

S. Tho. in lib. 1. ad Dyo. c. 2. Diximus in pręcedenti conſidera-
tione quod Deitatis periti laudaue-
runt Deum, ut multorum nominum, B
ut omnium cauſa. Idcirco antequam
ad explicationem ipſorum breuiſſi-
mam perueniamus, dico prius quod
conſideranda ſunt duo. Primum quod
omnia nomina Deo conuenientia lau
dantur in ſacris ſcripturis, non parti-
culariter quaſi vni ſoli perfecte con-
uenientia, ſed in Trinitatis tota, &
Luc. 15. perfecta Deitate, exemplum. quando
enim dicitur, Quid me interrogas
de bono, nemo bonus, niſi ſolus Deus.
Hoc intelligendum eſt de tota Deita- C
te, ſicut ipſum uerbum Dei filius tan-
quam naturaliter bonitatem habens
Ioan. 10. dixit. Ego ſum paſtor bonus. & in pſal
mis dicitur. Spiritus tuus bonus, ſcili-
cet ego ſum. Intelligendum eſt de to-
ta Trinitate, ideſt de omnibus perſo-
Apo. 1. nis. Sicut Ioan. dicit de filio. Qui eſt,
qui erat, & qui venturus eſt omnipo-
Heb. 1. tens. & Apoſtolus, Tu autem idem
Ioan. 16. es. Et de Spiritu ſancto dicitur, ſpiri-
tus ueritatis, qui eſt a patre procedit.
Similiter dicendum de vita, quod tota D
Ioan. 5. Trinitas ſit uita, vt de filio, ſicut Pa-
Ioan. 6. ter viuificat mortuos, ſic & filius, quos
vult viuificat; & de ſpiritu, ſpiritus eſt
qui uiuificat. Vnde omnia verba Deo
conuenientia inſunt toti Deitati, ſe-
cundum perfectum modum loquen-
di de Deo, ſicut ipſũ Dei verbũ dixit.
Ioan. 16. Ego, & Pater vnum ſumus. per quod
oſtenditur, quod quęcunque dicuntur
de filio, & de patre intelliguntur, & A
iterum dicit filius. Et cuncta, quæ ha
bet Pater, mea ſunt. Et ſimiliter quæ-
cunque ſunt Patris, & filio, ſacra ſcri-
ptura attribuit communiter, & vnite
Sancto Spiritui, ſicut Apoſtolus, in- 1. Cor. 12.
quit. Hæc omnia operatur, Vnus, at-
que idē ſpiritus, &c. Tandem pōt fieri S. Tho. ad
regula magiſtralis, quod omnia no- Dyo. c. 2. l.
mina deſignantia effectum in creatu- 1. circa fi.
ras pertinent ad diuinam eſſentiam, & l. 2. circa
diſcreta autem nomina, ideſt perti- finem.
B nentia diſtinctim ad tres perſonas
ſunt, ut nomen Patris, & uſus
patris, ideſt actus eius, qui eſt genera-
tio, & ſimiliter nomen filij, & actus,
qui eſt generari, & nomen Spiritus
ſancti, & actus eius, qui eſt proceſſio.
Quod autem Deus dicatur, Bonus
ſapiens, & multis alii nominibus no-
minetur, non eſt ex aliqua multitu-
dine, ſeu diuerſitate in eius natura exi
ſtente. Quia omnia hæc in eo unum
ſunt, ſed ex diuerſis perfectionibus
C creaturarum accipimus diuerſa no-
mina, quæ attribuimus Deo, ſicut pri-
mo principio omnium horum, proceſ
ſuum. Et hoc erat ſecundum, quod in S. Tho. ad
ueſtigandum erat, reſtat modo ut ui- Dyo. dedi.
deamus quæ ſignificent nomina, quæ no. c. 1. l. 1.
dicuntur de Deo. & 3. col. D.
in fi.

*Tertia Conſideratio.*

Sed quæ ſint neceſſaria, vt poſſimus
ſanctificare, ideſt cognoſcere Deum?
D attende, quòd vltra ea quæ diximus
circa hanc petitionem in conſidera-
tione ſeptem ſunt, quæ excæcant ho-
minem corporaliter. ſignificantia B. Thoma
ſeptem M. vitia, quæ excæcant corpo- ſer. p. i quin
raliter. Primum eſt faciei inflatio, & quagesima
hæc eſt Superbia, Hinc Aug. Nimis in- ſup Euang.
flata facies mea videre me non ſinit.
Secundum eſt aeris obtenebratio. Hęc
eſt Inuidia, vnde Inuidus dicitur, quia
ſi non



ſi non videns, vnde Sapien. Excæcauit A
eos malitia eorum, & de Saule Inuido
dicitur: nam non rectis oculis aſpicie-
bat Saul Dauid. Tertium eſt oculorum
conturbatio, & hæc eſt Ira, Hinc Pſal.
Conturbatus eſt in ira oculus meus.
Quartum eſt pulueris ſuperiectio, hæc
eſt Auaritia. Puluis enim temporalia
ſunt, quæ excęcant. Augu. Defluxi ad
temporalia, & oſcuratus ſum. Quin-
tum eſt oculorũ clauſio. cum quis clau
dit oculos, aut nō vult aperire, & hæc
eſt Accidia. Accidioſus enim ex ſola B
pigritia aperiendi oculos ſpirituales,
nequit ſpiritualia videre. Vnde Boe.
Nequeunt oculos tenebris aſſuetos ad
lucem veritatis attollere. Sextum ſan
guinis, & humorum circa oculos mul
Pro. 21. tiplicatio, & hęc eſt Gula. Hinc Salo.
Cui vę cuius patri, væ cui rixæ, cui fo-
ueę, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffuſio
oculorum, nonne his, qui cōmorantur
in vino, & ſtudent calicibus epotan-
dis. ſic ad literam etiam oculos etiam
ſpirituales nimia potatio vini excæcat. C
Ioan. 9. Vnde etiam Salo. Inquit vinum facit
etiam apoſtatare ſapientes. Septimum
eſt pāniculi obumbratio, quod fit per
Luxuriam, hæc ergo ſunt, quæ homi-
nes excæcant corporaliter. Sic ſpiritua
liter ſeptem ſunt, quæ nos illuminatur
ad cognoſcendum Deum. Primum Fi-
des. Hinc Augu. Vident enim Sancti
Deum in hac vita, credendo non cor-
poreis oculis cernendo. Videre enim
Deum eſt rectè illũ credere, & ex cor-
de illum diligere. Et alibi. Fides eſt il- D
luminatio mentis, quia mens illumi-
natus ad videndum bona ſpiritualia.
Secundum, eſt Humilitas, Hinc Domi-
nus. Ego in iudicium in hunc mundũ
veni, & qui non vident videant, ideſt
humiles. Tertium eſt amaritudo pœ-
6 nitentiæ. Vnde Tob. Fel videlicet ad
vnguendum oculos, in quibus fuerit
albugo, & ſanabuntur. In felle, ama-
A ritudo ſignificatur. Quartum eſt dile-
ctio proximi. Hinc Io. Collirio inũge Ioan. 9.
oculos tuos, vt videas. Quintum abun 20
dātia lachrymarum, quod probatum
eſt in cęco nato, qui abiens in natato-
ria Syloe lauit oculos, & vidit. Sextũ
eſt deuota Oratio, hinc per Matth. di-
citur, & clamauerunt dicentes. Domi-
ne miſerere noſtri fili Dauid. Et poſt
miſertus Ieſus tetigit oculos illorum, 20
& confeſtim viderunt. Septimum eſt,
deuota ſanctarum Scripturarum au-
B ditio. Vnde per Iſai. In die illa audiēt
ſurdi verba libri ſignati, & oculi cęco-
rum videbunt, &c. Amen.

*Quarta conſideratio compendioſa huius clauſæ per contemplatiuos.*

Oremus igitur, dicentes, Pater no-
ſter, qui es in cœlis, Sanctificetur no-
men tuum, vt tali bonorum filiorum
affectu flagremus, vt non noſtram, ſed
C nomini Sancto tuo gloriam, ſemper
quæramus. Sitq́ue gloria tua, noſtrum
deſiderium, noſtrum gaudium, ſitq́ue
nomen tuum ſemper memoriæ no-
ſtræ impreſſum, ſit mel in ore, cithara
in aure iubilus in corde, ſit nominis
tui gloria in noſtro intellectu per verā
cognitionem, in affectu per ſanctam
dilectionem, in memoria per firmam
adhæſionem, in ore per publicam con
feſſionem, & opere per fidelem imita-
tionem, ſicque Sanctificetur, per be-
D neuolentiam in corde, per Reueren-
tiam in ore, per Perſeuerantiam in
opere. Tu eſto verum gaudium, qui
es futurus præmium, ſit in te noſtra
gloria per cuncta pie ſęcula, ſit Pater-
num nomen tuum in nobis tanta ve-
neratione ſanctificatum, vt nulla ter-
reni pulueris conuerſatione pollua-
tur: ſit nomen filij æternæ ſapientiæ in
nobis purgatum, & clarũ, ut nulla er-

roris nebula obfuſcetur. Sitq; ſemper ſanguine Ieſu tinctũ,& ſalutem euſdẽ ſanguinis precio acquiſitam deſiderantes iugiter conſequamur. Sit nomen Sancti Spiritus firmum, ut in bonis gratiæ perſeuerantes, & operibus Sanctis ſic luceant opera noſtra coram hominibus, vt glorificent te Patrem noſtrũ,qui es in cœlis ſuper omnia Benedictus. Amen.

Deo Gratias.

# F I N I S.

## Errata grauiora ſic corrigenda.

| | | |
|---|---|---|
| Fol 2.col.1.lin.4. | Angelos | ſuperflua |
| 5.c.2.l.1 | quis | quia |
| 8.c.2.l.8 | allo & c. | allocutioni. |
| 9.c.1.l.33. | Benedictus | Benedicas |
| 10.c.1.l.36. | eburnea | eburneus |
| 15.c.2.l.4. | enim | enim eſt |
| 15.c.2.l.10. | nullus corporis | nullum corpus |
| 15.c.2.l.47. | & receptiſſimi | recepit & |
| 16.c.1.l.2. | in | ſouerchia. |
| 17.c.1.l.38. | ue | ne |
| 17.c.2.l.14. | Benedictionis | Benedictinis |
| 18.c.2.l.40. | deſignatur | deſignat |
| 18.c.2.l.23. | poſitis | poſſitus |
| 18.c.2.l.30. | matris ſuæ | matre ſua |
| 19.c.2 l.4. | diuitiæ | duritiæ |
| 20.c.2.l.19. | venient | venit |
| 26.c.1.l.2 | operum, | opertum. |
| 27.c.1.l.13. | materiam | miſericordiam. |
| 28.c.1.l.8. | poſitis | poſſitis |
| 28.c.2.l.45. | aſcendit | accendit |
| 29.c.2.l.31. | effectus | affectus |
| 30.c.1.l.10. | humilitati | humiliati |
| 30.c.1.l.28. | fetus | ferus |
| 31.c.1.l.12. | videtur | videre |
| 32.c.1.l.44. | Capernaum | Cafarneum |
| 34.c.1.l.2. | tam | Tau |
| 34.c.2.l.34. | per | pene |
| 35.c.1.l.4. | vt | & |
| 36.c.1.l.5. | ad | ſouerchia |
| 36.c.1.l.36. | domo | In domo. |
| 37.c.1.l.24. | deficitur | deficit |
| 39.c.1.l.2. | ia | ita |
| 39.c.1.l.18. | ſarciuit | ſaciauit |
| 40.c.1.l.44. | ſecundum | ſcilicet |
| 40.c.2.l.31. | matre | patre |
| 41.c.1.l.11. | eſt | natus eſt ex |
| 41.c.1.l.41. | gna | ſigna |
| 41.c.1.l.11. | qui vocatur Chriſtus, | ſuperflua |
| 42.c.1.l.16. | quando | quòd |
| 42.c.1.l.17. | quea | quando |
| 42.c.1.l.43. | & | vt |
| 46.c.1.l.3. | medius | medicus |
| 46.c.1.l.30. | verbis | vobis |
| 55.c.1.l.8. | lux | his |
| 57.c.1.l.14.&15. | ubi quod, | ubique |
| 57.c.2.l.21. | adeſt | ad Deum eſt. |
| 61.c.1.l.43. | vnicus | vniui |
| 74.c.2.l.36. | peccatorum | peccata. |
| 75.c.2.l.7. | ſibi | ſouerchia |
| 75.c.2.l.11. | medicinos | medici nos. |
| 77.c.1.l.43. | reuendas | reuelas |
| 79.c.1.l.18. | dignaretur | dedignaretur |
| 80.c.1.l.15. | vt | uel |
| 81.c.2.l.5. | Hc | Hanc |
| 81.c.2.l.29. | Credendum, | ad credendum. |
| 81.c.2.l.29. | mori | mari. |
| 83.c.1.l.27. | mortem | montem |
| 84 c.1.l.16. | tempore | tepore |
| 85.c.1.l.5. | vi | in |
| 85.c.1.l.48. | fuimus | fecimus |
| 85.c.1.l.13. | quam | quòd |
| 87.c.1.l.35. | vt vnus | e ſoperflua |
| 107.c.1.l.46. | importantes | importunitas. |
| 113.c.2.l.1. | inſuperat | inſuper ut |
| 120.c.2.l.42. | an habet | anhelat |
| 124.c.1.l.9. | Capite monte | Capiti monti |
| 126.c.2.l.21. | ſcia | ſua |
| 129.c.1.l.31. | animum | animarum. |
| 141.c.2.l.4. | ſenſibus | ſentibus |
| 144.c.2.l.28. | cordit | corrodit |
| 159.c.2.l.33. | ventum | venturi |
| 162.c.1.l.40. | nomine | nemine |
| 165.c.1.l.25. | peccatoris | pectoris |
| 169.c.1.l.3. | pacens | patens |
| 171.c.1.l.27. | condendus | tondendas. |
| 175.c.2.l.8.9. | quia ea | ſuuerchia |
| 177.c.1.l.32. | vt | ea |
| 177.c.2.l. | meus | mens |
| 178.c.2.l. | profectionem. | perfectionem. |
| 179.c.1.l.44. | verum | veni |
| 192.c.2.l.1. | mollentis | mouentis |
| 194.c.1.l.9. | opibus. | operibus |

*Errata grauiora in Secunda Parte.*

| | | |
|---|---|---|
| 32.c.1.l.47. | quid | ad |
| 41.c.2.l.48. | rebus | nihil. |
| 45.c.1.l.13. | operamus | valet ramus. |
| 51.c.1.l.20. | ſonum | ſomnum |
| 54.c.1.l.38. | veſticulam | vehiculum. |
| 55.c.1.l.25. | impietatis | in pietatis |
| 62.c.1.l.8. | iacturis | naturis |
| 62.c.2.l.2. | verax | vorax |
| 69.c.1.l.14. | portat | ponat |
| 72.c.2.l.47. | habet | e ſuuerchia |
| 73.c.2.l.14. | Iudæorũ eſſis, | indefeſſis |
| 76.c.1.l.36. | ſeu omnia | ſolemnia |

# Erra ta grauiora ſic corrigenda.

| | | |
|---|---|---|
| 96.c.2. l.30. | preter | præcor |
| 114. c.1.l.12. | venialiter | venaliter |
| 120.c.1.l.33. | veniſſe | vouiſſe |
| 130.c.1.l.11. | perdidit | prodiit |
| 132.c.2.l.35. | non | nam |
| 147. c.1.l.12. | læpra in | Sepiam |
| 147.c.2. l.8. | linus | Cinis |
| 147.c.2.l.21. | non | tum |
| 149.c.2.l.28. | verbis | Virgines |
| 155.c.1.l.14. | non | nam |
| 157. c.1.l.41. | fortiorem | fortior debilem |
| 158.c.1.l.25. | tantum | tamen |
| 173. c.1.l.6. | Spiritus | Chriſtus |
| 173.c.1.l.19. | nobis | nos |
| 173.c.1.l.19. | fuit | docuit |
| 173.c.1.l.24. | non | nam |
| 173.c.1.l.30. | præſientiam | præſentiam |
| 174.c.2.l.31. | ſententias | ſanctitas |
| 174.c.2.l.8. | Ideo | Ioannes |
| 176. c.2. l.5. | tangimus | ſatagimus |